Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
10
7 I
26

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

10.7.T.25

CHRONICI CHRONICORUM ECCLESIASTICI

Liber II.

Cum accurato rerum ac verborum Indice.



Proſtat Francoforti in Officina AUBRIANA.

ANNO M. DC. XIV.

Digitized by Google

10 · 7 · 1 - 26

Digitized by Google

LECTORI BENEVOLO.

QVOD ſæculis prioribus commune fuit vitiũ, etiam noſtro viget, vt videlicet quiſq; malit videri quàm eſſe. Vnde nemo ferè eſt mortalium quin eos libros auidiſsimè inuolet, qui aliquid pollicẽtur extraordinarium, qui quintam iactant rei cuiuſq; eſſentiam. nec alia cauſſa eſt cur hodie vndiq; omnia

ſcateant Compendiis, Breuiariis, Enchiridiis, Methodis, Epitomis, Apothecis, Inuentariis, Regiſtris, Indicibus, Deliciis, Collectis, Theſauris, Nucleis, Medullis, Bibliothecis, Officinis, Summis, Promptuariis, Synopticis, Mellificiis, Catalogis, Repertoriis, & huiuſmodi Oculiferiis. Quib. tamẽ ſi negem ſuum vſum, abeam ab æquo & bono. at ex iiſdem quoque hauriri poſſe, quaſi amyſtide vnâ alte-

Digitized by Google

alteraque, plenam earum rerum de quibus agitur cognitionē, id verò pernego. Hactenus probo tam ſpecioſi tituli codices, quatenus ſubſeruiūt memoriæ, & ea quæ olim vberius legimus, excidere nobis nō patiūtur, ſed menti noſtræ reponūt. Interim ô ſtultellos illos qui fontib. priorib. relictis circa hos riuos, ſiue torrentes ſunt, aut etiam lacus, perpetuò habitāt! Sententiæ, Floresque Ariſtotelis,

Digitized by Google

. Platonis, Ciceronis, Senecę, Plutarchi, Poetarumq;, iam intra 60. annos ſæpius recuduntur, & verſantur pręcipuè inter man9 Adoleſcentum, qui auctores ipſos nunquā inſpexere. an cum fructu aliquo inſigni, ipſi viderint: ego non puto. quin imò vt ſumma inde etiam conſequantur, honorificè ſatis excipientur, ſi dimittantur, illo vulgari, DE OMNIBVS ALIQVID, DE TOTO NIHIL. Eapropter ſæpius rogatus à Comitib.

à Baro-

Digitized by Google

à Baronibus maiorum gentium, nondũ conſtitutis in flore ætatis, vt adornarem ipſis Epitomẽ Epitomarũ; ſemper id abnui, cauſſatus nõ eſſe ex re meâ, multo minus eorum. Nam quod iidem tale quid requirerent, quaſi iam adultiores facti, operam ſuam integrè impendere non poſſent perlegendis totis voluminibus, nauigaturi ſcilicet in Oceano negotiorum immẽſo, ſiue bellica tractaturi

ſiue pacifica; ſubieci nondū eis cognitā rerum omnium naturam, nedum ſuam ſibi: ſcirēt alioquin eam eſſe in motu perpetuo, ac mutationē qualēcumq; curarū, habere pro otio, pro quiete, pro recreatione. Quare ſi egregiè diſpēſare aut poſſent, aut vellent, annorum ſuorum ſpatia, ſuperfuturū ipſis magis tempus quàm defuturum. Nunc occupati circa alia omnia quàm ad quæ nati ſunt, imò & edu-

Digitized by Google

i, nempe circa canes, cir-
aues , circa equos, circa
giles, circa Bacchum, cir-
Venerem, circaq; Comi
dalitiũ, hoc eſt, circa me-
ſuperuacanea, quid mi-
ım eis deeſſe horas ſuas ad
eceſſaria? At vel ſic quoq;
is temporis abundè foret,
lummodo ſerio quandoq;
ıdſpirarent ad Bonam
mentem, animusque eis ille
fieret qui ſe magis daret er-
gis quàm parergis: quod ne-
ſcio quomodo ferè ſemper

negatũ fuit magnæ Potentiæ. Sanè ſi C. Iulius Cæſar

— media inter prælia ſemper
Stellarũ cæliq; plagis, Superisq; vacauit,

vti ipſe de ſe fatetur ex vero apud Lucanum libro decimo Pharſaliæ: Si Auguſtus *Mutinenſi bello, in tanta mole rerũ, & legiſſe, & ſcripſiſſe, & declamaſſe quotidie traditur,* quemadmodum adſerit Suetonius in vitâ eius, capitis 84. principio, nõ video cur hodierna Nobilitas inter occupationes ſuas, mille modis leuiores Imperatoriis, operam item nauare nequeat & Oratoriæ

arti,

arti, & Hiſtoriis ediſcendis, aliisq; exercitiis doctiorib. quę neſciiſſe, ęterna ipſorũ eſt infamia. Mechanicæ profecto artes ac ſellulariæ apertè vociferãtur, nihil ſibi eſſe opus libris tot tãtiſq; per quos iam modo caput inter nubila cõdit florẽtior Europa: ſed & Theologo, & Medico, & Iuriſconſul. & Philoſopho, ſuũ eſt ſtadiũ, in quo ſe exerceat, paucorũ librorũ inſtructus ſupellectili. At qui à Deo opt. max.

Digitized by Google

in ſummo gradu conſtituti ſunt; at ii qui ab ipſis ſunt proximi; adq; clauum reipublicæ ſedent, tempore belli, tempore pacis; niſi nocturnâ, niſi diurnâ verſarint manu, non breuiaria iſthæc; ſed verò hiſtoricum omne genus Græcum, Latinum, Hebræum, Barbarum, tam benignâ manu à Deo ipſis propriè ſubminiſtratum; næ illi carent optimis magiſtris melioribusq; conſiliariis; & ciuili iſto in

mari

mari, naufragis adſimiles, fluctuant ſine Sole, ſine Luna, ſine Cynoſura, ſine Helice, in ſcopulos, in vada, in ſaxa &c. Interim ſi qui ad clauum ſedent, neque omnem reiiciunt literaturam, modo ſit compendiaria, infelicius quidem cum eis agitur; & ſi cautè dextreque his quibuſcumque vtentur adminiculis, vt fortè aliquando turpiter impingant, at tamen gubernaculum nunquam amittent,

nunquam curſum pertinaciter dirigent contra torrẽtem, Æoliq; familiã, nunquã & vectores & ſe vnà ſubita inuoluẽt ruinâ. Cæterũ in ſeligendis ſcriptis huic operi neceſſariis, nihil habui antiquius quã ea ſolũmodò publicare, quę cum nullius iniuriâ aut infamiâ ire poſſent per totũ Orbem, abſq; vllius proſcriptionis metu: quemadmodum vnicuiq; cõſtare poteſt ex Indiculo. Inſunt enim tomo huic II.

I. Ori-

Digitized by Google

VIII

I.

ORigines Equeſtrium, ſiue militarium Ordinum libri duo, publicatore Auberto Miræo. pag. 1.

II. Deliciæ Equeſtrium, ſiue militarium Ordinum ſymbola, inſignia, & origines, ſtudio Fräciſci Mennenii. 46.

III. Garterii Equites in Britannia ſeries, ex libro Thomæ Milles de nobilitate Politica. 223.

IV. Concilia Eccleſiæ Chriſtianæ, auctore potiſſimùm Gabriele Prateolo. 265.

V. Gabrielis Prateoli Epitome Veterum Recentiorumq; Hæreticorum, libris xxi. 273.

VI. Bibliotheca Philoſophorum, Auctorumq; veterum ſeries ab orbe cõdito, ad noſtra vſq; tempora, collectore Joanne Friſio. 820.

VII. Bibliotheca Patrum minor, à temporib. Apoſtolorũ, vſq; ad tempora

Digitized by Google

Scholaſticorum Eccleſiæ Doctorum, ab anno Dom. 50. vſq; ad an. 1140. 950.

VIII. Philoſophorum Veterum & aliquot Recentiorũ nomenclatura Alphabetica; auctore etiam Friſio. 1019.

IX. Enumeratio Patrum Alphabetica cum aſsignatione temporis quo floruerunt ab an. 50. vſque ad ætatem Scholaſticorum an. D. 1140. 1071.

X. Dies Natales virorum literis armiſq; illuſtriũ vſq; ad an. 1600. 1092.

XI. Dies Emortuales viror. literis armiſq; illuſtriũ, vſq; ad an. 1614. 1136.

XII. Calendarium Eccleſiaſticum Joh. Horolani; quo breuiter occurrunt Sanctorũ feriæ, Annus Domini, Tempus Paſsionis, Auctoreſque qui de his ſcripſerunt. 1309.

XIII. Martyrologium Rom. ſeu Index Nominũ Omnium SS. Confeſſorum, Martyrumq;: addito die mortis cuiuſque, è Baronio. 1334.

ORIGI-

Digitized by Google

ORIGINES EQVESTRIVM

Siue

MILITARIVM ORDINVM, LIBRI DVO: PVBLICATORE AVBERTO MIRÆO.

LIBER PRIMVS.

CAPVT I.

INTER virtutis præmia apud Europæos hodie dignitas *Equitum*, quos *Auratos*, ab ornamentis aureis, vulgo nuncupant, non infimum obtinet locū. Quo quidem honore à Regibus ac Principibus cohoneſtari ſolent viri fortes, quique de Republica bene ſunt meriti. Forma autem creandi *Equitis aurati* eſt iſta: Flectit genu ante Principem candidatus, ab eoque leniter nudo enſe in humero percutitur; additis verbis ſolenni more cōceptis. Ceterum Equitis creandi vetus veſtigium (quod I. Lipſius obſeruauit) exſtat apud Corn. Tacitum: *Apud Germanos*, inquit, *primus honor iuuentæ, ſcuto frameaque à Principe ornari: ante enim domus pars videbantur, ſed iam Reipublicæ.* Quæ vero apud Saxones ratio olim fuerit, his verbis Ingulfus, vetus hiſtoriographus, oſtendit: *Qui mili-*

Equitis creandi forma.

Eius veſtigiū apud Germanos veteres.

Apud Saxones.

Digitized by Google

tia legitima conſecrandus eſſet, veſpere præcedente, ante Epiſcopum, Abbatem, monachum, vel ſacerdotem contritus de peccatis confeſſionem faceret, & abſolutus, orationibus deditus in eccleſia pernoctaret, in craſtinum rem ſacram auditurus, gladium ſuper altare offerret, & poſt Euangelium ſacerdos benedictum gladium militis collo cum benedictione imponeret, & communicatus ſacris Chriſti myſteriis, denuo legitimus miles permaneret. Similes ritus ſacros & apud Normãnos olim in vſu fuiſſe, Ioannes Sariſburienſis in Polycratico memorat: *Inoleuit conſuetudo*, inquit, *ſolennis, vt ea ipſa die, qua quiſque militari cingulo decoratur, eccleſiam ſolenniter adeat, gladioque ſuper altare poſito & oblato, quaſi celebri profeſſione facta, ſeipſum obſequio altaris deuoueat, & gladii*, id eſt, *officii ſui iugem Domino ſpondeat famulatum.* Ex quibus patet iam olim ad ornamentum, præter gladium, inſuper & cingulum, itemque calcaria aurata fuiſſe adhibita: vnde & *Equites Aurati* ſunt nuncupati. De honeſtiſſimo Equitum apud Romanos ordine diſſerere, nec huius eſt loci, nec inſtituti.

Apud Normannos.

CAPVT II.

Ordo Equitum Hoſpitalariorum S. Ioannis Ieroſolymitani: qui poſt Rhodii, nunc Melitenſes dicuntur.

SAcros inter ordines, militiæ S. Ioannis Ieroſolymitani, bellicis hodieque laudibus clariſſimæ, merito primas damus. Cœpit ea, nomenque induit ab hoſpitali ſeu xenodochio Ieroſolymis in gratiam peregrinorum ædificato, & *S. Ioannis* memoriæ cõſecrato. [a] Sancti *Ioannis* inquam *Eleemoſynarii*, Epiſcopi Alexandrini, benignitate in pauperes celeberrimi: [b] vt Guilielmus Tyrius, & [c] Iacobus Vitriacus, belli ſacri ſcriptores, commemorant. [d] Polydorus tamen Vergilius, cuius de rerum inuentoribus exſtant commentarii, [e] Petrus itẽ Gregorius, in Syntagmatibus, & [f] Ioannes

a Martyrol. Rom. 23. Ianuarii.
b L. 18 cap. 5.
c L. [illegible] 4.
d L 7.
e L. 15. c. 33.
f L. 13. c. 6.

Digitized by Google

annes Azorius, Inſtitutionum moraliū ſcriptor egregius; hoſpitalem hanc domum honori *S. Ioannis Baptiſtæ* dicatam fuiſſe volunt. Id ipſum ex ſolenni profeſſionis, vt vocant, formula horum Equitū colligi videtur: qua quidem, inter cetera, *S. Ioannes Baptiſta* ordinis huius militaris patronus ac præſes diſerte agnoſcitur.

Vrbem porro Ieroſolymitanam cum Saraceni tenerent, Chriſtiani homines Latini, præſertim Amalphitani, Saracenis permittētibus, prope ſepulchrum Domini, duo cœnobia conſtruxerunt, alterum viris, alterum fœminis excipiendis: eaque Virgini-Matri & B. Mariæ Magdalenæ dicauerunt. Receptis noſtrorum virtute Ieroſolymis, cum bina hæc domicilia infinitæ hominum multitudini, ad loca ſacra confluenti, non ſufficerent; addita eſt domus hoſpitalis, & ſacellum S. Ioannis: à quo Hoſpitalarij milites S. *Ioannis* nomen inuenerunt. Vitriacus tamen, Tyrius, & alii ſcribunt domum hanc hoſpitalem prius conditam fuiſſe, quam Chriſtiani, duce Godefrido Bullenio, Ieroſolyma occupaſſent: etſi ordo ipſe Hoſpitalariorum militum, non niſi vrbe recepta, ſit inſtitutus. *Poſtquam enim diuinæ placuit pietati* (inquit Vitriacus) *vt ciuitatem redemptionis noſtræ, per Ducem Godefridum & alios Chriſti fideles, ab impiorum dominio liberaret, & eam cultui reſtitueret Chriſtiano, vir quidam ſanctæ vitæ & probatæ religionis, nomine* Gerardus, *qui longo tempore in prædicto hoſpitali pauperibus deuote miniſtrauerat, adiunctis ſibi honeſtis & religioſis viris, habitum regularem ſuſcepit, & veſtibus ſuis* (iiſque nigris) *albā crucem exterius adfigens, facta ſolenniter profeſſione, ſeipſum obligauit. Cui etiam mulier quædam,* Agnes *nomine, Romana natione, nobilis carne, ſed nobilior ſanctitate, quæ in monaſterio monialium vicem geſſerat Abbatiſſæ in miniſterio pauperum adiuncta, eandem regulam & humilitatis habitum votiue ſuſcepit.*

Iac. Gretſerus li. 2. tom. 3. de Cruce.

Gerardus auctor ordinis.

Agnes Romana.

Finis igitur ordinis huius & profeſſionis erat, peregrinis & pauperibus in hoſpitali ſancti Ioannis ſedulo miniſtrare, iiſdemque genus omne officii ac pietatis ſollicite

Digitized by Google

præſtare; adhæc itinera à latrociniis Saracenorum aliorũque tuta præſtare. *Hinc & mortuos in agro Haceldemach ſepeliebant; orationi vacantes, vigiliis & ieiuniis ſeipſos affligentes, operibus affluentes, parci ſibi & auſteri, pauperibus autem & infirmis, quos dominos ſuos appellabant, largi & miſericordes exiſtebant, panes de pura ſimila largiebantur infirmis, reſiduum vero cum furfure ad vſus proprios reſeruabant. Diſciplinæ itidem cumprimis amantes erant, & culpas nõ relinquebant impunitas. Secundum enim quod culpæ reatus exigebat, quidam ſigno crucis à veſtimentis auulſo, tanquã membra putrida prorſus eiiciebantur: alios vinculis & carcere mancipabant, alios ad pedes fratrum in terra cibum artiſſimum, vſq; ad condignã ſatisfactionem, ſumere decernebant. Et quoniã Deus erat cũ eis, ab omnib. amabantur. Vnde factũ, quod in omnem terram exiuit ſonus eorũ, & in omnes fines terræ forma ſanctitatis eorũ. Et ex largitione Principum & eleemoſynis fidelium, modico tempore adeo ditati ſunt, quod ab vniuerſis occidentalibus prouinciis reditus copioſos colligentes, caſalia & opida, tanquam terræ Principes, cõparantes, ditioni ſuæ ſubiecerunt.*

Vitriacus lib. cit.

Ceterum quo anno præciſe ordo iſte Ieroſolymis ſit inſtitutus, diſputant variantque ſcriptores. Illud conſtare volunt, ipſum ab Honorio II. Pontif. Max. Anno 1124. adprobatum. Iacobus Boſius, qui huius militiæ [a] Statuta, vt vocant, ex Latino Italice reddidit, & Romæ, vna cum catalogo magnorum, vt nuncupant, Magiſtrorum, ſeu Præfectorum generalium, & priuilegiis eidem militiæ à ſummis Pontificibus conceſſis, Anno 1597. euulgauit: is; inquam, Boſius tradit, *Gerardum* iſtum, cuius Vitriacus meminit, Ieroſolymis vixiſſe, eo ipſo tempore, quo Godefridus Bullonius vrbem ſanctam Saracenis eripuit, ibidemque anno ſalutis CIↃ. CXVIII. obiiſſe. Eoque defuncto, *Raimundum Podium* primum Magiſtri hoſpitalis S. Ioannis Ieroſolymitani titulo vſum fuiſſe, veſtemque ac regulam (quam hodieque ſeruant, à ſucceſſoribus tamen auctam) ſodalibus ſuis, adprobante Romano Pontifice, præſcripſiſſe, ac demum è viuis CIↃ. CLX. abiiſſe. Nobis tamen

[a] *Exſtant eadem Latinæ an. 1584. Romæ edita.*

1118.

1160.

Vitriaci

Vitriaci ſententia haut improbanda videtur, laudem veſtis regularis, cùm crucis ſigno adſumptæ, Gerardo tribuentis. Viuunt autem hodieque Melitenſes ex præſcripto regulæ S. Auguſtini, cruce candida inſignes. Suntque inter eos, præter milites, etiam *Sacerdotes*, itemq; *Seruientes*, vt nuncupant, & *Donati*: aliquo tamen diſcrimine. *Donati* enim non quadrimembrem, ſed trimembrem geſtant crucem, ſuperiore ſtipite ſublato. Ad Rhodum inſulam quod attinet, à qua cognomen diu poſſederunt; ſunt qui ſcribunt eam à Godefrido Bullonio Hoſpitalariis donatam: alii tradunt bello ab ipſis captam, ac Saracenis ereptam, circa annum Chriſti 1309. Clemente V. Pont. Max. ius omne adtribuente ac confirmante. Vtut ſit, magna gloria hanc ipſi inſulam duobus amplius ſæculis tenuerunt: fruſtra à Mahomete Turcarum Imperatore anno 1481. oppugnati. Superioris tamen ſæculi Anno ſecundo & viceſimo, à Solimanno non tam victi, quam innumerabili multitudine ſuperati, ſedem mutare ſunt coacti: vt Iacobus Pontanus, & Paullus Iouius fuſe memorant. Itaque Melita inſula, D. Paulli Apoſtoli naufragio celebris, à Carolo V. Imperatore ipſis eſt adtributa: quam anno 1565. aduerſus Turcarum impetus ſumma fortitudine ſunt tutati. Huius belli hiſtoriam Vbertus Folieta eleganti ſtilo conſcripſit. De rebus porro domi militiæque à Ioannitis præclare geſtis, Henricus Pantaleon, & alii vniuerſe ſunt commentati.

Platina, Blondus, Æmilius.

1522.

CAP. III.

Equitum Teutonicorum ordo.

QVo anno, & vbi hic ordo ſit inſtitutus, ambigitur. Siffridus presbyter in Chronico ſuo dicit, *Anno* CIↃ. CCXII. *ordinem Fratrum domus Teutonicorum in Acone* (ſic enim legendum, non *in Accarone*) cœpiſſe. In Compilatione vero chronologica dicitur *anno* CIↃ. CC. *inchoatus*. Liber ordinis Pruſſiæ iam olim typis editus refert, *or-*

nem Teutonicum hoſpitalis ſanctæ Mariæ in Ieruſalem, ſub primo Magiſtro Henrico Walpot *cœpiſſe, & a Celeſtino Papa confirmatum, dato diplomate anno 1191. die 22. Februarii anno pontificatus eius primo.* Vitriacus hac occaſione inſtitutum memorat: *Cum ciuitas ſancta, poſt eius liberationem, habitaretur à Chriſtianis, & multi ex Teutonicis & Alemannis, cauſa peregrinationis pergentes Ieruſalem, linguam ciuitatis ignorarent; inſpirauit diuina clementia cuidam honeſto & religioſo viro Teutonico, qui in ciuitate cum vxore ſua morabatur, quatenus quoddam xenodochium de bonis ſuis cõſtrueret, in quo pauperibus & infirmis Teutonicis hoſpitalitatem exhiberet. Confluentibus autem ad ipſum, ratione cõmercii linguæ, & noti ſibi idiomatis, de gente illa multis pauperibus & peregrinis, de conſenſu & voluntate Patriarchæ, quoddam oratorium compoſuit, iuxta prædictum hoſpitale ſeu xenodochium in honorem beatæ Dei genitricis* Mariæ. *Longo autem tempore in magna paupertate, tam de bonis ſuis, quam de his, quæ colligebat ex fidelium eleemoſynis, pauperes infirmos procurabat. Quidam autem, & maxime de gente Teutonicorum prædicti viri, caritatem & meritum attendentes, omnibus renunciantes, ſe & ſua Deo, & prædicto hoſpitali tradiderũt, miniſterio pauperum, depoſito ſæculari habitu, voto ſe adſtringentes. Procedente autem tempore, cum non ſolum de inferioribus, ſed de equeſtri etiam ordine, & de nobilibus Alemanniæ viris Deo deuotis, prædicto hoſpitali, & Deo ſeſe obligaſſent, paupertatem voluntariam, & abiecti in domo Dei eſſe magis, quam habitare in tabernaculis peccatorum eligentes: viſum eſt eis Deo gratum eſſe & acceptum, & magis meritorium, non ſolum pauperibus infirmis ſeruire, ſed inſuper animas ſuas pro Chriſto ponere, & ab inimicis fidei Chriſtianæ terram ſanctam defendendo, Chriſto tam ſpiritualiter, quam corporaliter militare.* Quapropter & Templariorum, & fratrum hoſpitalis S. Ioannis profeſſiones in vnam quaſi conflarunt: ſtudio quidem rei bellicæ Templarios imitati; infirmis autem ac peregrinis piam operam impendendo

Hiſtor. orient. cap. 66.

Digitized by Google

dendo fratres Hoſpitalis ſancti Ioannis æmulati. Atque illos quidem excipiebant, omnique caritatis genere tractabant in Hoſpitali ſuo, quod *ſancta Mariæ Teutonicorum in Ieruſalem* dicebatur: tametſi nec ipſi Hoſpitalarii rem militarem à ſuo inſtituto alienam cenſerent. Porro ad diſcrimen Templariorum, & Ioannitarum ſeu Hoſpitalariorum, *cruces nigras albis chlamydibus aſſuebant*: teſte Vitriaco.

Capta vrbe Ieroſolymitana à Saladino, Saracenorum duce, collegium & hoſpitale ſuum Aconem, ſeu Ptolemaidam tranſtulerunt. Inde, vt ex tota item Syria, cum ceteris Chriſtianis expulſi, in Occidentem migrarunt: inq; Pruſſiam à Polonis accerſiti, multa cum Pruſſis finitimiſque nationibus bella geſſerunt. Quæ aliaque huc facientia cognoſcere qui volet, Martinum Cromerum, in hiſtoria Polonorum, ceteroſque rerum Polonicarum ſcriptores conſulat. Lib. 7. Ceterum hiſtoria ſiue liber ordinis Pruſſiæ, tradit *Boruſſiam ſiue Pruſſiam militibus ordinis Teutonici, per Conradum Maſſoniæ Ducem Anno 1226. May die 29. donatam, & Anno 1330. armata manu ab ipſis occupatam, primumque ordinis in Boruſſia Magiſtrum fuiſſe* Hermannum Saltzam, *virum fortem & magnanimum: qui cum annos triginta laudatiſſime præfuiſſet, arceſque plurimas ac prædia apud Italos, Germanos, Vngaros, atque Armenos ſuo ordini acquiſiuiſſet, Anno 1140. in Apulia viuere deſiit, Barletti honorifice conditus*. Floruitque mirifice hic ordo in Pruſſia tribus fere ſæculis: donec *Albertus Brandeburgius*, eiuſdem ordinis Magiſter, Lutherana hæreſi infectus, eam inuaſit, ductaque coniuge, titulum Ducis Pruſſiæ ſibi ſumſit. 1525. Cuius poſteri eam prouinciam etiamnum obtinent, ſuntque Regi Poloniæ feudatarii, vt Iurecõſulti loquũtur. Hodie totius ordinis Teutonici Magiſter eſt Sereniſſ. Maximilianus Auſtrius. Seriem porro Magiſtrorum generalium, reſque illuſtriores ab eis geſtas, Io. Funccius in Chronologia breuiter commemorat.

Digitized by Google

Caput IV.

Templariorum Equitum ordo.

1118. Templariorum militum ordinem, Anno ſalutis CIↃ.CXVIII. Ieroſolymis, tempore Balduini Regis, inſtituerunt *Hugo à Paganis, & Gaufredus à S. Aldemaro*, viri nobiles, & equeſtri dignitate inſignes, vt [a] Tyrius commemorat: *Anno*, inquiens, 1118. *quidam nobiles viri de equeſtri ordine, Deo deuoti, religioſi, & timentes Deum, in manu Guarimundi Patriarchæ Ieroſolymitani, Chriſti ſeruitio ſe mancipãtes, more Canonicorum regularium, in caſtitate & obedientia, & ſine proprio velle, perpetuo viuere profeſſi ſunt. Inter quos primi & præcipui fuerunt viri venerabiles Hugo de Paganis, & Gaufredus de S. Aldemaro.* Ex his, *Hugo*, primus poſtea Magiſter militiæ templi creatus eſt: alter vero, *Gaufredus à S. Audomaro* (non à *S. Aldemaro*, vt in propriis nominibus efferendis ſæpe Tyrius labitur) mihi nuncupãdus videtur. Fuitque Gaufredus, vt arbitror, nobilis Belga Arteſius: & floret etiamnũ illuſtris apud Arteſios familia, *S. Audomari* cognomento inſignis. Ceterum non plures initio fuere milites templarii, quam nouem: ſtetitq; is numerus totos annos nouem. *Et quoniam iuxta templum Domini mãſionem habuerunt*, (inquit Vitriacus) *Fratres militiæ templi, & vno verbo Templarii poſtea, vt dicitur, ſunt appellati. Quibus quoniam neq; eccleſia erat* (ait Tyrius) *neque certum habebant domicilium, Rex in palatio ſuo, quod ſecus templum Domini ad Auſtralem habet portum, eis ad tempus conceſſit habitaculum. Canonici templi Dominici plateam, quam circa prædictum habebant palatium, ad opus officinarum, certis quibuſdam conditionibus conceſſerunt. Rex autem, & eius milites prædictis viris nobilibus, qui omnia pro Chriſto reliquerant, compatientes, vna cum Patriarcha de rebus propriis eos ſuſtentabant, quædam beneficia & poſſeſſiones eiſdem poſtea pro remedio animarum ſuarum conferentes.*

[a] Lib. 12. de bello ſacro cap. 7.

In hiſt. oriẽt. cap. 65.

Lib. cit.

Finis ordinis huius erat, *vt à latronibus & viris ſanguinum*, *vt* loquitur Vitriacus, *defenderent peregrinos, & ſtratas publicas*

publicas cuſtodirent. Cum enim ex omnibus mundi partibus diuites & pauperes, iuuenes & virgines, ſenes cum iunioribus loca ſancta viſitaturi Ieroſolymam pergerent: latrunculi quidam & raptores, & viarum publicarum prædatores, incautis peregrinis inſidiantes, multos ex ipſis ſpoliabant, quoſdam autem trucidabant. Profeſſio igitur iſtorum erat, *vt tuta itinera, maxime ad ſalutem peregrinorum, contra latronum & incurſantium inſidias, pro viribus conſeruarent*: voto ſolenni ad hoc præſtandum adſtricti.

Ac primo quidem toto nouennio, *in habitu fuerunt ſæculari*, teſtibus Tyrio & Vitriaco, *talibus vtentes veſtimentis, quales pro remedio animarum ſuarum populus largiebatur. Cumque annis nouem in hac profeſſione & ſancta paupertate communem vitam ducentes, concorditer & quaſi vnius moris in domo permanſiſſent, anno gratiæ* CIↃ.CXVIII. *de* 1118. *mandato* Honorii *Papæ &* Stephani *Ieroſolymitani Patriarchæ, inſtituta eſt eis regula*; & albus habitus, *abſq; aliqua cruce aſſignatus. Hoc autem factum eſt in concilio generali apud* Trecas *ciuitatem Campaniæ celebrato, ſub Albanenſi Epiſcopo, Apoſtolicæ ſedis legato.* Nulla ergo cruce, quæ profeſſionis propria foret teſſera, initio inſigniti fuerunt. *Poſt hac vero Eugenii Papæ mandato* cruces rubeas *veſtimentis ſuis exterius affixerunt*, veſtes albas *in ſignum innocentiæ deferentes, per* cruces *autem* rubeas *martyrium deſignantes: eo quod ſanguinem proprium, ſecundum inſtituta regulæ, pro defenſione terræ ſanctæ effundere ſunt profeſſi, & Chriſti crucis inimicos viriliter expugnando, à Chriſtianorum finibus propellere, & ad nutum & mandatum eius, qui præeſt militiæ, non impetuoſe neque inordinate, ſed prudenter, & cum omni cautela ad prælia procedendo, primi in progrediendo, in regrediendo poſtremi. Quorum res adeo creuit in immenſum* (inquit Tyrius) *vt hodie trecentos plus minuſue in conuentu habeant Equites, albis chlamydibus indutos: exceptis aliis fratribus (qui dicuntur Seruientes) quorum pene infinitus eſt numerus. Poſſeſſiones autem tam vltra, quam citra mare adeo dicuntur habere, vt iam non ſit in orbe Chriſtiano prouincia,*

Templarii cruce rubea, & chlamyde candida donantur.

Digitized by Google

Vitriacus. *qua prædictis fratribus bonorum ſuorum portionem non contulerit, & regiis opulentiis pares hodie dicantur habere copias. Ex quibus certam pecuniæ ſummam pro defenſione terræ ſanctæ ſummo eorum Magiſtro, cuius ſedes principalis erat in Ieruſalem, mittunt annuatim.* En liberalitatem & munificentiam Chriſtianorum erga defenſores & propugnatores terræ ſanctæ. Quanta vero Ordo iſte Eccleſiæ Dei commoda attulerit, & quantam diſciplinæ ſeueritatem adhibuerit, idem Vitriacus fuſe ibidem memorat. Sed poſtea, pro dolor, *conuerſi ſunt in arcum prauum, & neglecta humilitate*, (inquit Tyrius) *Patriarchæ Ieroſolymitano ſe ſubtraxerunt, obedientiam ei, quam eorum prædeceſſores eidem exhibuerant, denegantes: ſed & Eccleſiis Dei, decimas & primitias eis ſubtrahentes, & eorum indebite turbando poſſeſſiones facti ſunt valde moleſti.* Quare ſub Clemente V. Pontifice Ordo penitus ſublatus, & quotquot comprehendi potuere, necati ſunt. Cuius rei variæ adferuntur ab hiſtoricis cauſſæ: quas qui noſſe volet, Platinã in Clemente V. Robertum Gaguinum in Philippo Pulchro, Crinitum lib. 24. De honeſt. diſcipl. cap. 13. Petrum Gregorium lib. 15. ſyntagm. cap. 33. Ioannem Azorium lib. 13. Inſtit. moral. cap. 6. & alios conſulat. Sat cauſæ profecto fuit, ſi, vt Platina ſcribit, à virtute maiorum ſuorum degeneres filii, cum Saracenis in Chriſtianorum perniciem conſpirarint: atque, vt Gaguinus refert, ſi tirones ſuos non aliter initiarint, quam Chriſti abnegatione. Quarum rerum diſquiſitionem paullo ampliorem libet ſubnectere.

Capvt V.

De Templariorum excidio & cauſſis quæſitum.

SCio Villaneum, Antoninum, alios eſſe, qui eos à calumnia defendunt: fama tamen frequentior, & ſenſus prope omniũ damnat. Diuitias, quibus aucti immenſum erant, malo fuiſſe, fateamur neceſſe eſt: ſiue virtutũ indole, quibus

Ioannes Mariana lib. 15.

Digitized by Google

quibus res tantas terra marique perfecerant, voluptatibus exſtincta: ſiue ex ea re inuidia apud populum conflata, apud principes ſpe lucri excitata. Tam cito in omne improbitatis genus publice degeneraſſe, vix eſſet credibile, niſi Clementis V. Pont. Max. diplomata, quæ inter tabulas ædis Toletanæ omnium maxime plura exſtant, indicio eſſent, famam hautquaquam vanam fuiſſe, affirmantis duos & ſexaginta ex eo ordine, ſe coram quæſtione habita, ſcelera nefandiſſima faſſos, veniam petiiſſe. Primi indices, duo ex eodem ordine exſtitere, *Prior Mon-falconis* in agro Toloſano, & *Noffus* exul Florentinus, auctores haut ſatis idonei, vt teſtimonio multorum vulgatum eſt. Acceſſere alii; in his ipſius Pontificis Clementis cubicularius, qui vndecimo ætatis anno, ad eum ordinem adiunctus, viſa factaque referebat. Accuſationis capita ad Philippum Galliæ Regem miſſa Pictauium, vbi cum Clemente Pontifice erat. Vno tempore, quaſi inde ſigno dato, Templarii omnes comprehenſi in Gallia: de iis quæſtiones tormentis habitæ: plerique aut omnes, dulcedine vitæ, aut ex ſcelerum conſcientia, crimina, de quibus accuſabantur, confeſſi ſunt, damnati quam plurimi, ac viui igne cremati. In his ſummum ordinis Magiſtrum, *Iacobum Molam* Burgundum, cum ad ſupplicium raperetur, ſententia pronunciata, quamuis propoſita vitæ ſpe, impunitateque, ſi veniam ſupplex palam peteret, huiuſmodi verba feciſſe, probatæ fidei auctores affirmant: *Ego*, inquit, *extremo vitæ tempore, cum inutili mendacio locus eſſe non debet, vera eſſe nego, ac per omnia numina iuro, quæ de Templariorum impietate criminibuſque, & ante iactata, & nunc recitata ſunt. Ordo enim ille ſanctus, iuſtus, & orthodoxus eſt: ego tamen extremo ſupplicio dignus, qui Pontifice Regeque hortantibus, flagitia impia ſceleraque ementitus ſum in ordinem meum, de religione Chriſtiana optime meritum. Quod vtinam, ô vtinam factum non eſſet! ſed quod vnum funpereſt, meis delictis, ſi veniæ locus eſt, ignoſci poſtulo, vltroque grauiores etiam pœnas depoſco, ſi quo modo diuinum numen patientia placare,*

rerum Hiſp. cap. 10.

Mors Iacobi Molæ Templariorum Magiſtri.

Digitized by Google

apud homines miſericordiam hac calamitate mouere poſſim. Vita mihi precaria quid opus eſt, tanto præſertim ſcelere, impietateque, ad quam prouocor, retenta? Multos alios idem palam dixiſſe fertur; in eo numero, Delphini Viennenſis fratrem nobiliſſimum, cuius nomen intercidit: de facto haud ambigitur. Proximo anno pridie Kal. Auguſti, litteræ à Pontifice datæ, quibus inquirendi in Caſtellæ Templarios, Compoſtellano & Toletano Archiepiſcopis poteſtatem permiſit: adiuncto *Aimerico* Inquiſitore ex Prædicatorio ordine (num eo, à quo *Directorium Inquiſitorum* editum exſtat?) aliiſque Præſulibus. In Aragonia idem negotium Epiſcopis *Raimundo* Valentino, & *Semeno* Cæſarauguſtano datum eſt. Idem in reliquis prouinciis toto Chriſtiano orbe factum: eo temperamento, vt inquiſitione habita, de ſumma rerum in conciliis tantum prouincialibus cognoſceretur.

Moguntiæ, cum in frequenti patrum conſeſſu, iuſſu Clementis Pontificis Romani, ea de cauſſa ageretur, *Hugonem*, cum viginti ordinis ſui ſociis, irrupiſſe in conuentum aiunt, claraque voce teſtatum, ſi quid grauius in eum ordinem eſſet decretum, ſe Pontificem Maximum Clementis ſucceſſorē appellare: ferocia eorum deterritos Patres, bono animo eſſe iuſſiſſe. Clementem certiorem litteris factum ius de integro quærendi ſtatuendique Archiepiſcopo demandaſſe: illum cauſſa cognita crimine liberaſſe tamquam innocentes. Demum in concilio Vien-
1311. nenſi, quod ſalutis anno CIↃ. CCC. XI. Octobris die ſexto decimo, haberi cœptum, de bello ſacro inſtaurando magna contentione actum eſt. In Templariorum cauſſa decretum, vt eorum nomen & Ordo penitus aboleretur. Crudele decretum fuiſſe, pleriſque viſum: neque eſt veriſimile ea delicta in omnes prouincias manaſſe, contaminaſſe ſingulos: ſed cunctis tamen, eius ordinis clade, documentum datum ſimilis perfidiæ vitandæ, præſertim viris ſacratis, quorum opes, vireſque integra magis probitatis opinione, quam re alia nituntur. Bona *Hoſpitalariis* addicta;

Digitized by Google

dicta; quo illi tempore Rhodum inſulam Turcis eripuerunt: vnde maior apud populum gratia, ſpeſque nata, poſſe per eos bellum in Syria inſtaurari. Hiſpania excepta eſt, quoniam in ea belli moles aduerſus Mauros magna ſupererat. Interfuere concilio *Philippus* Galliæ Rex, filii eius tres, *Carolus* Valeſius frater, aliorum Principum legati magno numero: Patres ad trecentos fuere, alii centum quatuordecim dicunt; duo Patriarchæ Alexandrinus, Antiochenuſque; Romanus Pontifex ceteris omnibus auctoritate potior. Ceterum Templariorum caſu orbis Chriſtianus conturbatus eſt: ſontibus irrogata ſupplicia, inſontes conſeruati, attributæque eis, Patrum Viennenſium decreto, annuæ penſiones ex ipſis cœnobiorum bonis, vnde vitam ſuſtentarent, inſigni tantum veſte detracta. Ita fere Ioannes Mariana.

Libet his I. Lipſi ſententiam adnectere: *Certiſſimum*, inquit, *habetur, quod Clementi Quinto Pontifici Max. euenit: qui cum* Templarios, *cœtum religioſum, & diu bonum atque vtilem, Viennæ in concilio damnaſſet, & in ſodales ferro atque igne paſſim vel animaduertiſſet, vel, vt alii, ſæuiiſſet: à pluribus eorum citatus ad tribunal ſuperum, paullo plus anno poſt obiit, quaſi ad vadimonium obeundum à ſupremo Prætore arceſſitus. Sub idem tempus (quod admirationem auget) in eadem cauſſa* PHILIPPVS *Rex Galliæ: cui bono damnatio illa fuiſſe putabantur, opibus ad eum tranſlatis & confiſcatis. Si à caſu, miremur: ſi à Deo vereamur.*

Hactenus de tribus militaribus ordinibus in Syria, iiſdem pæne temporibus, Chriſtianæ religioni augendæ ac tutandæ, inſtitutis. De quibus ſic breuiter Onuphrius Panuinius in Chronico ſuo eccleſiaſtico, ad annum Chriſti CIↃ. C. XIX. 1119.
Per hæc tempora quattuor militiarum ordines Ieroſolymis aut inſtituti, aut reſtituti, & amplificati fuere; Hoſpitaliatiorum, *qui &* S Ioannis *&* Rhodii *dicti ſunt, à Gerardo quodam;* Templariorum *ab Hugone & Gotfredo;* S. Mariæ Teutonicorum, *à Germanis;* & S. Lazari, *di-*

Digitized by Google

ante à D. Baſilio conditus. De S. Lazari militia, patrum memoria à Pio IV. Pont. Max. reſtituta; nos infra dicemus.

Capvt VI.

Ordo Gladiferorum, ſeu militum Chriſti in Liuonia.

AD formam trium ordinum equeſtrium ſeu militarium in Palæſtina natorum, inſtituta ſunt & alibi id genus militum collegia. Quorum è numero fuit militum Christi in Liuonia ſodalitium, ab *Alberto* Epiſcopo excitatum: cuius inſtituti Equites, *enſis rubri* ſignum, cum cruce, pallio inſutum, geſtabant: vt auctor eſt Cromerus. Quorum quidem ſcopus erat Chriſtianam religionem contra ethnicos tueri, atque exſtirpata idololatria, religionem veram propagare. De militari iſto ordine ſic Arnoldus Lubecenſis, in chronicis Sclauorum, vbi de Liuonia
Lib. 3. ca. 9.
ad Chriſti religionem adducta agit: *Multi continentiam vouentes, & ſoli Deo militare cupiẽtes, forma quadam Templariorum, omnibus renunciantes, Chriſti militiæ ſe dediderunt, & profeſſionis ſuæ ſignum in forma gladii, quo pro Deo certabant, in ſuis veſtibus præferebant. Qui confortati & animo & numero, inimicis Dei terrore non paruo formidabiles effecti ſunt.* Ceterũ Funccius in Chronologia ſua (quam caute legendam moneo) narrat hos Gladiferos Liuoniæ
1237. milites anno 1237. cum Teutonicis cruciferis fuiſſe vnitos: apud quem & Liuoniæ Magiſtri ex ordine, eorumque res geſtæ recenſentur.

Capvt VII.

Ordo Equitum D. Jacobi, apud Hiſpanos nobiliſſimus.

ORdinem militiæ *S. Iacobi de Spata*, vt vulgo nuncupant, ſub regula S. Auguſtini, à *Petro Ferdinando* in
1170. Hiſpania, anno ſalutis ClƆ. C. LXX. inſtitutum tradit Onuphrius Panuinius in Chronico ſuo Eccleſiaſtico. De cuius militiæ

militiæ principiis, & quibus modis ab humili ducta, in amplitudinem, regiæ olim æmulam ac formidabilem, creuerit, compendio exponamus. Quo ex tempore *D. Iacobi* Apoſtoli ſepulcrum vbi eſſet, cognitum eſt, eius loci religio non tota Hiſpania modo, ſed etiam apud externas nationes propagari cœpit. Multi toto orbe mortales conueniebant: alios itineris difficultas, propter locorum aſperitatem ſterilitatemque, deterrebat: plures Maurorum arcebant incurſiones, à quibus multos in captiuitatem agi nuntiabatur. Canonici ſacerdotes *D. Eligii*, quo tempore haut ſatis conſtat, ſed conſequenti tamen ætate, iis malis occurrere cupientes, multis locis toto eo itinere, quod ad Galliam pertinet, domicilia conſtituere peregrinis excipiendis: in quibus quod in ſuburbano Legionenſi *D. Marci* nomine ædificatum eſt, principem locum habuit. Eo pietatis officio non plebis tantum animos, ſed etiam Principum voluntates conciliarunt. Vnde magnis opibus & vectigalibus aucti tunc ſunt: & poſtmodum eorum exemplo, nonnulli viri militares in Caſtella nobiles atque copioſi, in ſtudio Christiani nominis amplificandi perſtiterunt, priuatis rebus in commune collatis. Ii per hæc tempora, *Hiacinti* Cardinalis induſtria, cum *D. Eligii*, qui domicilium prope Compoſtellam habent, Canonicis vires ſociare certi, Romam profecti ſunt: vt Pontifici *Alexandro III.* vitæ genus probarent, quod inſtituere cupiebant, ad D. Auguſtini normam, quam *D. Eligii* Canonici amplexi erant. *Petrus Fernandus à Ponte Encalato*, eius legationis princeps, diploma à Pontifice abſtulit, 3. Nonas Iulii, anno milleſimo centeſimo ſeptuageſimo quinto, quo militibus viuendi ratio præſcripta eſt, & optimis inſtitutis temperata. Ad id vitæ genus feminæ etiam admittuntur, coniugii ſublata facultate, niſi conſenſu Magiſtri. Ex omni militum numero tredecim omnino viros deligere iuſſum: qui à Magiſtri latere non diſcederent, & cum eo quotannis loco deſignato conuentus generales agerent. Multa alia præterea conſtituta ſunt, quæ commemorare longum eſ-

Ioannes Mariana lib. 11. rerum Hiſp. cap. 13.

Canonici regulares S. Eligii apud Compoſtellã commorabantur.

S. Auguſtini regulã amplectuntur.

1175.

Petrus Fernandus primus Magiſter.

ſet. *Petrus* ipſe *Fernandus* eius militiæ primus Magiſter creatur. Inſigne militibus in veſte candida *crux rubra* in *gladii militaris* modum conformata. Domicilio xenodochium, *D. Marci* nomine, Legione deſignatum. Amplæ poſſeſſiones in Caſtella & Legione hac ipſa tempeſtate erant, opida & arces non paucæ. In his *Vrceſia, Mora, Eſtriana, Almodaua, Larunda, Vicus cuminarius*, cui iam *Vico Zarza* nomen erat, vt diploma Pontificum declarat. Accidit conſequenti anno milleſimo centeſimo ſeptuageſimo ſexto, vt Alfonſus Caſtellæ Rex ætate confirmata, certuſque eas iniurias vindicandi, quæ à Vaſconibus & Legionenſibus annis prioribus erant illatæ, bellum compararet. Vota, priuſquam proficiſceretur, Toleti nuncupata. Illeſcam & Haſaginam opida (nam ad Regis ditionem redierant) Toletano templo donauit, menſe Iulio: vt bellū quod inferre parabat, felici exitu concluderetur, Diuos indigetes precatus. Cum magnis copiis in *Riuogiam* ad Iberi ripam penetratum. Quid præterea rerū geſtum ſit, ignoramus: niſi quod Vaſconibus mulctatis, ſatis conſtat, arma in Legionenſe regnum conuerſa; vaſtatos agros, capta, direpta, incenſa opida: cum *Ferdinandus* Legionenſiū Rex, patruus, viribus inferior eſſet, & prævalidi iuuenis congreſſum declinaret. In nouos *D. Iacobi* milites Regis Legionenſis conuerſa rabies: quoniam eos Caſtellæ Regi, veteri domino, fauere ſuſpicabatur. Illi regno expulſi in Caſtellam omnes migrarunt. Sed Regem *Ferdinandum* breui pœnitentia ſubiit, tanto præſidio regnum haut ſatis idonea cauſa nudaſſe: neque mutare tamen potuit, tametſi viris ſanctis & proceribus adnitentibus, quodam induciarum genere tum primū ab armis diſceſſum eſt. Hæc habebamus quæ de initiis eius ordinis litteris mandaremus, quamquam pauca, vt fateor, pro dignitate. Neque ignoramus quoſdam vetuſtiorem originem deſignare, alios ab *Alfonſo Caſto*; alios à *Ramiri* Caſtellæ Regis ætate:
846. qui anno ſalutis octingenteſimo quadrageſimo ſexto, apud *Clauigium* ſexaginta Maurorum millia commiſſo prę-

lio

Digitized by Google

lio interemit, *D. Jacobo* Apoſtolo in equo candido niueum vexillum, rubræ crucis figura diſtinctum, præferente. Nimirum vtroſque decepit eius militiæ illuſtrandæ ſtudium. Nam diploma, quod ante centum amplius annos virginibus ſacris, quæ Salmanticæ à *S. Spiritu* nomen habent, conceſſum profertur, falſi ab eruditioribus accuſatur, quibus argumentis explicare non attinet: res ſe ipſa prodit, ſiue ſtylum expendenti, ab eorum temporum ruditate abhorrentem, ſiue ab ortu Chriſti annos numerandi rationem conſideranti, nondum per hæc tempora in Hiſpania ſuſceptam. Ita fere Ioannes Mariana.

Hujus militiæ regulam ſeu Statuta vt vocant, Hiſpano ſermone explanauit *M. Isla*, Philippo II. Regi Catholico à Sacris, & Plantiniani typis Antuerpiæ euulgarunt. Apud quem *Islam* exſtat & ſeries Magiſtrorum, ſummorumque militiæ Præfectorum.

CAPVT VIII.

Ordo Equitum Calatrauæ, in regno Caſtellæ.

CAlatraua opidum loco munito in Oretanis ad Anam fl. ſitum, quo tempore ereptũ eſt Mauris, Templariis militibus, quorum magna erat opinio virtutis, muniendum cuſtodiendumque datum eſt: vt arcis inſtar eſſet ad barbarorum incurſus arcendos. Ii, quod Mauros victoriis elatos magno numero obſeſſum venire nunciaretur, defenſionis ſpe abiecta, opidum reddiderunt. Neque erat inter proceres, qui aut vltro nomen profiteretur, aut ea de re à *Sanctio* Caſtellæ Rege appellatus, ſuo periculo opidũ defendendũ ſuſciperet. Duo *Ciſtertienſis* ordinis monachi, quos res aliæ in curiam euocarant, Toleti eo tempore moram trahebãt, *Raimundus*, Fiterii ad Piſoricã Abbas (errant qui hanc laudem ad Fiterii cœnobium ablegant, quod in Vaſconibus non procul Tudela ſitum eſt cum conſtet cõſequenti tempore fuiſſe exſtructum) atque Raimundi ſocius *Diegus Velaſquius*. Is vetus antea *Alfonſi* Imperatoris & Caſtellæ Regis miles, multiſq; bellicis operibus clarus, *Mariana li. 11 rerum Hiſp. cap. ..*

DD

rerum deinde humanarum contemtu monachum induerat: & vt magno erat animo, monendo, ſuadendo, hortandoque cunctantem, effecit vt opidi defendendi curam in ſe Abbas ſuſciperet. Conſilium ſpecie temerarium erat, re numinis inflatu conceptum, vt arbitror: nam contra tantas difficultates ratione ſatis prouideri non poterat. Ea res Regi primum gratiſſima fuit, deinde *Ioanni* Præſuli Toletano, mœſtis antea, atque conſilii inopibus in tanta Reipub. difficultate. *Ioannes* etiam, quoniam in eius ditione *Calatraua* ſita eſt, pecuniam de ſuo ſuppeditauit: & pro concione cum nobiles tum populares permouit, vt ſe, Abbate ductore, diſcrimini offerrent; ne in tanto periculo rem Chriſtianam deſerere viderentur. Quanto ſibi, & rei familiari minus parcerent, tanto tutiores fore: amiſſo eo opido, quod inſtar propugnaculi eſſet, incendii flammam in ſingulorum fortunas inuaſuram. Atque hæc anno in-
1158. eunte milleſimo centeſimo quinquageſimo octauo gerebantur. Quo tempore Rex, vt præmium labori eſſet, Calatrauæ principatum cum ſubiecto agro dono dedit B. MARIÆ, ordinis Ciſtertienſis patronæ, atq; eius nomine, *Raimundo* Abbati & ſociis iure perpetuo. Magna famæ in vtramque partem momenta fiunt plerumque vero maioris. Itaque cum eius apparatus rumor percrebuiſſet, Mauri ſpe deiecti, aut aliis rebus impediti, Calatrauam non venerunt. Id felix fauſtumque & bene ominatum initium eius militiæ fuit. Nam plerique milites Abbatem ſecuti veſtem mutarunt: quam ille inſignem adtribuit, eiuſque formæ, quæ armorum vſum non impediret. Moxque Toletum repetens, Regem & ciues ex rebus geſtis lætitia compleuit. Ex cœnobio autem, cui Præfectus erat, magnam pecoris vim adduxit, atque ex vicinis opidis hominum viginti millia: quibus agri diuiſi, opidaque Calatrauæ vicina, quoniam incolis vacua erant, domicilio deſignata. Ea diligentia Calatrauæ opidum contra omnem iniuriam egregie eſt munitum. *Raimundo* Abbati poſt aliquot annos defuncto, ad opidum *Cirnelos*, vbi ſepul-

B. Raimundus Abbas Piſcricenſis auctor militia Calatranæ.

Digitized by Google

ſepultus etiam eſt, pro opera nauata honores à populo habiti: vſque eo vt miraculis fulſiſſe creditus ſit, & in cœleſtium numero reponatur. *Diegus Velaſquius*, in multos annos vita propagata, *Gumiela* in D. Petri cænobio obiit, ibique ſepultus eſt. Ab his initiis ſacram Calatrauæ militiam, in hunc quem cernitis ſplendoré perductam, *Alexāder III.* ſuo diplomate confirmauit, *Garſia* eius ordinis primo Magiſtro, anno milleſimo cēteſimo ſexageſimo quarto. 1164.
Garſiæ ſucceſſit *Martinus Pereſius*, Martino *Nunnius Pereſius Quignonius*: his alii. Domicilium, quod *Calatraua* primo collocatū, *Ciruelos* deinde, *Buxedam* mox, *Corcolem* deinceps, & *Saluaterram* migrauit, *Cuzus* ad extremum, *Nunnio Fernando* duodecimo eius militiæ Magiſtro. Sunt quidem minora alia eius ordinis domicilia aliis locis conſtituta, illud præcipuum. Copiæ, auctoritas, multorumque opidorum imperium, eximia Regum liberalitate accesſit. Quæ opida emerita olim eius ordinis militiæ hominibus commendabantur, vt iis reditibus vitam honeſte ſuſtentarent: neque tamen poſteris hereditaria relinquebant. Nunc rebus ab antiquo mutatis, aulicorum deliciis Regum ex libidine non raro mancipantur. Ita fere res humanæ à præclaro initio degenerare conſueuerunt. Sic fere Mariana. Sed Onuphrius in Chronico ſuo ordiné hunc à Sanctio Rege anno 1121. inſtitutum. Vtuntur autem Equites Calatrauæ in comitiis publicis veſte candida, quadrato *crucis rubræ* ſigno notata. Quod quidem illis CIↃ. 1396.
CCC. XCVI. præſcripſit *Benedictus XIII.* qui ſe pro Pontifice apud Hiſpanos tunc geſſit: vt idem Mariana libr. 19. commemorat. Porro ſuperioris ſæculi anno quadrageſimo, *Paulus III.* Pont. Max. indulſit, vt vnicam quiſque vxorem poſſit ducere, ſecundis nuptiis excluſis.

Huius inſtituti Eques fuit *Franciſcus Radeſius Andrada*, Hiſpanus, qui Ordinum militarium ſcripſit hiſtoriam, ab Arnoldo Wiono in Ligno vitæ, citatam, at nondum mihi viſam.

Caput IX.

Ordo Equitum Alcantaræ, in regno itidem Caſtellæ.

Militiam Equitum *S. Juliani de Piro* (ſic dictam, quod in eius nominis opido, apud Legionenſes, primum huius inſtituti cœnobium ſit excitatum) *Gomeſius Fernandus*, Eques nobiliſſimus CIↃ. CLXX. inchoauit. Eam pri-
1170.
1177. mus probauit *Alexander III.* Pontif. Max. CIↃ.CLXXVII.
118?. *Lucius III.* anno CIↃ. CLXXXIII. ipſis *S. Benedicti* regulam præſcripſit. Inſigne tum illis fuit *Pirus viridis* arbor, in ſcuto aureo: quod poſtea mutatum. Exinde *Alcantara* opi-
1218. do CIↃ. CCXVII. liberalitate *Nunnii Fernandi*, Calatrauæ Magiſtri 12. donati, vt beneficium beneficio rependerent, illius ordinis veſtem ſumſerunt, & ab opido iſto cognomentum induerunt. Cucullum & rubram faſciam *cruce*
1411. *viridi* in candido ſcapulari anno CIↃ. CCCCXI. mutarunt: cum *Calatrauæ* Equites, quibus olim ſubfuerunt, rubram crucem in albo clypeo, *Auiſii* vero idem crucis inſigne in ſcuto aureo præferant. Preces quotidianas, ſiue officium, vt vocant, eccleſiaſticum, commune recitant cum Calatrauenſibus & Auiſiis Equitibus. Habent & ſacerdotes plurimos ordini adſcriptos: quibus qui præeſt, itidem ſacerdos, *Prior* nuncupatur. Hæc fere Arnoldus Wionus, in Ligno vitæ lib. 1. cap. 80.

Lib. 12. c. 3. Ioannes Mariana, rerum Hiſpaniæ ſcriptor fidus & e-
1213. legans, militiæ huius initia paullo aliter narrat: Anno CIↃ. CCXIII. Alfonſus *Legionenſis Rex in Maurorum ditionem irruit, qua parte Legionenſi imperio finitima erat: agris, opidis, villis illata vaſtitas. Ad Tagi ripam in veteri Luſitania* Alcantara *firmiſſimum opidum captum, quod Calatraua militibus dono Regis ceſſit: vnde tamquam ex munitiſſima arce, atq; fortiſſimo propugnaculo in hoſtium fines incurrerent ipſi, illorumque impetus propulſarent. Hoc* Alcantaræ *militibus initium fuit, tenue & inualidum, vt fere rebus magnis. Cucullum & rubram faſciam, qua longo tempore diſtingui conſueuerunt*, Benedicti XIII. *qui ſe Pontificem dixit, venia & auctoritate*, cruce viridi *mutarunt, ſalutis anno milleſimo quadrin-*

Digitized by Google

quadringenteſimo vndecimo: cum Calatrauæ milites, quibus olim ſubditi fuerunt, nunc vix contribuli, rubræ crucis figura in candida veſte vtantur.

CAPVT X.

Militarium ordinum magiſteria Ferdinando Caſtellæ Regi dantur.

HActenus de tribus ſacris Caſtellæ ordinibus militaribus diximus. Multum ii milites iuuerant ad Mauros ex vniuerſa Hiſpania deturbandos, genere & factis nobiliſſimi. At Granata à Ferdinando Magno Caſtellæ Rege Mauris erepta, cum parum iam terroris ab hoſte eſſet, ordinum Magiſtri, quamquam ſocii & amici, Regibus plus æquo formidabiles exſtiterunt: quod & opibus atque auctoritate plurimum valerent, & tumultus bellaque ſæpe in prouincia concitarent. Ea ſpecies facto eſt prætenta: vera an falſa, non diſputamus. Certe in comitiis ordinum non lex & æquitas ſæpe valebant; ſed vis atque ambitio. Itaque ab *Innocentio VIII.* Pont. Max. diploma eſt impetratum, quo ſublatis Magiſtris, eorum ordinũ adminiſtratio procuratioque omnis Caſtellæ Regibus credebatur. Sic *Garſia Lopezio Padilla, Calatrauæ* Magiſtro, anno ſalutis CIↃ. CCCLXXXIX. defuncto, eius locum *Ferdinandus* Rex excepit: nullo amplius Equitum ſuffragiis, vti moris erat, Magiſtro ſubſtituto. Quod exemplum ad *D. Iacobi* ordinem manauit, anno CIↃ. CCCCXCIII. *Alfonſo Cardena*, eius militiæ Magiſtro è viuis ſublato. Atque vt finis eſſet, anno proximo à *Ioanne Stunica Alcantaræ* Magiſtro, impetratum eſt, vt honorem illum, in eiuſdem Regis *Ferdinandi* gratiam, Hiſpalenſi archiepiſcopatu mutaret. Acceſſit eidem poſt annos aliquot Cardinalicia dignitas, Pontificis quidem beneficio, at Regis in primis gratia atque auctoritate. Sic *Ferdinando* trium illorum ordinum præfecturæ ceſſerunt: vt vita ſuperſtite, eorum ipſe ditionem opeſque procuraret. *Alexander VI.* Papa ad Innocentii veniam adiecit porro in ea adminiſtratione *Iſabellam* Regi-

Mariana li. 26. cap. 5.

1489.

1493.

1494.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

nam ſociam, cum iure ſuccedendi, ſi quid marito humanitus contigiſſet. Poſtremo *Hadrianus VI.* in alumni *Caroli V.* Imp. gratiam, ipſi & ſucceſſoribus conceſſit ius præſentandi Epiſcopos Hiſpaniæ, qui ante ad Regum ſupplicationem precario à Romanis Pontificibus inſtituebantur: adhæc vt tres iſtos ordines in omne tempus ipſi adminiſtrarent.

Caput XI.

Ordo Equitum S. Mariæ *de Mercede & Redemtione captiuorum, apud Aragonios celebris.*

Ordinem militiæ *S. Mariæ de Mercede*, alias *de Redem-*
1232. *ptione captiuorum*, anno cIↃ. ccxxxii. à *Jacobo* Aragoniæ Rege, Barcinone inſtitutum tradit Onuphrius in chronico. At ne quis erret, aut temere confundat (vt multi fecere) moneo duplicem à *Iacobo I.* Aragoniæ Rege ſocietatem eo cognomento inſtitutam: *militum* vnam, *monachorum* alteram. Fecit id ſeu voti reus, vt quidam ſcribunt, quod *Montione* dum captiui inſtar teneretur, Virgini-Matri nuncuparat; ſeu vſu edoctus, quantum eſſet captiuitatis malum. Militibus porro teſſera eſt *crux alba*, rubro in clypeo regiis Aragoniæ inſignibus ſuperimpoſita: viuuntq; iuxta *S. Benedicti* regulam; vt ex ſolenni profeſſionis ipſorum formula conſtat, quam Arnoldus Wionus recitat: *Ego frater N. miles ordinis* S. Mariæ *de Mercede facio profeſſionem, & promitto obedientiam paupertatem & caſtitatem obſeruare Deo, viuere ſecundum regulam* B. Benedicti, *& in Saracenorum poteſtate, ſi neceſſe fuerit, ad redemtionem* Chriſti *fidelium manere.* Horum militum ſummus Præfectus Barcinone ſedem habet ac domicilium.

Ligni vitæ Lib. 1. c. 86.

1218. Cæterum monachi Mercenarii regulam *S. Auguſtini* obſeruant, anno cIↃ. ccxviii. inſtituti, atq; à *Gregorio IX.*
1230. anno poſt duodecimo adprobati. Quibus quidem ſecundum Regem *Jacobũ*, *Petrus Nolaſcus* homo Gallus ducem ſe præbuit, optimiſq; legib. naſcentẽ familiam temperauit.

Idem

by Google

Idem Barcinone, in S. Crucis Baſilica, coram Rege & proceribus, de manu *S. Raimundi Pennafortii* (qui tunc Regi à ſacris confeſſionibus erat, & deinde ordinis Dominicani Magiſter ſeu Præfectus generalis fuit) veſtem religionis nota inſignem ſuſcepit. Cucullum inquam, veſtemque candidam, cum *cruce candida*, rubro clypeo impoſita, regiiſque Aragoniæ inſignibus. *Mariana li. 12. cap. 8.*

Ne quis tamen exiſtimet vnam eandemque eſſe militum & monachorum Mercenariorum teſſeram, notat Wionus, monachos præter regia inſignia, geſtare crucē, cum faſcia aurea clypeum medium interſecante, limboq; inſuper aureo clypeum ipſum ambiente: milites autem ſola cruce candida rubro in clypeo, regiiſque inſignibus cōtentos eſſe. Sunt autem huius generis monachi plurimi in Hiſpania, itemque Romæ in S. Quirici baſilica, à Pio IV. Pont. Max. anno CIↃ. IↃLXIV. ipſis adtributa. Incumbit autem ipſis, vt & monachis S. Trinitatis, corrogatis vndique eleemoſynis ſtipem colligere, & captiuos, aut in ſeruitutem à Turcis, Mauris, aliiſq; barbaris redactos, fideliter redimere. Wionus porro etſi lucem aliquam nobis attulit, memoria tamen lapſus videtur, cum ea, quæ de monachis Mercenariis anno 1218. inſtitutis, atque à Gregorio IX. an. 1230. adprobatis, Ioannes Mariana commemorat, ad milites traxit Mercenarios. Atque hæc quidem monuiſſe oportuit, quod tanta rerum nominumque ſimilitudine deceptos ſcriptores etiam grauiſſimos animaduertam. *Rerum Hiſp lib 12 ca. 8. & 14.*

CAPVT XII.

Ordo Equitum Monteſiæ, in regno Valentiæ.

I*Acobo II.* Aragoniæ, Catalauniæ, & Valentiæ Rege, per legationes agente, ex prædiis, quę Templarii in Valētino tractu obtinuerant, noua vt militia conſtitueretur, anno CIↃ.CCCXVII. à *Ioanne XXII.* Pont. Max. eſt impetratum: 1317. Calatrauæ quidem contributa, proprio tamen Magiſtro, veſte candida, & *cruce rubra* inſignis, ſimplici planaque.

Ciſtertienſis inſtituti legibus viuere, mandatum eſt. Præcipua ſedes *Monteſia*: vnde & militiæ nomen. Infeſtabant id temporis Mauri littora Valentina: quibus tuendis egregiã Equites iſti operam præſtitere. Primarius huius inſtituti auctor fuit *Guilielmus Erilius*, vir fortiſſimus. Solent autem Equites iſti in vexillis militaribus cruces viridi nigroque colore diſtinctas, in ſcutis autem veſtibuſque cruces, vt dixi, rubras præferre, & caſtitatẽ omnes profiteri. Quæ vt audio, violata eſt, temporibus Cæſaris Borgiæ, Magiſtri ordinis x. vel xi. ſummis Pontificibus certas ob cauſſas indulgentibus.

Inter Magiſtros ordinis merito laudatur *Iacobus*, Iacobi Aragoniæ Regis filius: cui Eleonora Alfonſi Caſtellæ Regis filia cum eſſet deſponſata, ea intacta relictaque, militiæ huic nomen dedit, laudatiſſimeque præfuit. Noſtra ætate *Iacobus Falco*, Valentinus, huius ordinis miles, inſignem *De quadratura circuli* commentarium edidit, Antuerpiæ typis Bellerianis. 1591. Plura qui volet Ioannem Marianam, Gonſaluum Argotem Molinam libro De nobilitate Hiſpaniæ, alioſq; eius prouinciæ hiſtoricos conſulat. Qui quidem vnanimi conſenſu, non ad *Iacobi I.* cognomento *Fortunati*, vt Volaterranus, Bugianus, & Morigia per errorem fecere, ſed ad *Iacobi II.* Aragoniæ Regis tempora, huius equeſtris militiæ initia referunt. Ex quibus patet & Onuphrium Panuinium, in Chronico ſuo eccleſiaſtico, iſta perperam ad an. 1233. commemorare.

Capvt XIII.

Equitum Chriſti *ordo, apud Luſitanos nobiliſsimus.*

Portugallia, ſiue vt alii ſcribunt, Portugalia, (quæ prouincia maiori ex parte veteribus Luſitania fuit) ſecundum Oceanum occiduum fuſa, & Ana ac Minio fluminibus ad meridiem Septemtrioneſque comprehenſa, longitudine quadringenta millia paſſuum colligit, multo minori latitudine, & vbi arctiſſime ſe pandit, centum amplius ſexaginta millium, vbi arctiſſime coit, octoginta. Diuiſa eſt in par-

Digitized by Google

in partes tres, *Ciſtaganam*, *Tranſtaganam*, & tractum cum qui Minio, Durioque continetur, prouentu lætiſſimus, vbi Bracara ſita eſt: citra Tagum autem *Olisipo*, vltra Tagũ ſpectatur *Ebora*, metropolitanæ vrbes. Quot partes, totidem Ordines in Luſitania militares numerãtur: nimirum *Chriſti*, *Auiſiorum*, & *Palmeranorum*. Quorum quidem incredibili virtute freti Reges Luſitaniæ, Mauros olim ea prouincia expulerunt, auorumque ætate, Africam, Aſiam, atque alio ſub ſole iacentes Indos, ſibi tributarios fecerũt, veræque religionis lumen in remotiſſimas nationes intulerunt. Hos inter ordines apud Luſitanos is nobiliſſimus cenſetur, qui Chriſti nomine inſignitur. Cuius quidem ſodales, ex *Ciſtertienſium* inſtituto viuentes, nigra veſte vtũtur, & *cruce* partim *rubra*, partim *candida*. Sunt enim quatuor eius brachia per medium diſciſſa, & linea candida interſecante diſtincta: ſic vt in ſingulis brachiis binæ cruces appareant, rubra & candida. Militarem hunc ordinem, aduerſus Mauros inſtitutum, *Ioannes XXII.* Pont. Max. anno fere cIↃ. CCCXVIII. confirmauit. Huic ſodalitio Templariorum nuper deletorum opida, prædia, ædeſque à *Dionyſio* Luſitaniæ Rege ſunt adtributæ. Primarium ordini domicilium ad *Caſtrum Marinum*, in diœceſi Eluenſi, eſt cõſtitutum: inde poſtea *Tomarium* migratum. Sic fere Mariana: at Panuinius, in Chronico ſuo Eccleſiaſtico, ad annum 1325. iſta reiicit. Exſtant huius ordinis Regulę ſeu Cõſtitutiones, itemque Priuilegia Luſitane edita Oliſipone, à Reuerendiſſimo *Damiano*, Priore conuentus Tomarienſis, & Generali eiuſdem ordinis Præfecto.

1318.

1607.

CAPVT XIV.

Equitum Auiſiorum ordo in Luſitania.

EBora vrbs Luſitaniæ celeberrima, & frequẽti Regum Portugalliæ domicilio nobiliſſima, quibuſdam militibus, quorum magna erat opinio virtutis, ad Maurorum incurſus arcendos, munienda cuſtodiendaque data eſt ab

Alfonſo huius nominis I. Luſitaniæ Rege, Anno Dom.
1147. CIↃ. C. XLVII Qui, vt præmium labori eſſet, ipſam vrbem, cum finitimis agris, dono dedit *B. Mariæ*, ordinis Ciſtertienſis patronæ, atque eius nomine, *Ferdinando Monteiro*, primo ordinis Magiſtro, & ſociis iure perpetuo: vnde illis primum nomen *Eboræ militum*. Reſque adeo creuit, vt & Chriſtianorum ære collaticio facultates maximas, & opida quamplurima poſſiderent, creato magiſtratu, cui obtēperarent.
1181. Eiuſdem Regis deinde munificentia, Anno CIↃ. C. LXXXI. tempore *Ferdinandi Iannezij* ſecundi ordinis Magiſtri, caſtro ſiue opido *Auiſio* aucti, ab eo nomen induerunt. Veſtis, præter *crucem rubram*, ab initio nullum diſcrimen. Quo in ſtatu annis ſex & ſexaginta perſtitere, donec
1213. anno CIↃ. CCXIII. *Garſiæ* ab *Aca*, Magiſtri militiæ Calatrauenſium liberalitate, donati ſunt ampliſſimis poſſeſſionibus in regno Portugalliæ: & tunc primum formula ordinis conſtituta, & alba veſtis, cum *crucis rubræ* figura, Equitibus eſt adtributa. Magiſtri eis fuere diuerſis temporibus, cum ſanctitate, tum etiam bellica laude clari. Quando militiæ Calatrauæ adiuncti ſint, incompertum: conſtat tamē
1490. id accidiſſe poſt annum CIↃ. CD. XC. Nam eo anno *Gregorius*, Ioannis II. Regis Luſitaniæ filius, & militum Auiſiorum Magiſter obiiſſe ab hiſtoricis traditur.

Lege Andr. Reſendiū de vrbis Eborenſis antiquitatibus.

I. Inter illuſtres iſtius ordinis Magiſtros, hi maxime commendantur. *Ioannes*, Petri Luſitaniæ Regis, cognomento Crudelis, filius naturalis: qui Ferdinando Rege humanis rebus exempto, Portugalliæ Rex pronunciatus, fretum Herculeum primus victor traiecit, & inſulas tres (quas vulgo *Diſperſas* vocant) Septamque Africæ vrbem, pulſis
1433. Mauris, occupauit: obiitque anno CIↃ. CDXXXIII.

Chronica noſtra conſule.

II. *B. Ferdinandus*, Ioannis Regis nunc memorati filius, patre ad regnum euecto, CIↃ. CCCLXXXV. Auiſiæ militiæ Magiſter eſt renunciatus. A Mauris bello captus, ſumma in vinculis patientia vixit, obiitque demum miraculis clarus
1443. XVII. Iunii, CIↃ. CCCCXLIII. in cœnobio Batallæ

con-

Digitized by Google

cōditus. De quo vide plura apud Stephanum Luſignanum, corona 4. cap. 7.

Georgius, Ioannis II. Luſitaniæ filius, Dux Conimbricæ, & Turris nouæ Marchio. Hæc fere Arnoldus Wionus, Ligni vitæ lib. 1. capp. 73. & 74. III.

Ceterum Equitibus [a] *Palmeranis* eadem ſunt veſtimēta & digmata, quæ S. Iacobi Equitibus in regno Caſtellæ.

[a] *Vulgo De la Palmera.*

Capvt XV.

Ordo Equitum B. Mariæ, *item Sepulchri* Chriſti, *apud Italos.*

ORdo militaris titulo *S. Mariæ glorioſæ*, ad pacificandas Italiæ ciuitates, anno fere 1233. excitatus eſt, auctore *Bartholomæo Vicetino*, ordinis Prædicatorum, eius poſtea vrbis Epiſcopo: vt tradit Carolus Sigonius. Quod inſtitutum *Vrbanus IV*. Papa circa annum 1261. adprobauit: leges vero attulit *Rufinus Gurgo* Placentinus Pontificis Pœnitentiarius, quas ſcripſerant huic ordini ſeſe dicantes viri aliquot, diuitiis ac nobilitate præſtantes, *Catellanus*, *Malavolta*, *Loderengus*, *Andalus*, *Gruamons*, *Cacciamincus*, & *Hugolinus Lambertinus*, Bononienſes, *Selania Liazarius* Regienſes, & *Rainerus Adelardus* Mutinenſis. Erant autem iſtæ: vt tunicam albam & ſubcinericiam togam induti, *crucem purpuream* in campo albo, duabus ſuprapoſitis ſtellis, præferrent; vtque viduarum & pupillorum tutelam ſuſciperent, pacique & concordiæ inter homines conciliandæ ſtuderent. Quoniam autem ſuis quiſq. in ædib. cum vxoribus & filiis, vitā agebat, vulgo *Fratres Gaudentes* vocati ſunt: vt Ioannes Villarius & Salimbenus in ſuis chronicis prodiderunt. Huius ordinis primus Magiſter ipſe *Loderengus* eſt conſtitutus, vir multis nominibus laudandus.

1233.

Lib. 17. & 19. de regno Italiæ.

Fuit olim & ordo Equitum *Sepulchri Chriſti* in Italia celebris: cuius quidem candidati binas *cruces rubras* pro teſſera in veſte præferebant; ſede primaria Peruſiæ conſtituta. Hos Innocentius VIII. Papa Rhodiis Equitib. adiūxit.

Equites Sepulcri Chriſti

Digitized by Google

De ordine militiæ Ieſu Chriſti in Italia, contra hæreticos, à S. Dominico, Prędicatorię familię principe, inſtituto diſerte agit Bernardus Luceburgius, in libello de ordinib. militaribus, & armorum militarium myſteriis, Coloniæ Agrippinæ an. 1527. euulgato. Traditque ipſos veſte partim nigra, partim candida vſos fuiſſe; atque exſtinctis per beatos Dominicum, Petrum martyrem, alioſque ſodales in Italia hęreſibus, militiæ ſpiritali totos ſeſe dediſſe, dictoſque *Fratres & Sorores de pœnitentia S. Dominici.*

Militia Ieſu Chriſti contra hæreticos.

Idem Luceburgius memorat ordinem militum *S. Georgij* ab Alexandro VI. Papa & Maximiliano I. Imp. aduerſus Turcas fuiſſe inſtitutum; *cruce aurea, cum corona in circulo aureo*, pro inſigni adtributa. Audio & Genuenſes de collegio Equitum S. Georgii, quem vt Reipublicæ ſuæ Diuum tutelarem colunt, adornando cogitare.

Ordo militū S. Georgii.

CAPVT XVI.

Ordo Equitum S. Mauritii & S. Lazari.

HVnc ordinem militarem à *S. Baſilio* Cæſarienſi Epiſcopo inſtitutū, & à *Damaſo* Papa I. auctum eſſe tradunt: teſtemque aduocant Gregorium Nazianzenum, qui eiuſdem Baſilii res geſtas ad poſteritatem tranſmiſit. Illius ſane militiæ antiquitatem vetuſta S. Lazari xenodochia ſiue hoſpitalia conteſtantur. Eam Innocentius III. Honorius III. Gregorius IX. & alii Pontifices Maximi comprobarunt. Innocentius IV. præſcripſit ipſis rationem eligendi Magiſtrum generalem, aliam ab iſta, quam olim obſeruarant. Alexander IV. profeſſionem regulæ *Auguſtinianæ* ab ipſis emitti ſolitam, non ſolū laudauit, ſed & prædia eiſdem in Sicilia, Calabria, Apulia, Campania, aliiſque Italiæ locis à Friderico Barbaroſſa Imp. conceſſa ſuo diplomate ſtabiliuit. Secuti deinde Pontifices Nicolaus IV. Clemens IV. Ioannes XXII. Gregorius X. Paullus II. Vrbanus II. Leo X. & alii variis priuilegiis equeſtrem hunc cœtum honorarunt. At temporum, vt fit, iniuria, cum præclarum iſtud inſti-

nſtitutum pene concidiſſet, *Pius IV.* Pont. Max. id reuocauit, *Iannotio Caſtillonio*, viro nobili Mediolanenſi, Magiſtro generali creato. Quo quidem Vercellis anno 1572. defuncto Gregorius XIII. Pont. Max. *Emanueli Philiberto*, Sabaudiæ Duci, magiſterium ſummamque illius ordinis præfecturam detulit. Is Niceæ & Taurini bina domicilia, excipiendis Equitibus, à fundamentis excitauit, multaque præclare conſtituit. Ceterum Gregorius XIII. militiam *S. Mauritii* (quem vt Diuum tutelarem ac præſidem Allobroges venerantur) cum iſta *S. Lazari* coniunxit, & *Ciſtercienſium* regulam Equitibus ſeruandam propoſuit: adhæc loco *viridis crucis*, olim nude geſtari ſolitæ, alteram *crucem candidam*, clypei medio, pro teſſera adiecit. Dictaque exinde militia *Equitum S. Mauritii & S. Lazari*. Hæc & alia plura Paullus Morigia Mediolanenſis, ex ordine Ieſuatorũ S. Hieronymi, commemorat.

1565.

Lib. 3. orig. monaſt. c. 7.

Equites Ieroſolymitani, ſiue S. Sepulchri.

Agmen claudant milites ſiue Equites toto orbe notiſſimi, quos *Ieroſolymitanos*, ſiue *S. ſepulchri Domini noſtri* IESV CHRISTI *in Ieruſalem* nuncupant. Ii à Præfecto ſeu Guardiano, vt appellant, ſodalium Franciſcanorum in ipſa vrbe Ieroſolymitana, ad quam religionis ergo Chriſtiani confluere ſolent, piis cum ceremoniis creantur. Quas legere ſi voles, Froimontium, Villamontium, Suallartium, aliosque Itinerarii Ieroſolymitani ſcriptores conſule. Regulas ſiue Ordinationes, vt vocant, ipſis Latine an. 1099. præſcriptas, Villamontius ex autographo recitat. 1099.

Digitized by Google

ORIGINES EQVESTRIVM ORDINVM.

LIBER SECVNDVS.

Caput I.

Ordo Equitum Velleris aurei.

DE Ordinibus Equeſtribus, quos vulgo *Religiones* nuncupāt, libro ſuperiore egimus. Nunc de iis Equitum familiis agendum, quæ paſſim *Ordines* audiunt. Eas inter, liceat primas dare Equitum *Velleris aurei* collegio, omnium longe nobiliſſimo.

Philippum cognomento *Bonum*, Burgundiæ Brabantiæque Ducem, iure meritiſſimo *Belgici imperii conditorem* appellant: quod Flandriæ, Arteſiæ, Hannoniæ (quas prouincias paterna hereditate acceperat, Brabantiam, Luceburgum, Hollādiam, Zelandiam, Friſiam, Namurcum, aliaſque Germaniæ inferioris ditiones paulatim adiecerit, atque vnum in corpus feliciter iunxerit. Princeps hic vere *Bonus*, tuendæ maiorum religioni, & augendo ſtabilien-
1430. doque imperio, Equitum *Velleris aurei* ſodalitium longe
auguſtiſſimum inſtituit. Ducta nimirum origine atq; appellatione ab *Iaſone*, qui in Colchida cum Argonautis ea profectus eſt naui, quæ maria primum ſulcaſſe dicitur, & nuncupata eſt

Argo, quod Argiui in ea lecti viri
Vecti, petebant pellem inauratam arietis:

ſeu potius à *Gedeone*, magno illo Iſraelitarum duce, qui vellus primo ſiccum, deinde rorulentum vidit, intactæ ſcilic. Virginis-Matris ſymbolum, eoque ſigno confirmatus, trecen-

Digitized by Google

trecentos iuſſu Dei viros elegit, quibus numeroſas Madianitarum copias profligaret. Ipſo itaq; nuptiarum die, quas Brugis Flandrorum III. Idus Ianuarii CIↃ.CDXXX. (ſi calculum Romanum ſequamur) cum *Eliſabetha*, Ioannis Luſitaniæ Regis filia, regio luxu celebrauit, Equites 24. delegit, & ſingulos torque aureo donauit: torque ſic fabrefacto, vt ex ſilicibus ac ferro, quo ignis è ſilicibus excutitur, conſtare videretur; ima vero torquis parte *Vellus aureum* penderet. Rudes adhæc atque impoliti è lauro ſtipites decuſſatim propoſiti: circum ſtipites vero emicantes flãmæ, veſtes, ritus ſacrorum, ſeſſionum, aliaque id generis plura ſunt deſcripta. Singulos item toga coccinea ſiue purpurea lanea in comitiis publicis *Philippus* vti voluit: quam filius *Carolus Audax*, comitiis CIↃ.CDLXXIII. in vrbe Valentianæ celebratis, in holoſericam cõmutauit. Idem porro *Philippus Bonus* quattuor, vt vocant, Officiarios, *Cancellariũ, Theſaurarium, Heraldum* ſiue *Regem armorum*, & *Secretarium* ſiue *Scribam*, huic equeſtri collegio ſubminiſtrare voluit. Ceterum initio non niſi 25. Equitibus collegium conſtitit, ipſo *Philippo* Duce ceteris adnumerato: idem tamen diplomate CIↃ.CDXXXI. Inſulis Flãdrorum dato, cœtum 31. Equitum deinceps futurum pronunciauit. At *Carolus* poſtea V. eo nomine Cæſar, anno ſui ſæculi decimoſexto, Bruxellis conuentũ agens, ſodalitium vnius & quinquaginta Equitum ſtatuit. Libet autem, ne quid à nobis omiſſum curioſus Lector queratur, ipſum *Philippi Boni* diploma, ex Gallico Latine redditum, hic recitare:

1430. 1473. 1431. 1516.

Philippi Boni diploma.

Philippus Dei gratia Dux Burgundiæ, Lotharingiæ, Brabantiæ, Limburgi, Comes Flandriæ, Arteſiæ, Burgundiæ, Namurci, Palatinus, Marchio ſacri Imperii, dominus Salinarum & Machliniæ. Notum facimus omnibus præſentibus & futuris, quod propter magnum & perfectum amorem, quem habemus erga nobilem ſtatum & ordinem dignitatis equeſtris, cuius honorem ardenti ſtudio & ſingulari affectu exoptamus augere, per quem ordinem vera religio Catholica, ſtatus noſtræ ſanctæ matris Eccleſiæ, & tranquillitas proſperitasq; Reipu-

blicæ ſit defenſa, cuſtodita, & conſeruata: Nos ad laudem & gloriam omnipotentis Creatoris & Redemptoris noſtri, ad reuerentiam matris eius glorioſæ virginis, & ad honorem S. Andreæ, glorioſi Apoſtoli & martyris, ad exaltationem fidei & S. Eccleſiæ, & excitationem virtutum & bonorum morum, 10. die menſis Ianuarij, [a] *anno Domini 1429. qui erat dies ſolenniſationis matrimonii inter nos & noſtram cariſſimam & amantiſſimam coniugem Eliſabetham, in opido noſtro Brugenſi, accepimus, creauimus, & ordinauimus & per has præſentes accipimus, creamus, & ordinamus ordinem & fraternitatem dignitatis equeſtris, & amicabilis ſocietatis certi numeri equitum, quem volumus appellari* ORDINEM VELLERIS AVREI, *ſub forma, conditionibus, ſtatutis, modis, & articulis qui ſequuntur: Primo ordinamus vt in ordine antedicto ſint vnus & triginta Equites, viri nobiles nomine & armis, ſine reprehenſione, quorum nos erimus caput & præſes, & poſt nos ſucceſſores noſtri Duces Burgundiæ, &c. Datum in noſtro opido Inſulenſi 27. die Nouemb. anno gratiæ 1431.*

a Iuxtà veterem Flandriæ calculum, quo annus à Paſcha te inchoatur, ordo Velleris aurei inſtitutus eſt an. 1429. At iuxta calculũ Romanũ qui annum à Calẽdis Ianuariis exorditur, is ordo cenſetur an. 1430. inſtitutus.

Quoniam vero in diplomate ſuo Iaſonis Argonautæ Philippus diſerte meminit, libet eius nauigationem reſque geſtas, Græce ab Orpheo & Apollonio Rhodio, Latine vero à Valerio Flacco decantatas, breuiter ob oculos, in virorum principum gratiam, ponere.

Iaſonis nauigatio & res geſta.

Iaſon patria Theſſalus, cum ingenti gloriæ cupiditate flagraret, Argi induſtria nauim inſignem ædificandam curauit, multiſque ſociis ſibi adiunctis, in his Hercule Thebano, Orpheo, Lino, Caſtore & Polluce, ex Theſſalia ſoluens, ad Sigeum Troiæ promontorium, Heſionem Laomedõtis filiam ab interitu vindicauit. Inde in Colchidem perlatus, *vellus* inde *aureum* auexit, hoc eſt auri gazam, quod per riuos e monte Caucaſo dilapſum, villoſis pellibus piſcari quaſi retibus ſoliti erant. Iſtis cum copiis, raptaque Medea, in Mœotidem paludem, Cimmerio boſporo ſuperato, penetrauit. Tanai mox aduerſo, quo fluuio Aſia ab Europa ſeiungitur, nauim aliquanto ſpatio, qua pertractam remulco, qua ſolutam in partes, humeriſq; deporta-

portatam, Sarmatico in littore rurſus compegiſſe tradunt. Sicque Germaniæ, Galliæ & Hiſpaniæ oris circumnauigatis, ad Gaditanum tandem fretum conſtitere; in eius faucibus, monti Calpi arcem impoſuere, Heracleam ab Herculis nomine nuncupatam; indeque primum in Hiſpaniam, poſt ad Baleares inſulas traiecere. Quarum Rege Bocori ſubacto, quod nullum iis in locis aurum inueniretur, cõmeatu comparato, & bobus lectiſſimis in naues impoſitis, in Italiam tranſmiſere. Quo loco, in Auentini montis antro, Hercules Cacum, Vergilii aliorumque poëtarum verſibus celebratũ, interfecit. Soluta rurſus naui, inde per Liguriam; qua parte breuiſſimus in Padum traiectus eſt, in Adriaticum ſinum delati, longiſſima demum nauigatione peracta, tantiſque rebus feliciter geſtis; læti atque incolumes, in patriam ſumma cum gloria rediere. Hæc de Iasone, eiuſque ſociis Argonautis fere veteres tradiderunt. Itaque videri queat, iſtud *Philippo Bono* conſilium fuiſſe; vt Iaſonis exemplo Argonautas ſocioſque legeret, quibuſcum, vt ille in Colchida in Aetem, ſic ipſe in Syriam ad Turcas debellandos proficiſceretur. Quod ad ignilia ſeu ignitabula ſilicem ferientia, ignemque excutientia attinet, fuit id ſymbolum ſiue emblema *Ioannis Intrepidi*, Burgundiæ Ducis Flandriæque Comitis. Quo quidem, vt Guilielmus Paradinus interpretatur, non obſcure ſignificatur, quanto malo potentes inter ſe Principes bello committantur: quo fit plerumque, vt alter alterum, cum publica vtrimq; clade, in perniciem pertrahat. Sed heu ſymbolum ominis plenum! Cum enim *Ludomicum* Aurelianenſium Ducem, *Caroli VI.* Galliæ Regis fratrem, *Ioannes Intrepidus* iuſſiſſet interfici, ſementem profecto iecit funeſtiſſimi inter Francicam Burgundicamque familias odii, tot tantiſque bellis ac cladibus, iam inde ad noſtram vſque ætatem, toties, pro dolor! renouati. *Philippus* porro *Bonus*, Intrepidi nepos, iſtud aui ſui emblema, torqui aureo inſerẽdum putauit: vt & duos ac triginta continenter annos, pro indigna

In Symbolis heroicis.

parentis ſui cæde vindicanda, bellum Gallis acerrimum intulit.

Huic ſymbolo haud abſimile eſt illud, quo bina è lauro bacula tranſuerſim poſita, his verbis additis, *Flāmeſcit vterq;*, repræſentantur. Nam vt ea inter ſe colliſa, teſte Plinio, ignem reddunt; ſic potentium inter ſe Principum cōcurſu, grauiſſima pericula ac damna excitantur. Adeo verū illud, *Dura duris non quadrare*. Huc etiam ſpectare videntur bacula iſta bina, quæ tranſuerſim inſignibus ſuis *Philippus II.* Rex Catholicus appingenda, atq; in moneta nummiſq; repræſentanda curauit. Qua forma & *Crux Andreana* ſeu *Burgundica*, in ſignis noſtris militaribus hodieq; ſolet exprimi: etſi eius rei & alias dari interpretationes, non ignorem. Ceterum torquem ordinis huius equeſtrē quidā ſic interpretatus eſt, vt ſilicibus ferroq; adſcriberet, *Ante ferit quam flamma micet*: Velleri autem, *Pretium non vile laboris*. Nonnemo per Vellus aureum *Lapidem*, vt vocant, *philoſophicum* deſignari ſuſpicatur: cuius vſum *Philippo Bono*, Principum ſui æui longe ditiſſimo ac potentiſſimo, ab ingenioſo quopiam commonſtratum fuiſſe idem coniicit. Alii aliter ſunt interpretati. Catalogum porro Equitum, iā inde à primis temporibus ad noſtram vſque ætatem adlectorum, apud Lud. Guicciardinum Lector inueniet.

Sic & bacula quædā Indica, ſeorſim per aerem manu agitata, ignem reddunt.

In deſcriptione Belgii.

CAPVT II.

Equites Stellæ, S. Michaelis, S. Spiritus, Genettæ, *&* Lunæ creſcentis *in Gallia*.

VArios Equitum ordines à variis, noſtra maiorumque ætate, in Gallia inſtitutos lego. *Carolus Martellus* ordinem *Genettæ* excitauit: *Ioannes Valeſius*, Rex Francorum, anno 1351. ſignum *Stellæ* ſuis Equitibus, aureæque monetæ dedit. *Rainerus* Andium Dux anno 1464. ſuis figurā *Lunæ creſcentis* adtribuit. *Ludouicus XI.* Galliæ Rex Francos Equites imagine *S. Michaelis* archangeli, cacodæmonem è cœlo

Heuterus Burgund. Rerum l. 4.
1351.
1464.

Digitized by Google

cœlo deturbantis, ornari voluit. *Henricus III.* Galliæ Poloniæque Rex ordinem Equitum *S. Spiritus* ipſis Calend. Ianuar. anni 1579. inſtituit, Pariſiis in baſilica Auguſtinianorum eremitarũ. Ex his duo poſteriores ordines hodieq; apud Gallos magno in pretio habentur, eorumque præſides ſunt ipſi Galliarum Reges. Ceterum, vt dixi, *Stellæ* ordinem año fere Chriſti CIↃ. CCCLI. apud fanum S. Audoeni, in agro Pariſienſi, *Ioannes* Galliæ Rex inſtituit. Cuius quidem fœderis Equites ſignum *Stellæ*, regia corona redimitæ, in toga, chlamyde, vel galero præferebant. Forte in memoriam diuini illius ſideris, quod Reges, ſiue Magos tres ex orientali tractu ad locum Chriſto natalem prælucentibus radiis, adduxit. Quo quidem & illud Virgilii, poetarum principis, non inepte quis traxerit:

1579. 1351.

Ecce Dionæi proceſſit Cæſaris aſtrum,
Aſtrum, quo ſegetes gauderent frugibus, & quo
Duceret apricis in collibus vua colorem.

CAPVT III.

Ordo Equitum, S. Georgii, *quem vulgo* Garterii *nuncupant, in Anglia.*

EDuardus III. eo nomine Rex Angliæ inſtituit *Garterium* ordinem; cui tãtus deinde acceſſit honor, vt maximos quoſque Reges non pœnituerit in id venire collegiũ. Sunt numero ſex & viginti *Garterij* Equites (ſic enim appellantur) & alius in alterius demortui locum, ſuffragiis reliquorum, cooptatur. Horum autem princeps eques Rex Anglus habetur: vtuntur pallio cæruleo, crus ſiniſtrũ paululum infra genu, corrigia fibulata, gemmis auroque ornata, cincti: à qua quidem corrigia nomen ordini inditum conſtat, quod *Garter* lingua Anglica, ligaculum, ſignificet, quo mulieres tibiarum tegumenta ſibi ligant. Ornatur autẽ iſta corrigia eiuſmodi titulo, gallicis verbis inſcripto, *Hony ſoit qui mal y penſe*, i. e. Vituperetur ſeu confundatur, qui malum cogitat. Ordo vero eſt *S. Georgio*, vt bellatorum præſidi, dicatus. Quare Equites quotannis diẽ illi ſacrum

Anno 1350.

Illo nexu crucis monẽtur, vt à turpi fuga caueãt

Digitized by Google

Vuindleſora, vulgo Vuindſore, opidum eſt cum caſtro, ſiue arce adiuncta. Collegium XIII. Canonicorum.

multis ceremoniis celebrant, in templo ad Vindeſorium caſtrum: quo loco eius collegii ſedes eſt, opiparoque conuiuio diem illum feſtum agunt. Quapropter Rex *Eduardus* ibidem inſtituit celebre ſacerdotum collegium, qui res curarent diuinas. Habent iſti Equites certas leges, quibus id in primis eſt conſtitutum, vt mutuo ſe iuuent, defendantque, ac bellando numquam in turpem ſeſe dent fugam. Habent inſuper apparitores miniſtros, quos *Haraldos* dicunt: quorum præfectus appellatur *Rex armorum*. Ii belli ac pacis nũcii, Ducibus, Comitibuſque à Rege creatis inſignia aptant, atque eorum funera curant. De cauſſa autem inſtituendi ordinis omnino ambigitur: fama tamen apud vulgus etiam nunc tenet, *Eduardum* aliquando è terra collegiſſe Reginæ ſeu amicæ ligamen tibiale, quod forte reſolutum, vt vſu ſolet venire, deciderat: & nonnullis heroibus id videntibus, ac iocoſe cauillãtibus, dixiſſe, Breui futurum, vt eiuſmodi cingulo etiam ab ipſis ſummus haberetur honor: atque non multo poſt iſtiuſmodi ordinem inſtituiſſe, eumque addidiſſe titulum, quo teſtaretur ipſos heroes contra quam erat, de ſe iudicium feciſſe. Hæc in vulgo eſt fama. Atqui ſcriptores Anglici verecunde ſuperſtitioſi, forte timentes ne imminutæ maieſtatis regiæ crimen ſubirent, ſi tale quid vt minus inſigne prodidiſſent, maluerunt id tacitum relinquere: perinde quaſi nunquam alias viſum fuiſſet, rem ab initio à parua ſordidaque origine ortam, magno poſt incremento, dignitateque auctam. Ecquid deformius deſpicatiuſue apud multos olim populos habitum eſt, quam raſus vertex, qui nunc vnicum eſt ſacri profanique capitis diſcrimen? An Aruales fratres, quos Romulus creauit, eo in honore à principio fuere, qualem poſtea obtinuerunt? vti nos vtrumque in noſtro De rerum inuentoribus opere docuimus. Quid, quod Cẽſura, magiſtratus olim apud Romanos, ab initio, teſte Liuio, à primoribus omnino ſpreta eſt? at non longo poſt tempore omnis Vrbis ordo ſub eius ditione fuit: atque id genus exempla ſexcenta ſunt. Proinde origo vera *Garterij*

ordinis

ordinis non erat prætereunda ſilentio, etiãſi profecta eſſet ab amore: quo nihil eſſe nobilius, vult Ouidius canens, *Nobilitas ſub amore iacet.* Quocirca famam vulgi de iſtiuſmodi inſtituti cauſſa non omnino vanam dixerim. *Eduardus* item, cum *D. Georgium* ſuæ militiæ præſidem optaſſet, poſtea ipſi armato, & equo inſidenti, appinxit ſcutum album, rubra cruce perinſigne: dedit & militibus ſuis ſaga alba, vtrimque binis *crucibus* pariter *rubris* munita, quæ ipſi ſuper armaturam inducerent: vt nõ minus decorum, quam magnificum eſſet, videre Anglicanas legiones armatas inſtar orientis Solis procul albeſcere, micare, fulgere; cum aliarum nationum milites velut gregarii veſtitus colore minime internoſcantur. Sic fere Polydorus Virgilius hiſtor. Anglicanæ lib. 19.

Hæc itaque vulgi eſt opinio, longa traditione veluti per manus accepta, equeſtre iſtud collegium ſuam debere originem faſciolæ heroidis *Salberinæ*, caſu è tibia delapſæ, protinuſque à Rege *Eduardo* peramante collectæ. Pro qua quidem facere videtur & titulus ipſe equeſtri faſciolæ inſcriptus, *Hony ſoit qui mal y penſe.*

Ceterum Guilielmus Camdenus, à faſciola ſeu periſcelide Regis *Eduardi*, in prælii, quod feliciter ceſſerat, teſſeram data, equeſtri huic collegio *Garterij* nomen inditum fuiſſe exiſtimat: *Inter Bibrocos*, inquit, *floret Vvindſore, Saxonice Vvindleſora. Situm certe amœniorem ſedes regia vix habere poſſit. Clemẽter enim ex edito colle, iucundiſſimo in orbem fruitur proſpectu. A fronte vallem deſpectat longe lateque procurrentem, aruis diſtinctam, pratis viridantem, nemoribus hinc inde veſtitam, & placidiſſimo Tamiſi irriguam. A tergo colles paſſim exſurgunt, nec aſperi, nec prealti, ſaltibus coronati, & venationi à natura ipſa quaſi dicati. Hac loci amœnitate pellecti Reges, ſapiſſime huc ſecedunt: & hic ad Galliam vincendam natus eſt* Eduardus III. *Rex potentiſſimus, qui hoc caſtrum quaſi vrbis æmulum foſſis, & propugnaculis ex quadrato ſaxo munitiſſimum de integro conſtruxit, ſtatimq; debellato Gallo, ac Scoto,* ioannem *Regem Galliæ, &* Dauidem *Scotiæ,*

In deſcriptione Britãnia.

Digitized by Google

in hoc captiuos vno eodemque tempore tenuit. Diuiditur hoc caſtrum in duas areas; interior, quæ ad ortum, ſpectat aulam regiam, qua ædificiorum deſcriptione nihil illuſtrius, nihil eſt ſplendidius. Ad cuius Borealem partem, qua flumē deſpectat, Eliſabetha *Regina,* Henrici VIII. *filia, ſubdiale ambulacrum adiecit longe amœniſſimum. Exterior area in ipſo primo ingreſſu templum habet auguſtiſſimum* B. Mariæ *virgini, &* S. Georgio *Cappadoci ab* Eduardo III. *conſecratum; ſed ad eam, qua nunc cernitur, magnificentiam ab* Eduardo IV. *perdu-*

1350. *ctum. Hic* Eduardus III. *vt militarem virtutem honorib. præmiis, atq; ſplendore decoraret, nobiliſſimam conſcripſit Equitū auratorum ſocietatem, quos ob periſcelidem ſuam, in prælio quod feliciter ceſſit, teſſeram datam,* Garterii *ſiue* Periſcelidis *Equites nominauit: qui cærulea periſcelide aureis litteris Gallice inſcripta,* Hony ſoit qui mal y penſe, *ſiniſtram tibiā ſubſtringunt. Alii tamen huius ordinis inuentionem multo antiquiorem faciunt, & ad Regem* Richardū I. *referunt.* Eduardumq; *tantum reduxiſſe credunt. In ipſo enim inſtitutionis libro, quē* Guil. Dethicus *principalis armorum Rex, Garterij nomine inſignis, omnium, quæ ad honorem ſpectant, ſtudioſiſſimus, mihi oſtendit. ſic legitur.* Richardo, cum contra Turcas & Agarenos, verſus Cyprum & Aconem moueret, lōgioriſque moræ pertæſus eſſet, dum mira ſolicitudine traheretur obſidio, tandem illabente, per *D. Georgij*, vt opinatum eſt, interuentum, ſpiritu, venit in mentem, vt quorundam electorum militum cruribus coriaceum ſub-fibulum, quale ad manus tūc ſolum habebat, induceret: quo futuræ gloriæ memores ex condicto ſi vincerent, ad rem fortiter ac ſtrenue gerendam expergefierēt, ad Romanorum inſtar,

Alii ordinē Garterii à Richardo I. Rege inſtitutum volunt.

1431. apud quos illa coronarum varietas, quibus variis de cauſſis donati ſunt & inſigniti milites; vt his velut irritamentis, excuſſa vecordia, virtus animi fortitudoq; pectoris feruidior exſurgeret atq; exſiliret. *Ceterum in hanc ſocietatem potentiſſimi quiq; orbis Chriſtiani Principes cooptari, inſtar maximi honoris duxerunt: & iam à prima inſtitutione, in hunc ordinem, qui è XXVI. Equitibus conſtat, Reges adſcripti fuerunt plus*

plus minus xx. præter Angliæ Reges, qui eiuſdem præſides habentur: vt Duces, & alios maximi nominis taceam.

A ſiniſtra templi, ædes ſunt Decani & præbendariorum ſiue Canonicorum xii. A dextra, eſt quaſi prytaneum, in quo aluntur emeritis ſtipendiis prouectiori ætate milites duodecim, honeſtiore loco nati, qui quotidie rubra toga ad talos demiſſa veſtiti, cui lacerna purpurea inducitur, ſacris intereſſe tenentur, precibusq; pro Equitibus apud Deum intercedere. Inter vtramque aream intereminet moles, cui arx rotunda imponitur: iuxta quam alia arx edita ſurgit Vvincheſtertovver, ab Epiſcopo Vvintonienſi Vvichamo, quem Eduardus III. *operi præfecit, appellata.* Hactenus Camdenus.

Præter *Garterij* ordinem, hodieque apud Anglos notiſſimum, lego olim & *Menſæ orbicularis verſatilisq;* Equites, ab *Artho* Britanno circa an. 1590. inſtitutos, ea in inſula floruiſſe. Apud Scotos, audio Equites à Rege adlectos, *S. Andreæ* ſigno donari: apud Danos vero, *Elephanti* effigiẽ pro diſcriminis nota præferre. Sic alibi alia excitandis virorum nobilium animis, equeſtria ornamenta præclaræ ſunt excitata. *Equites menſa rotundæ.* *S. Andreæ. Elephanti.*

CAPVT IV.

Ordo Equitum Annuntiationis angelicæ, apud Sabaudos.

AMadei IV. cognomento *Magni*, Sabaudiæ Comitis potiſſimum virtute ac fortitudine, Anno fere CIↃ. 1309.
CCCIX. (variãt enim ſcriptores) ipſo Aſſumptionis Deiparæ feſto die, *Rhodũ* inſulam Turcis ereptam, Chriſtoq; adſertam, paſſim memorant hiſtoriæ. Ex quo quidem tempore, Sabaudiæ inſignia, quæ eadem & Imperii erant, (Saxoniæ Ducum, ex quibus Sabaudici proceres orti, inſignibus hactenus interſtincta) ſcuto Equitum Ieroſolymitanorum *ſancti Ioannis*, cruce ſcilicet argentea in rubri coloris clypeo, ipſis petentibus Equitibus (qui Rhodo inſula ab Imperatore Conſtantinopolitano tunc donati, Rhodii poſt Equites dicti fuere) in nauatæ virtutis præmium ſunt

Digitized by Google

decorata. Ortũ inſuper ab iſta Rhodi expugnatione illud quattuor litterarum ſymbolum, *fert*, Sabaudiæ regulis hodieque proprium. Cuius quidem ſymboli variæ tradũtur interpretationes: ſed iſta omnium veriſſima, *Fortitudo eius Rhodum tenuit*. Ceterum equeſtre iſtud ſodalitium in honorem Annuntiationis angelicæ Amadeus eo nomine Sextus Sabaudiæ Comes inſtituit, primæ nobilitatis viris XIV. adlectis: quos aureo ſingulos torque donauit, ex quo laciniæ aliquot pendentes, & nodis (vt vocant) Sabaudicis inter ſe connexæ, dictionem iſtam *Fert* (Amadei magni, vt diximus, ſymbolum) ſingulæ repræſentabãt: imagine Virginis Mariæ ab angelo ſalutatæ appenſa. Et ne quid deeſſet, idẽ Amadeus Sextus paulo poſt inſigne Cartuſianorũ, loco qui *Petri Caſtelli* nomine innoteſcit, monaſterium conſtruxit: in quo pro illius ſodalitii Equitum ſalute perpetuæ ad Deum preces funderentur. Cauitque vt quotannis, feſto Annunciationis Deiparæ die, Equites omnes, ad ſacra ibidem ſimul celebranda, conuenirent; vtque in defunctorum tunc locum alios Sabaudiæ Princeps ſufficeret. Plura qui volet, Guilielmum Paradinum, Lambertum Vander-Burchium, alioſque rerum Sabaudicarum ſcriptores conſulat.

1350.

CAPVT V.

Bandæ *militia, olim in Hiſpania nobilis.*

VIctoria vrbs eſt Caſtellæ, in qua noua militia ab *Alfonſo* Caſtellanorum Rege excogitata inuectaque eſt, *Banda* nomine. *Banda* vulgari Hiſpanorum lingua tænia eſt, quam noui milites rubro colore, quattuor latam digitos, à dextro humero ſub ſiniſtro brachio, corpori circumducebant, honoris inſigne. Ingenui tantum, & qui decem minimum annis in caſtris aulaq; verſati eſſent, ad eum ordinẽ ſunt adlecti: nobilium modo filiis

liis maioribus excluſis. Rex ipſe vniuerſæ ſocietatis Magiſter inſtitutus. Eo honore iuuenes nobiliſſimi ad res maximas capeſſendas perficiendaſq; inflammati: qui longo tempore in magno pretio habitus, conſequentium Regum ignauia, rerumque humanarum inconſtantia, in deſuetudinem abiit, vt ne veſtigium quidem exſtet. Sic fere Ioannes Mariana, Rerum Hiſpaniæ l.16. c.11. De hoc ipſo Equitum *Bandæ* collegio fuſe tractant Antonius Gueuarra, Mondonedi Epiſcopus, & Paullus Morigia, lib.2. orig. monaſt. cap. 9.

Fuerunt & alia olim equeſtria ornamenta, à Regibus Hiſpaniæ excogitata. *Ioannes I.* Caſtellæ Rex, paullo ante vitæ finem, Segobiæ, ipſo *D. Iacobi* feſto die, inſigne excogitarat; *columbæ* effigiem, ex aureo torque, radiis diſtincto pendentem: nobilibus aulicisque proceribus ad præclara facinora, *Henrici II.* aui exemplo, honoris ſpecie obiecta incitamentum. Verum morte eius intempeſtiua, res ea priusquam confirmaretur, euanuit. *Circa ann. 1390.* *Ordo Equitum Columba.*

CAPVT VI.

Ordo Equitum Redemtoris IESV CHRISTI, *apud Mantuanos.*

MAntuam conſtat antiquitate ac venuſtate cum quauis Italarum vrbium certare poſſe. Ne quid igitur deeſſet, *Vincentius Gonzaga*, Mantuæ IV. & Montis-ferrati II. Dux, in nuptiis filii ſui *Franciſci* cum *Margarita Sabauda* anno 1608. celebratis, illuſtre XX. Equitum collegium. in honorem REDEMTORIS IESV CHRISTI Paullo V. Pont. Max. adprobante, inſtituit; religioni orthodoxæ in primis tuendæ ac propagandæ. In honorem, inquam ſacroſancti Sanguinis IESV CHRISTI, cuius guttulæ aliquot, à S. Longino Centurione & martyre, vt traditur, collectæ, Mantuæ in D. Andreæ baſilica, cum parte Spongiæ Dominicæ, eiuſdemque Apoſtoli reliquiis, ma-

Digitized by Google

gna religione adſeruantur. Baltheum equeſtrem aureum (cui præter vetuſta gentis Gonzagæ inſignia, iſta ex Pſalmo Dauidico LX. *Domine probaſti*, ſunt inſcripta) ipſe *Vincentius* Dux, filio *Ferdinando* S.R.E. Cardinale tradente, in palatii ſacello, feſto Pentecoſtes die, primus accepit. Idem Cardinalis, auctoritate Apoſtolica, parentem ſuum Ordinis iſtius principem ac præſidem renuntiauit: eſtque is honos ad ſucceſſores, vna cum imperio, tranſiturus. Eodem ipſo Pentecoſtes die, *Vincentius* Dux in D. Andreæ baſilica, *Franciſcum* filium natu maiorem, & viros inſuper quattuordecim nobiliſſimos equeſtri ſuo collegio adſcripſit, ſinguloſque torque iſtius generis aureo donauit. Ad hæc perpetuum huius equeſtris ſocietatis *Cancellarium* eſſe voluit eum, qui Canonicorum S. Andreæ collegio præeſt, quemque *Primicerium* vulgo vocant; *Secretario* vno ad cetera curanda adlecto: vt in Mantuæ vrbis deſcriptione fuſius diximus.

Capvt VII.

Ordo Equitum S. Stephani, in Etruria.

Coſmus *Medices*, Florentiæ & Senarum Dux II. vt oram Italiæ maritimam à Turcarum Maurorumq; incurſionibus ſecuram redderet, claſſemq; ad expeditiones
1551. contra eoſdem ſuſcipiendas, non ſolum rebus neceſſariis, ſed & hominibus rei maritimæ gnaris optime inſtructam haberet; Equitum ordinem, ſub regula *S. Benedicti*, inſtituit, dotauitque, à *S. Stephano* Papa ac martyre cognomento indito, renouataque victoriæ ad Marcianum de hoſti-
1556. bus anno CIↃ. IↃ. LVI. Idibus Sextilis (qui dies S. Stephano ſacer) partæ memoria. Id *Pius IV.* P.M. diplomate anno CIↃ.IↃ. LXI. Kalendis Februariis dato, adprobauit. Ipſe Coſmus ſibi ac ſucceſſoribus ſuis, Florentiæ Ducibus, principatum ac magiſterium ordinis ſumſit, templumq; Equitibus ac domicilium *Piſis* adtribuit, & leges ab ipſis religioſe ob-

Hoc caput debet referri ad librum ſuperiorem.

ſe obſeruandas condidit: quas à ſe auctas *Ferdinandus Medices*, magnus Etruriæ Dux III. Coſmi filius, Florentiæ typis euulgandas curauit. 1595.

Ceterum ex Onuphrii chronico colligi videtur, Coſmum de ſede in *Ilua* inſula Equitibus adſignanda primum cogitaſſe. In vrbe tamen Piſana ampliſſimum ac perpetuum domicilium nunc habent: viuuntque, vt dixi, ex præſcripto regulæ S. Benedicti, etſi à matrimonio non arceantur, nec ad vitam cœlibem, vt Ieroſolymitani & Teutonici hodieque milites, vlla lege adſtringantur. Geſtant autem pro inſigni *crucem rubram*, chlamydibus pectorique adſutam.

Eſt & Romæ collegium Equitum *S. Petri*, à Romanis iam olim Pontificibus inſtitutum, ac vectigalibus dotatum. Viros de Eccleſia aut Republica bene meritos, quos in illud adoptat Pontifex ſummus, eoſdem annuo cenſu honorare ſolet. Habent autem & Equites iſti pro inſigni crucem coloribus diſtinctam. Noſtra item memoria *Sixtus V.* Pont. Max. *Lauretanos* Equites inſtituit: vt in ſua Pontificum ac Cardinalium hiſtoria Alfonſus Ciaconus commemorat.

Equites S. Petri.

Equites Lauretani.

ALcantaræ Equites, apud Caſtellanos. pag. 20
S. Andreæ, apud Scotos. 41
Annuntiationis, apud Sabaudos. 39
Auiſii, apud Luſitanos. 25
Bandæ, apud Hiſpanos. 40
Calatraua, apud Caſtellanos. 17
Chriſti, apud Luſitanos. 24
Columbæ, apud Caſtellanos. 41
Elephanti, apud Danos. 39
Garterii ſiue S. Georgii, apud Anglos. 35
Genettæ, apud Francos. 34
S. Georgii, contra Turcas. 28
Gladiferi, in Liuonia. 14
S. Jacobi, in Hiſpania. ib.
Jeſu Chriſti, in Jtalia, contra hæreticos. 27
Lauretani, apud Italos. 43
Lunæ creſcentis, in Gallia. 34
S. Mariæ de mercede & Redemtione captiuorum, apud Aragonios. 22
B. Mariæ, apud Italos. 27
S. Mauritii & S. Lazari, apud Sabaudos. 28
Melitenſes ſiue Rhodii. 2
S. Michaelis, apud Francos. 34
Menſæ rotundæ, ſiue orbicularis apud Britannos. 39
Monteſiæ, in regno Valentiæ. 23
Palmerani, apud Luſitanos. 27
S. Petri, apud Romanos. 43
Redemtoris Ieſu Chriſti, apud Mantuanos. 41
Sepulcri Chriſti, in Ieruſalem. 29
Sepulcri Chriſti, apud Jtalos. 27

S. Spiri-

S. Spiritus, apud Francos. 34
Stella, apud Francos. ibid.
S. Stephani, in Etruria. 42
Templarii. 8
Teutonici, in Germania. 5
Velleris aurei, apud Burgundos. 30

Digitized by Google

DELICIÆ EQVESTRIVM SIVE MILITARIVM ORDINVM SYMBOLA, INSIGNIA, ET ORIGINES:

Studio Franciſci Mennenii.

FORMA EQVITES CREANDI VETVS & noua apud omnes gentes.

DE Equeſtrium virorum ſymbolis & origine, ſiue militaris ordinis tum antiquitate; cum præ cæteris eminentia ſcribendo vix me expedio, quin neſcio quod mihi magnificum, in eodem & quaſi ſupra nobilitatem excellentius nomen hoc ab antiquo præ ſe ferre videatur, & ſolia veluti aſcendens Regia omnis nobilitatis ciuilis vindex, & pro tribunali quaſi iudex ſedeat. Equites, qui & milites Latine, iuriſconſultis apud omnes fere gentes, nomen ab equis inuenerunt. *Caualieri* enim Italis, *Caualleros* Hiſpanis, *Cheualier* Gallis, *Ritter* Germanis, & Belgis, *Margogh* Cambro Britannis ab equitando dicuntur, Anglis ſolummodo *Knightes* vocantur, vocabulo, quod antiqua Anglorum, vti Germanorum lingua miniſtrum ſiue ſeruientem & iuuenem promiſcue ſignificat. Hinc in Euangeliis antiquis lingua Anglica pro cliente, *Jncnicht* & *Radenightes*, id eſt miniſtri equites, apud Bractonum Anglum iuriſperitū antiquū legi memorat Guilielmus Camdenus, qui tenebant ea lege terras ſuas, vt domino equis inſeruirent, vnde truncato nomine contractius *Knights*

iis

Digitized by Google

iis remanſiſſe exiſtimat, & milites appellatos, qui prædia beneficiaria ſiue feuda tenuerant vt militarent. Feuda enim militaria dicta fuerunt, & qui alibi Feudatarii, hic milites dicebantur: vt *milites Regis*, *Archiepiſcopi Cantuarienſis*, *Comitis Rogeri*, *Comitis Hugonis*, &c. quod ea lege prædia ab illis accepiſſent, vt illis militarent, ſi denique & hominium præſtarent, cum alii qui pro ſolidis militarent, Solidarii & ſeruientes appellarentur. *Solidarii.*

Adde quæ de his luculenter ſcripſit Viglius in Rubr. Inſtitut. de Teſt. milit. Verum hi, ſiue milites ſiue Equites appellare libet, Auratorum nomen hodie ab auri præcinctura vel auratis calcaribus inuenere: exemplo nempe Romanorum, apud quos milites Cornicularios, Monozonos, Rudiarios & Commeatales paſſim (vt Ramnenſium, Tatienſium, & Lucerum centurias à Romulo: Equitum item Auguſtalium à Tiberio Cæſare inſtitutas, quibus Druſum filium, T. Claudium & Germanicum nepotes adſcripſit, omittam) obſeruamus, non aliunde quam ab ornamentorum inſignibus, quibus ob emeritam militiam decorati fuerant, denominatos. Quo pertinet & illud Vegetii libr. 2. de Re militari. Primi generis Commentarienſes & Clauicularii dicebantur: ſecundi generis Cornicularii, qui emeriti milites erant armillis corniculiſque virtutis ergo donati. Quod hodie etiamnum aliquot Germaniæ Principes in more habere tradit Lazius, vt aulicos ſuos multo tempore cognitos, & in variis miniſteriis vſurpatos ſimiliter corniculis argento comprehenſis, & ex humeris ſuſpenſis donent. Qualiter Petrus Beloiius ſcribit Henricum II. Gallorum Regem Aurelianenſem adhuc ducem exſiſtentem poſt liberatam obſidione Landreſii vrbem Cornicularios Equites creaſſe, quo nomine ſcilicet appellari ius eſſet eos, qui prælii tempore in nauatæ virtutis præmium ad id dignitatis cooptarentur. Torquati ſimiliter & duplicati erant milites, torquium ornamentis, vt illi corniculis, decorati, quibus & duplex plerumque ſtipendium dabatur, vnde Dupla-

Equites Auguſtales. *Tacitus l. 7. Annal.* *Commentarienſes.* *Clauicularii* *Cornicularii* *Torquati.* *Duplares.*

Digitized by Google

res dicti ſunt. Quo ex euentu Manlio Torquato memoria apud poſteros manſit, quam hiſtoriam ſcribit Liuius libr. 7. primæ Dec. Porro manet & Germanis hoc militum genus, torquatique ac ampliori ſtipendio incedunt; qui aut aliquot annos ſtipendia fecerunt; aut loco nobili nati ceteris in acie præferuntur. At neque nomen vetus omninò obiit; gentilicia lingua *Doppelſoldner*, vulgo nuncupamus. De torquium donis, ſiue inſignibus; Liuius lib. 4. Dec. 3.

Monozoni.

Monozoni, illuſtres olim cingulo militari ſiue Baltheo, fuerunt etiam honorati inter Milites; de quibus Iurecõſultis fit mentio in lege Valentis. Quem à priſcis temporibus ad Germanos morem eſſe deuolutum inuenimus: vt ſicut apud Romanos ob egregia facta miles Baltheo donabatur, ita vetuſtiori adhuc in militia Germanorum; cingulo ac gladio (quæ hodie ornamenta in calcaria ſunt verſa, & auri præcincturam) miles emeritus publice ornabatur. Hinc cingulo donare elegantius, & priſco ex more dicimus, quod hodie mutata conſuetudine gladio percuti; & auratum fieri Equitem dicere ſolemus. De Baltheorum ornamentis Iulius Capitolinus in Maximinis, & Gordianis, & Caſſiodorus inclinantis imperii auctor in epiſtola ad Coloſſum Comitem; aliique fuſe meminere. Ad quæ adludens Otho Friſingenſis libr. 1. de rebus à Friderico I. Cæſare geſtis cap. 32. cum de Geyſa Hungariæ Rege bellum Auſtriæ inferente loquitur: *Altero die Rex in prædicto campo ad quandam ligneam Eccleſiam accedit, ibique ab Epiſcopis* (nam eo vſque in puerilibus annis conſtitutus nondum militem induerat) *accepta ſacerdotali benedictione ad hoc inſtituta*, armis accingitur. Sic de Auſtriæ principibus veteribus annales antiquiſſimi à Lazio citati referunt. *Anno 1104. Leopoldus Marchio Sanctus accinctus eſt gladio. Anno 1180. Otacher ex Marchione Styrienſi Ducis nomen adeptus eſt, eo anno quo & gladio accinctus eſt.* Et iterum *anno 1225. Fridericus Dux Auſtriæ & Styriæ conſecrationis enſis dignitate Viennæ ſublimatur.* Atque hinc arbitra-

Herodianus, libr. 4. & 5.

Libr. 3. Variar. lect.

Digitized by Google

arbitratur Lazius morem iſtum defluxiſſe, quo hodie, ſed inuerſo, Germani vtuntur: vt Principes ſicubi aliquem ob laude parta facinora decorare volunt, gladio tangāt, quos Equites auratos paſſim vocamus, & quos veteri more cingulo militari donatos appellant. Non enim gladio verberabantur, quod hodie fit, qui inſigne aliquid in bello aut prælio egiſſent: ſed gladius illis cum Baltheo à Principe accingebatur. Et qui Monozoni Iureconſultis Græca origine, hiſtoricis vero cincti nuncupati, hodie Equites aurati; quod aurum in calcaribus ſcilicet & gladio geſtare poſſint, appellantur. Hinc legimus in Annalibus peruetuſtis Auſtriæ: *Anno Domini 1245. Fridericus Dux Auſtriæ auro plenus & argento in feſto S. Georgii, 140. iuuenes de terra ſua nobiles apud Viennam honorifice donauit gladio & cingulo militari.* Equidem in peruetuſtis picturis & ſculpturis licet talem cincturam videre; cingulum ſcilicet bullis aureis graue ac denſum, in lumbos ac ventrem demiſſum: vnde pugio ex vno, & ex altero latere gladius pendent. Cuius porro figuræ Romanis cingulum; & præcipue Principibus fuiſſe, oſtendit Claudianus Panegyr. 2. Stiliconis.

Quin & Sydonias chlamydes, & cingula baccis
Aſpera, gemmataſque togas, &c.

Licet autem illi Milites ſimpliciter armati, noſtra ætate ordine poſtremi, inſtitutione tamen ante cæteros ordines militares, ſunt primi & antiquiſſimi. Vt enim Romanæ gens togata, virilem ætatem ingredientibus, virilem & puram togam donauerunt: ita maiores noſtri Germani ſuis iuuenibus, quos armis tractandis idoneos iudicarunt arma donauerunt, quod ſuis verbis docebit Cornel. Tacitus. *Arma ſumere non ante cuiquam moris, quam ciuitas ſuffecturum probauerit. Tum in ipſo concilio vel principum aliquis, vel pater, vel propinquus ſcuto frameaque iuuenem ornant. Hæc apud illos toga, hic primus iuuentæ honos; ante hoc domus pars videntur, mox Reipublicæ.* Cum autem huiuſmodi iuuenes militares ſua lingua, vti & Belgæ, &

Angli *Kneghts* vocarint; hinc & nominis & inſtitutionis originem repetendam cenſent. Hæc prima & ſimpliciſſima creandi Militis ratio; hac Longobardi, hac Franci, hac Belgæ, hac Angli, qui omnes è Germania profecti, olim vſi ſunt. Prodit Paulus Diaconus libr. 1. cap. 22. *apud Longobardos conſuetudo eſt, vt Regis filius cum patre non prandeat, niſi prius à Rege gentis exteræ arma ſuſcipiat.* Nec prius Aragoniæ Regibus imperii inſignia capeſſere ius erat, quam Equeſtri auctoramento (quod de Petro Aragonum Rege, qui ab Innocentio III. Pont. Max. militare cingulum accepit, ann. 1204. teſtatur Hieron. Blanca) eſſent decorati. Carolo vero Magno (qui Deſyderium vltimum Longobardorum Regem regno eiecit) imperante militum inaugurationi, colaphi vſum adhibitum fuiſſe, docent manifeſte eiuſdem tabulæ, quibus Friſonibus libertatem & alia id genus priuilegia, ob fortiter nauatam contra Saxones operam concedere dignoſcitur; & ob rei antiquitatem hic recitare pro parte operæ pretium duxi, ita enim inquit.

Martin. Hāconius de Rebus Friſia.

Inſuper ſtatuimus vt ſi qui ex ipſis ſuſtentationem habuerint vel militare voluerint, dicta Poteſtas (quod Friſonum Principi Regii loco tum nomen erat) *eis gladium circumcingat, & dato eiſdem, ſicut conſuetudinis eſt, manu colapho, ſic Milites faciat, eiſdemque firmiter iniungendo præcipiat, vt deinceps more Militū ſacri Imperii aut regni Franciæ, armati incedant: eo quod conſideramus, ſi prædicti Friſones ſecundum ſtaturam corporis & formam eis à Deo & natura datam ſic militauerint, cunctis in orbe terrarum militibus ſua fortitudine, ingenio, & audacia (dummodo vt prædictum eſt, ſint armati) facile præcellent & præualebunt.*

Inſignia militibus Friſiis à Carolo Magno attributa.

Qui Friſones ſignum ſuæ militiæ à dicta Poteſtate recipere debent, in quo corona Imperialis in ſignum ſuæ libertatis à nobis conceſſa debeat eſſe depicta, &c. Datum Romæ in Lateranenſi palatio. Anno Dominicæ Incarnationis octingenteſimo ſecundo. Nulli enim etiamſi Magnates & ad bella ſacra proficiſcentes, militum nomine, cenſebantur, niſi

P T

per militaris Regulæ profeſſionem inaugurati ac ſacræ veluti militiæ adſcripti fuiſſent. Addo, cæteri etiam Comites, Duces, Reges, & Imperatores, vt Molanus tradit, Armigeri non Milites dicebantur. Huc pertinet illud quod in vetuſtis Brabantiæ noſtræ Annalibus ſcribitur, Godefridum Brabantiæ Ducem iter Ieroſolymam verſus inſtituiſſe, eiuſque filium Henricum militem creatum fuiſſe. 1183.
Tale & illud eſt, quod de Guilielmo Hollandiæ Comite illorum temporum vicinus ſcriptor, & Ioannis Traiectenſis Epiſcopi, ac Guilielmi Palatini Comitis Hollandiæ Hiſtoricus, Ioannes Becanus memoriæ tradidit. Eum adhuc armigerum exiſtentem cum eſſet Domicellus Hollandiæ, in Imperii Regem Romanorum electum fuiſſe, & ea propter mox apparatum feciſſe, vt more aliorum Chriſtianorum Impp. Miles conſecraretur, priuſquam Aquiſgrani diadema regni ſuſciperet. Cum itaque in ſolenni Miſſæ officio Euangelio decantato, Guilielmus armiger à Rege Bohemiæ coram Petro Capucio Cardinale S Georgii, ad velum aureum productus fuiſſet, Bohemiæ Rex qui eum ſiſtebat, hęc ad illuſtriſſimum Cardinalem verba deprompſit. *Veſtræ Reuerentiæ Pater almiflue, præſentamus hunc electum Armigerum deuotiſſime ſupplicantes, quatenus veſtra paternitas votiuam eius profeſſionem ſuſcipiat, vt militari noſtro collegio inſcribi valeat.* Tum vero Cardinalis, præmiſſa monitione, qua electum Imperatorem inſtruebat, quod Miles debeat eſſe:

M *agnanimus in aduerſitate*
I *ngenuus in conſanguinitate*
L *argifluus in honeſtate*
E *gregius in curialitate, &*
S *trenuus in virili probitate.*

Prælegit ei Militaris regulæ iugum, cuius hoc exordium eſt. *Hæc eſt regula Militaris Ordinis. Inprimis cum deuota recordatione Officium Dominicæ paſſionis diurnatim audire, pro fide Catholica audacter corpus exponere,*

Digitized by Google

Sanctam Eccleſiam, eiuſque miniſtros à quibuſcunque graſſatoribus liberare. Viduas, pupillos, & orphanos in eorum neceſſitate protegere. His & iis quæ ad finem regulæ ſequũtur, lectis, dixit Dominus Cardinalis, *Vis militarem ordinem in nomine Domini deuote ſuſcipere & regulam tibi verbotenus explicatam pro tua poſſibilitate profiteri.* Reſpondit Electus, *Volo.* Et mox accepta regula legit in hæc verba. *Ego Guilielmus Hollandienſis Militiæ Princeps Sacri Imperii Vaſallus, liber, iureiurando profiteor Regulæ Militaris obſeruantiam, in præſentia Domini mei Petri ad velum aureum, Diaconi, Cardinalis & Apoſtolicæ Sedis Legati, per hoc ſacroſanctum Euangelium, quod manu tango.* Cui Cardinalis, *hæc deuota profeſſio ſit peccatorum tuorum vera remiſſio Amen.*

Quibus peractis Rex Bohemiæ grandem colaphum in collum tyronis dedit dicens, *Ad honorem Dei omnipotentis te Militem ordino ac in noſtro Collegio te gratanter accipio. Et memento quoniam Saluator mundi coram Anna Pontifice pro te colaphizatus, & illuſus eſt; coram Pilato præſide flagellis cæſus, ac ſpinis coronatus, coram Herode chlamyde veſtitus & deriſus eſt, & coram omni populo nudus ac vulneratus in cruce ſuſpenſus eſt. Cuius opprobria memorari te ſuadeo, cuius crucem acceptare te conſulo, cuius etiam mortem Chriſti vlciſci te moneo.*

Nec non Godefridus Bullonius in Antuerpienſi Marchionatu ſuo, exercitus ducendi in Aſiam primitias roboraque deligens, ac in ipſa adeo vrbe, Equeſtri titulo ciues duodecim duodenario Apoſtolorum numero prouocatus decorauit, maximæ rei magna in hoc Apoſtolico delectu initia daturus, dum felici omine ex vna hac vrbe ſecuturarum victoriarum prænotionem quandam, ſpe plenus è ſacrato hoc numero ominatur, & ſpem acti de Turcis Saraceniſque ſuperarunt triumphi. Priſci autem Franci, (qui formulas & cæremonias in rebus plurimis obſeruabant, vt Lex Salica teſtatur) inſtituendis Equitibus multas adhibuerant, vt prius vigilarent diu, balneiſque & aliis rebus vteren-

vterentur, quibus docebant, qui ordinem hunc ſuſcipiunt, eos corde animoq; mundo & honeſtis conditionibus venire oportere, virtutis cauſa omnes labores & difficultates ſtrenue perferre, prudentia in ſermone & operibus vti, in primis vero fidem veritatemque colere; quarum cæremoniarum vſus quondam in Hiſpania celebris in Regum & Equitum inauguratione: cuius rei exemplum profert Curita & Blanca de Ferdinando Ioannis I. filio, qui pridie ſublimationis in regnum Aragoniæ facta peruigilatione in Cæſarauguſtana eccleſia maiori, à Duce Gandiæ Militari balteo cinctus, & Bandæ in Hiſpania milites iiſdem ſolemniis inaugurati ab auctoribus memorantur. Et memoria noſtra mos idem perſtat in Anglia, quæ viros eiuſmodi vocat *Balneorum Equites*, quorum ſolennia infra ſuo loco celebraturi ſumus.

At cum Religio ita animos hominum occupaſſet, vt nihil bene & auſpicate factum, quod à viris religioſis non profectum, cenſerent, ab illis gladium maiores noſtri, paullo ante Normannorum in Angliam aduentum acceperunt, quod his verbis, qui tum vixit, Ignulphus: *qui militiæ legitima conſecrandus eſſet veſpere præcedente ad Epiſcopum, Abbatem, monachum vel ſacerdotem contritus de peccatis confeſſionem faceret, & abſolutus, orationibus deditus in eccleſia pernoctaret, in craſtinum rem ſacram auditurus, gladios ſuper altare offerret, & poſt Euangelium ſacerdos benedictum gladium Militis collo cum benedictione imponeret; & communicatus ſacris Chriſti myſteriis denuo legitimus miles permaneret.* Nec ſtatim ſub Normannis exoleuit, ſcribit enim in Policratico Ioannes Salisburienſis, *Inoleuit conſuetudo ſolemnis, vt ea ipſa die, qua quiſque militari cingulo decoratur, Eccleſiam ſolenniter adeat, gladioque ſuper altare poſito, & oblato, quaſi celebri profeſſione facta, ſeipſum obſequio altaris deuoueat, & gladii, id eſt, officii ſui iugem Domino ſpondeat famulatum.* Petrus etiam Bleſenſis Epiſt. 94. *Hodie tirones enſes ſuos recipiunt de altari, vt pro-*

ſiteantur ſe filios Eccleſiæ, atque ad honorem ſacerdotii, ad tuitionem pauperum, ad vindictam malefactorum & patriæ liberationem gladium accepiſſe. Porro res in contrarium verſa eſt, nam ex quo hodie militari cingulo decorantur, ſtatim inſurgunt in Chriſtos Domini, & deſæuiunt in patrimonium crucifixi. Atque hoc quod gladio cingi voluerunt, deductum proculdubio, vt diximus à militari Romanorum diſciplina, quia vt illi priuſquam ſacramento militari gladio ſtricto obligati fuerant, pugnare cum hoſtibus nefas exiſtimarunt: ita Chriſtiani, non ſibi legitime militare licere opinati ſunt, priuſquam hac ceremonia legitimæ militiæ conſecrarentur; qua Fridericum I. Imper. (apud Othonem Abbatem Friſingenſem) & Guilielmum Rufum Angliæ Regem à Lanfranco Archiepiſcopo Militem factum legimus. Sed hæc conſuetudo paullatim in deſuetudinem abiit: ex quo Normanni, vt habet Ignulphus irriſerint & exploſerint, ac Synodo habita Weſtmonaſterii in Anglia anno 1102. ſancitum fuerit, *ne Abbates faciant Milites.* quod nonnulli tamen exponunt, ne eccleſiæ prædia *militari feudo* tenenda Abbates concederent.

Cic. libr. 1. Offic. de Catonis filio.

Exinde ad Principes vicinos, Reges, filios mittere ſolebant, vt Equeſtrem ab illis dignitatem acciperent; ſic Henricus II. Anglorum Rex ad Dauidem Regem Scotorum, & Malcolmus Rex Scotorum ad Henricum II. ſic Alexander Guilielmi Scotorum Regis filius anno 1212. in Angliam, & Eduardus I. ad Alfonſum XI. Regem Caſtellæ profecti ſunt, vt acciperent ab iis *Arma militaria* ſiue *virilia*. His enim loquendi formulis pro creatione Equitis eo ſeculo vſi ſunt. Tunc etiam ad ornamentum præter gladium & cingulum calcaria aurata etiam acceſſerunt: vnde *Milites & Equites* aurati hodie vacantur. Ius etiam ſigilli additum. Antequam enim Balteo militari cincti erant, vt colligitur ex Abendonenſi libro, ſigillo vti non licuerat, *quod deſcriptum*, inquit, *Richardus Comes Ceſtrenſis ſigillo matris Ermentrudis ſignare conſtituit, cum (nondum enim militari Balteo cinctus erat) litteræ qualibet ab eo directæ*

Ius ſigilli.

directæ materno ſigillo includebantur. Et in Burgundia in decreto Iacobi, & Guilielmi Iuſti ſexto Auguſti 1376. dicitur Armiger cum Equeſtrem ordinem ſuſcipit, ſigillum mutare.

Subſequenti ætate ex cenſu, vt colligit Camdenus ſcriptor Anglicus, facti fuerunt milites. qui enim feudum magnum militare, id eſt (ſi antiquis ſchedis vlla fides) 680. acras terræ habebant, ordinis militaris ornamenta ſuo quaſi iure poſtularunt. Imo ſub Henrico III. quodammodo coacti fuerunt Milites fieri, quotquot libras quindecim ex annuis terrarum redditibus collegerunt; vt iam titulus potius oneris, quam honoris videretur: ita enim habet Hiſtoria minor Matthæi Pariſy, qui ante 350. circiter annos in Anglia nec infideliter ſcripſit. *Anno 1256. exiit edictum Regium, præceptumque eſt & acclamatum per totum regnũ, vt qui haberet * XV. libras terræ & ſupra, armis redimitus tirocinio donaretur, vt Anglia ſicut Italia militia roboraretur, & qui nollent, vel qui non poſſent honorem ſtatus Militaris ſuſtinere, pecunia ſe redimerent.* Vnde in archiuis regni toties occurrit *Pro reſpectu militiæ* A de N. I. H. &c. hunc vſque & vlterius, vti innuere videtur dictus Camdenus in formulis iuris Anglici, vbi duodecim viri, ſiue iuratores, nominantur, apud quos facti fit prolatio, illi Milites dicti erant, quibus erat feudum integrum, illiq; *Milites gladio cincti* qui à Rege Baltheo cincti militari; quo tẽpore cum Rex Milites crearet, vt habet idem Matthæus Paris, *veſte deaurata, ex pretioſiſſimo Baudekino & coronula aurea redimitus glorioſe in ſolio ſedit, ſingulisque militibus 100. ſolidos pro harneſiamentis præſtitit.* Nec ſolum Rex, verum etiam Comites eo ſeculo crearunt Milites. Meminit enim idem auctor, quomodo Comes Glóceſtriæ Wilhelmũ Fratrem ſuum proclamato Torneamẽto; & Simon de Monteforti Comes Leiceſtriæ Gilbertum de Clara, Balteo cinxit militari. Vt in Gallia, quod ex formula litterarum nobilitationis cõſtat, qui nobilitatis eiuſmodi literas obtinuit, *à quocunq; milite voluerit, valeat militiæ cingulo deco-*

Milites ex cenſu.

800. *aliis.*

Integrum feudum militis.

lib. 2.

rari, & in Hiſpania vti Hieron. Curita teſtatur, in coronatione Alfonſi IV. Aragonum Regis, qui Cæſarauguſtæ, à Petro Luna Antiſtite ſacro oleo perunctus, ſacro Reſurrectionis Domini die anno 1328. Militari auctoramento à Rege in maxima illa celebritate, honoribus præmiis atque ſummo ſplendore hi proceres decorantur, Iacobus Exerica, Petrus Arborenſis, Raymundus Folchius Cardonenſis Vicecomes, Arnoldus Rogerius Comes Polliarienſis, Lupus Luna, Alfonſus Ferdinandus Ixeritanus, Guilielmus & Berengarius Angleſolæ, Ioannes Simenius Vrrea, Petrus Cornelius, Guilielmus Ceruilionius, Otho Moncada & Atho Focius. Celebrata peruigilatione ſinguli eorum procerum militari auctoramento ad CLXXX. alios virtute & nobilitate præſtantes viros cohoneſtauere. Præterea Petrus Regis frater, Caſtellinoui & Villannoui Vicecomites Guilielmum Erilium, & Gilabertum Cruilliam, & Raymundus Berengarius Regis itidem frater alios eiſdem inſignibus legumque militarium ſocietate deuinxere, & à Raymundo Folchio Vicecomite Raymundus Cardona eius frater, Amoroſius Rebellius, & Petrus Aragal eodem auctoramento obſtricti ſunt. Ad CCL. auctoratorum Raymundus Montanerius perquam grauis illius ſeculi ſcriptor, qui ſe huic rei præſentem fuiſſe perhibet, & triginta millia Equitum, qui Regem ex arce Aliaferiæ in ædem maximam Saluatoris ſecuti, numerum exſtitiſſe prodit. Verum honore illo, qui virtuti ac meritis prius tamquam eximium operæ nauiter militaribus ſtudiis inſumptæ pretium ac præmium dabatur, ſenſim vileſcente, ob nobilium indignis eundem conferentium multitudinem, Reges poteſtatem militaris auctoramenti ſibi reſumpſere: adeo vt nemo miles crearetur, niſi vel ab ipſo Rege, vel Regis primogenito, accepta prius à patre auctoritate; vel à Regis Legato, ſiue præfecto in exercitu, idque vel ob res fortiter geſtas, vel gerendas, aut togatam prudentiam. Et hoc ſane à Regibus Anglis

Hiſpani Milites.

Hier. Blanca in Com. Rerum Aragon.

Digitized by Google

glis prudentiſſime inſtitutum, cum feuda iam non ſibi eſſent, quæ donarent. Nihil ſane valentius ad excitandos viros ſtrenuos atque adſtringendos ſibi optimos beneque meritos, qui claro loco nati, & à re inſtructi, quam illos hoc titulo Militum honorare (qui ante honoratæ tantum functionis nomen erat) benigne & beneuole exornare, qui cum à Principe conſulto, meritoque deferebatur ampli ſane præmii beneficiique loco, & inter inſignia honoris habebatur. In hoc enim virtutis mercedem, familiæ laudem, generis & nominis memoriam collocatam, qui ſic milites facti exiſtimarunt. Adeo vt Iuriſconſulti nonnulli ſcripſerint, quod *Miles* ſit nomen dignitatis, non item *Baro*; olim enim Baro, ſi non ex hoc ordine eſſet Equeſtri, ſimpliciter ſuo prænomine & nomine ſine aliquo adiuncto, niſi *Domini* (quod etiam militibus competit) ſcribebatur. Militis autem nomen honorarium videatur adiunctum, cum Reges, Duces, Marchiones, Comites & Barones dignitatem vna cum nomine expetierint. Obſeruationeque dignum eſt Equeſtris ordinis nobiles tanti fuiſſe olim, quanti nunc fere ipſi Comites; habebant enim ſuos clientes, armigeros, ephebos, ſatellites, miniſtros concolore ſecum veſte amictos: cuius rei exempla profert Hembricourtius in ſuo Nobilitario. Adeoque in diplomatibus antiquis videbis etiam Baronibus præponi Equitum nomina, exſtatque veteris ritus veſtigium in archiuis Louanienſibus, vbi cauetur ne quis Equeſtri Baltheo cingatur, niſi tertio cum duce ad bellum profectus eſſet, vnde toties in collatæ dignitatis tabulis numerus expeditionum in primis ſacratum adſcribi ſolet, quod de Guilielmo de Rode ſpectatiſſimæ virtutis milite tradit I. Lipſius Rerum Louanii libro tertio. Iuuat hic interſerere, quæ de creatione militum tempore Eduardi I. ſcripſit Mattheus Florilegus. *Ad augmentandam profectionem ſuam fecit Rex per Angliam publice proclamari, vt quotquot tenerentur fieri milites, ſucceſſione paterna & qui haberent vnde militarent, adeſſent apud Weſtmonaſterium* 1306.

Miles nomen dignitatis.

In actis opidi anni 1260.

Digitized by Google

in feſto Pentecoſtes, admiſſuri ſinguli omnem ornatum militarem præter equitaturam de regia Garderoba. Confluentibus itaque trecentis iuuenibus filiis Comitum, Baronum & Militum, diſtribuebantur purpura, Byſſina Syndones, cyclades auro texta affluentiſſime, prout cuique competebat. Et quia Palatium regale etſi amplum, tamen ad tot occurrentium turbam anguſtum fuit, apud nouum templum Londini, ſuccisis lignis pomiferis, proſtratis muris, erexerunt papiliones & tentoria, in quibus tyrones de auratis veſtibus ſe ſinguli decorarent, ipſa autem nocte in templo prædicti tirones, quotquot poterat capere locus ille, ſuas vigilias faciebant, ſed Princeps Vvalliæ præcepto Regis patris ſui, cum præcelſis tyronibus fecit vigilias ſuas in Eccleſia Vueſtmonaſterii. Ibi autem tantus clãgor tubarum & tibicinum & exaltatio vocum præ gaudio exſtiterat clamantium, quod conuentus de choro ad chorum non audiretur iubilatio, die autem craſtino cinxit Rex filium ſuum Baltheo militari, in palatio ſuo & dedit ei Ducatum Aquitaniæ. Princeps ergo factus miles, perrexit in Eccleſiam Vueſtmonaſterii vt conſocios ſuos militari gloria pariter venuſtaret. Porro tanta erat ibi preſſura gentium ante magnum altare quod duo milites morerentur, quamplures ſyncopiſarent etiam cum quilibet ad minus tres milites ad ſe ducendum & tuendum haberet. Princeps autem propter turbam comprimentem non ſecus, ſed ſuper magnum altare diuiſa turba per dextrarios bellicoſos, ſocios ſuos cinxit. Apud Gallos item cæteraſque Europæ nationes obtinuit, vt à parentibus filii equeſtri inſigniantur honore: ſic Philippus Auguſtus Ludouicum Leonem filium alioſque centum nobiliſſimos viros Compendii ad Eſiam Baltheo militari donauit, parique honore S. Ludouicus Philippum Tertium, hic Philippum Pulchrum, Pulcher tres alios ſuos filios præſente Eduardo genero Anglorum Rege affecere: hic mos ſatis antiquus videtur, à Græciſque Cæſaribus & in Italia à Theodorico Rege olim obſeruatus. Athalaricus enim Eutharicum patrem à Græco Cæſare Anaſtaſio filium, per arma adoptatum prædicat, & Theoderici apud Caſſiodorum

Papyrius Maſſonus li. 3. Annal.

rum epiſtolæ aliquot leguntur, quibus Reges & priuatos quoſdam per arma filios adoptat, hoc enim ſermonis genere vtitur. Fiebant olim nonnunquam Equites ante irruptiones & prælia; quæ conſuetudo in eiuſmodi periculis & anguſtiis obtinebat, quod eos hac reanimatos, officium magis facturos cogitarent, & ſi morerentur, Equeſtrem honorem habituros, nam Equeſtris dignitas in acie quæſita nullis omnino aut factis aut maiorum imaginibus claros nobiliſſimos reddit, qua etiam ornari ipſi Reges à Vaſallis & ſtrenuis viris non dedignantur. Ludouicum XI. à Philippo Bono Burgundiæ Duce, Henricum Secundum à Mariſcallo Biſienſi, Franciſcum Primum Gallorum Reges memorabili illa pugna Meligniacenſi à Petro Baiardo, Eduardum Quartum à Comite Deuoniæ, Henricum Septimum à Comite Arondeliæ, Eduardum Sextum à Duce Somerſetti, alioſque ab aliis Equeſtris ordinis ornamenta accepiſſe legimus. Froiſſardus ridiculam narrat hiſtoriam in caſtris Philippi Valeſii ac Eduardi III. Regis Anglorum factam, cum prope eſſet vt die condicto dimicarent inter Viroly foſſam & Flammengueriam, lepus ante caſtra Gallorum excurrens tantum barritum excitauit, vt poſtremi audientes & pugnæ initium eſſe cogitantes, ſeſe ad arma compararent, quidam autem hippocomi optime animati Equeſtrem ordinem poſtularunt, cumque non dimicaſſet exercitus, ſed rebus infectis Rex Eduardus diſceſſiſſet, hi ſemper ex eo tempore Equites Leporis ſunt appellati. Sæpius etiam poſt pugnam fortibus viris, quorum bello ſpectata virtus exſtitiſſet, ſpectante omni multitudine patentibus cãpis militaris honos delatus: iiſque ſolemniis Rodericum Diam de Biuar cognomento Cidum (cuius nomen Mauris in Hiſpania maxime fuit terribile) à Ferdinando I. poſt captam Coymbram, Equitem creatum tradunt Hiſpani, ſic heroicæ fortitudinis viros à Carolo VIII. Gallorum Rege poſt victoriam Farnienſem, ſic à Carolo Quinto Imperatore poſt deuictum Saxonem equeſtri ordini adſcriptos conſtat, tanta paſſim

Philipp. Comineus lib 3 de bello Neap.

Equeſtris dignitas nobilem reddit.

Digitized by Google

nobilium accurrente multitudine, vt cum omnibus ſingulatim eam dignitatem conferre non poſſet, vulgari Hiſpanorum lingua exclamaret: *Sint omnes Equites*. Sic varios à variis poſt partam victoriam principibus militari auctoramento cohoneſtatos, apud hiſtoricos inuenias. Mitto quanto huius ordinis ſplendore & magnificentia Imperatores & Reges mutua quadam monarchis inter ſe & genuina nobilitatis conferendæ, iure gentium facultate alterutrius ſubditis & legatis decus hoc militare contulerint, eoque honore ornatos dimiſerint.

Cætera quæ ad hunc ordinem ſpectant, quam præclarus, glorioſus, & quam ſplẽdidum præmium altiſſimis animis gloriæ, honoriſque cupidis, Equeſtris hic ordo apud maiores noſtros habitus fuerit, quam ſtudioſe fidem & veritatem coluerint, cum ſatisfuerit, ſi vt fideles Equites vel Equeſtri fide aliquid ſponderent. In literis obligationis Hugonis Comitis ſancti Paulli, Guidonis & Iacobi fratrum, quæ Philippo Pulchro Rege conſcriptæ ſunt in Aprili 1289. de comparato agro Auenati, in Hannonia ſpondent illi fide ſuorum corporum vt fideles Equites. In litteris quoque Ioannis Grellii moderatoris Bucenſis bello capti, quibus ſpondebat Septembri 1364. Regi Carolo Quinto ſe in vinculis manſurum, voluit, ſi contra veniret, haberi pro falſo improbo perfidoque Equite, & ad ſignum rei ſtemma ſuum inuerti ſurſum deorſum, atque ita apud omnes iudices reum peragi. Ioannes Dux Britanniæ inita cum rege Carolo Sexto pace 15. Ianuarii 1380. iurauit 16. Aprilis ſequentis, ſe conuentiones eas obſeruaturum, mandauitque Perceuallum Chabotum Equitem (qui propterea in vincula fuerat coniectus, quod decreto cuidam reſtitiſſet) ſolui ex vinculis, modo daret fidem ſe decreto illi pariturum Equeſtri fide. Et Carolus Quintus ſummi animi Imperator cum aliquid affirmaret, id fide nobilis & Equeſtris viri ſe affirmare aiebat. Adde & Equites in tabulis Ducum Brabantiæ vocari ſemper *fideles & amicos*,

De fide Equitum.

Equites fideles amici vocati.

micos, alios necdum militari Baltheo cinctos fideles miniſtros getrewe Knaben intellige Schilt Knaben / id eſt armigeros. Hæc fuit exiſtimatio, hæc Belgarum & Gallorum Equitum fides, quam Cicero appellat omnis iuſtitiæ fundamentum. Cum Reges Galliæ, filii aut fratres fiebant Equites; ſolennitates plurimæ obſeruabantur, vbi Reges inſidebant coronati, & publicum omnibus epulum exhibebant. Docet Ionuillanus in ſancti Ludouici vita Regem illum cum Alfonſus frater, Pictonum Comes, & Druidenſis Comes Equeſtrem ordinem acciperent, ſolemne epulum habuiſſe Salmurii tam magnifico apparatu quam videri vnquam potuerit, rebus omnibus opibuſque circumfluentibus. *Armigeri fideles miniſtri.*

Atque hæc vna eſt ex cauſſis quatuor, quibus pro conſuetudine ſubditis regalis Dominii Vaſalliſque indicitur penſitatio, ex quo apparet fuiſſe in ſolemnitate hac ſumptus aliquos ex vſu & conſuetudine, cuiuſmodi etiam penſitatio feudis Militaribus indici ſolita, cum Princeps primogenitus Regis Angliæ filius hoc honore ornaretur, ſcribant alii. Ex Iureconſultorum ſententia Equites vbique & in Imperio & in alieno dominatu inſtitui poſſunt, vt in collocutione Friderici Secundi Imperatoris & ſancti Ludouici Abbas Trithemius ſcribit, Comitem Prouinciæ ab eodem Imperatore Equeſtri dignitate ornatum, & Sigiſmundus Cæſar in Martio 1415. parlamentum habuit Pariſiis, & liti præfuit inter Dominum Peſtellanum & Signellum agitatæ, de officio Seneſchalli Belcarienſis, Signelius autem fuerat ipſi commendatus; cum itaque audiret ab aduerſario obiici Signellum non eſſe Equitem, eum aduocauit, dicẽs ſui iuris eſſe vt faciat Equitem, ita arrepto vnius è ſuis nobilib. gladio ter Signelli in genua procidentis dorſum percuſſiſſe, deinde ademptum vnum ex aureis calcaribus ſuis illi induiſſe ac poſtremo zonam accinxiſſe, cui magnus culter pro gladio appendebat. Hoc autem facto nihil contra maieſtatem aut ius Regis tenta-

Digitized by Google

litatis conferendæ, ex ignobili Equitem fecerit, vterque culpam præſtat, Philippus Borbonius (qui ex loco vbi natus eſt aut parens ipſius cognomen habuit) ignobilis duos habuit filios, quorum vni Equeſtrem Ordinem Comes Flandriæ, alteri Niuernenſis Flandri filius contulerunt, itaque mulcta Comitibus irrogata eſt, decretis factis ineunte Nouembr. 1269. & ſub Pentecoſten 1280. & fratres mulcta librarum mille in Regem damnati, quiſque, decreto facto ſub medium Nouembrem 1281. etſi beneficio Regis, Equeſtrem ordinem tenuerunt. Hæc iis locis obtinent, vbi non aduerſatur conſuetudo, nam Belcarii & in Prouincia non exorata à Rege venia ciues in ordinem Equeſtrem cooptari, & Antiſtites in Baronum nobiliumque album referri poſſunt. Ita Tilius lib. 2. de Rebus Gallic.

Ne autem quicquam eorum quæ ad dignitatis Equeſtris ſplendorem vbicunq; gẽtium reperire potuimus, peregrinos lateret, nonnulla de militari apud Hiſpanos ratione (quã gentẽ inſtaurandis reparandiſq; bellis natam dicit Liuius) ſubnectere libuit. Et Eximinus Petri Salanoua Iuſtitia Aragonum, qui ciuilis legis ſcientiam cum Equeſtris ordinis claritate habuit coniunctã, cum de priuilegiis Baronum & Ricorũ hominum ſe fore dicturum profitetur, ita fere orditur. Notandum eſt quod in Arragonia omnis homo deſcendens de gẽte militari per lineam planam eſt* Infancio, ſiue ſit legitimus ſiue illegitimus, ſiue maſculus ſiue femina. Tamẽ quãuis ex parte matris veniat ex linea militari non eſt Infancio, niſi habeat patrem Infancionẽ in C. videlicet de Proclam. inſeruit. lib. 6. & hoc ſeruatur. Et per Foros habetur, Quod quilibet Infancio poteſt eſſe miles in Aragonia, alii vero non. Et ſi forte non Infancio promoueatur per Ricum hominem ad militiam, perdit honorem quem tenebat Ricus homo, vel ſi non tenebat nunquã tenere debet. Et ille promotus ſemper remanet villanus ſublato ſibi equo & armis vt de re militari C. fin. lib. Exe. Et quia multæ ſunt ſpecies iſtorum Infancionum in Arragonia, ſciendum eſt, quod a Infancionum alii ſunt

Vide Lipſium de Militia in Dedicatoria ad Phil. III.

** Id eſt nobilis.*

Alfonſus Sapiẽs Caſtellæ Rex, leg. 6. tit. 9. part. 2. vide & Petri Portugallenſis Comitis apud Curitan. teſtimonium.

a i. e. nobilium

Digitized by Google

Rici homines & non Milites, alii Rici homines (quos Vitalis & Salanoua nonnunquam Barones nuncupant) & Milites, alii Meſnadarii milites, alii non milites, alii ſunt milites ſimplices, alii filii militum tãtum vel nepotes, alii nec Barones, nec Meſnadârii, nec milites nec militũ filii, vel nepotes. Miles autẽ ſimplex eſt, vt Vitali placet, qui ſul ſcuti ſiue vnius ſcuti vulgariter appellatur, Vaſallus alicuius præter Regem vel Regis filium vel Comitem ex Regis genere deſcendentem, vel Prælatum Eccleſiæ, vel qui ab alio quam à dictis perſonis militari cingulo fuerit redimitus; ſed & omnes deſcendentes à tali per lineam maſculinam, inter ſimplices milites computantur. Infancio ſimplex eſt qui licet non ſit miles, ius tamen habet accipiendi militiam, ſi poſſibilitas voluntas & oportunitas ſe offerrent. Ricus, homo Miles habet omnia priuilegia, quæ habent Infanciones, & omnia quæ habent milites & vltra, quia terram pro honore non debet dare dominus rex, niſi illi qui ex natura debet eſſe Ricus homo, & qui non ſit de alieno regno &c. Vti ex dicto Salanoua prodit Hieronym. Blanca. Vltra communia priuilegia Infancionum habent milites iſta. Nam non tenentur nec eorum filii aut nepotes facere ſaluam. Item nullus poteſt aliquem ſaluare pro Infancione niſi duo Milites. Item equus militis quo ipſe equitat non pignoratur. De ſatis cap. I. Item in Arragonia nullus filius militis in menſa militis ſedet, donec fuerit factus miles; hac namque educatione & doctrina maiores ipſi filios ſuos liberaliter inſtituebant, poſtquam eos è ludis & pueritiæ diſciplina profectos apud ſe in exercitu militiaque diutius fecerant commorari. Qua in re videntur fuiſſe elegantem illam Romanorum conſuetudinem imitati, quorum more nec cum parentibus puberes filii, nec cum ſoceris generi lauabantur. Militum autem vox & Infancionũ id ſonat, vt priori Equeſtris ordinis viros nuncupemus, quos vulgari ſermone *cauallieros*; poſteriori vero quos vocare ſolemus *hijos dalgo*. Ipſiſque Militibus plerumque

ſolebant

Digitized by Google

ſolebant ſingulæ eorum ſtipendiariæ portiones in agris domibus ac vacuis tandem poſſeſſionibus aſſignari, quibus & aliis vectigalibus in ciuitatibus atque oppidis omnibus Rici homines donabantur à Regibus, quæ vocabantur honores, quia in honorem conferebantur. Quo autem illæ firmæ ac ſtabiles, militib. ac poſteris remanerent, ſolemnes adhibebantur interdum contractuum & inſtrumentorum ſtipulationes. Quale illud exemplum eſt quod in Tabulario Eccleſiæ de Pilari continetur, & à dicto Blanca in lucem profertur, quo Vicecomes Gaſto Senior, vt inſcribitur, in Caragoca ſubdititium ſibi Militem quod ſtrenuè in expugnatione illius vrbis dimicaſſet, afficiebatur quibuſdam domibus & agris, quos quondam poſſediſſet Arabs præcipuus Alchay de Aben Alimen, vt idem perhibet vocitatus. In extremo autem ipſius donationis hæc verba ſubiunxit; *Do tibi omnia ſupradicta bona ſalua mea fidelitate & de meo Domino Ildefonſo Rege, qui nobis ea dedit.* Alia enim ſimillima extant nonnulla, quæ Militibus irrogabantur, quod ſe in medios hoſtes, vt in eis commemoratur, ad perſpicuam mortem pro ſalute exercitus inieciſſent. Quæ omnes huiuſmodi ſtipulationum formulæ, non loqui ſolummodò ſed perſonare etiam videntur, priſtinam illam & Ricorum hominum in Reges, & Militum in Ricos homines fidelitatem præſtandam, quaſi non ſat ducerent futurum, vt eorũ omnium integra ac fidelis mens in factis ac commiſſis, ſi non in iiſdem ipſis ſcriptis ſpiraret. Hi igitur Milites illius Rici hominis cogebantur accitu, cuius ſtipendia merebantur. A quo ſi deficiebant, poterant ſtatim iiſdem omnibus ſtipendiis mulctari. Propterea vulgari ſermone *Caualleros vaſallos de los Ricos hombres* vocabantur. Ipſæ verò ſingulæ eorum ſtipendiariæ portiones *Caualleri as de honor.* Cæterum Reges ipſi pro rata eorum portione tenebantur de ſubſidiis Regii patrimonii alios quoque Milites ſuſtentare, ſiue ii eſſent nobiles, ſiue etiam Milites, ſiue Infanciones. Triplex enim ea Militum ratio quondã fuit. Hi quia Palatini, id eſt, de Regis domo erant, quam veteres *Meſnadam*

Rici homines Milites.

Digitized by Google

Meſnadarii Milites. appellabant *Meſnadarii* Milites (quorum familiæ gentilitiæ à Curita & Alportilio cæteriſque Hiſpaniæ antiquariis deſcribuntur) ſunt vocati, vt diuerſis hiſce nominibus, diuerſi ipſorum Militum notarentur ſtatus. Quamquam enim omnes genere iidem erant, parte tamen & ſpecie differebant multum. Ricorum namq; hominum dignitati proximus erat Meſnaderiorum iſte Militaris ſeu Equeſter ordo, ſic alii aliis illuſtriores. Quibus quæ dabantur à Regib. ſtipendia, vt à prioribus etiam nomine differrent: *Cauallerias de Meſnada* ſeu *Meſnaderias* vocari conſueuerunt, Regioq; à nutu pendebant prorſus. Quæ magna tandem erat inter *Cauallerias de honor & Cauallerias de Meſnada* differentia, cum has ad libitum conferri fas eſſet, illas autem nequaquam, poſtea tamen hæc omnis ratio plerumq; ſolita eſt traduci & conuerti. Vnde hodiernis, vt ait Blanca, temporibus Meſnaderios Milites videmus nonnullos qui priſcam hanc iſtius differentiæ notationem in ſuis inſcriptionibus præ ſe ferunt, ſe cum alioquin ex Meſnaderiorum ordine ſint, *honoris* lautorum oppidorū dominos nuncupantes; quaſi ea ſibi ac maiorib. ſuis eo pacto declarent non ad Regum nutum, vt Meſnaderiis conferri ius erat, ſed in *honorem* fuiſſe, Ricorum hominum more contributa. Quæ enim re differebant, nomine etiam diſtare voluerunt. Hinc autem fiebat, vt cum certiſſima hæc eſſent Militib. iſtis propoſita præmia non dubitarent quibuſuis ſe offerre pro patria periculis, eratq; omnino dum præliabantur, illud inſitum in eis aut vincere aut emori, quod ſi belligerando necabantur in meliori erant cauſa & cōditione quam ſi domi locupletes ſenes remanſiſſent. Eorum verò qui Imperatores, Duces, arcium præfecti nauarchiue fuerant, ſepelire corpora nequaquam licebat quin prius declararet Rex officio ac muneri, quod quiſq; illorum ſuſtinuiſſet, ſatisfactū eſſe, præſtitamq; ſibi in eo ab vnoquoque fidem, ſolemni decreto interpoſito, liberaret, nimirum, vt qui fraudem aut ſcelus commiſiſſet, honore ſepulturæ careret. Quapropter ita tunc æqualiter omnes omni genere virtu-

tum

Digitized by Google

tum floruere, vt egregia hæc laus videatur non hominum ſolùm, verum illorum etiam temporum fuiſſe: Rici homines ergò ſuis Militibus ſtipati, tanta auctoritate incedebant vt Regibus penè viderentur æquales. Signiferos enim ante ſe ipſorum Regum more geſtabant, ſingulos quos vocabant Pendones aut Seneras ampliſſima ſummæ eorum dignitatis inſignia præferentes. Vnde & ipſos Ricos homines videas in antiquis monumētis paſſim Ricos Hombres de *Senera*, vulgari lingua nuncupatos. Eorum autem filii Infantes interdum, quemadmodum & filii Regum appellati cernuntur. Atque inde credit Blanca ipſorum Infancionum nomen dimanaſſe, & ab Infantibus Infanciones quaſi Infantes inferiores dictos fuiſſe ipſorum Militum filios; hi enim eorumq; poſteri apud Aragones vocantur Infanciones, vti apud Belgas noſtros Militum filii *Jonckheers*, quaſi iuniores domini appellantur. Militib. enim, cuiuſcunq; ordinis ſint, ſiue Ricorum hominum ſiue etiam Meſnaderiorum, ii dicuntur tantùm qui ſunt militię auctoramento honeſtati, atq; vt vulgò loquimur, *los que actualmente ſon armados caualleros*. Vnde illud Michaelis Molini in verbo Infancio *Infanciones naſcuntur apud nos; Milites verò fiunt ſeu creantur*. Quia ſine creatione actuali ſeu promotione ad militiam nullus poteſt eſſe miles. Vt in Foro de creatione Militum. Cæterum ſubſequenti ætate Ricorum hominum nomen fuit antiquatum, nobileſq; vocari conſueuerunt. Nam qui modò nobiles dicuntur multis in rebus præ ſe ferunt Ricorum hominum dignitatem, in ea præſertim cuius ſupra meminit Molinus. De qua idem alibi: nobiles Aragonum pro delictis eorum non puniantur pœnis corporalibus, vt in obſeruat. 1. tit. de pace fol. 24. Et in For. 1. tit. Hæc itaque in veteribus Salanouæ monumentis, quæ de Regis ac Regni conſenſu è lingua vernacula in Latinam, ab eodem verſa exſtant, vulgoque obſeruantiæ illius appellantur, de Ricis hominibus Militibus ac Infancionibus tradita fuſius reperiuntur. A quibus nequaquam diſſentire viſus eſt Iacobus Hoſpitalis præclarus iuris

Aragonici interpres, in iis, quos ſexaginta ferme annis poſt Salanouam de legibus Aragonum edidit Commentariis, Ioannis Lupi Seſſet. Iuſtitiæ Aragonum temporibus, cuius locum tenuiſſe proditur. Quos omnes ſecutus eſt Bages qui auorum memoria eandem quęſtionem iiſdem omnino verbis pertractauit. Veruntamen hæc omnia ab illo fonte & capite fluxerunt, vitali nempe Epiſcopo, è cuius ſcriptis cæteri quæ digna iudicarunt ſelegerunt, & Hier. Blanca in Commentariis ſuis planius & apertius expreſſit.

Milites Baneretti.

Baneretti aliis *Baroneti*, Milites, qui Auratis hodieque in Anglia digniores habentur, nomen habent à vexillo: conceſſum enim illis erat militaris virtutis ergò quadrato vexillo perinde ac Barones vti, vnde & *Equites vexillarii* verè à nonnullis vocantur, & Germanis *Banner Leirs*, horum antiquitatem vltra Eduardi III. tempora, cum Angli bellicis laudibus abundarent, haud reperit Camdenus, vt tunc primum excogitatum hunc titulum honorarium in bellicæ virtutis præmium credat. In actis publicis eius æui fit mentio inter titulos militares, *Banerettorum hominum ad vexillum*, qui iidem videantur *hominum ad arma* & Rex Eduardus III in charta Ioanni Coupland, Baneretti ſtatum, quod Dauidem II. Scotorum Regem in prælio apud Dunelmiam cepiſſet, his verbis erexit. *Volentes ipſum Ioannem qui Dauidem de Bruis cepit, & gratanter nobis liberauit, propter ipſius probitatis & ſtrenuitatis merita taliter præmiare, quod alii per hoc exemplum capiant nobis temporibus futuris fideliter obſequendi, eundem Ioannem in ſtatum Baneretti poſuerimus, & pro eodem ſtatu manu tenendo conceſſerimus pro nobis & hæredibus noſtris eidem Ioanni quingentas libras percipiendas ſibi & hæredibus ſingulis annis*, &c. Memoria dignum eſt hic formulam adnotare ex Froiſſardo, qua Ioannes Chandos vir ſuo tempore militari laude florens, factus ſit *Banerettus*. Cum iam Eduardus Walliæ Princeps belli aleam experturus erat pro Petro Caſtellæ Rege contra Henricum nothum & Gallos, Ioannes Chandos Principē acceſſit, vexillumque ſuum complicatum illi in manus tradidit,

Pars 2. Parl. E.3. m.22. & 23.

Digitized by Google

tradidit, ſic affatus. *Domine mi, hoc meũ eſt vexillum, placeat vobis explicare, vt hodie efferam. Sunt enim mihi fauente Deo ad hoc prouentus ſatis magni.* *Princeps verò & Petrus Rex Caſtellæ, qui adſtitit, acceperunt in manus vexillum, & illi reddiderunt explicatum cum huiuſmodi verbis: Domine Ioannes, quod felix fauſtumq; tibi ſit, & in gloriam cedat, viriliter agas, & oſtendas, qui vir ſis. Ille accepto vexillo alacris ad ſuos ſe contulit, & attollens, Commilitones, inquit, ecce vexillum meum & veſtrum, ſi vt veſtrum animoſe propugnetis.* Poſterioribus temporibus, qui ad hunc honorem euehendus, vel ante prælium vt animi excitarentur, vel poſt prælium, vt virtuti ſuus cônſtaret honos, geſtans ſignum oblongum, Pennon vocant, in quo ſua depinguntur inſignia inter duos ſeniores Equites præeuntibus tubicinibus & Heraldis coram Rege vel Prorege adducitur, qui benè ominatus iubet ſigni extremitatem abſcindi, vt ex oblongo, vexillum fiat quadratum.

Baccalaurei Milites *Knights Bacchallers* fuere illi, qui tamquam tirones electi medii inter Equites Auratos & Armigeros. In archiuis enim leguntur *nomina Militum Baccalaureorum & Valectorum Comitis Glocestriæ*, vnde ſunt qui Bacchallers, quaſi *Bas Cheualiers* dictos volunt, licet alii à Gallico *battailer* quod depugnare ſignificat, deducunt. Antequam Ordines Equitum à Carolo Rege VII. fuiſſent in Gallia diſpoſiti, duo erant equitum genera, Vexillarius qui Vaſallos ſuos habebat elato vexillo, & Baccalaureus qui ſub alieno vexillo procedebat. In Decreto Ioannis Pouthiuani, facto 21. Februarii 1385. Thoarienſis Vicecomes ſummus, & primus Comitis Pictonum Vaſallus dicitur, triginta duo vexilla habens in ductu ſuo. In Decreto facto tertio Iunii 1400 Comes Vallenſis contendit Rodulphum Comequanum Vexillarium ſolummodò ac non Baronem eſſe, extuliſſe vexillum, quod ludibrio fuerit, eumque fuiſſe dictum Equitem quadrati vexilli: Comequanum verò ſe aſſeruiſſe Baronem, qui Vaſallos ferè quinquaginta & prouentum magnum habuerit. Statuit conſilium ſtrictum C...

Milites Baccalaurei.

In dorſo Pat. 51. H. 3.

roli VI. Regis comitatum Iſabellæ filiæ Regis in Angliam profecturæ, vt nuberet Richardo II. Regi, tore duorum Equitum Vexillariorum & quinq; Baccalaureorum, vt miniſtrarent ei: itaq; delegati ſunt Almontenſis & Garenſerianus vexillarii, & Reginaldus Ioannesque Triani, Galoſius Annoius, Carolus Chambellius, & dominus S. Clari Baccalaurei. Vexillarius in bello, Eques duplaris erat ad Armigerum. In ſponſione clientelæ quam Philippo Valeſio fecit Godefridus Comes Lemouicum Septembri menſe 1337. ducentenis libris prouentus ad vitã ex ęrario regis, & quinquaginta libris ſemel numerandis promittit ſe miniſtraturum Regi cum ducentis viginti Equitib. ordinario ſtipendio vicenum ſolidorum in vexillarium, denum in Equitem, quinum in Hippoconum, diebus ſingulis, cuiuſmodi ſponſiones in chartophylacio regio exſtant innumeræ.

Cæterùm miles nemo naſcitur ſed noſtris temporibus, vti alibi delibauimus à Principe vel eius Legato, habita aut generis, aut virtutis, Fortunæ, rerum domi foriſque benè geſtarum ratione, dignitatem equeſtrem (quæ non niſi cum vita tollitur aut amittitur) ſtricto gladio leuiter humeris percuſſis, & flexis genibus candidati accipere ſolent, additis verbis ſolenni more conceptis, inuocatoque ferè numine cuiusque prouinciæ tutelari. *Sis Eques in nomine Dei, Surge Eques*, cæteræque id genus cærimoniæ pro patriæ conſuetudine adhibentur. Nullibi autem ſolenniores quam in Regis aut Imper. Romanorum electione, qui proceres aliquot è nobilitate primaria tyrones ſtricto D. Caroli gladio in album equeſtre adoptare ſolent. Qui ſic militaris ordinis fiunt, oſculato enſe, addito nominibus vocabulo in Gallia *Meſſire*, in Anglia *Sir* ad vitam vbiuis (more Gallico in regib. compellandis) ab aliis diſtinguuntur. Formam etiam cum ritibus antiquam Anonymi cuiuſdam Angli ex veteri Chronico addam. *Anno*, inquit, 1316. *Dominus Ricardus de Rodney factus fuit miles apud Keynsham die tranſlationis S. Thomæ martyris in præſentia Domini Amalrici Comitis de Penbroke, qui cinxit eum gladio, & Dominus Mau-*

Digitized by Google

Mauritius de Barckley ſuper pedem dextrum poſuit vnum calcar & Dominus Bartholomæus de Badeliſmer (Baro vterque) ſuppoſuit aliud ſuper pedem ſiniſtrum, in aula, & hoc facto receſſit cum honore

Iuramentum militare antiquum colligimus ex Liuii & Vegetii verbis libr. 12. de Re militari per deos factum, cum deuotione capitũ ad quæuis infortunia pro Romana Rep. quæ conſuetudo adhuc manet, ſed ritu veteri in religionem noſtram detorto; ſub finem enim militaris & ciuilis iuramenti adiiciuntur hæc verba; *Sic me Deus adiuuet & omnes ſancti.*

De exauctoratione verò militum (quæ ignominiæ militaris nota erat) aliis diſquirendum relinquo. Vti etiam cum ita deliquiſſent, vt capitali ſupplicio afficiendi, ſuis inſignib. fuerint exuti, balthco militari diſcincti, gladio adempto, abſciſſis ſecuri calcarib. chirothecis ablatis & clypeo gentilitio inuerſo, perinde ac in regradandis cœleſtis militiæ militib. Eccleſiaſtica ornamenta, liber, calix, & ſimilia auferuntur. Simul perpendant, ſi hæ dignitates Equeſtres, quæ olim tam fuerint glorioſæ, dum rariores, dum quaſi præmia virtuti conſtitutæ, non euileſcant, cum ſint effuſiores & cuiuslibet ambitioni proſtitutę iaceant, quod in re ſimili olim conqueſtus erat apud Romanos Æmilius Probus. *Herodian. li. 2. in orat. Seueri Septim. Tacit. li. 12.*

His militib. proximi fuere Armigeri, qui & Scutiferi, hominesq; ad arma Gothis Schilpor, à Scuto ferendo, vt olim Scutarii Romanis dicti, qui vel à clypeis gentilitiis, quos in nobilitatis inſignia geſtant, vel quia principib. & maiorib. illis nobilib. ab armis erant, nomẽ traxerunt. Olim enim ex his duo vnicuiq; militi inſeruiebant, galeam clypeumq; geſtabant, vti indiuidui comites adhærebant, eo quod à milite domino ſuo terras aliquas in Scutagio tenebant, vt ipſe Miles à Rege in feudo militari, qui iam nõ ſunt amplius in vſu. Armigeri primarii hodie cenſentur, qui ſunt pro Principis corpore ſelecti: ſecundò Equitum Auratorum filii natu maximi, & eorum itidem filii maximi ſucceſſiuè: tertio in loco habentur filii natu maximi minorum filiorum *Armigeri.*

Baronum & aliorum ſuperioris ordinis, quando autem primogeniti maſculi deficiunt, deficit vna cum illis titulis: quarto in Anglia ordine ſunt, quibus Rex ipſe cum titulo inſignia donat, aut Armigeros creat collum torque S.S. vel ſigmatico argenteo, & candidis & argentatis calcaribus exornans, vnde hodie in Occidentalibus regni illius partibus vocantur vulgò *Withespurres* ad diſcrimen militum ſiue Equitum auratorum, qui auratis calcaribus vti ſolent: Eorumque primogenitis titulus ſolummodo competit. Quinto loco Armigeri ibidem habentur quicunque aliquo ſuperiori in Rep. munere funguntur, vel Principi honeſtiori conditione famulantur. Sed hoc officii nomen, quod olim & officii tantum fuit, inter dignitatis titulos regnante Richardo II. primum irrepſiſſe tradit Camdenus. Verum vti in quibuſdam Italiæ locis Equites ſunt hæreditarii, multi vbiuis etiam Armigeri naſcuntur, quod ex tabulis militaribus *Marci Antonii Perezii* antiquæ nobilitatis Equitis Sereniſſimo Eburonum Principi à Conſiliis & Cubiculis viri ſupra natalium ſplendorem magnitudine animi, virtute ac literarum gloria illuſtriſſimi (quæ ſcilicet M. Ludouicum Perezium filium Armigerum natum, peculiari Principis indultu prædicant) aliisque publicis archiuis didicimus. Sic & præter Equitum primogenitos Armigeri titulo ſæpius habentur hæreditarii: Angliæque Regibus ſuus eſt hæreditario iure honorarius Eques, & pugil qui in Regiis inaugurationibus armatus aulam ingredi ſolet, & per fecialem electum iam Regem ſe pro vero ac legitimo regni hærede agnoſcere proclamari iubet, & ſi quis adeò temerarius ſit, qui contradicere audeat, cum eo ſe duello decernere paratum oſtendit.

Armigerorũ inſignia.

Nunc de ſacris ordinibus Militaribus à Pontificib. regulari aliqua diſciplina adiecta comprobatis, quos Galli vulgò *Religiones* Hiſpani, *Habitus* ſolent nuncupare, itemque de liberioribus illis & *Torquatis* ab Impp. Regibus, aliiſque ſupremæ poteſtatis Principibus erectis dicendum eſt. Hos etiam Itali peculiari appellatione *di Croce, di Collana, & di Sprone:*

Tria Equitum genera hodie.

Sprone: Galli verò, *De Maille, Raille & Paille*, quæ omnia ſuis locis latius explicabimus, ſolent indigetare.

ORDO EQVESTRIS SANCTISSIMI Sepulchri Domini noſtri Ieſu Chriſti in Regno Hieroſolymitano.

NON in Sacerdotibus tantùm, Monachis, & Virginibus, ſapientiſſimum diuinę prouidentię ordinem iam à naſcentis Eccleſiæ exordiis, eluxiſſe apparet: verum etiam in militaribus viris, qui cœleſti fortitudine armiſque ſolidioribus quàm ſint ferrea, opus eſſe intelligentes, voto ſe ac regulis ipſorum, quantū arma tractaturis pro ſide Chriſti ſat erat, obſtrinxêre. Et nō ſecus ac in veteri lege Machabæi, Propheta Regius, aliiq; Iſraëlitarum Duces pręliabantur, prælia Domini: ita citra Conſtantinum Magnum, qui pręter duos Philippos A. A. patrem & filium, imperiū Chriſto nuncupauit, ſemper exſtitere ordines quidam non tantum dilatandæ, verumetiā armis tutandæ Religioni, ii verò cuncti inſtar Conſtantini Magni, Iouiniani, Valentinianorum, Theodoſiorum, cæterorumque Principum Catholicorum, crucem geſtabant, ſed diſcolorem: alii rubeam, alii viridem, alii albam, alii aliam (qualem hic ferè exhibemus, & Conſtantino Magno contra hoſtes dimicaturo primùm in cœlo apparuiſſe, auctores, numiſmata, & pyramides teſtantur) præferebant. His omnibus antiquiorem ſtatuunt ordinem Sanctiſſimi ſepulchri Domini noſtri Ieſu Chriſti, quinque rubei coloris crucibus inſignem. nec deſunt qui originem eius ad S. Iacobum fratrem Domini Epiſcopum Hieroſolymitanum anno 63. pro Chriſto cæſum, referre contendant; quo nomine etiam huius inſtituti milites, Hieroſolymorum vrbis Patriarchæ fuerint ſubiecti: alii ad Conſtantini Magni Imperium reiiciant. Huius enim piiſſimi Imp. mater S. Helena cum Crucem & monumentum Dominicum diuino monſtrata numine feliciter reperiſſet; ſumptuoſas in honorem Sanctiſſ. Reſurrectionis erexit

Varii ordines Equeſtres.

Arn. Mermannus in Theatro cōuerſionis gentium.

Euſeb. de vita Conſtantini lib. 1. ca. 25. & li. 4. c. 21.

Lipſ. lib. 3. de cruce cap. 15.

Itinerar. terræ Sanctæ Bartholomæi à Saligniaco lib. 10. tit. S. Sepulcri Lugduni, Anno 1525. Petr. Bellonius c. 84.

Euſeb. l. 3. de vita Conſtantini.

ædes, quibus conſequenti ętate Canonicorum regularium D. Auguſtini fuit adiunctum Collegium, eiusq; Sodalib. S. Sepulchri cuſtodia demandata; Saracenis interim & Turcis (qui rerum inibi potiti, totum Orientem & præcipuè Palæſtinam diutiſſimè afflixerunt) id ęgrè tributo annuo perſoluto, indulgentib. Quo factum, vt Carolus Magnus, Imperii Occidentalis conditor, Chriſtianorum tranquillitati iis partibus ſtabiliendæ, cum infidelium Rege Aarone fœdus inierit, cæterisq; poſterioris ſæculi Principib. vt ritu inter Chriſtianos ſuſcepto, certis vrbis Sanctæ attributis locis, ſacra peragere poſſent, eſt datum. His penè Barbarorum vinculis, per tot annorum decurſus, S. Sepulchri Sodalium detenta virtus, felicib. Godofredi Bullonii, & Balduini fratris auſpiciis, quaſi relaxata, in apertum tandem prodiit. ii Canonicos regulares S. Sepulcri cuſtodes Militiæ ſuæ ad honorem Sanctiſ. Reſurrect. ſuſceptæ, vniri voluere: quorum incredibili virtute muniti, id perfecere, vt Chriſtianorum regna, prouincias, vrbes tam in Oriente, quam in Occidente aduerſus Barbarorum & infidelium incurſiones, vel fortiſſimè tutati fuerint, vel etiam recuperauerint, & Chriſtianum nomen per florentiſſimas terrarum partes admodum propagarint; idq; eo ſolo intuitu & fine, vt Chriſtiana religio aut ſarta tecta conſeruaretur, aut à Barbaris oppreſſa, in integrum reſtaurata refloreſceret. Eius rei fidem faciunt tot belli ſacri expeditiones in terram Sanctam ſuſceptæ, quæ *Cruciata* aut *via S. Sepulchri* nomine, ab auctorib. commendantur. Docent tot Principum & fortiſſimorum Ducũ, (qui Militiæ S. Sepulchri nomina dederunt) ad Summos Pontifices de rebus in Syria geſtis, perſcripta teſtimonia, nec non ſumptuoſiſſima, titulo S. Sepulchri, per orbem Chriſtianum erecta Cœnobia, in quibus hodieque videre licet militum illorum imagines & monumenta, tibiis in crucem tranſuerſis, ſic enim ſepulti fuerunt quotquot illo ſæculo nomina bello ſacro dediſſent; vel qui, vt tunc temporis ſunt locuti, Crucem ſuſcepiſſent. Verum peſſum iam eunte Hieroſolymitano regno, & per inteſtina mala

Vide res geſtas Francorum, & litteras ex Bibliotheca P. Petauii editas Pariſiis, 1611.

Hier. Curita ad annũ 1134. & 1141.

Equites tibiis in crucẽ tranſuerſis ſepeliri ſolẽt.

mala diſtractis Chriſtianorum animis, domeſticorum perfidiæ ceſſit bellicoſorum Sodalium deſtituta virtus. In Italiam itaq; ſecedentes, ſede Perusiæ conſtituta; alii ex voluntate Innocentii VIII. P. M. in ſocietatem Rhodiorum Equitum adſciti ſunt; alii ad propria, dum copiæ aduerſus communem Chriſtiani nominis hoſtem reſtaurarētur, remearunt. Huius militiæ meminit fusè Innocentius III. Cap. *Inter dilectos. de donat. ex.* Tenentur autem ordinis Candidati regulæ præſcripto infidelibus pro virili arma inferre, captiuos redimere, preces & horas S. Crucis quotidie recitare, & quinque Cruces rubeas in honorem quinque Plagarum Domini noſtri Ieſu Chriſti: vel vti Equeſtres tabulæ patrui mei Petri Mennenii indicant, *Sancti Crucis Sanctiſſimiq; Chriſti Sepulchri ac Sancti Georgii inſignia deferre*, Leges ſiue Conſtitutiones, quas vocant, ipſis Latinè à Carolo Magno, Ludouico Pio, Philippo Sapiente, & Ludouico S. Galliarum Regibus, & Godefredo Bullonio præcipuo ordinis inſtauratore præſcriptas, ex autographo recitat Iacobus Villamontius: priuilegia verò & cæremonias Bartholomæus à Saligniaco, Ioannes Zualiardus, Nicolaus Hautius Fromontii regulus, eiuſdem Inſtituti Equites; nec non Nicolaus Chriſtophorus Radziuillius Dux Olikenſis, & alii in ſuis de Terra Sancta conſcriptis libris recenſent. Quæ breuiter ab Abrahamo Ortelio ex iiſdem ferè concinnata, ob virtutis famam & præcipuum belli aduerſus Saracenos gerendi (cui milites illi deſtinati erant) ea ætate ſtudium, quodque in ipſa vrbe Hieroſolymitana à Summi Pontificis Vicario ad Sanctiſſ. Sepulchri monumentum militaria inſignia Religionis ergò, hodieque ſuſcipere ſoleant, breuiter hic referre, & inſignia ob oculos ponere haud incongruum duxi.

His Franciſ. Sanſouinus duas cruces rubeas attribuit.

Digitized by Google

IN NOMINE DOMINI AMEN.

Incipit modus præficiendi ſiue ordinandi Militem Sanctiſſimi Sepulcri Domini noſtri Ieſu Chriſti.

ANTE omnia ordinandus Miles præparet ſe ad deuotionem, vt valeat percipere gratiam officii ſacræ militiæ, ac præmiſſa confeſſione, auditaque Miſſa, & percepta Dominica communione, intromittatur in atrium Sanctiſſimi Sepulchri, & tunc incipiatur iuxta modum qui ſequitur. Primò congregatis omnibus intra ſanctiſſimum Sepulchrum, cantetur hymnus, ſcilicet *Veni creator Spiritus*, &c. Deinde Verſ. *Emitte Spiritum tuum & creabuntur.*

Reſponſio. *Et renouabis*, &c.

Verſ. *Domine exaudi orationem*, &c.

Reſpon. *Et clamor.*

Verſ. *Dominus vobiſcum.*

Reſp. *Et cum Spiritu tuo.*

Oremus. *Deus qui corda fidelium S. Spiritus*, &c.

Deinde debet interrogari à Patre Guardiano. *Quid quæris?*

Reſponſio flexis genibus. *Quæro effici miles ſanctiſſimi Sepulchri Domini noſtri IESV Chriſti.*

Interrogatio. *Cuius conditionis es?*

Reſponſ. *Nobilis genere & parentibus generoſis natus.*

Interrog. *Habéſne vnde honeſtè manu tenere poſſis ſtatum, & militarem dignitatem abſq; mercibus & arte mechanica?*

Reſp. *Habeo Dei gratia bonorum ſufficientem copiam.*

Interrog. *Es ne paratus corde & ore iurare pro virili militaria ſacramenta, eaq; ſeruare quæ ſequuntur?*

1. Primò. *Miles ſanctiſſimi Sepulchri, omni die opportunitate habita Miſſam audire debet.*

2. Secundò, *Cùm neceſſe fuerit bona temporalia, & vitam exponere debebit, ſcilicet, quando eſt bellum vniuerſale contra infideles, & venire in propria perſona vel mittere idoneum.*

Tertiò,

3. Tertiò, *Eſt obligatus ſanctam Dei Eccleſiam, & eius fidei miniſtros ab eorum perſecutoribus defendere, & pro viribus liberare.*

4. Quartò, *Debet iniuſta bella, turpia ſtipendia & lucra, haſtiludia, duellum, & huiuſmodi (niſi cauſſa militaris exercitij) omnino vitare.*

5. Quintò, *Debet pacem & concordiam inter Chriſti fideles procurare, Rempublicam exornare, & augere, viduas & orphanos protegere, iuramēta execrabilia, periuria, blaſphemias, rapinas, uſuras, ſacrilegia, homicidia, ebrietatem, loca ſuſpecta, & perſonas infames atque vitia carnis vitare, & tamquam peſtem cauere, & ſe apud Deum hominesq; irreprehenſibilem exhibere, at etiam verbo ac facto ſe dignum tanto honore demonſtrare, Eccleſias frequentando, & cultum diuinum augmentando.* Quęratur ergò ſi eſt paratus, corde & ore hęc omnia proteſtari, iurare & facere.

Reſp. *Ego N. profiteor & promitto Deo Ieſu Chriſto & Beatæ Virgini Mariæ hæc omnia pro virili me obſeruaturum.* His peractis, benedicatur enſis à Guardiano ſecundum formam inferius poſitam, ſi non eſt aliàs benedictus: ſed ſi benedictus eſt, vel poſt benedictionem, vocato vno ordinandorum, & genu flexo ante ſanctiſſimum Sepulchrum: Guardianus ponat manus ſuper caput eius, & dicat. *Et tu N. eſto fidelis, ſtrenuus bonus & robuſtus Miles Domini noſtri Ieſu Chriſti, & ſanctiſſimi eiuſdem Sepulchri, qui te cum electis ſuis in gloria ſua collocare dignetur, Amen.*

Calcaria. Hoc finito Guardianus porrigit militi calcaria inaurata, quæ pedibus ſuis accommodabit in terra exiſtens. Poſtea

Enſis. dat enſem nudum Chriſti militi, dicens: *Accipe N. ſanctum gladium, in nomine Patris & Filij & Spiritus Sancti, Amen.* (ter ſignum crucis exprimens) *& vtaris eo ad defenſionem tuam & ſanctæ Dei Eccleſiæ, & ad confuſionem inimicorum Crucis Chriſti ac fidei Chriſtianæ, & quantum humana imbecillitas permiſerit, eo neminem iniuſte lædas: quod ipſe præſtare dignetur, qui cum Patre & Spiritu S. regnat Deus per omnia ſecula ſeculorum, Amen.*

Deinde enſis in vaginam reponitur, & à Guardiano prædicto enſe cingitur, dicendo, *Accingere N. gladio tuo ſuper femur tuum potentiſſimè in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, & attende; quod ſancti non in gladio ſed per fidem vicerunt regna.* Enſe accinctus miles ſurgit, & genibus nixis, inclinatoq; capite ſupra ſanctum Sepulchrum à Guardiano ordinatur, percutiendo ter enſe prędicto ſcapulas militis, & dicendo ter, videlicet; *Ego conſtituo & ordino te N. militem ſanctiſſimi Sepulchri Domini noſtri Jeſu Chriſti, In nomine Patris & Filii, & Spiritus Sancti, Amen:* faciens ter ſignum Crucis. Deinde oſculetur eundem, ponens more maiorum torquem aureum cum cruce pendente, in collo eius, & ordinatus deoſculetur ſanctum Sepulchrum, poſtea diſcedat & reſtituat omnia, & vocato alio iiſdem cæremoniis in numerum militum ſancti Sepulchri cooptatur: ordinatus interim in atrio ſancti Sepulchri remaneat, quouſque omnes ad hunc honorẽ promouendi, ſint promoti. Poſt quorum vel cuius ordinationem, *Te Deum laudamus*, &c. à monachis decantatur, & ad ſacellum Fratrum Minorum itur, vel ibidem ſtatur, prout voluerit vel ordinauerit Guardianus: deinde dicantur hæc in ſingulari; ſi vnus eſt: ſi verò plures, in plurali. In ſingulari dicitur, *Specioſe forma præ filiis hominum, accingere N. gladio tuo ſuper femur tuum potentiſſimè:* & ſi plures, dicitur in plurali.

Eques S. Sepulchri Torque aureo & Cruce donatur.

Verſ. *Domine exaudi*, &c.

Reſp. *Et clamor meus ad te veniat.*

Dominus vobiſcum. Et cum Spiritu tuo.

Oremus. *Da Eccleſiæ tuæ miſericors Deus, vt ſancto Spiritu congregata, hoſtili nullatenus incurſione turbetur.*

Omnipotens ſempiterne Deus ſuper hunc N. (vel hos) famulum tuum, qui eminenti mucrone circumcingi deſiderat, gratiam tuæ benedictionis infunde, eundemq; dextera tua virtute munitum, fac contra cuncta aduerſantia cœleſtibus armari præſidiis, quibus nullis in hoc ſeculo tempeſtatib. bellorum turbetur. Per Dominum noſtrum, &c. Ad extremum amplectitur illum Guardianus & alii ſi qui volent.

BENE-

Digitized by Google

BENEDICTIO ENSIS.

Is qui benedicit, teneat enſem nudum ante ſe, & dicat:

Verſ. *Adiutorium noſtrum in nomine Domini*, &c.

Oremus. *Exaudi quæſumus Domine preces noſtras, & hunc enſem, quo ſe famulus tuus hic cingi deſiderat, maieſtatis tuæ dextra dignare benedicere, quatenus poſſit eſſe defenſor Eccleſiarum, viduarum, orphanorum, omniumq́; Deo ſeruientium contra ſæuitiam paganorum, aliisq́; ſibi inſidiantibus ſit terror & formido, præſtans ei æquæ perſecutionis, & iuſtæ defenſionis effectum, per Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.*

Oremus. *Benedic Domine ſancte pater omnipotens æterne Deus per inuocationem nominis tui, & per aduentum Chriſti filii tui Domini noſtri & per donum Spiritus S. hunc enſem, vt hic famulus tuus, qui hodierna die, tua concedente pietate, præcingitur, viſibiles & inuiſibiles inimicos proſternat & conculcet victoriaq́; potitus maneat ſemper illæſus, Per Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.*

Benedictus Dominus Deus meus, qui docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum, miſericordia mea & refugium meum, ſuſceptor meus & liberator meus, protector meus, & in ipſo ſperaui, qui ſubdit populum meum ſub me. Gloria *Patri & Filio, &c.*

Verſ. *Saluum fac ſeruum tuum Domine.*

Reſp. *Deus meus ſperantem in te.*

Verſ. *Eſto ei Domine turris fortitudinis.*

Reſp. *A facie inimici.*

Verſ. *Domine exaudi orationem meam*, &c.

Dominus vobiſcum, &c.

Oremus. *Domine ſancte, Pater omnipotens, æterne Deus, qui cuncta ſolus ordinas, & recte diſponis, qui ad coërcendam malitiam & improbitatem malorum, & tuendam iuſtitiam, vſum gladii in terris hominibus tua ſalubri diſpoſitione permiſiſti, & militarem ordinem ad populi protectionem inſtitui voluiſti, quiq́; per Beatũ Joannem militib. ad ſe in deſerto venientibus, vt neminem concuterent, ſed propriis contenti eſſent ſtipendiis, dici feciſti : clementiam tuam ſuppliciter exoramus,*

vt ſicut Dauid puero tuo, Goliath ſuperandi largitus es facultatem, & Judam Macchabæum de feritate gentium nomen tuum non inuocantium triumphare feciſti: ita & huic famulo tuo N. qui nouiter iugo militiæ colla ſupponit, pietate cœleſti vires ac robur ad fidei & iuſtitiæ defenſionem tribuas, præſtesq; ei fidei, ſpei, & charitatis augmentum & tui timorem pariter & amorem, humilitatem, perſeuerantiam, obedientiam & patientiam, cunctaq; in eo rectè diſponas, vt neminem cum gladio iſto vel alio iniuſte lædat, & omnia cum eo iuſta & recta defendat, & ſicuti ipſe de minori gradu ad nouum militarem prouehitur honorem, ita veterem hominem deponens, cum actibus ſuis nouum induat hominem, vt te timeat & rectè colat, perfidorum conſortia vitet, & ſuam in proximum charitatem extendat præpoſito ſuo in omnibus rectè obediat, & ſuum in cunctis iuſtè officium exequatur. Per Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

Multa alia ad illuſtrationem ordinis piè decenterq; inſtituta, quæ commemorare longum eſſet, & ad calcem huius operis ex archiuis S. Sepulchri adiicere libuit, nec non & tabulas prelo digniſſimas, hactenus nunquam editas, quibus Philippus II. Hiſpaniarum Rex Catholicus in ſummum Ordinis Magiſtrum eiuſque ſucceſſores à militibus Hieroſolymitanis, præſertim Belgis ibidem nominatis anno 1558. in Eccleſia Hochſtratana ditionis Brabantiæ ſunt electi. Vide & Marianum Scotum & Lambertum Schaffnaburgenſem, qui de piis bonisque Principib. & Epiſcopis, qui anno Domini 1063. Hieroſolymam peregrinati ſunt, ſcripſere. Ad horum fere Equitum normam creari ſolent Equites Sanctæ Catharinæ ad montem Sinai, eiuſdem Virginis ſacratiſſimo corpore celebertimum, & mediam rubei coloris rotam gladio transfixo pro inſignibus præferre.

Equites S. Catharinæ.

ORDO

ORDO EQVITVM S. MAVRITII & S. Lazari apud Sabaudos.

INITIA Ordinis S. Lazari repetunt à temporibus S. Baſilii Magni Cæſarienſis Epiſcopi, quem Gregorius Nazianzenus tradit hoc titulo Noſocomium excitaſſe. *In vita S. Baſilii.* Atque eius antiquitatis pariter fidem facere aiunt, tot prochotrophia, noſocomia ſeu hoſpitalia, vt vulgò loquuntur S. Lazari nomine per orbem Chriſtianum ſparſa. Sed prima inſtitutio per Barbarorum incurſiones, atque iniuria temporum collapſa cum eſſet, ea ipſa velut renata eſt felici illo æuo, quo Chriſtiani Europæ Principes Ieroſolymorum vrbem, cæteraq; Terræ Sanctæ loca barbaris eripuerunt. Itaque vt Templarii, Hoſpitalarii & Teutonici, ſic & Lazarini Equites illo ſeculo, homines Chriſtianos ex Europa aduenientes, non modo hoſpitiis exceperunt, ſed & ſtrenuè Saracenis aliiſque barbaris arma intulerunt. Quo factum vt Balduinus II. Fulco, Amalricus Balduin. III. & IV. Reges Ieroſolymitani, itemq; Theodora & Meliſindis Reginæ, aliiq; Principes ipſum ordinis Magiſtrum, & domicilia in Syria eidem dicata, ac propria, non paucis beneficiis adfecerint; quorum teſtes tabellæ publicæ etiamnum Boniaci vulgò *Boegnii*, in diœceſi Aurelianenſi in Gallia adſeruantur. Quem quidem locum equitibus ipſis Lazarinis Ludouicus Galliæ Rex adſignauit, diplomate anno 1154. dato, & 1154. Hugonis Cancellarii manu ſignato, Matthæo Montmorentiuo Galliæ Coneſtabili præſente. Pulſis demum per Saracenos è Syria Chriſtianis, Boniaci domicilium Magiſtri Ordinis Lazarini eſt conſtitutum, ibique comitia ſeu conuentus à Sodalibus quotannis haberi ſolent, Commendatoribus, vt vocant, ex Italia, Sicilia, Sabaudia, Anglia, Scotia, Hungaria, aliiſq; prouinciis eodem confluentibus: *Ordinis Lazarini Domicilium Boniaci in Gallia.* id quidem ad annum vſque ſuperioris ſeculi octauum & quinquageſimum obtinuiſſe conſtat, quo anno Boniaci Comitiis interfuêre, Commēdatores S. Eligii Londinenſis, Bandarræ in Hungaria, Agreſolii in Sabaudia, & alii complures 1558. Ioanne Leuyo Magiſtro Ordinis euocati Vt mirum ne-

Digitized by Google

mini videri debeat Philippum Auguſtum, S. Ludouicum, Philippum Pulchrum, Philippum Longum, Ioannem, Carolum VII. Ludouicum XI. Carolum VIII. Ludouicum XII. Franciſcum I. Henricum II. & Henricum III. Galliæ Reges, Henricum item Angliæ Regem, Aquitaniæ Normanniæque Ducem, Theobaldum Comitem Blæſenſem, aliosque Galliæ Principes multis ſodalitium Lazarinum vectigalibus annuis ac priuilegiis honoraſſe: vt fusè Petrus Beloyus Conſiliarius Toloſanus in ſuo de Equeſtribus Ordinibus libello commemorat. Idem præſtitit Fridericus II. Imper. & Siciliæ Rex, qui in ea ipſa inſula, itemque in Calabria, Apulia, Campania, aliisque Italiæ locis ampliſſima, iiſdem prædia attribuit. Quas donationes poſt Alexander IV. Nicolaus III. Clemens IV. Ioannes XXII. Gregorius X. aliique Pontifices Romani ſuis diplomatibus ſtabiliuerunt. Solent autem Lazarini milites Crucem viridem pro ordinis teſſera præferre, & S. Auguſtini regulam profiteri, quæ omnia Gregorius IX. diplomate edito probauit. Temporum porro decurſu, cum inſtituti huius dignitas iaceret, Equites Rhodii ab Innocentio VIII.

Inſignia antiqua Equitũ S. Lazari.

1490. P.M. an. 1490. impetrarunt, vt cum Rhodio ſeu Ioannitico confunderetur. Sicque paulatim Sodalitii Lazarini memoria, cum apud Gallos, tum apud Italos eſt obſcurata. At Pius
1565. IV. Pontifex idipſum anno 1565. excitauit, ampliſſimisque priuilegiis, honoribus, immunitatibus ad inſtar aliarum militiarum dotauit, Ioannoto Caſtellionæo, viro nobili, Mediolanenſi, Ordinis Magiſtro creato, & diplomate ea de re 4. Non. Maias promulgato. Quod diploma Pius V. ſucceſſor altero Pontificatus ſui anno, conſtitutione 7. Kalen. Februar. & altera 3. Idus Sextileis partim reuocauit, partim
1572. moderatus eſt. Cumque Vercellis anno eiuſdem ſeculi 72. Caſtellionæus vita diſceſſiſſet, Gregorius XIII. quo maiorem huic militiæ dignitatem conciliaret, eius principatum ſeu magiſterium in Emanuelem Philibertum Sabaudiæ
1573. Ducem, atque illius Succeſſores anno proximè inſequente contulit. Philibertus autem conuentu Equitum Nicææ indicto

indictó; eos ſacramento ſolenni tanquam Magnus, vt vocant, Magiſter, in fidem adegit, & nouas, Ordini decorando atque amplificando leges ac ritus eiuſdem Pontificis auctoritate confirmatos condidit, coniunctis atque in vnum confuſis S. Mauritii & S. Lazari Ordinib. Idem duo præterea domicilia ſiue hoſpitia, vnum Nicææ, alterum Auguſtæ Taurinorum excipiendis equitibus à fundamentis ſuo ære excitauit, ſtatuitq; vt in poſterũ militia S. Mauritii, & S. Lazari nuncupatetur: Equitesq; crucem viridem limbo candido concluſam, in cuius medio altera D. Mauritii ſuperpoſita eſſet, in veſtibus gererent. Paulus Morigius tradit Ciſtercienſium Regulam Benedictinam iiſdem Equitib. à Gregorio XIII. fuiſſe præſcriptam. Vide & Iac. Aug. Thuanum lib. hiſt. 38.

Ordo S. Mauritii & S. Lazari coniungitur.

Inſignia noua Equitum S. Lazari.

Regula S. Benedicti.

AD S. Mauritii Equites quod attinet, præferunt ii etiamnum crucem albam, florigeram Gallis dictam, & à Sancto Martyre in bello Chriſtianis pro teſſera obtendi ſolitã. Fuit is Mauritius Thebææ Legionis Dux & anteſignanus, apud Agaunũ, in confinib. Heluetiorũ atq; Allobrogũ (locus hodie S. Mauritii nomen retinet, ſpectatq; ad Cantonũ, vt vocant, ſiue Heluetiorũ ditionẽ) pro Chriſto cum ſuis à Maximiano Imperatore cæſus. Hunc vt viuum tutelarem ac præſidem Allobroges venerantur, & ſunt qui Sabaudiæ Ducũ ſtemma ab eo deducere conantur, hoc cõſtat S. Mauritii gladiũ & annulũ à Ducib. iſtis magno cũ honore adſeruari, atq; vt pignus imperii, cũ inaugurantur, iiſdẽ ſolemni ritu tradi. Eremiticũ porrò ordinẽ S. Mauritii ſub regula S. Auguſtini ab Amadeo. I. Sabaudiæ Duce inſtitutũ fuiſſe ſcribit P. Matthæus & P. Belouus, noſtræ ætatis ſcriptores: Vetuſtiores rerum Sabaudicarũ annales tradunt Amadeũ, (qui poſtea ad Pontificatũ vocatus Felicis V. nomen induit) relictis omnib. Ripalliũ ad lacum Lemanũ ſe contuliſſe, atq; ibidẽ primo lapide à Thonone oppido cum viris nobilib. ſiue Equitib. decem eremiticũ vitæ genus amplexũ eſſe, in monaſterio D. Mauritii memoriæ atq; honori à maioribus ipſius dedicato, cinerea veſte oblonga adſumpta,

Ordo Equitum S. Mauritii.

Martyrol. Rom. 22. Septemb.

In hiſt. Ludouici XI. lib. 3. Orig. Equeſt. cap. 20.

Digitized by Google

cingulo aureo, atq; cinerei coloris chlamyde, cui crux aurea foret inſuta; traditq; Franciſcus Modius in Pandectis Triumphalibus Eremitas Ripalliæ (quos Milites S. Mauri-
1440. tii vocant) Felicis Papæ ſolemniis inauguralibus ann. 1440. interfuiſſe, qualisq; habitus & religio illius antea fuiſſet, veſtibus ſuis præmonſtraſſe.

ORDO EQVITVM S. MARIÆ de Monte Carmelo & S. Lazari in Gallia.

Diſſerui hactenus, quorum opera apud Italos & Sabaudos inſtitutum Lazarinum in vſum ſit reuocatum; reſtat vt videamus, quibus ea gloria apud Gallos obtigerit. Dixi ſupra Equites Rhodios ſeu Ioannitas ab Innocentio VIII. impetraſſe, vt Lazarinum ſodalitium ipſis adiungeretur. Quo quidem factum eſt, vt Ioannitæ Ordinis illius Principatum ac Præfecturam penes ſe retinuerint vſque ad Æmarum Caſtum, virum natalibus, multisq; virtutib. clariſſimum. Is quamquam Melitenſis Eques, militiam Lazarinorum, cuius Princeps ac Magiſter erat, in Gallia inſtaurare primus ſerio noſtrâ memoriâ in animum induxit, & bona patrimonialia primis poſſeſſoribus reſtituere conatus eſt. Quo laudabili in opere cum defeciſſet, Philibertus Nereſtanus, vir modeſtia ſimul & fortitudine præſtans (quæ duo in homine militari rarò coniuncta reperias) demortui locum ac magiſterium excepit, profeſſione tamen aut vitæ genere Melitenſibus non obſtrictus. Itaque Romam profectus à Paulo V. obtinuit, vt Lazarini Equites Galli in poſterum Equites S. Mariæ de Monte Carmelo, & S. Lazari nuncuparentur, & violacei coloris crucem Virginis Matris effigie inſignem, ex collo pendentem, itemq; chlamydi adſixam, exemplo Melitenſium preferrent. Vſus eſt idem Romæ conſilio & opera R. P. Petri à Matre Dei Carmelitę diſcalceati, qui Paulo Pontifici à ſacris tunc erat concionibus, eidemq; ob ſingularem morum integritatem vitæque ſanctitatem longè gratiſſimus, quo nomine & à Baronio in An-

Inſignia Equitum S. Mariæ de Monte Carmelo & S. Lazari.

Digitized by Google

in Annalibus eximiè commendatur. Faxit autem Deus, vt ſicut Carmelitarum diſcalceatorum ſocietas magno Eccleſiæ bono per vniuerſum orbem, mirificè efflorescit, ſic & Carmelitanorum Equitum Collegium paullatim maiora, Reipubl. Chriſtianæ commodo ſumat incrementa. Cæterum anno ∞. I Ↄ. I X. Nereſtanus Pariſiis in Suburbano S. Lazari Monaſterio, quod eſt Canonicorum, vt vocant Regularium Auguſtinianorum, ſolenni ritu Equites aliquot creauit, dictaq; teſſera inſigniuit, adhibitis iiſdem ferè cæremoniis, quibus Melitenſes inaugurantur. Hoc tamen diſcrimine, quod Carmelitani, vt nec Mauritiani in Sabaudia Equites à nuptiis non arceantur. Ex his itaq; patet, Lazarino Ordine velut in duo Sodalitia, Mauritianum & Carmelitanum partito, ex his alterum Sabaudis, atque Italis, alterum Gallis velut proprium hodie cenſeri.

Tom 12. an. 1187. in fine.

ORDO EQVESTRIS CANIS ET galli gallinacei apud Francos.

MOntmorentiadum gentis ſtemma, quo Liſbio à Lybiæ Regibus oriundo, magno Areopagitæ commartyri adparentat; origine antiquiſſimum Francis & Belgis perilluſtre, ſummum Chriſtiani nominis columen vel ab incunabulis Regni Gallici ſemper exſtitiſſe conſtat. Primumq; eorum parentem Protochriſtiani & ArchiBaronis nomen (quod moræ impatiens & zelo Chriſtianiſſimi incenſus, eidem Lauacro, quo Rex Clodoueus primus inter Gallo Francos ſacro baptiſmate ablutus eſt, ſe immerſerit) commeruiſſe tradit Robertus Cænalis. Nec his contentus auctor & ipſe fuit primus, vt Aureliis in media Gallia prima ſacra Comitia* celebrarentur. Vnde Montmorentiacos primos Chriſticolas & Franciæ Barones veteri elogio nuncupari, eiusque nominis * teſſeram præliis merito inclamari, in hunc vſque diem obtinuerit. Fidei inſuper memorabile exemplum in Chriſtianam Rempublicam exſtare volunt, illuſtre Ordinis Equeſtris Collegium, Canem nimirum, notiſſimo fidelitatis ſymbolo inſignitum, & religioni maio-

** Dieu en ayde, au premier Chreſtien & Baron de France.*

rum propagandæ, in hac familia fundatum, nullo certo quod equidem ſciam, hactenus auctore, qui Principatum & Magiſterium, vt loquuntur, ei planè attribuat, & ſi non vanâ ratione coryphæum egregii huius inſtituti fuiſſe, ex Canis inſigniis, quæ in caſſide ſtirps illa pro criſta geſtare ſolet, augurari liceat. Cuius rei fidem augere videtur Philippus Moræus in tabula ſua inſigniorum Franciæ vulgari ſermone conſcripta: Vbi inter alia gentis huius decora prodit; Buchardum Montmorenciacum ad aulam Philippi primi multis comitantibus Equitibus veniſſe, qui omnes, vt & ipſe Buchardus, Balthcum ſeu torquem Equeſtrem capitibus ceruorum diſtinctum, canisq; effigie ex imâ parte pendente exornatum, geſtarẽt. Id exemplo multorum Principum, quos Canis inſigniis delectatos fuiſſe in aperto eſt, factum reor. Ita enim Sergius Galba Imperator tam ſui, quam maiorum acta & inſignia hoc ſymbolo notauit. Canis erat à prora deſulturienti ſimilis, quo vigilantiam ac firmas excubias aduerſus tempeſtates conferre deſignauit, & Ægyptii ſub forma Canis copula religati, militis officium exhibuerunt, & milites Plato cuſtodes, & canib. ſimiles appellat, hodieq; apud Belgas Croyorum Regia proſapia, canem inter duas alas auitis Hungariȩ regni inſigniis, ſuperimponere conſueuit: Canes deniq; fidei & nobilitatis apud omnes gentes indicia haberi, I. Lipſius aliiq; rerum illarum curioſi produnt auctores.

Croyorum Inſignia.

Cent. 1. epiſt. 44. ad Belgas

Ordo Equitum galli gallinacei.

Ordinis porrò, qui Galli Gallinacei titulo circumfertur, Equitem nobis prædicant Petrum quendam Montmorenciacum, Genealogici eiuſdem ſtirpis commentatores, minimè vero edocentes erectionis tempus vel auctorẽ, quod Petrus Beloyus in originibus ſuis maximè cônqueritur: ex iis tamen colligi ait, Gallos Principes pugnacis adeò animalis hieroglyphico ductos, ſodalitium equeſtre inſtituiſſe, ꝙ Martis pullum eum vocet Ariſtophanes & Eucherius imperii doceat eſſe ſymbolum. In augurali verò diſciplina, Gallus eſt victoriæ ſignum, propterea quod auis illa victa ſilere ſoleat, canere, ſi vicerit, & rectè Romani poſterioribus

Cap. 11.

Digitized by Google

bus ſeculis belli indicis haſtæ in fines hoſtium coniicien-dæ ritu obſoleſcente, bellico Gallinacei ſigno vſi ſunt, cum ex eo etiam Agoniſtica ſibi milites pararent. Ita ferunt Socratem Iphicrati duci animos adieciſſe, cum Gallinaceos coram Gallia pennis & roſtro dimicantes ei præmonſtraſſet, quod & Themiſtocles ad ſuos animandos fecerat, cùm oſtenderet, eos non pro patria, neq; pro penatibus, neque pro maiorum ſepulchris vxoribuſque aut liberis id incommodi aggreſſos, ſed ea tantum de cauſa, ne vincerētur, nolle alterum alteri cedere. Eo exemplo ſuperatis Perſis, Themiſtocles Athenis ſpectaculum Gallorum quotannis celebrandum inſtituit, teſte Æliano, idq; Pergami etiam edi ſolitum ſcribit Plinius, cuius rei veſtigium hodieq; apud Eburones inuenias: quanquam ea ludicro fieri apud Lucianum & Herodianum legas. Quod ſi in nummum incideris Gallinaceorum conflictu notatum, ſcias eam fuiſſe Dardanorum pecuniam Polluce teſte, nam illi magnum pugnacitatis decus, vt & Gallo Franci ſibi antiquitus vſurpauere: quo honore Dardani ſemper apud Maronem, cum ſecus Phryges ferè, vt imbelles notentur. Perſarum porrò milites Galli nuncupabantur à Carib. ob conos quib. galeas ornatas habebant; eaq; de cauſa Artoxerxes hominē è Caria qui Cyrū Galli ſignū prætendentē vulneraſſe creditus eſt, eo honeſtauit prēmio, vt gallum aureū in lancea præfixū ante aciem ferret, auctore Plutarcho: & Pauſanias Idomenei clypeum gallo gallinaceo inſignitū fuiſſe tradit, propterea quod is à Minoē & Paſiphaë duceret originē, quæ Solis filia fuerit; cui Gallus dedicari ſolitus, quia ortum eius præſentiat, & cantū indicet mortalibus: à mediæ enim noctis inclinatione explaudentibus, vt Lucretius ait, alis: *Aurorā clara conſuetus voce vocare.* & matutinis aſtris (nam & ſydera nouit & æternas diſtinguit horas) cottidie cōmodulatur: Chriſtianiſq; in ſummo turriū faſtigio diuinitatis ſimulachrū ob oculos ponere conſpicitur. Similia multa Gallos Principes ad inſtituendū ordinē militarē, heroica Galli auitis eiuſdē nominis gentē interpretantis teſſera inſignē ſpectaſſe, innuere videtur Petrus Beloyus. *Plin. lib. 10. cap. 21.*

F 1 4

Cæterum quod Montmorenciacam proſapiam hiſce duobus ordinum militarium inſignibus nobilitatam reperiamus, haud erit incongruum inſignia gentilitia, eiuſmodi ſymbolis condecorari ſolita, ob gentis (quam & Reges affinitate ſua dignati ſunt) apud Francos ac Belgas clariſſimæ, dignitatem hic inſerere. Ea à multis retro ſeculis ex cruce candida & aquilinis pullis cyanei coloris in campo aureo compoſita fuiſſe, oſtendunt * tabulæ Matthæi de Montemorenciaco Equitum Magiſtri (qui ſacro contra Albigenſes bello, cum Ludouico Philippi Galliæ Regis filio primogenito, interfuit, & inter Gallos Bizantii expugnatores emicuit, magnamque inde gloriam retulit) ac fratrum eius Theobaldi Bochardi & Eruei, quas ex armario Vicenarum, rei teſtandæ gratia producit Papyrius Maſſonus in reb. ſuis Gallicis. Illæ enim, vti ibidem ſubindicat, cereum ſignum integrum adhuc & incorruptum habent, in quo crux & locis diſtincti aquilini pulli quatuor tantum ſpectantur, & inſcripto huiuſmodi. *Sigillum Matthæi de Montemorenciaco.* Idem planè in æreo eiuſdem gentis ſigillo ſe vidiſſe teſtatur Io. Feronius, ſuiſq; diſtinctum colorib hodieq; ſpectari adfirmat, in baſilica Calidi montis, vulgò *Chaumontel* apud Luzarchum in ditione dicti Matthæi. Subſequenti vero ætate Othonis Imper. mutatum comprobat idem auctor ex Dani hiſtoria; cum alter eiuſdem nominis Matthæus Buchardi Barbati parens, & belli contra infideles Dux in Terra ſanguinis (locus eſt vbi hodie Lugdunum ſitum, cui à memorabili Maurorum ſtrage manſit nomen) deuictis hoſtibus, cœſoq; Amorræo eorum Principe, Aquilas triumphatrices exinde ſexdecim, totidem quot ceperat ſigna, cum cruce rubea (qua candida Franciæ gentis more vti conſueuerat) antiquis inſigniis in perpetuum rei geſtę teſtimonium, quaſi *Memor enſis* immiſcuit: quæ ad ſucceſſores continuata ſerie translata, adeoq; ad ipſum Annam Montmorentiorum Ducem maioribus militari laude haud inferiorem (quod ſymbolum eius ex armato brachio manuq; liliatum ſeu Francicum gladium prętendente cum voce ΑΠΛΑΝΟΣ abunde

*anni 1179.

Lib. 3. annal.

De Inſignib. Conneſtab. Franciæ.

Digitized by Google

abunde indicar) deuenére. Omnibus ille honorum gradib. glorioſiſſimè decurſis, clariſſimus, regni Gallici defenſor acerrimus, & regiorum liberorum tutor, & quaſi alter parens eſt habitus, cum in Herculis Alenconiorum Ducis deſtinati (qui mutato nomine Franciſcus appellatus eſt:) ſacro luſtrico fideiubere eſt datum: cui Franciſco pacem, vti Gallia, bis in regno ſancitam, nos hoc æternum debebimus, quod in ſacro noſtro lauacro, hæreticis nequidquam frementibus, ſpoponderit, nomenque quod cum auo Franciſco I. commune habebat, impoſuerit. Quantum verò huius Annæ Montmorentiadum meritis, ſummæq; in patriam & Galliæ nomen charitati ſeſe obſtrictam ſenſerit ipſa Gallia, tunc demum commonſtrauit, cum viri tot adoreis macti orba, quaſi in funere publico conſtituta, ad cuius patrocinium ſe verteret, ignoraret: & iuſta regali ferè pompa, deducta nempe ipſius effigie, qui honos ſolis Regibus ac Regum filiis in eo regno habetur, perſolueret.

ORDO EQVITVM GINETÆ in Gallia.

CArolus Tudes ſiue Martellus, à Martello & martialib. quodammodo geſtis, nomen ſortitus, Equeſtris Ordinis inprimis fuit ſtudioſiſſimus, adeoq; annulorum vſum Romanis Equitibus olim proprium in imperio Gallico renouauit, nobilemq; collegit Equitum manum, cui Ginetæ ſymbolum annulis & torquib. inſculptum, cæteriſque corporis ornamentis prę ferendum dedit, moremq; ad tempora vſq; S. Ludouici tranſmiſit. Huius inſtituti varias ab auctorib. adferri rationes tradit Bernardus Girardus, Dominus Hallianus Galliæ Regis Hiſtoriographus: Dominus tamen Hayenſis præfectus Pictauienſis ad coniugis dicti Caroli etymon, quam veteri lingua Ianetam aut Ioannam vocare ſolitus erat, cauſam refert. Petri verò Beloii Præſidis Toloſani ſententia nobis haud improbanda videtur. Is à memorabili illa, per Carolum regniq; proceres de Saracenis (qui ex Hiſpania in Galliam deſcenderant) apud Turo- *Anno circiter 378.*

Digitized by Google

nium partâ victoriâ, nõ incongruè deſumit, quod nobiliſſimos quoſq́., qui ei prælio interfuiſſent Ginetę titulo & inſigni maculis nigris interſtincto, donaſſet, teſtandæ vtique poſteritati eam ſe gentem (quæ partib. illis Hiſpaniæ, Ginetæ copia nobiliſſimæ, in Chriſtiani nominis perniciem exiuerat) ad interitum deleuiſſe. Eſt autem Gineta in Hiſpania muſtelæ aut vulpis genus potius (ꝙ varium apud Iul. Cæſ. Scaligerũ legas) pellem habens partim nigram, partim ſubcinericiam, maculis præſertim nigris inſigni ordine reſperſam, ob odorem, pulchritudinis raritaté, aliaſq; dotes principib. viris commendabilem, teſte Cardano, qui ex Hiſpania illud ſubmitti adfirmat, etſi non ignoremus eiuſdem etiam nominis prętantiſſimos equos (quos Ginetas appellare ſolent) à Regibus Hiſpaniæ, muneris (ob excellentiam) vice, ad externos cohoneſtandós Principes, non rarò adornari, & Gineta vehi (quod Maurorum more equitare eſt) inter nobilitatis decora apud Hiſpanos haberi: quorum curſu in Hippodromis maximè oblectantur, dum Equeſtres inſtituunt pugnas, in quibus arundinibus & cannis haſtarum loco ſę mutuo exercent, eum ad modum, quo Mauri haſtas torquere, & in hoſtes iacere ſolere : quos ludos *Iuegos de Cannas* patria lingua nominant. Et Ginetæ Equitib. nomen inde manſiſſe, & quod nonnulli referant, haud adeò abſurdum duxerim.

Exoter. Exercitat. li. 15. de ſubtilitate.

Sunt qui ſcribant Carolum VI. Regem, auctorem Ordinis Geniſtę, aut Sparti, vulgò *Coſſe de Geneſte* extitiſſe. Verum vti dicto Beloyo placet, non fuit illud Equeſtrium virorum honorarium, ſed ſolummodò eorum, quos Seruientes ad arma aut Scutiferos vocamus, qui nobili eſſent ſanguine procreati, cuſtodiam corporis Regii agentes, quoſque Rex ipſe, Ioannis I. Caſtellæ Regis exemplum ſecutus (qui Armigeros inſigni *Rationis* donauit) armigerorum titulo gaudere, & opera eorum, tamquam voluntatis ſuæ & mandati interpretum apud Principes vti voluit : inſolentiæ nimirum vitandæ, quą per vulgares illos apparitores humi-

Geniſta & Spartum quid Plin. li. 19. & 24.

P. Beloyus cap. 10.

Digitized by Google

humili plerumque loco natos, apud eminentioris notæ proceres, qui ſuperiorem excepto Rege neminem agnoſcunt, peccari ſæpè eſſet indignum. Eius rei tabulas producit Petrus de S. Iuliano in antiquitatibus ſuis Burgundicis, quibus Carolus VI. Robertum Margnyum, huius ſodalitii Armigerum, quod non niſi in verum nobilem cadere poteſt, nuncupauit veſtigiumque eius rei hodieque apud Normannos exſtare produnt Gallici Annales.

EQVITVM LILII ORDO IN REGNO Nauarræ.

SAnctius Hiſpaniarum Imp. & IV. Nauarræ Rex, eam maieſtatis ac potentiæ amplitudinem conſecutus, qua nulla maior nec æqualis Gothici regni euerſione in Hiſpania viſa fuerat, tot amplorum regnorum facta inter filios ſuos diuiſione: Nauarram Garciæ Ordinis huius Equeſtris fundatori, Caſtellam Ferdinando, Soprarbiam ac Ripacurtiam Gundiſaluo, Arragoniam denique Ranimiro (qui primus omnium Arragonenſem titulum gentilitii nominis loco ſibi ac poſteris vendicauit) attribuit. 1023.
Huius Garciæ VI. Nauarræ Regis ætate, qui Nagerenſis, ſiue de Nagera (locus is erat incunabulis, domicilio, & ſepulcro Regis eiuſdem clariſſimus) cognominatus fuit; Hiſpani ſcriptores Diuino Numine inuentã tradunt, ſacratiſſimã D. Virginis Regalis Monaſterii in vrbe Nagerenſi imaginem, cuius honori, Garzias Rex & coniux Stephana ſtirpis Foxienſis, filia nimirum Comitis Carcaſſonæ (cui originem ſuam debent Foxii & Candalæ Comites, qui poſtea quingentos plus minus annos dominiis iis præfuêre) opimum religioſorum Ordinis Diui Benedicti conuentum dedicarunt: ipſeque Rex Ordinem Equitum Lilii, quem ante omnes in Hiſpania auguſtiſſimum reperio, certo conſcripto numero, erexit;

Digitized by Google

Cap. 12.
Inſigne equitum Lilii.

vaſculum liliis candidis inſigne, & memoratæ Virginis imagini adpictum, rei præbuit auſpicium teſte P. Beloyo. Eius namque aſſumpto emblemate, Rex Equitum adlectorum veſtes liliis acu vel alia nobilioris manus operâ elaboratis, inſigniri mandauit. Cui etiam ſodalitio Infantes Regii adſcripti, magnoque Nauarrorum exterorumque procerum (quibus Rex antiquorum erga Nauarræ Regis meritorum contemplatione, priuilegia Equitum Roncisuallis anno 1043. confirmauit) adnumerata ſeries. Leges etiam attulit, quibus Chriſti nomen aduerſus fidei hoſtes defendere, & propagare, certasque Orationes Dominicales & ſalutationes Angelicas cottidie recitare tenerentur: eoq; fulcro ſubnixum laudatiſſimum hoc inſtitutum rebus domi militiæque geſtis clariſſimum, ad ſtirpis Regiæ poſteritatem longâ ſerie tranſmiſſum, multisque ſeculis conſeruatum perdurauit: teſtantibus id maiorum Regiis inſignibus, quibus inſcriptum etiam hodie legatur, *Deus primum Chriſtianum ſeruet.*

Equites Lilii in Arragonia. 1403.
Lib. 12. c. 30.
Iarra lirios y vn grypho.
Hier. aduerſ. Iouinianum.

Liliatorum Equitum Ordinem honori D. Virginis à Ferdinando Arragonio (quem Infantem de Antiquera dixêre) anno 1403. dedicatum prodit Hieronymus Curita, in Reb. Arragoniæ; cuius teſſeram ipſe Rex, cum aliquot aliis, non tam ſplendore natalium, quàm virtute illuſtribus viris, in Eccleſia S. Mariæ Antiquæ oppidi Methymnæ Campenſis: ritu ſolemni ſuſcepit. Erat ea ex vaſe liriis & grypho cõfecta. Lirium autem flos propriè eſt, quẽ Theophraſt. li. de plantis narciſſum eſſe dicit; alii lilium, pulchritudinis candoris, & puritatis, adeoq; Deo & Angelis pergratum ſymbolum. Qui & flos Regius ſolet appellari, à Regia qua præſtat celſitudine, ꝙ tanta proceritate ſuper flores alios attollitur, vt ad tria interdum cubita ſurrigatur. Et gryphus ex aquila & Leone confectum animal, vt fabulantur, ſimulacrum eſt generoſi & magni animi, ideoq; non ineptè Apollini ſapientiæ præſidi dedicarunt antiqui. Hieronymus verò Romanus hunc Ordinem vulgo vocitatum refert. *La orden de la Terraca o de las Acucenas, ò Iarra de S. Maria.* quod idem

Digitized by Google

idem ſonat, quod *Ordo Liliorum* aut *Vaſculum* S. Mariæ. Vide eundem lib. 7. de Rep. & infra Ordinem Equeſtrem, Cardui B. Mariæ Virginis, in familia Borboniorum fundatum.

ORDO EQVITVM HOSPITALARIORUM S. Ioannis Hieroſolymitani, qui poſt Rhodii, nunc Melitenſes dicuntur.

QVo tempore Terra Sancta Catholicorum Principum expeditionibus celebris eſſe cepit, Chriſtiq; nomini recuperari, quatuor præcipuè ſacri militiarum Ordines Hieroſolymis aut exorti, aut reſtituti, auctiq; fuêre: Hoſpitalariorum qui & S. Ioannis dicti ſunt à Gerardo quodam; Templariorum ab Hugone & Gotifrido; S. Mariæ Teutonicorum à Germanis; & Ordo S. Lazari origine antiquiſſimus, & diu ante à D. Baſilio conditus : quos inter ſemper excelluiſſe produnt Ordinem Militum S. Ioannis, à Ioanne Hircano Macchabæo trahentium originem, aut certè à Ioanne Eleemoſynario, Patriarcha Alexandrino, benignitatis cognomine in pauperes celeberrimo, vota licet Ioanni Baptiſtæ vt patrono nuncuparent. Quorum ab initio ſedes primaria fuit hoſpitale S. Ioannis in Hieruſalem (quod militibus Hoſpitalariorum nomen dedit) à Girardo quodam loca Chriſti pedib. calcata, & ſanguine reſperſa viſente, nouo feruoris genere exædificatum, attractiſq; in conſilii ſocietatem nobilibus aliquot, inſtituti ſui probatorem habuit Gelaſium Papam II. & viuendi rationem: Veſtem nigram crucemq; in ea candidam; commilitonib. Honorio II. P.M. annuente attribuit; Leges autem auctiores attulit Raymũdus de Podio primus Ordinis formati Magiſter. qui ſe inibi vocat *ſeruum pauperum Chriſti, & Hoſpitalis Hieruſalem cuſtodem*, additque de *Conſilio capituli fratrum* ſe ibi digeſtas ſanctiones conſtituiſſe, quæ variæ & Chriſtianæ pietatis plenæ in codice ſtatutorum, cum 88. Pontificum præfixa viſuntur priuilegia, quibuſuis ob oculos ponuntur. Cœnobia Ordinis rariora ſunt, bona & cenſus in omnib. ferè prouin-

ciis. Quod nihil mirum ei videbitur, qui ſciet eos Innocentii Papæ & aliorum munitos diplomate olim, omnia Chriſtianis ferè habitata loca obtinuiſſe, & pro *Confratriis* ſuis, ſic ſodalitii bulla vocat, eleemoſynis vndiq; Chriſtianorũ liberalitate dotatos fuiſſe, vti copioſè apud Tyrium lib. 18. c. 5. Vitriacum cap. 64. & Marinum Sanutum Torſellum, lib. 3. part. 8. belli ſacri ſcriptores eſt reperire. quib. vnanimiter placet, Equitum illorum profeſſionis, ex voto Religionis, finem fuiſſe, peregrinis ad loca ſacra confluentibus genus omne officii ac pietatis ſollicitè exhibere; ad hæc itinera à latrociniis, & incurſionib. barbarorum tuta reddere: quod ideò fortiter pręſtitêre, vt Chriſtianorũ etiã Principum auxiliis ſubnixi feliciſſimè ſæpius exercitum in Saracenos duxerint; idq; incrementi, ꝙ hodie cernere eſt, ſumpſerunt. Chriſtianorum porrò rebus in Syria perditis, Rhodi inſulę ius omne à Clemente V. Pont. Max. iis attributum atq; cõfirmatum teſtatur Paulus Æmylius, Blondus, & alii. Non rarò poſtea Inſula illa ab infidelib. tentata, & Mahametem quidem ipſum Turcarum Imp. victrici ſemper manu, anno ſcil. 1460. & 1481 à ſe repulit. Quamuis conſequentis ſeculi anno 21. à Solimanno XI. Turcarum Imp. non tam victa, quam proditione (quæ fortiſſimos quoſq; perdere poteſt) ſuperata in barbarorum manus deuenire coacta eſt. Melitam ad extremum à Carolo V. & Clemente VII. dono acceptam Rhodienſes conceſsêre. Inſula ea eſt non procul à Pachino promontorio, Sparta quaſi Chriſtianorũ aduerſus inſultus Turcicos, obex, & inſuperabile munimentũ. Vnde cum Teutonici Ordinis ſodalibus ſoluentes, publicos fidei hoſtes indeſinenter fatigant, & à Siciliæ atq; Italiæ ingreſſu fortiſſimè abarcent, honorifico adeò ſimul & formidabili per totum Orientem comparato nomine, vt Crucigeri ab infidelibus terroris ergo inclamentur: ab eo nimi-
1565. rum tempore, quo Solymannum, & noſtra memoria Amurathem, clauſtrum illud Italiæ imò Europæ effringere conantes, memorabili clade, ſuorum nunquam interiturâ

teritura gloria affecére. Præclara huius ordinis ſtatuta à Raymundo Podio, cæteriſque omnibus Magiſtris præſcripta, & per nonnullos Sacræ Romanæ Eccleſiæ Cardinales diligenter examinata, cum Paulus III. approbaſſet, eadem in Comitiis Melitenſibus aucta anno 1584. & in vnum volumen redacta, ſub nomine Hugonis Lupi Verdalæ Vaſconis (qui Ioanni Epiſcopio Caſſerio proximè ſuccedens ſupremum magiſtratum cum corona, quæ Principatus à Pontificibus adiecti, inſigne eſt, ſuſcepit, & meritis ſuis Cardinalium Collegio poſtea adſcriptus) Sixtus V. anno 1586. Pontificatus ſui primo confirmauit. *Exſtant Romæ latinè 1588.* Vetant autem ſtatuta quemquam, niſi nobili loco natum, ad Equeſtris huius dignitatis faſtigium promoueri, ad quæ etiam fœminæ, iuxta Magiſtri Hugonis Reuelii tabulas admittuntur; nec mirum, cum & Agneti cuidam nobiliſſimæ fœminæ ordinis initia accepta referantur: Diuiduntúrque hodie omnes ferè in octo linguas, vt vocant, ſiue prouincias, quibus ſingulis datus eſt Prior, omnib. autem præeſt Magiſter Magnus olim Hieroſolymis, nunc Melitæ poſt amiſſam Rhodon reſidens. *Io. Azorius l. 13. c. 3. & 4.* Ille reliquorum militum ſuffragiis Priores, & Bailliuos quaqua verſum conſtituit: Priores in ſuo tractu. Præceptores conſilii membra ſunt maioris, magnus Præceptor Mareſcallus, ſiue Equitum Tribunus, penes quem ius armorum eſt, *Hoſpitalarius*, *Admiratus*, qui claſſi præeſt, Draperius, Turcupulerius, qui Baliui conuentuales dicuntur, & Cancellarius. Atque hanc quidem ordinis totâ Europâ ſpectatiſſimi rationem exquiſitiſſimè perſequitur, (*Iacobus Boſius, Ioannes Azorius*) & P. Boyſatius, Dominus Licienſis, & Chriſtianiſſimi Regis Conſiliarius, in hiſtoria illa, quam nuper de huius militiæ progreſſu, de priuilegiis eidem à ſummis Pontificibus conceſſis, magiſtrorum ſeu Præfectorum generalium rebus domi militiæque præclarè geſtis, vniuersè commentatus eſt, & Adolpho Vignacurtio Principi Melitenſi & Gozienſi inſcripſit. *Anno 1602.*

Digitized by Google

Cæterum cæremonias (plenæ enim ſunt Chriſtianæ pietatis & militaris ornamenti) quæ adhibentur cum aliquis in Equitem Melitenſium Collegium adoptatur, & quę inſtar cæterarum erunt, præſtat hic breuiſſimè ex Antonio Poſſeuino adſcribere.

Cerea fax quid? Ceream primò & candidam facem (quæ charitatem deſignat) geſtans tyro, atq; ante altare procumbens, in genua talarem indutus veſtem (libertatis ſignum) minimè præcinctam, petit ab eo cui facultas ſit, vt ſe admittat. Tum in nomine Patris, & Filii, & Spiritus S. deauratum enſem eo nomine accipit, vt Catholicam Eccleſiam tueatur, hoſtes abigat & domet, parcat ſubiectis, morti, ſi fuerit opus, ſeipſum pro fide exponat, ea omnia in virtute Crucis faciat, quæ capulus tranſuerſo ferro ſignificat. *Enſis deauratus.*

Baltheus Deinde cingitur baltheo, vt ſciat ſibi caſtitatem eſſe ſeruandam. Euaginato enſe ter percutitur in humero, vt meminerit ſibi grauia ob Chriſti honorē eſſe toleranda. Eundem ipſe mox enſem de manu Equitis capiens ac ſtringens, terq; aërem punctim feriens, hoſtes Catholicæ fidei in nomine SS. Trinitatis iis geſtib. ſe prouocare oſtendit. Rurſus deterſum brachio enſem imponas in vaginam, indicat ſe fore poſthac ab omnibus vitiis mundiſſimum, quem prudentia in cunctis rebus comitetur, iuſtitia compellat ad conſeruandas Reſpublicas, fortitudo muniat, temperantia moderetur. Tum manu tradentis militarem Ordinem humeris admota excitatur, monetur, ne in peccatis torpeſcat, aut dormiat; vigilet autem in fide Domini, adſpiret ad verū decus, res gerat inſignes, quas ſtrenuè tractet. Vbi aurata calcaneis calcaria à duob. equitib. admouentur, docetur, vt ſtimulos continenter ad quælibet laudabilia gerat in animo, aurum pedib. conculcet tanquā lutum, nec vnquā agat quidquā animo indignum liberali, quantoquumq; ab hoſtib. auro ad id inuitaretur. Cerea iterū face accenſa in manib. acceptâ, & diuino verbo publicè, ac ſacro Miſſæ audito, operibus autem pietatis atque hoſpitalitate, quinetiam redemptione captiuorum ei commendata, narratis item labori- *Enſis euaginatio.* *Deterſio.* *Impoſitio in vaginam.* *Excitatio.* *Calcaria deaurata.* *Diuini verbi auditio.*

Digitized by Google

aboribus, quos in eo ſubiturus eſt ordine, in quo ſuam libertatem cuilibet equiti ſuo ſuperiori traditurus ſit. Interrogatus demum num graui ære alieno obſtrictus, vel matrimonio ſit iũctus, numue in altero ordine regulari victurum ſe vouerit, aut profeſſionem edideꝛit, an vero inter Rhodios Equites viuere decreuerit, vt iniurias aliquas vlciſceretur, atque à ſeculari magiſtratu eſſet immunis. Vbi quæ opus ſunt reſpondit, profeſſionem edit, atque in aliorum ordinem adſciſcitur. Hæc vbi acta ſunt, Miſſale ſuper quo ſolenniter tria vota profeſſus eſt, portat ad altare, & inde illud reportans ad eum, à quo accipit inſignia equitum, fit particeps priuilegiorum & condonationum, ſiue indulgentiarum quas Sedes Apoſtolica Rhodiis equitibus conceſſit. Tum indictis (quæ ſingulis diebus ei recitandæ ſunt orationes Dominicæ, & ſalutationes Angelicæ centum quinquaginta) vel precibus horariis B. Virginis, aut pro defunctis, totidem item precationibus dominicis ac ſalutationibus Angelicis, pro ſingulis qui ex hac vita inter eos diſcedunt; Pallium quo equites indui ſolent, oſtenditur; ſublata in altum eius parte vel limbo ac manicis, vt aſperrimæ vitæ meminerint, quam duxit Ioannes Baptiſta vir ſanctus, quem tutelarem ideo equites habent, vt imitentur. Manicas induens obedientiæ leges induat. Octogonam crucem, eamque ex pura linea tela candidam accipiens, monetur ſanguinis, quem profundere libens debeat, & à Chriſtianorum finibus hoſtes repellat. Monetur item puritatis, atque octo beatitudinum, quas conſequetur, qui legitime eam geſtantes crucem militauerint. Ad extremum fune collo impoſito, vt dominici iugi, quod ſubire debet, recordetur, in pace dimittitur. Profeſſionis autem hæc forma eſt. *Ego N. Voueo Deo omnipotenti & eius matri immaculatæ Virgini Mariæ, & S. Ioanni Baptiſtæ, me obſeruaturum perpetuo, Deo iuuante, veram obedientiam cuilibet ſuperiori, qui mihi à Deo, & ab ipſo ordine dabitur, item me victurum abſq; proprio, & caſtitatē ſeruaturum.* Hæc igitur illi.

Interrogatio

Miſſale ad altare portatur.

Participatiō priuilegiorū & indulgentiarum.

Recitatio quotidiana precum.

Pallii oſtenſio.

S. Ioannes Baptiſta Ordinis Melitenſis tutelaris.

Crux Octogona.

Profeſſionis forma vetus & noua apud Ioan. Lorinum lib. 13 c. 3.

Digitized by Google

TEMPLARIORVM EQVItum Ordo.

Platina & Genebr. in Gelaſio 2.

BEllo ſacro Vrbani II. P. Max. auſpiciis, & Godofredi Bullonii Ducis Lotharingiæ ductu feliciſſime confecto, ad ea conſeruanda quæ fortiſſime recuperata erant, Hoſpitalariorum exemplo; Templariorum Ordo, cuius originem Pontacus ad Gelaſii II. tempora refert, à Gallis Principibus erectus fuit, quia Gallorum maxime opera recuperata Hieroſolyma fuerat, cuius inſtituti præcipui exſtitere Principes, Hugo de Paganis, & Gaufredus à Sancto Audomaro, equeſtri ambo dignitate inſignes. Et quoniam iuxta templum Domini loco à Balduino Rege conceſſo, commorarentur; Fratres militiæ Templi ſeu Templarii ſunt appellati. Steteruntque adeo numero nouem toto nouennio, more Canonicorum Regularium (quod in manu Guarimundi Patriarchę Hieroſolymitani ita profeſſi eſſent) viuentes, & peregrinos per loca ſacra contra latronum & Barbarorum inſidias ducentes ac reducentes, teſte Guil. Tyrio lib. 12. de bello ſacro ca. 7. Donec an. 1118. de mandato Honorii Papę & Stephani Hieroſolymitani Patriarchæ, inſtituta eſt eis regula, (quam à D. Bernardo conſcriptam affirmant) & albus habitus: Eugenii demũ Pontificis auctoritate crux rubea attributa. Vt ſcilicet veſtes albas in ſignum innocentiæ deferentes, per cruces rubeas martyrium ob Chriſti nomen non ſubterfugiendum deſignarent; eo quod ſanguinem proprium ſecundum inſtituta regulæ, pro defenſione terræ Sanctæ, effundere eſſent obſtricti; & Chriſti crucis inimicos viriliter expugnãdo à Chriſtianorum finibus propellere. Vnde, vt Vitriacus inquit, in Hiſt. Orient. cap. 65. & 66. *Adeo formidabiles facti ſunt fidei Chriſti aduerſariis, quod vnus perſequebatur mille & duodecim millia, non quot eſſent ſed magis vbi eſſent dum ad arma clamaretur, interrogantes. Leones in bello, agni manſueti in domo, in expeditione milites aſperi, in Eccleſia velut Eremitæ & monachi, inimicis Chriſti duri & feroces; Chriſtianis autem benigni & mites: Vexillũ bipartitum*

Baron. ad an. 118.

Serm. ad milites templi.

Deut. 32.

ex albo

x albo & nigro, quod nominant Beauceant (quaſi Beauſe-nt) præuium habentes: eo quod Chriſti amicis candidi ſunt, & benigni; nigri autem & terribiles inimicis. Crucem vero ordinis teſſerã fuiſſe volunt octogonam, illius inſtar, qua hodie Equites Melitenſes inſigniuntur; & quali *Iacobi Mo-læ* vltimi Templariorũ magiſtri effigies in Gallia communiter exhibetur. Hieronymus tamen Romanus Hiſpanus contendit fuiſſe duplicem, &, quaſi Patriarchalem; qualem inſignia antiqua præferunt Hungariæ, & in Republic. ſua Mundi ob oculos expreſſam ponit. Multis tandem exantlatis pro Rep. Chriſtiana laboribus, antiquiſſimus iſte ordo Viennæ in Concilio Patrum decreto damnatus, & totaliter extinctus eſt, bonaque Hoſpitalariis addita; quo illi tempore Rhodum inſulam Turcis eripuerũt: nec non Spathiferi, Calatrauenſes, Monteſiani, Chriſti opimo ex iis detracto cenſu aucti fuere. Iure ne an iniuria, variant annales, fama tamen frequentior & ſenſus prope omnium damnat. Diuitias, quibus aucti immenſum fuerant, malo fuiſſe, fateamur neceſſe eſt: ſiue virtutum indole, quibus res tantas terra mariq; perfecerant, voluptatibus extincta: ſiue ex ea re inuidia apud populum conflata, apud Principes ſpe lucri excitata. Tam cito in omne improbitatis genus degeneraſſe vix eſſet credibile, niſi Clementis V. P. M. diplomata, quæ inter tabulas ædis Toletanæ omnium maximæ, (vti Ioannes Mariana libr. 15. Rer. Hiſp. cap. 10. teſtatur) plura extant, indicio eſſent: Famam haudquaquam vanam fuiſſe, affirmantis duos & ſexaginta ex eo ordine, ſe coram quæſtione habita, ſcelera nefandiſſima faſſos, veniam petiiſſe. Huius porro abolitionis diſquiſitionem in vtramque partem fuſe admodum reperire licet apud dictum Marianam loco citato; Villaneum, Antoninum, Platinam in Clemente V. Rob. Gaguinum in Philippo Pulchro, Papyrium Maſſonum lib. 3. Annal. Ioan. Azorium libr. 13. Inſtitut. Moral. cap. 6. (qui de Commendis, Beneficiis, precibus horariis, votis variorum Ordinum docte admodum ſcripſit, & alios.

Lib. 7.

1311.

Digitized by Google

ORDO EQVITVM TEVTONICORVM *Hoſpitalis S. Mariæ in Hieruſalem, qui alio nomine Crucigeri & Mariani dicti.*

EAdem pene tempeſtate Friderico I. Imp. à Gregorio VIII. litteris ac legationibus impulſo, copias quoque ampliſſimas in Syriam ducente, exædificata Hieroſolymis S. Mariæ æde (quæ nomen equitibus *S. Mariæ Teutonicorum in Hieruſalem* peperit) Ordo Teutonicorum Celeſtino III. P. M. ſub regula D. Auguſtini adprobante, aduerſus fidei Chriſtianæ hoſtes inſtitutus etiam fuit. Cuius quidem inſtituti milites Templariorum & fratrum S. Ioannis normam ſecuti, & in vnam quaſi conflatam ſolemni voto profeſſi; ad diſcrimen cruces nigras albis chlamydibus apposuere; vt fuſe citatis locis edocent Tyrius, Vitriacus, & Morinus Sanutus Torſellus Patricius Venetus in Secretis fidelium Crucis. Henricus Walpot, vir fortiſſimus primus ordini magiſter datus, æquata cum Regibus poteſtate creandi Equites & à dicto Celeſtino ſacra in armis operandi facultate, vt de iiſdem vere dicere liceat, quod Rodericus Archiepiſcopus Toletanus de ſuis prodit Equitibus. *Qui laudabant in canticis, accincti ſunt enſe, & qui gemebant orantes ad defenſionem patriæ &c.* Adeo vt Religioſa quadam ſocietate inter ſe deuincti non minorem orationibus, quam armis nauarent operam, & Mariam Virginem cuius ſeſe patrocinio deuouerant. Roſarium nempe cuius teſſeram & in Scuto cum dicta cruce Mariæ Burgi poſtea aſſumpſerunt, cottidie recitando inuocarent; vnde etiam Mariani & Crucigeri hodieque ſunt appellati. Capta autem vrbe Hieroſolymitana à Saladino Saracenorum Duce; Sodalitium Teutonicum Aconem ſeu Ptolemaida translatum. Inde, vt ex tota item Syria cum cæteris Chriſtianis expulſum Fridericus Secundus in Germania collocauit, quod vbi ad Pruſſiæ prouinciam à Chriſti fide tunc alienam, & Polonis Chriſtianis infenſam ſubigendam, Chriſtique religione imbuendam, ſola interueniente Gregorii IX. auctoritate deſtinaſſet, vt late narrat Cro-

Lib. 3. pa. 8.

Lib. 7. ca. 4. & 27.

Inſignia Roſarii.

Digitized by Google

rat Cromerus, & ex publicis actis contra Nauclerum & alios probat, inter vicinos Principes Chriſtianos, & iſtos Teutonicos milites mirum, quam variæ ſimultates & contentiones, quæ ad arma prorumperet, exortæ ſint. Ad quas aſſidue componendas ne ordinis illius præclari ad fidem dilatandam progreſſus, quibus Satan inuidebat, impedirentur, Romani Pontifices inceſſanter aduigilarunt, eoque factum vt Conradus Mazouiæ Dux à Boruſſis (qui hodie Pruſſi) tunc Chriſti hoſtibus bello attritus, ordinem hunc ſibi coniunxerit, & Culmenſi agro conceſſo totam Pruſſiam & omnem eam ditionem, quæ trans Viſtulam ad mare Balticum porrigitur, occupandam dederit, annoque deinceps LIII. ac ſalutis noſtræ CIↃ. CCLXXIX. debellata prouincia Chriſti nomen à Teutonicis in ea ſit conſtitutum ductore Hermanno Saltza Magiſtro, ſpectatæ virtutis Duce, qui primus ſacræ Domus vexillum in Pruſſiam traduxit, quo officio, non plebis tantum animos, ſed etiam principum voluntates ſibi conciliarunt. Deinde ab iiſdem acerrima bella contra Lithuanos & Tataros pro Polonis pugnata: arctiſſima tunc inter illos & Poloniæ Reges amicitia coiit, donec exſtincta vetere Regum ſtirpe & Chriſti nomine è Lithuanis ſuſcepto, Iagello Lithuaniæ princeps à Polonis in Regem acceptus eſt, coniuncta cum Polonia Lithuania. Eius progenies, quæ inultas tot clades, à Teutonico ordine illatas ad ſuum dedecus pertinere exiſtimabat, nihil non ab eo tempore fecit, quo Teutonicos aſtu, ſeu vi antiqua poſſeſſione depelleret: infelici quidem per initia ſucceſſu vti & iniuſto conatu. Ingenti tandem clade affecti Equites prope Tannebergam anno 1400. 10. Idus Quintiles ſub Wenceslao Iagellone amiſſis 50. hominum millibus, vix tandem adducti, vt quieſcerent: ſed pro inueterata gentis gloria, pro militaris ſacramenti Religione, extrema potius tentare, quam tot laboribus parta ignaue deſerere; donec Boruſſis ac 70. circiter opidis & arcibus vna die quaſi conſpiratione facta deficientibus, Cazimirus Sigiſmundi I. patens

Libr. 9.

Cromerus l. 8. 9. & 10.

occaſionem arripuit, ordinemq; in eas anguſtias redegit, vt Ludouicus Erlinſuſius cum de Vniuerſis fortunis periclitaretur, metu, qui in conſtantiſſimum cadere poteſt, adigente, nulla Cæſaris aut Imperii interueniente auctoritate, in eas conditiones cum Polono tranſegit, vt ſinguli deinceps ordinis Pruſſiæ Magiſtri intra ſextum ab inito Magiſtratu menſem, Poloniæ Regem adire, & eum pro ſupremo Domino per iuſiurandum agnoſcere tenerentur. Iis conditionibus poſtea cum ſtare nollet Fridericus Saxo, atque poſt eum Albertus Brandeburgicus Sigiſmundi ſororis F. rurſus graui bello ſe implicuit, cui gerendo cum auxilia à Cæſare & Germanis, quorum de maieſtate & iure agebatur, expectarentur, deterioribus longe conditionibus imminentem belli procellam pace cum auunculo contracta, in occaſionem ſibi priuatim conſulendi vertit. nam ex ordinis Magiſtro à Polono, cuius ſe clientelæ credidit, Pruſſiæ Dux creatus eſt, ſtatimque mutata religione voti vinculum ſoluit, ducta vxore Dorothea Friderici Primi Daniæ regis Filia, & prouinciam, quam antea vſusfructus tantum titulo obtinebat, iure proprietatis poſſidendam ad hæredes tranſmiſit. Cuius filius Fridericus eadem, qua parens ceremonia tamquam regni beneficiarius in Boruſſiæ principem, Lublini tradito vexillo, & accepto à Rege torque aureo, inauguratus eſt, Anno 1568. Adeo vt ſenſim Illuſtriſſimus ille ordo non paruo Germanicæ nationis dedecore in iis partibus extinctus fuerit, cum tribus fere ſeculis in Pruſſia, maximo Reipublicæ Chriſtianæ bono floruiſſet, magnaque inde regnis Germanicis deceſſio facta; quod Tilmannus Bredenbachius edito ea de re libello, & Cromerus late exponunt. Vnde apparet maximam huic ordini iniuriam ab Alberto, Polonorum ope, pro quibus tot bella Crucigeri pugnauerunt, factam fuiſſe, atque adeo Cæſari & Imperio in quorum tutela iam ab initio, continuata poſſeſſione equites Teutonici ſemper exſtitiſſent. Quamobrem Albertus iure ab Imperio proſcriptus, cauſa eius magna contentione agi

Lib. 24.

cœpit

cœpit in Comitiis anni 1548. inter Stanislaum Laſcum à Sigiſmundo Poloniæ Rege miſſum, & Wolfgangũ Melchingum, quem Cæſar ante quadriennium in ordinis Teutonici Magiſtrum inaugurauerat. Re cognita exitus illius actionis fuit, vt ſententiam contra Albertum pronunciatam tuendam eſſe cenſerent: cætera, in quibus maior difficultas ad Cæſarem reiicerent. Hodie totius ordinis Teutonici Magiſter eſt Sereniſſimus Maximilianus Auſtrius, qui inſignia Auſtriaca & Imperii cum Cruce ordinis (quæ nigra alteram auream complectens etiam collegii teſſera habetur) coniunxit. Milites autem & ſacerdotes crucem nigram limbo argenteo inſignem chlamydi adſutam, & alteram ex collo pendentem, præferre ſolent. Quæ & alia fuſius apud Sebaſt. Munſterum libro tertio, de Germania, qui ſeriem magiſtrorum & res illuſtriores ab iis geſtas recenſet, & apud Belforeſtum libro tertio, de Coſmographia & Iac. Aug. Thuanum hiſtoriarum lib. 1. 5. & 43. prudens Lector reperiet. *Inſigne Equitum Teutonicorũ Crux nigra.*

Et quamuis Pruſſia, quam equites annis anteactis poſſidebant, modo Regi Polonorum pareat, nihilominus eligitur hodie magnus magiſter, qui illius ordinis bona in Germania ſita etiamnum poſſidet, quibus Germanorum pleraque nobilitas, & Principum filii deuinciuntur. *Theſaurus Politicus Boterei.*

ORDO EQVESTRIS S. IOANNIS Acconenſis & S. Thomæ.

IMitatione dictorum ordinum militarium, erecta ſunt & alibi eiuſdem generis collegia. Quorum è numero fuit illud Militum Sancti Ioannis Acconenſis, ab Accone vna ex quinque, quæ in ſacra ſcriptura memorantur, ciuitatibus, inuento nomine. Ab initio infirmis ac peregrinis loca ſacra viſentibus, piam operam impendere commilitones illi profeſſi ſunt, mox & arma fratres hoſpitalis S. Ioannis æmulati adiunxere, exinde inter militares ordines connumerati. Hieronymus Romanus re- *Ioſue c. 13. 1. Reg. 6.*

Digitized by Google

gnante in Hiſpania Alfonſo cognomento Sapiente, floruiſſe eos tradit, & ab eodem teſtamento condito, ſupellectilibus, vt lecto & ſimilibus, pecuniiſque donatos; Toſtati porro ætate nullam quaſi extitiſſe memoriam, qui & periiſſe paulatim ordinem Acconenſem teſtatur cap. 15. & 19. ſuper Ioſue. Cæterum S. Auguſtini normam ſequuti S. Thomam pro numine habuiſſe videntur, vt idem Romanus ſe edoctum innuit, quod Alexandro IV. P.M. res ſacras moderante, Ordo titulo S. Thomæ & S. Ioannis Acconenſis coniunctim fuerit, indigetatus. Verum in Prouinciali Romano inter ceteros militares, ordo S. Thomæ quaſi alius & proprius, enumeratur, docentibus id Bullis Pontificum.

Magiſtro & fratribus militiæ hoſpitalis S. Thomæ Martyris Camarien. Accon.

Item in bulla Alexandri IV.

S. Thomæ Magiſtro. Et. Fratribus hoſpitalis S. Thomæ Martyris Acconen. In bulla Ioannis XX.

Ordo S. Blaſii. Ordo Pœnitentiæ SS. Martyrum. Eorum inſignia.

Protulit & alios equeſtres ordines Paleſtina, quorum alter *Sancti Blaſii* nuncupabatur, dictus de *Sancta Maria*, alter *Pœnitentiæ SS. Martyrum*, cuius inſtituti fratres ſe vidiſſe adfirmat Hieronym. Romanus, crucem ſcilicet rubram præferentes, & D. Auguſtini regulā profitentes. De quibus & mentionem faciunt regulę ſeu practica Cancellariæ Romanæ.

ORDO EQVITVM S. SALVATORIS in Aragonia.

ANno circiter 1118. Alfonſus Hiſpaniarum Imperator dictus, Rex Nauarræ & Aragoniæ, itemque Legionis Caſtellæ & Toleti ex parte vxoris Vrracæ, quo Mauros Cæſarauguſta, totaque Arragoniæ ditione facilius deturbaret; cum nihil non virtute ſuperabile cenſeret, & quo maiores difficultates propoſitas intelligeret; eo maius re bene geſta decus, & feliciores deinde ſucceſſus ſecuturos conſideret: Ex proceribus tam Hiſpanis quam Gallis, qui operam ſuam (teſte Belloyo primarios ex iis Duces

Duces enumerante) ſæpiſſime Chriſtianis probarant, in vrbe Montis Regalis poſt captam Calataiubam, hoſtibus fidei finitimam, Sodalitium Equeſtre Sancti Saluatoris, quod virtutis præmium foret, conſtituit. Et ad imitationem militum Templariorum cenſu opimo & prædiis dotauit, quibus opitulantibus feliciter ei adeo inſtitutio illa ceſſit, vt Mauri omnes toto illo tractu, quo regum Arragoniæ hodie circumſcribitur, Anno 1120. extirpati ſint, ipſeque Rex nomen Pugnacis ſeu Præliatoris adinuenerit, quod vicies & nouies collatis ſignis manus cum hoſte conſeruiſſe feratur, felici ſemper ſucceſſu & triumpho ſemper ducto, exceptis duobus præliis poſterioribus.

ORDO EQVITVM DE MONTE GAVdio in Syria, qui in regno Caſtellæ dicti ſunt de Monfrac, in Catalunia vero & Valentia de Mongoia.

ORdinem Equeſtrem Montis gaudii in regno Hieroſolymitano originem ſumpſiſſe tradit Hieronymus Romanus, eadem ipſa tempeſtate, qua Principes Chriſtiani in Syria rerum potiti ſunt, à loci extra vrbem Hieroſolymorum ſiti (vbi militia illa inchoata) etymo, aſſumpta appellatione. Approbationis diploma ſubmiſit Alexander tertius anno 1180. quod in archiuo Calatrauenſi adſeruari ait Franciſcus Radeſius, opidaque & prædia, quibus huius ordinis Equites, ob nauatam Terrę ſanctę recuperatæ fortiter operam, donati ſunt, ibidem exprimi, quæ & ipſe in Chronicis ſuis militaribus enumerat. Studio quidem rei bellicæ & pietatis, cæteros in Syria Equites adeo laudabili progreſſu æmulati ſunt, vt multis à Chriſtianis principibus poſſeſſionibus aucti, etiam in Caſtellæ regno (vbi Equites de Monfrac à præcipua conuentus ſede appellati ſunt) opimos cenſus & prædia obtinerent, qualia & ipſe Alfonſus IX. in tractu Maganenſi iis attribuit, hiſce verbis, *A vos Don Rodrigo Goncales Maeſtre de Monſrac, de la orden de Montegaudio, &c.* Id & ex aliis monumentis quæ in di-

Equites de Mõtegaudio

Equites de Monfrac.

ᵭo archiuo reperire eſt, colligitur, hoc præeunte titulo: *Hæc eſt memoria delhauer quæ perdieron los freyles de Mongoia y los caſtellos, quæ les tomaron los freyles del Templo, Albambra, ò yaze el cuerpo del Conde Don Rodrigo, Malueзino, Eſcoriola*, &c. in Catalunia enim & Valentia *de Mongoia* cognominati fuere, quod idem ſonat, quod Mōs gaudii. Anno demum 1221. Rex Ferdinandus cognomento Sanᵭus, caſtrum de Monfrac conceſſit, Gonſaluo Yannezio magiſtro Calatrauenſi, docetque donationis exemplar, fuiſſe id caſtrum ordinis de Montrac, adeoque Rex ipſe eandem militiam, quod multum de priſtino ſplendore amiſiſſet, in vnam quaſi cum Calatrauenſi, contrahi & vniri voluit.

Equites de Mongoia.

Equites Ordinis de Truxillo.

Militiæ Truxillenſis, idem Hieronymus Romanus in Republica ſua, & Franciſcus Radeſius de Andrada Eques Calatrauæ, in chronico ſuo Alcantarienſi fuſe meminerunt, & in ciuitate Truxillo ſibi cognomine circa annum 1227. ſedem Equites habuiſſe ferunt, quibus conſequenti tempore Alfonſus Rex diplomate condito, opida & prædia ditiſſima, hereditario acquiſita, Truxillum ſcil. S. Crucis, Zuferolam, Cabanam & Albalam conceſſit. Era Cæſaris 1233. ad quorum pleniorem cognitionem adeundi ſunt prædiᵭi auᵭores.

ORDO GLADIFERORVM SEV Militum Chriſti in Liuonia.

INter Pruſſos, Samogitos, Lithuanos, & Ruſſos, ſeu Moſcos, poſita eſt Liuonia, quæ ſub ſe habet Curones, Letthos, & Eſthenos, præcipuas nationes, vt moribus, ſic & lingua diuerſos, quæ tamen fere Saxonica eſt. Cum indigenis & Liuis, cōmercii cauſſa Germani vicini; atque vt eorum Annales teſtantur, Bremenſes tempeſtate forte in ſinum Liuonicum delati, amicitiam iūxere, immunitatem ſuis ac mercatoribus, quos adduᵭuri erāt, iᵭo fœdere paᵭi: qui & in Inſula, in Duinæ oſtio, ſacellum extruxerunt, in quo, ritu inter Chriſtianos recepto, ſacra peragebant. Horum

Horum exemplo ac monitis, plerique Prouinciæ reguli, veræ religioni nomen dederunt, & à Bremenſibus petierunt, vt virum pietate conſpicuum ad ſe mitterent, qui ſacris in ea regione præeſſet. Is fuit Menardus Segebergenſis monachus, à Bremenſi Archiepiſcopo in Liuonienſem Epiſcopum conſecratus, Friderici Aheñobarbi & Alexandri III. P.M. temporibus, per quem Religio iis locis propagata fuit. Huic ſucceſſit Bertoldus ex B. Pauli cœnobio, itidem Bremam miſſus, qui à Paganis illis occiſus anno 1197. vt perſcriptum eſt in hiſtoria Archiepiſcoporum Bremenſium. Huc ſubrogatus eſt Albertus ex collegio Bremenſi euocatus, qui Rigam ciuitatem condidit ac mœnibus cinxit. Is Engelberto & Theodorico, Tiſenhuſenenſibus adiutoribus ſibi cognatis, cautius rem geſſit, quorum ex conſilio in ſocietatem Teutonicos Equites aſciuit, qui à Templariis olim orti, ad fidei Chriſtianæ amplificationem in ſeptemtrionales regiones allegati fuerant. Illius & auſpiciis inſtitutum eſt Equitum in Liuonia collegium, ab Innocentio III. confirmatum, enſis rubri ſignum cum cruce pallio inſuta præferens, teſte Cromero, & Arnoldo Abbate Lubecenſi, aut verius binos gladios forma crucis decuſſatim poſitæ rubeſcentes, Primuſque ordinis dux ac magiſter Vinno creatus eſt. Eo principe, coniunctis virib. magni progreſſus per eas regiones facti, capta à Volquinio Equite Torpæ arce, antea Ruſſis ſubiecta, & Cocēhuſia occupata, finibuſq; , ob perfidiā, Ruſſis omnino exactis. Alberto Epiſcopo Nicolaus, & Nicolao Albertus alter ſucceſſit, cum Volquinius Vinnoni per proditionem occiſo ſuffectus fuiſſet. Tū Rigēſis ſedes Archiepiſcopali dignitate ornata eſt. & Boruſſiæ Epiſcopi, Varnienſis, Culimēſis, Pomeſanenſis & Samberenſis, ſe Rigenſi præſuli tanquā metropolitano ſubiecere; vnito fratrum Liuonienſium collegio cum Equitum Teutonicorum ordine. Ita Volquinio à Lithuanis cæſo, Hermannus Valkius ordinis Teutonici Eques, qui Boruſſiæ iam ſeptēnium præfuerat, ſufficitur primus Liuonici ordinis Magiſter, ex ordine Teuto-

Inſignia Equitū Liuon.

Vnio Ord. Liuonici cum Teutonico.

nico à Funccio (apud quem cęteros eiuſdem collegii, itemque Teutonici Magiſtros ex ordine reperire eſt) numeratur. Is Reualiā à Valdemaro II. Danię Rege, vt & Veſebergam, & Naruam, miſſis in Liuoniam borealem ante viginti annos copiis, conditas, Danis reſtituit. Ab eo tempore fida inter ſe ſocietate, Antiſtites & ordinis principes amicitiam coluere, quamdiu externis bellis cum Lithuanis, Ruſſis, Samogitis, Semigallis res illis fuit. Foris pacatis rebus, ſtatim ex æmulatione bella ciuilia inter eos exarſerunt. Cū Equites tot victoriis claros & armatam militiam, quam religioſo voto profitentur, togatorum ac pacificorum hominum imperii tæderet, cumque nuper capta à Melecho Sultano Ptolemaide, vbi ſedem antea Teutonici ordinis Magiſter habebat, domicilium primo Marpurgum, deinde Mariaburgum tranſlatum eſſet. Ibi tanquam in aula & ſub principatu degentes, ægre Sacerdotum iugum ferebant, vti narrat Arnoldus Lubecenſis Abbas lib. 7. cap. 9. Igitur Ioannes Swerinenſis comes, Romam, & poſt eum Iſaurus in Daniam, ab Equitibus exacti, conceſſere. Fridericus denique Boemus totos 39. annos Romæ vixit, quo abſente Rigenſes ab Equitibus Teutonicis oppugnati, aſcitis Lithuanis, vario euentu ſæpius conflixere. Tandem poſt lōgam diſceptationem cauſſa coram Carolo IV. & Clemente VI. P. M. agitata, cum ſecundum Regenſem Antiſtitem pronunciatum eſſet: Fromildus, qui tunc ſedem tenebat, & Borniſſiæ princeps, cum ſub id tempus Naruam, Reualiam, & Veſenbergam à Valdemaro IV. Daniæ Rege, XIX. CIↃ. argenti marcis redemiſſet, & Liuoniæ adiunxiſſet, Gedani amice conuenerunt Non. Maii anno M. CCC. XLVIII. vt remanente penes Archiepiſcopum integra ciuitatis iuriſdictione, viciſſim ordinis princeps, fide & obſequio, hactenus Archiepiſcopo, ab ordinis magiſtro præſtari ſolitis, impoſterum ſolueretur. Hic minime diſſidiorum finis inter eos fuit, ſed gradus per iſtam tranſactionem ad maiora ab hominibus armatis contra inermes audendi factus. Inter hæc anno illius ſeculi XCV. exortus eſt Valterus

Digitized by Google

rus Pletenbergus, vir excellenti virtute, poſt Vinnonem primum Equitum Liuoniæ Magiſtrum, & Hermannum qui ordinem Liuonicum cum Borruſſiano coniunxit, alter ordinis inſtaurator, ſupra omnem inuidiam & æmulationem poſitus, diſſidia inter Equites ac Rigenſes compoſuit, arce, quæ ab Rigenſibus deſtructa, & rurſus ab iiſdem ædificata fuerat, vrbi adiuncta: & Moſcos duobus ingentibus prçliis ineunte hoc ſeculo, primo in Liuoniam, altero ad Pleſcouiam ſuperauit, & à Moſco L. annorum pacem, tam ſibi honorificam, quam Liuonis fructuoſam extorſit. Quibus rebus confectis, Liuonicum ordinem Pruſſiæ Magiſtro, ſiue coniunctum, ſiue ſubiectum, ex ſoluta pecuniæ ſumma, ab Alberto, de quo ſuperius locuti ſumus, liberauit: & princeps Imperii effectus, Liuoniæ florentibus bello & pace rebus, vſque ad annum 1535. præfuit: ſed 20. poſt annis, cum inter Guilielmum Brandeburgum Archiepiſcopum, Chriſtophorum Megapolenſem, & Henricum Galenium Equitum principem, antiqua denuo diſſidia recruduiſſent, Guilielmus & Chriſtophorus à Guilielmo Furſtenbergio Ordinis magiſtro capti ſunt; ac biennio poſt à Sigiſmundo Poloniæ Rege, cuius petenti exercitu aduentante liberati, & in priſtinam dignitatem reſtituti, adacto in conditiones minus honeſtas ordinis Magiſtro. Toties renouata diſſidia, vicinis potentioribus moleſta, ex quorum occaſione Moſco ad inuadendas illas regiones, & Poloniam vaſtandam via aperiebatur; vt Epiſcopis primo damnoſa, ſic & Equitibus poſtremo exitioſa fuere. Nam quemadmodum ſalutari, vt ſibi videbatur conſilio, Sigiſmundus, abolito ordine Teutonico, ante 35. annos, Boruſſiam perpetuis bellis cum Polonis hactenus conflictatam, iuris Polonici fecerat: beneficiario eius Principe Alberto Brandeburgico, ſororis filio creato, ſic & Sigiſmundus, Auguſtus, paternum exemplum ſecutus, poſtremo Liuonicum ordinem extinxit, & Gotardum Ketlerum poſtremum ordinis Magiſtrum, ordinem eierantem (vti & à Religione Orthodoxa turpiſſime defecerat) tradita cru- 1561.

Ordo Liuonicus ſeiungitur à Teutonico.

Digitized by Google

ce, ſigillo, literis ac diplomatis omnibus, quæ ordo Liuonicus à Pontifice ac Cæſare acceperat, Curlandiæ & Semigalliç ducem creauit; Chriſtophoro Megalopolenſi Archiepiſcopalem dignitatem pariter abrogauit, illius Iuriſdictione omni Poloniæ Regibus addicta; adeoque totam Liuoniam iuris Polonici effectam, ſed inde à Sueuis, inde à Moſcis miſere laceratam Stephanus Rex poſtea aſſeruit, & imperio firmauit. Quod exſtinctæ Militiæ Teutonicæ, 357. poſtquam cœperat anno, triſte ſpectaculum, quicunque Germanici nominis ſtudioſi erant, non ſine lacrymis intuebantur. Atq, ita ordo iſte militum in Liuonia, cum floruiſſet annos 357. abrogatus deſiit.

Hunc ſtatus Liuonici ordinem euertit mutata ante aliquos annos Religio.

ORDO EQVITVM D. IACOBI apud Hiſpanos.

IN Hiſpania peculiares ſub auſpiciis diualibus exorti ordines militares, voto ſingulari ad profligandos Mauros eximendoſque eorum ſeruituti Chriſtianos, obſtricti, quos inter, S. Iacobi Militia, quæ vulgo *S. Iacobi de Spatha* nuncupatur, primarium obtinet locum, eiuſque originem alii ad Alfonſi Caſti, alii ad Ramiri Caſtellæ Regis ætatem
846. referunt. Huic enim Ramiro cum ann. 846. commiſſo, ad Clauigium prælio, intercedente D. Iacobo Apoſtolo, in equo candido niueum vexillum rubræ crucis figura diſtinctum præferente, de innumera barbarorum multitudine, victoria eſſet conceſſa: cœptum eſt in præliis nomen [a] eius patrociniumque implorari, victorque exercitus vniuerſam Hiſpaniam voto obſtrinxit, vt ex ſingulis agri vineæque iugeris, Compoſtellano templo, corporis D. Iacobi cuſtodia celeberrimo, frumenti modium, aut vini amphoram, quotannis omnes penderent. Exinde Lucas Tudenſis Ioannes Vaſæus, Diegus Valera & Antonius Morales ordinem huius militiæ initium cœpiſſe aiunt. Quibus

[a] *Dios aiuday S. Iago.*

Digitized by Google

bus haud diſſentire videtur Franciſcus Radeſius Calatrauenſis Eques, qui de hoc ordine eiuſque rebus domi militiæque præclare geſtis fuſe admodum eſt commentatus, ſiue quod iuſta tum inſtituendi cauſſa fuerit, ſiue quod in diplomate Regis Ferdinandi, de inſtitutione monaſterii ſancti Spiritus Salmanticæ, huius ordinis Magiſtri, & Cõmmẽdatariorum multa fiat mentio. Falſi tamen id ab eruditioribus accuſari, nonnullis argumentis contendit Ioannes Mariana, modernus alioqui non inelegans & prudens hiſtoriæ Hiſpanicæ ſcriptor, & Fr. Alfonſus Venerius principium huius militiæ ponit circa ann. Domini 1160. in qua opinione eſt & Raphael Volaterranus, & poſt illum Antonius Nebriſſenſis. Quo ab initio ſumptum, certum eſt ſub Alfonſo IX. Caſtellæ Rege (qui Enſiferis adiutoribus, memorabili ad Nauas Toloſanas victoria potitus eſt, & S. Crucis feſtum, teſte Roderico Archiepiſcopo Toletano, qui prælio illi interfuit, primus inuenit) nonnullos ea tempeſtate viros militares nobiles atque copioſos, priuatis rebus in commune collatis, ſe ſuaque omnia Chriſti militiæ contra Chriſtiani nominis hoſtes deuouiſſe, & Hiacynthi Cardinalis induſtria cum D. Eligii (qui Diui Auguſtini normam amplexi domicilium prope Compoſtellam peregrinis excipiendis habebãt) Canonicis vires ſociaſſe, & ab Alexandro III. Pont. Max. opera Petri Ferdinandi à Ponte Encalato, primi ordinis magiſtri diploma impetraſſe, 3. Non. Iulias 1175. quo militibus viuendi ratio ſub eadem D. Auguſtini regula præſcripta eſt, & optimis inſtitutis temperata; quibus obligabantur & vias publicas peregrinorum concurſu frequentatas, & limites à Maurorum incurſionibus, qui totam prope Beticam, magnamque Tarraconenſis prouinciæ partem occupauerant, tenueruntque per annos circiter quadringentos, tueri, bellumque iis quoad viuerent, inferre: Redegit ea in ordinem cum monitorio pœnali Magiſter Albertus S.R.E. Cardinalis, vir eiuſdem militiæ admodũ ſtudioſus, quæ noſtra quoq; ætate recenſuit, confirmauitque

lib. 11. ca. 13.

Vnio Equitum D. Iacobi cum D. Eligii Canonicis.

Fortunius Garzias in Conſilio ordinis S. Iacobi 1. p. verſic. Præterea.

Digitized by Google

Iulius II. P. M. anno ſeptimo ſupra milleſimum quingenteſimum. Fuerunt autem ſub initium equitum illorum facultates perquam tenues, vt fere ſolet in rebus magnis; quippe qui non adeo multa caſtella, & ea quidem minutiſſima, quæ ſub obſcuris nominibus in ipſo priuilegio numerantur, poſſiderent. Verum Regibus inſigni eorum opera in bellis, quæ contra Mahumetis cultores geſta ſunt, vtentibus, eo potentiæ deuenere: vt magnis opibus & vectigalibus aucti, ex ſpoliis hoſtium, regumq; beneficio, & Pontificũ benignitate mille cataphractos Equites armare potuiſſe ſuo ſeculo teſtetur Ælius Antonius Nebriſſenſis; crebroſque reportaſſe triumphos doceat Radeſius. Ceterum ex omni militum numero tredecim omnino viros, vulgo *los Trezes*, deligere iuſſum: qui à Magiſtri latere non decederent, & cum eo, vel cum Priore quotannis loco deſignato conuentus generales agerent. Domicilium primarium domus Veleſii in Caſtella, Xenodochium vero D. Marci Legione deſignatum, duobus Præfectis ſeu Cõmendatoribus (quos à regni cognomine, Caſtellenſem, & Legionenſem nuncupant) maioribus conſtitutis. Multa alia prętereа, quæ pro ordinis dignitate à dicto Radeſio memorantur, conſtituta. Inſigne hodieque militibus in veſte ſuperiori eſt crux rubra in gladii militaris modum conformata cui præterea antiquitus * Veneria (conchulæ ſpecies eſt, quod Venus in iis vecta forte dicta) quæ in Hiſpania pro teſſera D. Iacobi ſemper eſt habita, apponeretur. Vti ex diplomate Alexandri Papæ, & archiuis Veleſii colligere licet, quod quidem diploma non niſi Equitibus & Sacerdotibus Veneriam geſtare permittit, & Sanctimonialibus (nam ad id vitæ genus fœminæ etiam admittuntur, coniugii ſublata facultate, niſi conſenſu Magiſtri) nobili loco natis. Et ſigilla antiqua tam Magiſtri quam Conuentus pro inſigniis exhibent gladium, & infra capulum Veneriam; etſi aliquo diſcrimine: Quod illud ad dextram Solis ſignum, ad ſiniſtram ſemilunæ contineret, cum inſcriptione *Sello de la caualleria de Sanctiago*. Hoc autem loco Solis

Decad. 1. lib. 2. cap. 9.

Lucius Marineus Siculus libr. 4. de Reb. Hiſp.

Lib. ſ. ad Senecam epiſt. 98

Iac. Vitriac. c. 26. in hiſt. Occident.

Digitized by Google

Solis & Lunæ ab vtraque parte crucem minorem cum inſcriptione: *Sello de l' Capitulo de la orden de Sanctiago*. Et vexillum militare Magiſtrorum ætate in campo aureo crucẽ rubram cum Calatrauenſibus communem, in eaq; quinque Venerias diſcriminis ergo præferebat. Noſtra vero ætate Sigillum ordinis Cruce grãdiuſcula arma Regia complectente (quod ad Reges adminiſtratio ordinis Pontificum auctoritate Anno 1493. Alfonſo Cardena eius militiæ Magiſtro è viuis ſublato deueniſſet) & intra ramorum angulos quatuor gladiis formidabili, exornatur hoc addito elogio: *Philippus Dei gratia Hiſpaniarum Rex, adminiſtrator perpetuus ordinis & militiæ S. Iacobi de Spatha.* Huius ordinis commilitones, qui in Luſitania degebant Dionyſio Rege procurante & auctoritate P.M. intercedente, Magiſtri Caſtellẽſis iuriſdictione ſeſe eximentes, Alcacaris ad Salam, immutata ordinis teſſera, laminam enſiferæ crucis nonnihil breuiorem geſtantes, Palmeram deinde tamquam ordinis caput cõceſſere. Vnde in errorem forte abiit, vt à nonnullis Equites Palmerani, plane alii putarentur, cum tamen iis eadem ſint veſtimenta & digmata quæ S. Iacobi Equites toto Hiſpaniæ regno geſtare ſolent. Plura qui volet dictũ Radeſium, M. Iſlam Philippo II. à ſacris, & Antonium Moralem, qui iuſſu eiuſdem Regis, cum capitulum Toleti anno 1560. celebraſſet & Madriti 1562. abſoluiſſet, omnia quæ ad dignitatem huius ordinis pertinent, exquiſite perſecutus eſt, conſulat.

Palmerani Equites. Io. Azorius 3.c.5.

ORDO EQVITVM CALATRAVÆ in Regno Toletano.

CAlatraua non obſcuri nominis opidum, ad flumen Anam ſitum, & ſacræ huius militiæ nomine præcipue clarum, Ptolemæo, qui M. Antonini temporibus ſcripſit, Oretum Germanorum dictum, teſte Car. Cluſio; Ioſ. Moletio & Tarapha inter Oretanos ſitum, & Calatrauæ militibus à Rege Sanctio III. cognomine *Deſiderato* datum fuit, circa annum CIↃ.CLVIII. cuius militiæ primordia, non

Digitized by Google

pigebit, ab ouo, quod aiunt, breuibus enarrare. Quo tẽpore Mauris erepta fuit Calatraua, Tẽplariis militibus (quorum magna tunc temporis erat virtutis opinio) munienda data eſt, vt firmum aduerſus barbarorum inſultus propugnaculum eſſet: illi, quod Mauros magnis copiis eo venturos fama erat, opido diffiſi, Regi id reſtituere, nec erat inter proceres, qui ſe periculo exponeret.

Aderant forte Toleti duo Ciſtercienſes monachi, Raymundus Fiterii ad Piſoricam Abbas, & Didacus Velaſcus ſpectatæ virtutis miles tunc Chriſto militabat (qui monẽdo, ſuadendoque, Abbatem tandem impulit, vt opidi muniendi in ſe curam ſuſciperet, glorioſum id illi, Reip. Chriſtianæ vtiliſſimum futurum. Conſilium ſpecie temerarium erat, annuit tamen. Regi Sanctio id gratiſſimum fuit,

Rod. Toletanus lib. 7. c. 14 & 27. & Henricus Panthaleon. Ioannique Præſuli Toletano, qui quoniam eius ditionis eſſet, pecuniam de ſuo ſuppeditauit, & auctoritate ſua, orationeque, multos tum nobiles, tum populares exciuit, vt vna cum Abbate pro Chriſtiana Rep. diſcrimini ſe obiicerent. Multi vndique eo mortales confluxere, omnes libenter difficultates ſubituri; diligentia hoc opidum aduerſus omnes hoſtium iniurias, egregie munitum fuit. Mauri ſpe deiecti, an aliis difficultatibus impliciti, obſidionem non tentarunt. Id fauſtum militiæ eius omen fuit. Rex in laboris præmium, opidum Abbati & ſociis iure perpetuo, no-

1158. mine B. Mariæ Ordinis Ciſtercienſis patronæ, dono dedit. Is militibus ſuis veſtem & regulam Ciſtercienſem attribuit. Equitũ Magiſtro quadraginta millia aureorum quotannis cedũt. His initiis ſacram hanc militiam, in hoc quod

1164. videre eſt, faſtigium excretam, Alexander III. P. M. ſuo diplomate adprobauit, in quo quidam Garzias primus Ma-

1199. giſter nominatur, & Innocentius III. altero confirmauit. Ita fere Ludouicus Nonius, Io. Mariana, & Franciſcus Radeſius huius ordinis miles. Equites porro, qui cruce rubea in inſigniis, vexillis, ſigillis à primordiis vſi ſunt, veriſimile eſt crucem quoque in pectore prętuliſſe; quamuis minime

1397. negandum, quin ſemper iis (vt tria aperte docent approbationis

tionis diplomata) fuerit *Scapulare pro habitu Religionis.* Quouſque Benedictus XIII. crucem rubram quatuor liliis inſignem, eadem qua in bulla adpingitur figura, cuculli loco deferendam adſignauit: & Paulus III. vt vnicam quiſque vxorem poſſet ducere, ſecundis nuptiis excluſis, indulſit; hodieque ſolemni comitiorum lege cautum tradit Radeſius, vt vexillum ordinis citra crucem rubram, duabus compedibus, *Trauas* vulgo dictis, alluſione ad Calatrauã, ordinis caput facta, ab vna parte; ab altera vero effigie D. Virginis notatum, bello & pace præferatur; imitatione cæterorum ordinum id factum. S. Iacobi enim Militia Veneriis, Pirarii ſiue Alcantaræ Pyro, Auiſiorum duabus Auibus, præter crucem in vexillis diſcriminis ergo vtuntur. Iure autem Magiſterii, Innocentii octaui beneplacito, ad Hiſpaniæ Reges delato, & Garzia Lopezio Padilla Calatrauæ Magiſtro defuncto, Anno ſalutis 1489. eius locum Ferdinãdus Rex excepit, & titulos, *commendas* vocant, inter milites diuidere cœpit, nullo amplius Equitum ſuffragiis; vti moris erat, Magiſtro ſubſtituto, à quo tempore, ſigillum ordinis; in quo hodieque videre eſt dictam crucem cum inſcriptione, *Philippus Dei gratia Hiſpaniarum Rex administrator perpetuus ordinis, & militiæ Calatrauæ,* mutari cõſueuit. Habet hic Ordo, vti & Alcantarenſis, ſuum Commendatarium Maiorem, & ſuum Clauigerum, ſub quo ingens Commendatariorum equitum eſt numerus; quorum omnium magni ſunt cenſus, vti Damianus à Goes in Hiſpania ſua, & Lucius Marineus Siculus lib. 4. Hiſp. Auguſtinus Florentius in Hiſtoria Camaldulenſi deſcribunt.

Calatrauẽſiũ inſignia.

ORDO EQVITVM ALCANTARÆ in regno Legionis.

COmeſius Ferdinãdus ſummæ nobilitatis apud Legionenſes Eques, ordinem militum *S. Iuliani de Pirario*, ſic dictum, quod in eius nominis oppido decem milliaribus à Rodrico ciuitate ad Coam fluuium diſtante, primum ordinis cœnobium exſtructum ſit; auſpiciis Ferdi-

Digitized by Google

nandi Legionis & Galitiæ Regis, primus contra Mauros excitaſſe traditur: eiuſq; ſodalitii & fratrum protectorem, condito diplomate anno 1176. ipſe Rex ſe nuncupauit. Alexander autem III. P. M. altero ſuo diplomate (quod à Franciſco Radeſio, qui inſtitutionem ordinis Alcantaræ S. Iacobi & Calatrauæ geſta, & ſeriem magiſtrorum, ſummorumque militiæ præfectorum Hiſpano ſermone dilucide complexus eſt recitatur) anno 1177. probauit; Lucius deinde III. an. 1183. confirmauit, & à diœceſanis exemit, di-
Inſignia antiqua Equitũ de Pirario ctumque Priorem Gometium primum S. Iuliani de Pirario Magiſtrum ibidem nominauit. Inſigne tum ſodalitius fuiſſe arborem Pirum viridem in campo aureo, docent litteræ Fraternitatis, ſeu amicitiæ cum militibus S. Iacobi cõtractæ anno 1202. quarum ſigillum, Pirum arborem cum inſcriptione *Sigillum ordinis S Iuliani de Pirario*, præfert; facta inibi mentione Benedicti Suarez ſecundi ordinis magiſtri, qui tertium confirmationis diploma ab Innocentio III. anno 1205. impetrauit: hodieque tabulæ illæ in archiuis Vcleſii curioſe adſeruantur. Manſit militibus S. Iuliani de Pirario nomen, donec Alcantaræ opidi, (quod ad Tagi ripas ſitum & mirandi operis ponte præcipue ſpectandum) poſſeſſione aucti. Id factum ea ratione, quod Alfonſo VIII. Rege Mauris ereptum, anno circiter c
1213. ccxiii. Martino Ferdinando de Quintana Calatrauenſi Magiſtro xii. cum dono datum eſſet, rurſus id quinquennio poſt ab eodem Calatrauæ Magiſtro, communicatis cũ dicto Rege conſiliis, attributum fuit, Nunnio Ferdinando III. Pirarii Magiſtro, eiuſque ſociis. Vnde tanquam ex munitiſſima arce in hoſtium fines incurrerent, & propugnaculum eſſet ad hoſtiles impetus eludendos; pactis conditionibus: vt in poſterum huius ſodalitii facta vnione, legibus & imperio Calatrauenſium ſubiaceret. Inde ſede Alcantaram tranſlata, Didacus Sanchius IV. ordinis Magiſter, aſſumpto titulo Magiſterii Alcantarienſis, inſigniis Piri duas compedes, *Trauas* vulgo vocant, & quas Calatrauenſes diſcriminis ergo cum cruce rubea geſtare ſolent, in ſignum

ſignum vnionis adiunxit: & à nouo domicilio ſodales Alcantaræ Milites, quod vſque in hodiernum diem manet, dixit. Beneficio demum Lucii II. P.M. Calatrauenſium poteſtati ſe eximentes, anno 1411. à Calatraue militibus, auctoritate Benedicti XIII. Crucis viridis figura florida in candido ſcapulari, ad læuam ſe diſtinxere: cum antea cucullo & rubra faſcia tantum diſtincti eſſent: Et Calatrauæ Equites, quibus antea ſubfuere, eandem crucem rubeam in veſte candida & clypeo; Auiſii vero idem crucis inſigne in ſcuto aureo præferrent. Caſtitatem ad normam D. Benedicti à prima ordinis inſtitutione profeſſi ſunt. Paullus III. anno 1540. matrimonium vti Calatrauenſibus indulſit. Forma profeſſionis apud Io. Petrum Guitierez eiuſdem ordinis Equitem, & Philippi II. Hiſpaniarum Regis Sacriſtam maiorem, qui & de militiæ huius origine lingua vulgari ſcripſit, talis reperitur.

Inſignia noua Equitum Alcantaræ.

Madriti apud Alf. Gomes ann. 1576. in fol.

Domine Frater N. Ego frater N miles Ordinis Alcantaræ, profeſſionem facio Deo & Domino Magiſtro & vobis, qui eius nomine hic eſtis, & promitto vobis obedientiam, caſtitatem coniugalem, & conuerſionem morum meorum de bene in melius, omni tempore vitæ meæ vſque ad mortem, ſecundum regulam S. Benedicti, & modum viuendi conceſſum huic Ordini de Alcantara: Sublatis porro trium dictorum ordinum Magiſtris, cum Præfecturæ Ferdinando & Iſabellæ Regibus Innocētio VIII. P.M. diploma ſubmittente, (quo omnis eorum adminiſtratio, procuratioq; Caſtellæ ac Legionis Regibus credebatur) ceſſiſſent anno 1494. à Ioanne Alcantaræ Magiſtro impetratum eſt, vt honorem illum in eiuſdem Ferdinandi Regis nomen tranſcriberet; quod factum eidem poſt annos aliquot, Archiepiſcopalis & Cardinalitiæ dignitatis conciliauit inſignia, Pontificis quidem auctoritate, at Regis in primis gratia atque beneficio. Alexander demum VI. Leo X. Hadrianus item VI. in alumni Caroli V. Imp. gratiam, ipſi & ſucceſſoribus tres iſtos ordines in omne tempus adminiſtrandos tabulis conditis, conceſſere.

Damianus à Goes in Hiſpania ſua.

ORDO MILITVM JESV CHRISTI à S. Dominico contra Albigenſes hæreticos inſtitutus.

INſtituti huius initia & cauſam habe ex Antonini Chronico. Cum partes Toloſanæ & Lombardiæ plenæ eſſent hæreticis, Dominicus prædicans contra illos dicitur conuertiſſe ex illis 100000. Et in adiutorium ſumpſit quaſdã deuotas perſonas, quæ corporaliter illos hæreticos gladio materiali expugnarent, quos ipſe gladio verbi Dei amputare non poſſet, quibus & tradidit tertium modum viuendi ſpiritualem, vltra communem morem laicalem, & citra ſtatum completæ Religionis: & dicebantur tunc *Fratres de militia B. Dominici.* Extirpatis demum hæreticis in partibus illis, cum non oporteret amplius gladio pugnare, remanſerunt in illo modo partim religioſo cum vxoribus ſuis, quæ mortuis viris continenter viuebant, & alii vtriuſque ſexus; viduæ, & virgines & coniugati illis adhæſerunt. vocati ſunt poſtea *Fratres ſeu Sorores de Pœnitentia B. Dominici:* quorum regulam approbauit Innocentius VI circa
1360. annum Chriſti 1360. Et Ioannes XXII. declarauit illos & illas non eſſe intelligendas de numero eorum, qui dicuntur in Clement. *Ad noſtram deberet, Begardi & Beginæ.* Et Honorius conceſſit, quod tempore interdicti poſſint intereſſe diuinis officiis in Eccleſiis Prædicatorum. Hic ordo neminem adſtringit ad paupertatem, & obedientiam totaliter.

ORDO S. MARIÆ DE MERCEDE, ET Redemptione captiuorum apud Aragonios celebris.

EO ipſo añ0 CIↃ.CC.XVIII. quo S. Dominicus in Hiſpaniam venit, Barcinonæ noua piorum hominum inſtituta Sodalitas, nomine D. Mariæ de Mercede & de Redẽptione captiuorum inſignis; quod multi terra marique à Mauris capti Chriſtiani, & in ſeruitutem abacti, vitæ acerbitate

Io. Mariana ad an. 1218.

bitate à Chriſto data ſide morerentur. Magnum id dedecus Religionis erat, Chriſtiani nominis probrum maximum; cuius declinandi ſtudio Iacobus primus Aragoniæ Rex, cognomento Expugnator (tria enim regna, Balearicum, Valentinum, & Murcienſe è Saracenorum manibus eripuit) prima ordinis iecit fundamenta. Gregorius autem Papa IX. anno poſt duodecimo adprobauit, vt Hieronymus Curita, Blanca, Romanus, Ioannes Mariana, aliiq; hiſtoriographi Hiſpani commemorant. Fecit id Iacobus Rex ſeu voti reus, vt quidam ſcribant, quod Montione in Gallia, dum captiui inſtar à Simone Comite Monfortio teneretur Virgini Matri nuncuparat: ſeu vſu edoctus, quā miſera captiuorum conditio, quamque deplorandus eorum ſtatus foret, quibus barbari adeo ſeueras leges, & iugum imponerent. Vſus eſt autem hac in re conſilio Raymundi Pennafortii monachi Dominicani, qui à ſacris illi confeſſionibus erat; itemq; Petri Nolaſci viri nobilis Galli è diœceſi S. Papuli oriundi. Raymundum hunc noſtra memoria Clemens VIII. Diuorum numeris adſcripſit: fuit vir admodum eruditus, vt libri quinque decretalium epiſtolarum ab ipſo digeſti, & varia ingenii monumēta annis ſuperioribus Romæ edita comprobant. Ceterum Nolaſcus ſecundum Regem Iacobum naſcenti familiæ Ducem ſe præbuit, eandemque optimis legibus temperauit. Idem Barcinonæ in cathedrali S. Crucis Baſilica, corā eodem Rege, itemque Raymundo Pennafortio, & regni proceribus, veſtem candidam religionis nota inſignem, de manu Berengarii Palauicini Epiſcopi Barcinonenſis ſuſcepit. Eſt autem religioſi huius ordinis nota ſeu teſſera, (quā Rex ipſe manu propria ſodalibus diſtribuit) Crux argentea D. Eulaliæ Barcinonenſis rubro in clypeo, gentilitiis Cataloniæ principum inſignibus (quæ aureo ſcuto quatuor teniis ſeu palis, vt fecialibus placet, puniceis virgato, præfulgent; & exinde cum Raymūdus Berengarius regnū Aragoniæ dotali iure adeptus eſt, Regibus Aragonūs propria, manſerunt) ſuperimpoſita. Ipſis porro mercenariis

1230.

Hier. Curita lib. 1. Rer. Arog.

Inſignia Equitum.

ſodalibus incumbit corrogatis eleemoſy nis ſtipem colligere, Chriſtianos homines à Saracenis, Mauris, aliiſq; barbaris captos, aut in ſeruitutem abductos redimere, priſtinæque libertati reſtituere & diſcriminis ergo ad memorata inſignia prætextam ſiue limbum aureum cum faſcia aurea in vmbonis medio præferre.

Sunt autem duplicis generis in hac familia Sodales. Alii milites ſiue Equites; alii monachi: vtriſque vnus hodie præeſt Magiſter generalis, Barcinonæ reſidens, & quidem Sacerdos; idque ex decreto Clementis V. & Ioannis XXII. Pontificum Romanorum, etſi ſuum olim ſinguli habuerint præfectum ac moderatorem. Regulam S. Auguſtini à Gregorio IX. ipſis præſcriptam fuiſſe, Hieronymus Romanus, aliique referunt. Nec mirum, cum initia ſua Raymundo Pennafortio Dominicano (cuius ordinis Sodales eandem regulam ſequuntur) familia iſta mercenariorum, magna ex parte debeat, vt ſupra commemorauimus. Arnoldus Wionus tradit Milites hodie mercenarios ſecundum regulam S. Benedicti viuere, idque ex ſolenni profeſſionis ipſorum formula ſibi conſtare ait, quod aliis rerum Hiſpanicarum magis peritis diſcutiendum relinquo.

Ceterum dum in Hiſpania verſaremur contigit nobis coram aliquando non exiguum captiuorum ſeruitute exemptorum numerum magno noſtro gaudio ſpectare, & ſolenni ſupplicatione ipſis ſubſequentibus mercenariis, & ab Equitibus libertati reſtitui, ad propriaque ſubminiſtrato viatico decenter remitti; quod non ſine magno Chriſtiani nominis bono, tam laudabile inſtitutum iis in partibus auctum fateamur neceſſe eſt, adeoque id Martinus V. & Nicolaus IV. Pontifices tabulis ſuis inter auſteriores, excepto Carthuſienſium, ordines connumerauere: quod eius ſequaces, quandocunque periculum eſſet, fidem per captiuos, ob intolerabile Saracenorum iugum, abnegatũ iri, eorum ſe loco ſiſtere ex voto teneantur, donec Redemptionis pretium ſit perſolutum.

ORDO

Digitized by Google

ORDO EQVITVM B. MARIÆ gloriosæ apud Italos.

FVerunt & alia Equeſtria ornamenta apud alias orbis Chriſtiani nationes excogitata; vti Ordo militaris titulo *S. Mariæ glorioſæ*: ad pacificandas Italiæ ciuitates, anno fere 1233. excitatus eſt, auctore *Bartholomæo Vicetino* ordinis Prædicatorum, eius poſtea vrbis Epiſcopo. Quod inſtitutum Vrbanus IV. Papa circa anno 1262. adprobauit: leges vero attulit *Rufinus Gurgo*, Placentinus, Pontificis Pœnitentiarius, quas ſcripſerant huic ordini ſeſe dicantes viri aliquot, diuitiis ac nobilitate præſtantes (*Catellanus, Malauolta, Loderengus, Andalus Gruamons, Caccianimicus, & Hugolinus Lambertinus Bononienſes Sclania Liazarius Regienſis, & Rainerus Adelardus Mutinenſis.* Erant autem iſtæ, vt tunicam albam, & ſubcinericiam togam induti, crucem purpuream in campo albo duabus ſuprapoſitis ſtellis, præferrent: vtque viduarum & pupillorum tutelam ſuſciperent, parique & concordiæ inter homines conciliandæ ſtuderent. Franciſcus Sanſouinus iiſdem crucē rubeam cum limbo aureo in pectore attribuit. Quoniam autem ſuis quiſque in ædibus cum vxoribus & filiis vitam agebat, vulgo *Fratres gaudentes* vocati ſunt, vt Ioannes Villarius & Salimbenus in ſuis chronicis prodiderunt. Huius ordinis primus magiſter ipſe *Loderengus* eſt conſtitutus, vir multis nominibus laudandus. hęc fere Carolus Sigonius, *Lib. 17. & 19. de regno Italiæ.* Floret hodieque militare hoc inſtitutum Bononiæ, Mutinæque, & in aliis Italiæ ciuitatibus ſub titulo *S. Mariæ Matris Domini* vt tradit P. Beloiius ſcriptor modernus cap. 18. *Crux purpurea Inſigne Equitum B. Mariæ glorioſæ.*

ORDO EQVITVM MONTESIÆ in regno Valentiæ.

TEmplarii ordinis theſaurum, fæcundam quaſi aliorum ordinum extitiſſe matriculam, tradunt auctores Hiſpani, tum maxime Gonſaluus Argotes de Molina & Gonſaluus Illeſcas in hiſtoria ſua Pontificiali; qui à Io- *Lib. 1. c. 32. Lib. 2.*

Digitized by Google

anne XXII. Pontificatus ſui anno 3. nati, Chriſti 1317. rogatu Iacobi II. Aragoniæ & Valentiæ Regis, collegium militum Monteſiæ, quod opidum ſedem præcipuam & nomen iis dedit, inſtauratum produnt. Templariis enim ad immēſas opes euectis, & vno omnes tempore ad internecionem fere deletis, variis hinc inde ſocietatibus natis ex horum patrimonio proſpectum, & ſicut in Galliis & alibi in locum & opes fere eorum ſucceſſerunt Melitenſes; ita in regno Valentino ordo Monteſiæ, in Luſitaniæ Chriſti, ſub idem fere tempus exortus. Calatrauenſib. quidem Monteſiani per initia ſubiecti, proprio tamen magiſtro Guilielmo Erilio ordinis primo in conuentu S. Mariæ & S. Georgii conſtituto, vti Hier. Curita teſtatur gauiſi ſunt: Habitu candido iuxta D. Benedicti normam cruce rubra ſimplici planaque in veſte candida; & prædiis, (quæ Templarii eo in tractu obtinuerant) adſcriptis, quæ omnia Benedictus XIII. & Martinus V. tabulis ſuis confirmarunt. Cenſu iſto Equites, etſi cæteris impares, virtute certe bellica aduerſus Mauros littora Valentina infeſtantes, non inferiores exſtitere, caſtitatemque omnes profeſſos ad ſua vſque tempora adfirmat Hier. Romanus. Primuſque qui illam infregit, fuit Cæſar Borgia magiſter ordinis XI. Summis Pontificibus certas ob cauſas indulgentibus. Solet autem, vt idem Romanus ait, magiſter ordinis, decori & prærogatiuæ augendæ; Crucem quidem rubeam in veſte, ſed maiorem certis ad brachia punctis diſtinctam: ipſum vero collegium in vexillis militaribus cruces viridi nigroq; colore exornatas præferre, etſi in clypeis aureis ſimplicem & planam illam crucem retinere conſpiciatur.

Lib. 2. Rer. Arag.

Inſignia Mōteſianorum.

Io Azorius l. 13. c. 3. 4. 5.

Inſignia Magiſtri ordinis

EQVITVM CHRISTI ORDO apud Luſitanos.

Inſigne Equitum Chriſti.

DIonyſius cognomento Perioca Portugalliæ Rex, Alfonſi X. Caſtellæ Legioniſque Regis nepos, nouam militiam *De Portugallo* vulgo nuncupatam, & cui à Chriſto no-

ſto nomen eſt, eoque regni hodie nobiliſſimam & cruce rubra alia candida interſecante diſtinctam, in atro amictu conſtituit. Ioannes vero XXII. Papa D. Benedicti regulam anno 1320. præſcripſit, Legeſque quibus ſub Chriſto militare tenerentur, conditas, vulgari poſtea Luſitanorum lingua cum reliquis ordinis priuilegiis edidit Dominus Damianus conuentus Tomarienſis Prior & eiuſdem ordinis præfectus generalis. Primo autem Equitum Magiſtro Ægidio Martinio, Auiſiorum quondam inſtituti militi ad Caſtrum Marinum, Eluenſis diœceſis opidum, ſedes attributa; exinde Tomarium migratum, militibuſque omnia bona Templariorum nuper ſublatorum, annuente Rege & Pontifice, quo liberius militiæ Chriſti contra Mauros Beticam incolentes vacare poſſent, ceſſere. Quorum incredibili virtute factum, vt Luſitanorum imperium in Oriente fundatum, omnes prouinciæ & opida, tam in Aſia, Africa, Braſilia & aliis Occidentis partibus (quo nomine Reges Portugalliæ Sphæram in inſignibus prætendunt, vt regnum ſuum in quatuor orbis angulos extendi ſignificent) Chriſtiano nomini acquiſita, & huic ordini annexa, Magiſtri vectigal quotannis centum aureorum millibus augerent. Is quotieſcunque ordo moderatore & Præfecto careret, à tredecim præcipuis Equitibus electus conſcribendi & exauctorandi milites facultatem habebat, quouſque magiſterium ordinis perpetuo iure ad ipſos Luſitaniæ Reges, & ſucceſſores; adeoque ad ipſum Philippum III. Hiſpaniarum Regem auguſtiſſimum Pontificum auctoritate delatum. Militibus porro Alexandrum VI. P.M. poteſtatem ducendi vxores conceſſiſſe ſcribit Hieron. Coneſtaggius in tractatu ſuo de Portugalliæ coniunctione cum regno Caſtellæ.

1320.

Hier. Oſor. lib. 1. de Reb. Emanuel.

Phil. Bergom. lib. 13.

MILITIA BANDÆ, ET SCAMÆ apud Hiſpanos, & Calzæ apud Venetos.

OBtinuit & olim mos in Hiſpania inter equites tyrones vigilandi, antequam ad id dignitatis cooptaren-

tur; vti teſtatur Hieronymus Romanus, de inſtitutione militum Bandæ, ab Alfonſo XI. Caſtellæ Rege in ciuitate Victoria, antequam regni inſignia capeſſeret, erecta; &
1332. non multo poſt in Vrbe Burgenſi celebrata. Vbi pridie ceremoniarum in monaſterio S. Mariæ Regalis, quiſque tyronum à Rege conductus, ad altare ſuum depoſitis armis totam noctem vigiliis, orationibusque tranſegit; poſteroque die ſub Miſſarum ſolenniis ab eodem tanquam ab
Banda militum inſignia ordinis præſide militari baltheo, ſeu tenia rubra, *Banda* vulgo dicta, & quatuor lata digitos, quæ à dextro humero ſub ſiniſtro brachio corpori circumduceretur, honoris ergo donatus eſt. Quam & pardi nonnunquam fuiſſe coloris, apparet ex hiſtoria Regis Ioannis II. vulgari lingua
An.22. C. 48. conſcripta. In eumque numerum iuuentutis excitandæ gratia, ſolummodo adlecti nobiles natu minores, & armigeri; qui adeo opima patrimonia non poſſiderent, quique decem minimum annis in caſtris, aulaque verſati eſſent, excluſis filiis maioribus. Et quia reges ipſi honoris id inſigne geſtare non dedignabantur; eo fiebat, vt nobilitas ad res arduas capeſſendas incenderetur, magnoque in pretio ordo ille dudum haberetur; ob heroicas nempe quibus fulciebatur, conſtitutiones. Quas recitat Anthonius Gueuarra Mondonedi Epiſcopus (qui de Equite, ac de officio ducis in bello luculentum conſcripſit librum) in epiſtola ad Petrum Pimentelium Comitem Beneuentanum: & Franciſcus Sanſouinus, qui ſeriem etiam Equitum primis auſpiciis adlectorum, ex ordine recenſet.

Lib.4.c.7. Subſequenti vero ætate, in deſuetudinem abiiſſe prodit Antonius Garibaiius; Regnante attamen Rege Ioanne, adhuc floruiſſe ex eiuſdem conſtat hiſtoria. Cum enim Sigiſmundus Imp. Schiſmatis cauſa Perpinianum veniſſet; nonnulli ex eius comitatu Principes Luſitaniam, Caſtellam, vicinaſque prouincias viſendi deſiderio adiere: Comes nimirum Armeniacus, Vicecomes Saonenſis, Dux Brienſis Polonus, & Tribunus Equitum Pannoniæ, qui omnes à Rege Ioanne honorario *Banda* inſigni condecorati ſunt.

An.15.c.232
An.31.c.208

Excita-

Excitauit & Ioannes II. Caſtellæ Rex ordinem Equitum *de La Scama*, cuius inſigne, aut quid eſſet *La Scama*; diligenti habita inquiſitione curioſe ſe indagaſſe, nec tamen eius potuiſſe reperire rationem, teſtatur Hieronymus Romanus: etſi non diffiteatur eundem Regem, Moyſem Didacum de Valera rebus in Germania geſtis illuſtrem hoc militari ſigno donaſſe: itemque Ciliæ Comitem in Bohemia, cui & alia quatuor eiuſdem notæ collaria, inter primarios ſuos nobiles diſtribuenda, elargitus eſt.

Equites Scamæ.

Hiſtoria Ioannis II. anno 30. & 37.

Exemplo Sodalitii militum Bandæ, erectum eſt eadem ætate apud Venetos, collegium Equitum *de la Calza*, iiſdem plane, quibus *Bandæ*, conditis legibus nobile, in quod non niſi ingenuos & illuſtri ſanguine natos à Duce, Senatuque cooptari fas eſſet. Hoc porro inſtitutum anno 1562. renouatum; priuilegiis, aliiſque ad decorem rebus, illuſtratum, ait Leonardus Floranantius *in ſpeculo ſuo ſcientiæ vniuerſalis*; Magiſtrumque ordinis præeminentiæ dignitate *Dominum* appellari ſolitum. Cuius quidem inſigne hactenus noſcere non potuimus; hoc conſtare ſcimus, vti & nobis retulit doctiſſimus Andreas Ettenius, politioris omnis litteraturæ tum rei anatomicæ inprimis, adeoque vtriuſque medicinæ laude ornatiſſimus, præſtantes pleroſque viros, rebus domi militiæque geſtis inſignes à Duce, Senatuque Veneto in equeſtrem dignitatem adſcribi; & torque aureo cui D. Marci (numen illius Veneti præcipuum habent) ſiue Leonis alati effigies, cum elogio: *Pax tibi Marce*, cæteriſque Principatus eius inſigniis ineſt, donari. Vti & apud Genuenſes honoratii Reipublicæ illius Equites, D. Georgii tutelaris teſſera (quæ crux plana eſt rubei coloris) inſigniri ſolent. Lege ordinem D. Georgii à Friderico III. Imp. inſtitutum.

Ordo Equitum de la Calza apud Venetos.

S. Marci Equites.

Eorum Inſignia.

Equites D. Georgii apud Genuēſ.

ORDO EQVITVM AVISIORVM VVLgo de Auis in Luſitania.

CHriſtianis Eborenſi vrbe, frequenti Regum Portugalliæ domicilio celeberrima, potitis, quod ſitu natu-

raque aptus locus videretur Mauris debellandis, placuit Alfonſo Regi Luſitaniæ huius nominis primo, caput hic magiſtrumque Equeſtris militiæ, quæ in Caſtellæ regno Calatrauenſium, in Luſitania vero Auiſenſium nuncupata eſt, conſtituere. A primario tamen ordinis initio, Eborenſes dicti ab vrbe Beatæ Mariæ ordinis Ciſtercienſis patronæ; atque eius nomine Ferdinando Monteyro, primo militiæ magiſtro donata, aſſumpto titulo. Eo conſilio id factum, vt inde crebris excurſionibus fidei noſtræ hoſtes acerrimos pro viribus paulatim expellerent. Ibidem & ſedes fuit horum militum, qui Gallica voce *freres*, hoc eſt fratres dicti, vbi hodie locus ille *Freiria* appellatur: & in ipſa vrbis arce, quæ muro & turribus ab vrbe ſecluſa erat, vt etiam hodie apparet, in ſitu ædium Didaci Caſtri, dictæ vrbis Tribuni militum. Iuxta ædes item Comitis Portalegrii ſacellum tenebant D. Michaeli Archangelo ſacrum, vbi ſtatis horis res diuina peragebatur. Tres vero Eboræ magiſtri Equitum fuiſſe memorantur. Primus Ferdinandus Roizius Menteilus, ſummæ vir auctoritatis, cui Alfonſus Henriquez Rex Maſaram opidulum Mauris ademptum donauit: alter frater Gundiſalonis Viegas: tertius Alfonſus Auenſis, quo magiſtro ad Auiſim caſtrum à dicto Alfonſo expugnatum, eique ſodalitio attributum, milites commigrarunt; quo propius à Mauris abeſſent, aut vt citius debellare eos poſſent. Manſit inde ordini Auiſenſium nomen, quem Innocentius III. qui Celeſtino ſucceſſit, Pontificatus ſui anno 4. Chriſti vero nati 1204. regnante Sanctio, qui Alfonſo parente mortuo regnum hæres proxime excepit, confirmauit. Cæterum cum Rodericus Garzias VII. Calatrauæ Magiſter, Auiſios multis bonis, (quæ in prima & ſecunda Calatrauenſis ordinis approbatione declarantur) locupletaſſet, illi ſe Calatrauenſium legibus & reformationibus, vt vocant, ingrati animi ſignum perpetuum permiſere, eorumque imperium agnouere, vſque ad tempora Ioannis VII. Auiſiorum magiſtri, qui naturalis fuit filius Petri VIII. Regis Luſitaniæ. Idem

Eborenſes Equites.

Digitized by Google

Idem Rex Petrus, poſt victoriam Aliubarotæ obtentam, Auiſios ſuos à Calatrauenſibus ſeiunxit, crucem viridem, inferiori ſtipite paululum longiori, ſublata pyro arbore, ad Alcantarienſium diſcrimen geſtantes, cum antea rubeam & eandem cum Calatrauenſibus vt ex antiquo ordinis ſigillo, quod duas aues ad baſim crucis oſtentare teſtatur Franciſcus Radeſius, colligere licet, præferrent. Inſtituta tamen Ciſtercienſium, ſequuntur. Recte itaque Radeſius Auiſios cum Calatrauenſibus confundit, quod ſuccedente tempore in vnum Calatrauæ ordinem coaluerint. Volaterranus vero errore deceptus, cum Alcantarenſibus iungit. At diuerſos eſſe & poſtmodum, ſeiunctos egregie docent Hier. Romanus lib. 7. de Republica, & Gonſaluus Argotes de Molina lib. 1. cap. 32. de nobilitate Hiſpaniæ. *Inſignia Auiſenſium.*

ORDO EQVITVM PERISCELIDIS QVEM Vulgo Garterii *nuncupant in Anglia ſiue Magnæ Britanniæ regno.*

EDuardus III. Anglorum Rex inuictiſſimus vt Arturi Regis qui orbicularis menſæ Equitum Sodalitium toto adeo terrarum orbe decantatum, inſtituerat, memoriam refricaret; quum de Gallis atque Scotis, capto Ioanne Rege Galliæ, & Dauide Scotiæ ſæpius triumphaſſet, nobiliſſimam conſcripſit Equitum auratorum ſocietatem: Quos, vt aliqui produnt, ob periſcelidem ſuam in prælii, quod feliciter ceſſerat, teſſeram datam, *Garterii* ſiue Periſcelidis Equites nominauit, & S. Georgii Cappadocis tutelæ, ad cuius honorem in caſtro ſuo Windeſori templum exſtruxerat auguſtiſſimum, dedicauit. Hi cæruleo ſubligari aureis literis Gallice inſcripto. *Honi ſoit, qui mal y penſe*, id eſt, *Male vertat ei qui male cogitat*, & quod peculiare ordinis ſymbolum eſt, ſiniſtram tibiam paulo infra genu ſubſtringunt, & aurea fibula in concordiæ ſymbolum, tanquam vinculo arctiſſimæ ſocietatis, connectunt. Vt eſſet inter eos quaſi quædã conſociatio, & com- *Symbolum ordinis de Garter. Froshard. vol. 1. c. 101.*

munitas virtutum; chlamydique ſcutum album D. Georgii rubra cruce perinſigne adpictum teſte Polydoro Virgilio, geſtant. Collare vero, quod magnum vocant, & quo ſolennib. inaugurationis diebus ſodales inſigniri mos eſt, ex eadem crurali faſcia, ſiue corrigia, ſæpius iterata, & roſis alternatim rubris & albis, quod Lancaſtriæ, & Eboracenſis familiæ iampridem exſtitit ſymbolum, diſtinguitur; appenſa D. Georgii Bellatorum præſidis effigie. Nonnulli tamen ad Periſcelidem ſiue Garterium Reginæ vel potius Ioannæ Comitiſſæ Sarisburiæ eximia pulcritudine feminæ, referunt: quod ipſi choreas agitanti decidit, & Rex è terra ſuſtulit, ridente multitudine nobilium adſtante, & illo reſpondente futurum, vt breui ſummus honor eiuſmodi Periſcelidi haberetur. Hæc vulgus perhibet, nec vilis ſane hæc videatur origo, cum vt ait ille, *nobilitas ſub amore iacet.* Sunt etiam qui huius ordinis inuentionem multo antiquiorem faciunt, cum ad Regem Richardum I. referunt, Eduardumque tandem reduxiſſe credunt; quam vere ignorare ſe dicit, Guilielmus Camdenus Britannicarum Rerum ſcriptor ſtudioſiſſimus, etſi fidei adſtruendæ antiquum eius inſtitutionis exemplar è fecialis cuiuſdam libro deſumptum producere non grauetur. Cęterum *Garteriani* collegii ſolemnia Vindiſorię quotannis ſtato die D. Georgio Equitum tutelari ſacro, præſidēte Rege celebrantur: Moſque eſt, vt commilitones galeam & ſcutum cum gentilitiis inſignibus (vti tradit Paulus Iouius) imitatione cæterorum ordinum, conſpicuo templis loco ſuſpendant. In quorum ſocietatem potentiſſimi quique orbis Chriſtiani Principes cooptari, inſtar maximi honoris duxerunt, & iam à prima inſtitutione in hunc ordinem, qui è XXVI. Equitibus conſtat, Reges adſcripti fuerunt, plus minus XXII. præter Angliæ Reges, qui eiuſdem Præſides, ſiue, vt vocant, *Supremi* habentur, vt duces & alios maximi nominis taceam plurimos. Eorum vero nomina qui primi in hunc ordinem adſciti, & vulgo *Fundatores ordinis* dicuntur, adiungere libuit, nec enim eorum fama obliteranda eſt,

Collare ordinis.

Bern. Girardus lib. 15.

eſt, qui illa tempeſtate, animo, & virtute militari in pauciſſimis erant; eoque nomine D. Georgii & Garteriano inſigni amplificati.

EDuardus III. Angliæ Rex; Eduardus filius eius natu maximus: Princeps Walliæ; Henricus Dux Lancaſtriæ; T. Comes Warwici; Capdall de Buche, Radulphus Comes Staffordiæ; Guilielmus de Monte acuto Comes Sariſburiæ, Rogerus de mortuo mari Comes Marchiæ; Ioannes de Inſula; Bartholomæus Burgwaſch; Ioannes de Bello campo; Ioannes de Mohun; Hugo Courtneus, Thomas Hollandus; Ioannes Greii; Richard. Fitz-Simon; Milo Stapleton; Thomas Walle; Hugo Wrotheſleii; Nigellus Loring; Ioannes Chandos, Iacobus de Andleii, Otho Hollandus, Henricus Eine; Zanchettus Dabridgecourt; Guil. Pagancllus. Ritus atq; ceremoniæ, quib. maxima ſolemnitate pro ordinis eminentia, Equites eliguntur, & *VVindeſori* inſtallantur: ſtatutaque quibus viuunt, huiuſmodi commilitones, quum iuſtis vix contineantur voluminibus; hic anguſto ſermonis filo perſtringi nequeunt, ad Franciſcum Sanſouinum & Thomam Milleſium, apud quem omnes ab inſtituto ordine Equites & ad noſtram vſque ætatem ſub ſingulis Regibus electi recenſentur, lectorem remittere libuit.

Inſignia Equitum.

Lib. de nobilitate Politica.

Ad orbicularis autem verſatiliſque menſæ inſtitutum quod attinet, ſcribunt Arturũ Britanniæ Regem quatuor ſupra viginti athletas equeſtris ordinis (quod rei bellicæ gloria præſtabant) inſignibus nobilitaſſe, ac rei militaris ſcientia gloriæque magnitudine pares pari omnes amore complexum. Cum omnes ſimul accumberent, ne quis forte ſe primo in loco conſtitutum glorioſe prædicaret, aut ad infimum locum deturbatum inuide cogitaret, menſam rotundam ad coronæ formam effingendam curauit. Locum in quo ii omnes accumbere ſolebant *rotũdam* Arturi *Tabulam*, & Britanni & Scoti appellant. Quam vulgus menſam (ſi falſa quadam maiorum ſuperſtitione confictatum, vt ait Io. Leſleus, non erret) in Wintonienſi ca-

Tabula rotunda Equites.

Bart. Chaſſaneus in catalogo Gloriæ mundi parte 1. concluſ. 21

Hector Boet. l. 9. hiſt. Sco.

De Rebus geſtis Scotorum lib. 4.

Digitized by Google

ſtro ad æternam rei memoriam ſolenniter conſeruatam, militumq; equeſtrium nominibus vndique notatam, tanquam Arthurianam ſuſpicere ſolet. At recentioris eſſe ætatis autumat Guil. Camdenus. Superioribus enim ſeculis, cum virtutis bellicæ exercendæ gratia, militares decurſiones, (*Torneamenta* vocant) frequenter haberentur, huiuſmodi menſis vſi erant, ne quod diſcrimen inter magnates nobileſq; ex ambitione exſiſteret. Et veteri ſane, vt videtur, inſtituto: Gallos enim antiquos circularibus menſis circumſediſſe, armigeroſque eorum ſcuta ferentes à tergo adſtitiſſe, memorat 4. Athenæus.

ed.
iume-
lib. 9.

In lib. Deipnoſoph.

EQVITES BALNEI IN ANGLIA.

DE Militibus, ſiue Equitibus Balnei, nihil antiquius mihi legenti hactenus occurrit; quam in vſu fuiſſe apud veteres Francos; & Henricum IV. Angliæ Regem, ea die qua inauguratus eſt in arce Londinenſi, quadraginta ſex armigeros, qui præcedente nocte vigilaſſent, & balneo vſi eſſent, Equites creaſſe, ſingulis tunicas virides ad talos dimiſſas, cum manicis ſtrictis & *Minеueria* pellitas donaſſe: eoſque geſtaſſe ad humerum ſiniſtrum duplicem funiculum ex albo ſerico cum * torulis dependentibus. Hi ſuperiori ſeculo ex flore nobilitatis, qui nondum gradum Equeſtrem accepiſſent, ſeligi in Regum & Reginarum inauguratione & nuptiis ſolebant: Aliquando etiam cum eorum filii in Principes Walliæ vel Duces inueſtirentur, aut militari baltheo cingerentur, plurimis adhibitis ceremoniis. Qui ad hunc ordinem ſuſcipiendum à Rege euocantur (nec hanc rem exquiſite perſequar) pridie quam creantur, heremiticam veſtem cineritiam, cum cucullo, pileolo lineo, & ocreas induti, ſacra deuoti accedunt, vt militiam ſuam quaſi Deo in primis militaturi, auſpicentur, vna cœnant, ſinguliſq; miniſtrant duo armigeri, & puer aſſecla. A cœna in cubiculum ſe recipiunt, vbi paratur ſingulis lectulus cum velariis rubris armiſque ſuis gentilitiis affixis, & iuxta vas balneatorium, linteis opertũ, in quo cum ſe Deo

Taſſels.

ſe Deo commendauerint ſe abluunt; vt deinceps corpore animoque mundo eſſe admoneantur. Poſtridie poſtremo bene mane, inſtrumentorum muſicorum ſono excitatur, eaſdemque veſtes induunt. Tunc Angliæ Conſtabularius, Mareſcallus & alii, quos Rex conſtituit, eos accedunt, nominatim ſuo ordine euocant, & iuſiurandum proponunt: ſcilicet, vt Deum, ante omnia colant, Eccleſiam defendant, Regem honorent, eius iura propugnent, viduas, virgines, orphanos tueantur, & iniuriam, quantum poterunt, propulſent. Hæc cum tactis Euangeliis iurauerint, ad ſacra matutina Regiis muſicis & Heraldis præeuntibus deducuntur, atque ab iiſdem in cubicula reducuntur, vbi hereміticas veſtes exuti, chlamydem holoſericam rutilo Martis fulgore relucentem, & galerum candidum, candidis plumis ſuper pileum lineum induunt, chirothecas candido funiculo chlamydis colligant. Equos ſella & ephippiis ſcorteis nigris albo interſtinctis, & cruce fronti præfixa inſtructos, conſcendunt. Ante ſingulos ſuus aſſecla Eques geſtat gladium capulo inaurato, ad quem dependent aurata calcaria, vtrimque armigeri obequitant. Hac pompa tubis ante clangentibus ad aulam regiam itur, vbi cum ad Regis præſentiam à duobus ſenioribus Militibus deducuntur, Regis Camerario aſſecla baltheum cum gladio dependenti tradit. Ille ſumma cum reuerentia Regi, qui Militem tranſuerſum eo cingit, iubetque duos ſeniores Equites calcaria imponere, qui olim creandi militis genua, bene precantes, oſculari ſoliti. Iamque Milites creati, olim Regiæ menſæ fercula inferebant, inde omnes vna prandent, ad idem menſæ latus aſſidentes, ſub vno cuiuſq; clypeo gentilitio affixo. Ad preces veſpertinas ſacellum adeunt, gladios ad altare offerunt, datoq; pretio redimunt. Redeuntes vero primarius Regis coquus oſtenſo cultro, vt ſe probos & fideles præſtent Milites, admonet, alioquin ſe calcaria ignominioſe abſciſſurum. Die autem Coronationis in pompa ſuo loco Regem comitantur gladio accincti, calcaribus inducti, chlamyde cærulea Iouis ſcil. equi colore

amicti. & nodo ex albo ſerico in formam crucis efformato, cum capitio ad humerum ſiniſtrum. Ita fere Guilielmus Camdenus in deſcriptione Britanniæ. Huius autem inſtituti Equites pro teſſera ſolent tres aureas coronas in orbiculo aureo expreſſas, addita hac circumſcriptione, *Tria in vnum*, laciniæq; ex biſſo Tyrii coloris appenſas, præferre.

Inſignia Equitum Balnei.

ORDO EQVITVM STELLÆ IN regno Galliæ.

IOannes Valeſius Gallorum Rex prælio Pictauienſi, ſua & regni calamitate notiſſimus, Epiphaniæ ſeu Stellare Equitum Sodalitium Anno 1352. menſe Octobri auſpicatus eſt, Sodaleſque dicti fuere D. Virginis de nobili domo D. Audoeni. Ita enim vocabatur caſtrum illud, quod plus minus duobus millibus abeſt ab vrbe Pariſienſi, palatii Clichiani nomine olim appellatum, vbi ſedes primaria ordinis conſtituta, ædeſque ſacræ equitibus cum omnibus publicatis bonis, & ſportulis futuris attributæ. Proceribus ordini initiatis ſignum ſtellæ collari aureo, (quali Ioannes Aurelianenſis primus Comes Dunenſis, filius Ludouici Ducis, Caroli VI. fratris in palatio Longo-vallorum Principum inſignitus conſpicitur) appenſum, ſeu togæ capitio locoue conſpicabiliori præferre eſt datum, addito ſymbolo *Monſtrant Regibus aſtra viam.* Vnde tam honorificam ſtellæ celebritatem credibile eſt ortam fuiſſe, à commemoratione diuini illius ſyderis, non fabuloſi illius Tyndaridum, ſed noui illius, &, vt Theologi volunt, recens cum Chriſto nato ad cunas eius illuſtrandas creati, quod Magos ab Oriente præuii Ducis inſtar, in partus locum nati filii Dei perduxit. At multitudine gregariorum, qui falſis titulis irrepſerant, cum vileſcere paulatim hic ordo cœpiſſet, & Carolus Ioannis filius palatii cuſtodibus ſignum illud deferendum tradidiſſet. (Ita fere res humanæ à præclaro initio degenerare conſueuerunt) in eius locum D. Michaelis ordo, quod Gallia peculiari tutela genium illum cuſtodem imperii ſui agnoſcat, ſuffectus eſt. Stellæ porro inſignia

Nicolaus Vigner, tom. 3. bibl. hiſt. pag. 524.

Inſignia & Symbolum Equitũ Stellæ Cl. Paradinus in Symbolis heroicis

Bodin. in Rep. cap. 4. Onuphrius Panuinius.

ſignia vti ea Equites deferre ſolent, nec non vaſis Liliorum, Canis, Galli, Draconis præcipitati, Coronæ Spiceæ, Hyſtricis, Leonis alati (qui Venetorum Equitum teſſera eſt) in capite libri exprimenda curauimus.

Inſignia Equitum Lilii canis, Galli, Draconis, Spicæ, Hyſtricis & Venetorum.

ORDO EQVITVM ANNVNTIATIOnis Angelicæ apud Sabaudos.

EQueſtri ordini Annuntiatorio magnificum nomen ex ſuo abs ſe inſtituto fecit Amadeus VI. Sabaudiæ Comes; idq; in honorem Angelicæ Annũtiationis. Quem inſigniri voluit aureo torque, figura collaris canis Alani (vt diploma inſtitutionis ſeu confirmationis anni 1409. à Franciſco Sanſonino citatum docet) efformato, ex quo laciniæ ſeu laminæ quatuor catenulis aureis connexæ pendentes, modis inſuper Sabaudicis, quos ab amoribus nuncupant, ſubtilibus, & arte impexis, quatuor literarios characteres *FERT* æque diſtanter inſertos referrent, imagine & hiſtoria Virginis Mariæ ab angelo ſalutatæ (quæ ſodalitio nomen dedit) adpenſa. Quo quidem Elogio magnitudinem gloriæ Amadeo magno primo Sabaudiæ Comiti partæ, ſymbolumque *Fortitudo eius Rhodum tenuit*, à Rhodienſi vrbe Turcis erepta ſeu defenſa, Chriſtoq; adſerta natum, explicari Sabaudici annales teſtantur. Ab eius enim tempore, vt ex iiſdem patet, Sabaudiæ inſignia, quæ eadem & Imperii erant (Saxoniæ ducum ex quibus Sabaudici proceres orti, inſignibus hactenus interſtincta) ſcuto Equitum Hieroſolymitanorum S. Ioannis cruce ſcilicet argentea in rubri coloris clypeo ipſis petentibus equitibus (qui Rhodo inſula ab Imper. Conſtantinopolitano tunc donati, Rhodii poſt Equites dicti fuere) in nauatæ virtutis præmium ſunt decorata, & Sabaudiæ ſucceſſoribus Regulis cum quadrilitterario ſymbolo *FERT*, exinde propria manſere. Huius porro militiæ ſedem idem Amadeus in Petra Caſtella conſtituit, ibique anniuerſarium ... ceremonias nouis Equitibus à Principe eligendis, feſto Annunciationis Deiparæ die, celebrari voluit, legibus iti-

Hier. Ruſcellus in Emblemat.

Symbolum ordinis & collare.

Philibert. Pingonius in deſcript. Aug. Taur.

Lamb. Vander Burchius in Rebus Sabaudicis.

Iulianus Taboet de Rep.

Digitized by Google

Phil. Pingonius in Deſcrip. Auguſt Taurin.

dem ab Amadeo primo Sabaudiæ Duce poſtmodum auctis, iuxta tabulas ea de re anno 1434. conſcriptas. Igitur & auctor ipſe primis huius ſodalitii auſpiciis in equeſtrem catalogum ſe nuncupans, alios quatuordecim primæ nobilitatis viros, quibus ipſe præſideret, in honorem XV. myſteriorum ſacratiſſimæ virginis connumerauit, ſtatutaque variis inſcripta libellis, quæ à Franciſco Sanſouino in Originibus recitantur, vna cum tot que ſingulis donari iuſſit. Primique præter ordinis conditorem, commilitones fuere *Amadeus Geneuæ Comes, Antonius Beauenſius, Hugo Chalonius Arlaii* regulus, *Almondus Geneuenſis, Ioannes Viennenſis* Franciæ archithalaſſus, *Guil. Granſſonius, Guil. Chalomonius, Rolandus Verſius Borbonius, Stephanus Baumeus nothus, Gaſpar Mommeurius, Barleus Foraſius, Theunardus Menthonius, Amadeus Bonnardus, & Richardus Muſardus.*

ORDO EQVITVM VELLERIS AVREI apud Burgundos & Auſtriacos.

PHilippus cognomento Bonus Dux Burgundiæ, iure meritiſſimo auctor magnitudinis Burgundicæ, imperiique Belgici conditor nuncupatus, præter varias virtutes, quæ illum principem exornabant, quæque Boni nomen viuo, mortuoq; dederunt; tum iis rationibus res ſuas tuebatur, vt opes ſine ſubditorum iniuria ampliſſimas ſibi compararet, iis ſplendidiſſime ad retinēdas hominum voluntates legatis ſuſcipiendis, peregrinis Principibus ſubleuandis, amicis colendis, ludis conuiuiiſq; magna cum laude vteretur. Eo in genere fuit hoc auguſtiſſimum Aurei Velleris collegium, quod ſuis cum Eliſabetha Ioannis Luſitaniæ Regis filia nuptiis, menſe Ianuario An. 1430. Brugis Flandrorum inſtituit, propter amorem (vt ait in diplomate ea de re condito, & à Ponto Heutero & Florentio Haræo recitato) erga nobilem ſtatum & ordinem dignitatis Equeſtris, ad gloriam omnipotētis creatoris & redemptoris, laudemq; virginis eius matris, & ad honorem domini S. Andreæ

Philippus Cominæus lib. 7.

Rerum Burgund. lib. 4. De initiis Tumultuū Belgic. lib. 1.

Digitized by Google

S. Andreæ glorioſi Apoſtoli, & martyris ad exaltationem
fidei, & S. Eccleſiæ, & excitationem virtutũ, & bonorum
morum. Exemplo vtiq; Gedeonis fortiſſimi Iſraelitarum *Lib. Iudicũ*
Ducis, cuius hiſtoriam de vellere ſicco, rorulentoq; ſe ſpe- *cap. 6.*
ctaſſe innuit Philippus, tapetibuſq; illis antiquiſſimis (qui
ab eius vſq; ætate in ordinis huius anniuerſariis & B. An-
dreæ Apoſtoli feſto die in ſacello Principum Belgii ſpe-
ctandi exhiberi ſolent poſteritati teſtatum reliquit. Et ſunt *Arnold.*
qui Chryſomalli, ſiue aurei velleris inſigne inſtitutum iam *Mermannus*
olim in ſacra Thebæorum Legione floruiſſe contendant. *in Theatro*
In hoc porro ſodalitium viros nobiles, vita, nomine, ar- *ſuo.*
miſque, vt loquitur ordinis præſes, irreprehenſibiles pur- *Laurentius*
puratos accenſuit, quorum ipſe atq; ſucceſſores coryphæi *Cuperus in*
eſſent; quibus ſingulis togam coccineam laneam (quam *rebus Belgi-*
filius Carolus Audax Valincenenſibus comitiis in holoſe- *cis.*
ricam commutauit) & aureum torquem inſerto paterno
emblemate, ignitabuli ſcintillas ex ſilice extundentis ſpe-
cioſum attribuit, vnde vellus aureum dependet, poſt cu-
iuſque mortem rediens ad collegium, vt alii bene merito *Collare &*
offeratur. Quem torquẽ Claudius Paradinus, ita quidem *ſymbolum ordinis.*
eſt interpretatus, vt ſilicibus ferroque adſcriberet, *Ante* *Franc. Roſe-*
ferit quam flamma micet Velleri *pretium non vile laboris.* *rius tom. 7.*
Quatuor primæ dignitatis officiarii, Cancellarius, (cuius *cap. 109.*
munere meritis ſuis hodie decoratus Antonius del Valle)
Theſaurarius, Rex armorum & ſcriba collegio ſubmini-
ſtrant.

In quo, huius ordinis Equitum, ex prælio illicitæ fugæ, cæteraq; crimina, ac ſi quæ inter ipſos ſunt diſſenſiones, diiudicantur, abſq; provocatione. Illo rerum bene geſtarum nobili præmio, & gerendarum incitamento ſplenduerunt omnium primi, præter Philippum collegii caput, auctoremque proceres, hiſce cognomentis dynaſtiiſque, & hac ſerie: *Guilielmus Viennius* S. Georgii & S. Crucis Dominus, *Reynerus Pottus* Dominus Rochenſis, *Ioannes Robarſu* Dn. *Rolandus Vutkercanus*, Hemſrodenſis & Herſtallenſis, *Antonius Vergiius*, S. Martini Comes, *Dauid Brimæus*, Li-

gnienſis Dominus', *Hugo Lanoiius* Santenſis: *Joannes Cominii* Dominus: *Antonius Tholongionus*, Tranenſis, Burgundiæ Mareſcallus, *Petrus Luxenburgius*, S. Pauli Comes, *Ioannes Trimolius*, Ionuellenſis Dominus, *Guilbertus Lanoyus*. Willeruallenſis, *Joannes Luxenburgius*, Lignii Comes: *Ioannes Villerſius*, Liladamenſis Dominus, *Antonius Croii*, & Rentii Dominus, *Florimundus Brimeus* Maſincurtius: *Robertus Maſſemea* Dominus: *Jacobus Brimeus* Grinyenſis: *Balduius Lanoiius* Molenbaiſenſis: *Petrus Beffromontius* Charnyenſis: *Philippus Ternātii* Dominus; *Ioannes Croiius*, Tourenſis ad Marnam fluuium: *Ioannes Crequii* Dominus: *Ioannes Neufchaſtellius*, Montis acuti Dominus. Enimuero initio Philippus Brugæ aurei Velleris collegio hos XXV. inſeruit ſeſe annumerans, deinde tertio poſt anno, Diuione, xxxi. Equites ad explendum numerum iuxta formulam primæ inſtitutionis. At Carolus poſtea V. eo nomine Cæſar, ob varias prouincias & regna quæ poſſidebat An. 1516. Ordinis Comitiis Bruxellæ celebratis numerū vnius & quinquaginta Equitū eſſe voluit. Siue itaq; hoc Philippi fuit conſilium, Vellus Gedeonis præ oculis habentis, ſiue ad ſplendorem quem ſpectabat, accommodate, quoſdam, vt Iupiter, ſic maiorum, minorumq; gentium Deos, quibus imperaret, habere cupiebat; ſiue contra Gallos nouis ſe ſocietatibus atq; amicitiis firmaret: ſiue Iaſonis exemplo Argonautas legeret, quibuſcū vti ille in Colchida Velleris rapiendi ergo ad Aetem: ſic in Syriā in Turcas proficiſceretur: ſiue quæ alia fuit huius conſilii ratio, magno hominum applauſu res eſt excepta, multaq; ad ordinem cohoneſtandum decora ſunt adhibita. Quibus rebus id eſt effectum, vti magna omnium admiratione ordo coleretur, ſæpiuſq; à Philippo inde à Carolo Senatus noui ordinis haberetur. Carolo mortuo cum in gentē peregrinā Mariæ matrimonio res tranſiſſet, tum id hominum ſermonib. eſt quæſitum, ad Archiducemne, an ad Ludouicum XI. ius collegii tranſiiſſet? Iam enim Burgundiæ Ducatum Ludouicus occuparat, nec niſi ad

Petrus à S. Iuliano in Orig. Burgund. c. 28.

Burgun-

Burgundiæ Duces iuxta inſtitutionem ſpectare ea ſocietas dicebatur: Maximilianus cõtra iniuria auferri ſibi eum ducatum querebatur. Ne itaque exiſtimationis apud ſubditos naufragium faceret, huius ſe collegii principem Maximilianus profeſſus eſt, Creuecurium, Portiumque, quod Maria deſerta ad Ludouicum trãſiiſſent, aurei Velleris inſigni adempto, infamiaque damnatos Senatu mouit, nouoſque in eum ordinem equites ſubrogauit. Atque adeo Maximiliani exemplum ſecuti Auſtriaci ſucceſſores, hoc inaurati Velleris inſtitutum, ſæpius hodieque frequentãt: poſtremoque ordinis cõuentu ſeu capitulo, vti loquimur Gandaui habito, Philippo II. Hiſpaniarum Regi ordinis Principi, auctoritate Summi Pontificis Gregorii XIII. & Philippo III. conceſſione Clementis VIII. facultas facta eſt, Equites (qui fere ex primariis ditionum ſuarum proceribus ſelecti, & quos vulgo in Hiſpania *Grandes* vocant, quod tecto capite ſingulari honoris prærogatiua coram Rege apparere ius eſt) etiam extra capitulum adlegendi, aliaque multa pro arbitrio ordinandi, non obſtantibus conditionum capitibus, quibus dicti ordinis princeps, Equiteſque obligantur: quæ ſunt numero 94. & quoniam vbique obuia apud Principes, aliaſque dignitatis equeſtris peramantes, eoque apud nobiliſſ. virum Henricum Halmalium antiquæ ſtirpis Equitem Antverp. ſæpius vidimus, ſtudio omiſi, ne prolixitate rei lector obtunderetur: cætera nempe apud auctores copioſius paſſim inuenturus. Guilielmum in primis Filiatrium Epiſcopum Tornacenſem, Ioannem Funccium huius ordinis Cancellarios, Ioannem Meyerum, Franc. Harduinum, Aluarum Gomeſium de Mendoza, Alfonſum de Sancta Cruce Coſmographum regium, Franciſcum Sanſouinũ, ſtatuta ordinis Aurei Velleris Garterii, S. Michaelis, Annuntiationis, Bandæ, cæterorumq; ex autographis recitãtem, Franciſc. Guicciardinũ, qui ſeriem Equitum ad noſtra vſq; tempora enumerat; nec non Guilielm. Mennentium parentẽ meum pię mem. qui de hoc ordine opus edidit ſingulare, & Illuſtriſſi-

mo Principi Carolo Duci Arſchotano & Croyo inſcripſit.

Equites Cygni & eorum inſignia.

Richardus Walleburgenſis in antiquitatibus Belgicis, meminit vetuſtiſſimæ militiæ Cygni nomine illuſtris, per Saluium Brabonem (à quo Brabantiam dictam volunt nonnulli) excitatæ, quod ordinis ſui commilitonibus eius alitis inſigne, in concordiæ & ſocietatis firmiſſimæ ſymbolum attribuerit.

ORDO EQVITVM HYSTRICIS, apud Aurelianenſes.

In ſymbolis Heroicis.

CArolus Dux Aurelianenſis & Rex Franciæ eo nomine VI. imitatione ſiue æmulatione Philip. Ducis Burgundiæ, ordinem inſtituit Hyſtricis, in quem genere & factis nobiliſſimos adlegens proceres, baltheo equeſtri aureo cum Hyſtrice & ſymbolo *Cominus & Eminus*, vti tradit Paulus Iouius, inſcripto, pleroſque condecorauit. Enguerrandus etiam Monſtreletus narrat Philippum Burgũdiæ Ducem menſe Nouemb. 1440. ordinis ſui ſignum Carolo Aurelianenſi ex Anglia reuerſo (vbi captiuus fuerat, per annos 25.) tradidiſſe cum Mariam Cliuenſem Ducis Burgund. materteram duxiſſet recens, & viciſſim Aurelianenſem, monile ſui ordinis, vbi erat Hyſtrix, illius collo indidiſſe. Ludouicus deinde eius frater Gallorũ Rex XII vti Dux hæreditarius Aurelianenſis, ac proinde Bloſiorum Comes, ſymbolũ hoc *Vltus auos Troiæ*, ab Hyſtrice, cui corona ſuperimpoſita erat, ſibi adſumpſit, & numiſmata Regia Hyſtricem paſſim inſculptam præferunt, quæ & vna cũ lupi coniuncta effigie, vetus Bloſiorum ciuitas inſignia ſua antiquitus figurare ſolita eſt, viſitur hoc animal pleriſque lapidibus ac Porticibus inſculptum, quod natura tam ſtudioſe armis inſtruxit, vt prouocantes cominus & eminus arceat, præſertim aduerſum canes, aculeos ſuos ſagittarum violentarum inſtar, eiaculans. Huius ſymboli interpretationem (quam ordinis fundator ſequutus eſt) declarant magnificentiſſimæ cuiuſdam ciuis in illa ciuitate ædes, ad quarum frontiſpicium ſub Hyſtrice lapidi inſculpta diſtichon adſcriptum eſt.

Collare ordinis.

Ioachimus Camerarius in Emblematibus ſiue ſymbolis.

Plin. lib. 8. c. 35. natural hiſtor.

Spicu-

Digitized by Google

Spicula ſunt humili pax hæc, ſed bella ſuperbo.
*Et * ſalus ex noſtro vulnere, nex q; venit.* * Rectius vita.

Quod quidem & in Erynacco, ſiue Echino, (ex cuius genere Hyſtrix apud Plinium numeratur,) ſignificatum æmulatus videtur dictus Carolus, vt per Hieroglyphicum eius hominem ab inſidiis, periculis, ac cuiuſcunq; fortunæ caſibus tutum oſtentaret. Siquidem is periculis euitandis ingenio naturaque munitus, ſimulatque ferarum ſe impetentium odorem, latratumue ſenſerit, in orbem ſeſe colligit, roſtro pedibuſque intrinſecus teſtudinis more contractis, tergore omni pilę inſtar conglobato, ſpiniſque quibus vndecunque munitus eſt, ad incolumitatem erectis, otiatur; cōtactum ſuum omnibus formidabilem reddens. Ad hæc autem reſpexiſſe videtur Horatius, cum ſe ita contra fortunæ impetum præparatū ſcribit, vt ſua inuolutus virtute tutus ab eius iniuria fiat. Ita enim inquit.

Fortuna ſæuo læta negotio
Ludum inſolentem ludere pertinax,
Tranſmutat incertos honores,
Nunc mihi, nunc aliis benigna:
Laude manentem ſi celeres quatit
Pinnas, reſigno quæ dedit, & mea
Me virtute inuoluo, &c.

ORDO EQVITVM CARDVI B. VIRginis Mariæ apud Borbonios.

LVdouicus II. Borboniorum Dux cognomento Bonus Petri I. qui in prælio Pictauienſi ſub Ioanne Gallorum Rege cecidit, filius; poſtquam operam ſuam difficillimis regni temporibus eidem Ioanni, Carolo V. & VI. Regibus, contra Anglos alioſque regni potentiſſimos hoſtes probaſſet, exercitum in Africam pro Chriſti fide duxiſſet; exortis Aurelianēſium, & Burgundionum in Gallia factionibus, quibus regnum pene peſſum datum eſt, cum fami-

Digitized by Google

lia Burgundica Velleris aurei inſigne, Aurelianenſis vero Hyſtricis erexiſſet; ipſe, quo potentiam ſuam maiorum, & propria virtute quæſitam in auxilium pupillorum Caroli Ducis Aurelianenſis, Philippi Comitis Eboracenſis & Ioannis Angoliſmorum Comitis contra Burgundum, ob necem nepotis ſui Ludouici Ducis Aurelianenſis firmaret, Ordinem Equeſtrem Cardui D. Virginis inſtaurauit, Collare aureum, ſiue argenteum ex liliis, & quatuor foliis aut floribus cardui, crucem in eodem ſtatuentibus; cum inſcriptione *Eſperance* ornamento datum: iis nimirum qui ob egregia in Borbonium nomen merita, illuſtres haberentur. Cuius Sodalitii corypheum, & caput, Dux ipſe ſe nuncupauit, dictoque baltheo arma gentilitia in campo, argenteo & rubeo inſigniuit, qualia antiquis rerum ſacrarum aulæis intexta, in opido Claromontano, quod Comitatus nomen Borboniæ genti dedit, exhiberi teſtatur Petrus Beloiius; innumeris ſcilicet liliis cum filo illo, vti ſolet, & dicto *Spei* ſymbolo reſperſa. Omnes enim Francorum, Burgundionum, Auſtraſianorum, Germanorum, cæterique ex Francico ſanguine Principes cyaneo in clypeo liliis, indefinito numero pro inſigni vſi fuere, vſque ad Caroli Sexti tempora, qui primus, vti Genebrardo placet, tria tantummodo lilia in ſcuto expreſſit: quod & alii Regii ſtemmatis Principes exinde imitati. Eodem torquis inſigni & Ratiginienſium Dominorum, qui Borboniorum Principum ſummi Venatores ſemper habiti, arma exornata viſuntur. Quo quidem Spei emblemate, carduis & liliis adtextis, animi ſui magnitudinem contra omnes fortunæ impetus expreſſiſſe videtur ordinis huius conditor. Vnicaulis enim carduus ſimul ac ſcolymon in calicem apparuerit, florem purpureum mittit, inter medios aculeos celeriter caneſcentem, & abeuntem: cum aura perinde ac ſpes noſtræ plurimum euaneſcunt, vt minima quaque de cauſſa homines plerumque concutiantur. Nonnunquam tamen quædam animæ proficientis rudimenta indicat, cuius Hieroglyphici primas flos lilii omniū con-

Collare ordinis B. Mariæ.

Borboniorū inſignia.

Franciæ inſignia.

Digitized by Google

conſenſu facile obtinet. Hic in antiquorum monumentis cum inſcriptione *Spei*, lilii potius figuram, quam alterius cuiuſquam floris ſpeciem oſtentat. Nam in nummo Imp. Alexand. Pii Aug. ab altera facie Dea Lilium dextera prætendit; cuius inſcriptio eſt, *Spes publica*. Eadem inſcriptio cum lilio manu Deæ prætento, in Imp. Æmyliani nummis habetur. Nuſquam vero frequentius, neque manifeſtius hæc lilii facies pro *Spe* ponitur, quam in Imp. Claudii P.I. in quibus Dea ipſa pallam læua ſuſtinet; dextera lilium prætendit, cum inſcriptione, *Spes publica:* Et in Ti. Claudii nummis, eodem geſtu Dea, palla quippe ſublata, lilioque dextera porrecto, cum litteris, *Spes Augusta*. Eodem ſtatu, habituque in Hadriani nummo, Dea Lilium prætendit cum inſcriptione, *Spes P.R.* Quam quidem ſpem, hodieque de Gallorum Rege Ludouico XIII. Borboniorum & Gallici Imperii lilio anguſtiſſimo conceptam, moderante res Regina parente, exemplo Mammeæ ſub Alexandro; Helenæ, ſub Conſtantino, Blancæ ſub S. Ludouico, quæ pietate & iuſtitia, ac rara externarum rerum felicitate, abundantia, & publica ſecuritate tempora ſua illuſtrarunt, feliciſſimos Reipublicæ Chriſtianæ allaturam ſucceſſus, boni omnes augurantur. Accedente maxime firmiſſimo connubiali & amicitiæ vinculo. Quod veluti ſacrum & indiſſolubile ab omni æuo inter Francorum & Caſtellanorum Reges nexum prædicat Philippus Cominæus. *Lib. 2. cap. 8.*

ORDO EQVITVM CARDVI ET RVTÆ ſancti Andreæ in regno Scotiæ.

REges Scotorum, vt ex ſacris ipſorum ſcriniis loquitur Ioannes Leſlæus Epiſcopus Roſſenſis, S. Andream *Lib. 5.* Apoſtolum regni tutelarem Diuum iamdudum agnoſcunt; idque à temporibus Hungi Pictonum Regis, cui hoſtes oppugnaturo, ſcribunt lucidam cœlo apparuiſſe crucem, illius inſtar, in quam ipſe Apoſtolus ſublatus pro Chriſti nomine mortem oppetiit, victoriamque cæſo Athelſtano (nomen, pugnæ locus, hac noſtra ætate retinet,

ab Anglorum cæſo Rege *Atheſtain* dictus) conſecutum, atque vt tantæ victoriæ mnemoſynon, nulla vnquam vetuſtate deleretur, effigiem illam Crucis in armis, & inſignibus efformatam contra hoſtes deinde geſtauit, quod & Scotiæ Reges in rei geſtæ fidem etiamnum religioſe obſeruant: Hinc originem traxiſſe creditur Ordo equeſtris D. Andreæ, Cardui titulo in Scotia nobilis; cuius inſigne, ſeu collare ex carduis confectum præferunt gentilitia Regum arma, nummique hoc addito elogio, *Nemo me impune laceſſit.* Aſperum quippe virgultum carduus & aculeis armatum, & quod difficulter manibus arte ctare poſſis ſine doloris compunctione, quod frangas potius, quam minimum flectas. Fuit autem huic militiæ baltheus aureus ex floribus cardui, orbicellis aureis ſeu nodis rubeſcentibus innexi compoſitus, & infra præferens imaginem S. Andreæ, martyrii crucem decuſſatam ante ſe geſtantis. Inſignia vero quæ dicto baltheo ornantur, leonem rubeum, primum & antiquum Ferguſii Regis inſigne, prætexta cerulea duplici tractu rubeo, contrapoſitis liliis conſita, circumdata, in ſtamine aureo oſtentant: ictumque Caroli Magni fœdus, cum Scotis & Achaio eorum Rege, quod in hunc vſque diem religioſe perdurat, coniunctis duorum Regum armis, indicant. Addidit ille Carolus coronæ Scoticæ (quæ antiquitus forma erat valli militaris) circo quattuor lilia aurea, quattuor cum ſalutiferæ crucis aureis ſignis, paribus interuallis diſcretis, liliis paulo eminentioribus; vnde Scoticæ gẽtis, Chriſtianæ Religionis inuiolatæque fidei obſeruatio omnibus dignoſceretur. Inſtitutionem huius ordinis nonnulli referunt ad tempora Caroli VII. Francorum Regis, quibus Scoticum fœdus ob egregiam deſperatis Franciæ rebus nauatam operam, Regumque Franciæ veterem ac fidam in omne Scotorum nomen beneuolentiam, renouatam ferunt, Scoticaque inſignia Gallicis aucta volunt, quod iam à Carolo Magno obtinuiſſe abunde enucleauimus.

Hector Boetius lib. 10. Ioach. Camerar. in ſymbolis.

Collare ordinis.

Idem lib. 2.

Inſignia Regum Scotiæ.

Corona Regum Scotiæ.

Fuit

Fuit & Regibus Scotiæ Sodalitium Equitum vulgo *Sertum Rutæ* nuncupatum, cuius inſigne, vti & Regiis armis circumuolutum viſitur, fuit torquis ex duobus rutæ ramulis, ſeu foliis innumeris, cui inferius effigies D. Andreæ cum cruce annexa eſſet, fabrefactus. Mirari itaque ſæpe ſubiit Ioannem Leſlæum diligentem alioquin rerum Scoticarum ſcriptorem nullam aut exiguam harum inſtitutionum feciſſe mentionem. Cum tamen Regum inſignia ab Achaio, vſque ad modernum Iacobum VI. (qui Cardui florem cum Roſa Anglicana, id eſt, Scotiam cum Anglia ſub nomine Magnæ Britanniæ, vti in nummis eius prætenditur coniunxit,) Cardui floribus effigieque Andreana exornentur. Et Iacobus V. Scotorum Rex, militiæ & Religionis Catholicæ propugnator acerrimus, collari ex foliis Rutæ ſeu Cardui confecto, & S. Andreæ imagine inſignito, conſpicuus apud eundem auctorem exhibeatur. Quem quidem Regem alios quoque externos primoſque regni ſui nobiles, more inter Principes recepto, Andreano ſuo inſigni cohoneſtaſſe haud dubio colligi licet ex eo, quod & ipſum potentiſſimi quique Chriſtiani orbis monarchæ Carolus nempe V. Imper. Aurei Velleris, Francorum Rex, Conchyliati ordinis, Henricus Anglorum Rex Periſcelidis torque decorarint. Quorum ordinum ſolennia feſta ſtatis diebus Rex ipſe Iacobus pompæ magnifica celebritate obiuit, in quibus quoq; ſingulorum ordinum inſignibus ſplēdere voluit, vt ipſi Principes, à quorum beneuolentia ipſa ornamenta manarant illa non male collocata aut quocunque modo obſcurata, verum ipſius animi grata ſignificatione, pompæ celebritate aucta, arbitrarentur. Cuius rei vt luculentius ſignum toti poſteritati eluceret, inſignia Regia in porta Lithcoenſis palatii figenda, ſingulaque ordinum ſingulorum, ſimul ac D. Andreæ ornamenta (quæ, vt dicto Leſlæo placet, ſunt Scoticæ gentis propria) exquiſita artificii laude circumplicanda curauit.

Equites Rutæ, & eorum baltheus.

Lib. 9.

ORDO EQVITVM S. MARIÆ SIVE *Elephanti in regno Daniæ.*

EST in Dania, (quæ veteribus Cymbrica Cherſoneſus dicta) Ordo militaris Elephanti Equitum, Diuæ Virgini dicatus, quibus pro teſſera eſt torquis aureus ex elephantis, caſtella tergo ferentibus, & calcaribus, quæ Equitum proprie ſunt inſignia, interpoſitis connexus, appenſa inferius effigie Dei matris radiis ſolaribus circumdata, cui rurſus orbicellus aureus tribus clauis inſignis, certoque litterario emblemate inſcriptus, ſymbola omnia Chriſtianæ pietatis, & Equeſtris dignitatis annectuntur. Cuius quidem inſtituti leges & à quo conditas, reſcire hactenus non eſt datum. Vidimus tamen non raro Regum Danorum inſignia, (quæ tres leones viridis coloris, Leopardos feciales nuncupant, in campo aureo lacrymis ſanguineis, ſeu cordibus humanis ſeminato, præferunt) eiuſmodi cingulo ſeu torque, vti hic exhibemus, exornata, & apud armorum Reges tali facie, inter Principum inſignia eſt reperire. Fecit & nobis copiam aurei nummi Franciſcus Bergius vir munditiæ & elegantiæ in omni vita aſſuetus, & inſigni nummorum antiquorum ſupellectile, aliiſque priſci æui monumentis inſtructus, quo in puluere viri Principes, vti quondam Illuſtriſſ. Princeps Carolus Dux Croiius, & Arſchotanus & etiamnum nobiliſſimus vir Nicolaus Roccoxius non tam ſplendore natalium quam conſulari Antverpiana in vrbe dignitate multiſque virtutibus clariſſimus aliique deſudant heroes. In cuius nummi antica parte videre licet effigiem moderni Regis Daniæ cum hac inſcriptione, *Chriſtianus IV. D. G. Dani. Nor. Va. Go. Rex.* præfert enim is in publicis tabulis Daniæ Norvegiæ Wãdalorum & Gothorum Regis titulum, ab altera vero *Dux Sleſu. Holſ. Storm. & Ditmarj Comes in Olde & Dela.* cui præter tredecim diuerſorum regnorum & principatuum imperii Danici expreſſorum inſignia inſunt arma gentilitia, Daniæ cruci, cui Elephas ſubeſt, ſuperpoſita. Similiſq; alius

Inſignia Equitum Elephant.

alius eſt nummus eadem ſerie, etſi mutato ordine, cum elephantis caſtello onuſti ſymbolo, præferens inſignia. ex quibus conſtat ordinem elephanti non infimo apud Danos loco cenſeri, & parentem dicti Chriſtiani Tertii eius conditorem aſſerunt. Huc facit, & cuius Hieronymus Henninges meminit in Theatro ſuo genealogico, vbi inſignia regni Daniæ hoc ordine & collari, quod Elephantem cum caſtro appenſum prætendit, condecorata, Chriſtierno IV. Regi conſecrat dedicatque. Nec mirum Elephantis ſymbolum à Regibus Daniæ huic ordini cohoneſtando adſumptum, cum ſummis virtutibus nobile hoc animal ab antiquis prædicetur, & quod proxime ad humanam rationem accedat, fortitudine ſcil. militari, prudentia, & fulcro imperiorum; Religione, quæ non niſi in hominem cadit, clementia Regia, quæ Cæſarem Deorum adſcripſit numero; Auguſtum conſecrauit. Pio cognomentum dedit, clementiſſ. Impp. Maximino, Balbino, & Gordiano ſtatuas cum Elephantis decreuit: Ad hæc Ægyptii Regem, per Elephanti ſimulacrum intelligebant, non ea tantum de cauſſa, quod cum gregatim ſemper ingrediantur; is, qui maximus eſt natu, gregem ducit, quod in regibus eligendis multarum nationum & gentium mos fuit, vt id muneris ſenioribus demandaretur. Hinc apud Hebræos Seniores, apud Athenienſes Palæologi, apud Romanos Senatores rerum habenas moderare ſoliti: verum propterea quod habet hoc animi regii peculiare, vt genua non flectat, adeo notabiliter, vt animalia reliqua, calcaneũ vero leuiter incutuet: nam genua non flectere dubio procul oſtendit ſupplicabundum non eſſe, flectere vero calcaneum, humanitatem, qua maxime præditus eſt, indicat.

ORDO EQVITVM CYPRI.

LVſinianum nobile iuxta ac potens in Gallia opidum fabuliſque Meluſinæ à poetis Gallis decantatæ notiſſimum, illuſtriſſimæ genti (quæ tot Reges ac Principes orbi Chriſtiano, Hieroſolymis ſcilicet Armeniæ ac Cypro denique protulit) nomen dedit, vt prodit in Hiſtoriis *Iac.*

Aug. Thuanus. Huius familiæ auſpiciis (à quo Principe aut tempore nondum comperi) initium datum, tradunt nobiliſſimæ militiæ ſeu ſodalitio Equeſtri, *Cypri* nomine nuncupato. Fuitque ei pro inſigni collare ſeu baltheus equeſtris, aureis literis maiuſculis S. exornatus; intercurrétibus laciniis aureis, quibus inferne appendebat gladius, lamina argentea, capuloque aureo inſignitus, & in gyrum circumplexum ſymbolum Gallicum, *Pour loyauté maintenir*: ac ſi conditor illius innuere vellet, *Pro fide ſeruanda* nullum inter commilitones generoſi animi officium prætermittendum eſſe; adeoque gladio vindicandum. Per literam autem S. quæ ſilentii apud Romanos nota fuit, ſecretum ſocietatis & amicitiæ ſimulachrum, indiuiduamque pro patriæ defenſione Societatem denotari. Tali autem baltheo exornata viſuntur gentilitia Luſinianorum arma, quæ quadripartita regni Hieroſolymitani, Cypri, Armeniæ, & Luſignianæ familiæ inſignibus interſtincta eſſe alib docuimus. Vide Stephanum Luſignianum, qui 67. familiarum è ſtirpe Luſigniana deſcendentium, genealogiam concinnauit.

Torquis Equitū Cypri.

Inſignia Luſignianorum

ORDO MILITARIS COLVMBÆ ET Rationis apud Caſtellanos.

IOannes I. Caſtellæ Rex, quo auctore apud Hiſpanos ſupputandi ratio, (eam quam *Eram Domini*, aut *Eram Cæſaris* ab Octauiani Auguſti ætate, tum in hiſtoria, actionum formulis, atque priſcis cōuentuum eccleſiaſticorum actis; tum priuatim in ſermone familiari dicere conſueuerunt) Anno ſalutis 1383. antiquata eſt, atque ad Chriſti ortum reuocata, quod paulo ante fecerant [a] Valentini. Non multo poſt imitati ſunt [b] Luſitani exemplo aliarum prouinciarum, vti Iuſtiniani Imp. ætate, Dionyſius Abbas Romanus, ſublatis aliis ſupputandi rationibus excogitaſſe primus atque inuexiſſe in Rempublicam Chriſtianam memoratur. Is, inquam, Ioannes paulo ante vitæ finem

Annos ſupputandi mos

a 1358.
b 1485.

nem anno 1390. Inſigne equeſtre excogitarat, Columbæ effigiem ex aureo torque radiis ſolaribus diſtincto, pendentem, nobilibus, aulicisque proceribus ad præclara facinora Henrici II. aui exemplo, honoris ſpecie obiecta, incitamentum. Cuius generis plura collaria Segobiæ ipſo D. Iacobi feſto die, in vrbis templo maiori ſolenni ritu ex altari arripiens, inter Equites diſtribuit, ſimul & librum conſtitutionum, quibus ſinguli adſtricti eſſent, exhibuit. *Ordo Equitũ Columba & collare.*

Inſuper & aliud honoris inſigne, cui *Rationis* nomen dedit, armigeris & minoris notæ nobilibus, qui in haſtiludiis aliiſque bellicis exercitiis ſtrenue ſeſe geſſiſſent, certa hinc gloriæ reportandæ ex re fortiter geſta, hinc beneuolentiæ, gratiæ ac munificentiæ à Principe conſequendæ ſpe, promerendum propoſuerat. Verum morte eius intempeſtiua, quę in eundem annum incidit, vt Ioannes Mariana lib. 18. cap. 13. & Hier. Romanus lib. 7. de Repu. tradunt, res priuſquam ſtabiliretur, euanuit. *Ordo militũ Rationis.*

MILITIA ORDINIS DRACONICI in Germania & Hungaria, Tuſini in Bohemia, Diſciplinarum in Auſtria.

POſt Carolum Magnum, qui imperium occidentale maxima nominis Chriſtiani gloria reſtaurauit, & in Regum Franciæ familia primo fundatum, ad Germanos, atque adeo Saxones, quod à Regibus Francorum originem ducerent, tranſtulit, id rurſum Lucemburgii ſumma virtute Principes, per domeſticas calamitates debilitatum, erexerunt, priſtinamq; maieſtatem reddiderunt: Henricus nempe VII. & eius nepos Carol. IV. aureæ bullæ conditor, Caroliq; filii Wenceſlaus & Sigiſm qui omnes magni nominis Imperatores ſceptro potiti. Quorũ poſterior Sigiſm. adeo ſtudioſus fuiſſe legitur magnitudinis Chriſtianæ, vt nõ ſolũ pluſquã vicies collatis ſignis cũ barbaris pugnauerit, glorioſiſſimoſq; de hoſte triũphos reportarit: ſed & zelo & hortatu eius duo œcumenica conſilia vnũ Conſtãtię,

Digitized by Google

alterum Baſileæ, extirpando ſchiſmati & hęreſi valide orbem Chriſtianum præſertim Hungariam & Bohemiam concutienti, cęlebrata ſint. Itaque vt Chriſtiana ſacra contra infideles cõmodius tueretur, ac propagaret, erexit ordinem militum Draconicorum, quos inſigni Draconis deuicti & præcipitati decorauit, teſtandæ extirpationi periculoſiſſimi totius terrarum orbis monſtri, ſchiſmatis ſcilicet & hæreſeos. Cuius ordinis etſi rara apud hiſtoricos fiat mentio, Petrus tamen Beloius Præſes Toloſanus in originibus ſuis militaribus teſtatur ſe vidiſſe diploma ãni 1435. quo Baſtias Colalba, Marchio Anconæ in collegium ordinis Draconici hiſce verbis cooptatur; *Te quem manu propria militiæ cingulo & ſocietatis noſtræ Draconicæ ac ſtolæ ſeu ampriſiæ chariſſimi fratris noſtri Regis Aragoniæ inſigniuimus, &c.* Refert & Hieronymus Romanus ex hiſtoria Hiſpanica Regis Ioannis, tempore Sigiſmundi & Alberti Impp. floruiſſe in Germania tres inſignes ordines equeſtres, nec non Moyſem Diacum de Valera Hiſpanũ, probatæ fortitudinis equitem ab eodem Alberto, tribus militiæ inſignibus fuiſſe condecoratum; *Draconico* nempe, tamquam à Rege Hungariæ; *Tuſino* vt à Rege Bohemiæ; & collari *Diſciplinarum* aquila candida (quæ & Polonorum Regum in cãpo rubeo teſſera eſt) exornato, vt à Duce Auſtriæ. In rebus Hungariæ (cuius regni habenas inuictiſſimus Imp. Matthias hodie moderatur) fit mẽtio equitum Hungaricorum, quibus pro inſigni erat crux viridis, in habitu ſeu chlamyde coccinei coloris. Quem quidem ordinem ante annos ferme ducentos contra Turcas Hungariæ finibus incumbentes inſtitutum memorat Hieronymus Megiſerus Com. Pal. & Archiducis Auſtriæ Hiſtoriographus in ſuo, quem de Triplici Equitum genere, ſcripſit tractatu. Hungaricorum autem Equitum Crucis inſignia, vti & Templariorum S. Catharinæ, S. Stephani, S. Mariæ de monte Carmelo & S. Lazari, Auiſiorumq; aliorumque, gemina forma in fronte huius operis delineata omnium oculis exhibemus.

Inſignia Equitu Draconicorum.

Cap. 22.

Equites Tuſini in Bohemia.

Ordo Diſciplinarum in Auſtria.

Crux viridis inſigne Equitum Hungariæ.

part. 2. c. 16.

Inſignia Tẽplar. Equitũ S. Catharinæ S. Stephani S. Mariæ de Monte Carmel. & Auiſiorum.

ORDI-

Digitized by Google

ORDINES EQVESTRES IN Regno Sueciæ.

QVantam olim Reges ac Principes Gothorum de perpetu inda nobili fama ac bellica claritate curam habuere, arma, ſignaque, & clypei eorum illuſtribus locis inſculpta, ac poſteris relicta, euidenter oſtendunt: habetque Auſtralis Finlandia in magnifico portu Hangoe (locus qui Regibus Sueciæ belli inferendi aut pacis componendæ, quaſi arbiter eſſe ſolet) in cautibus vetuſtiſſima heroũ Gothorum ac Suenonum, inſignia, literato ordine, ſed antiquâ ſimplicitate inſculpta. Quod ad res magnas capeſſendas, viſis maiorum inſignibus (quod & Q. Maximus & P. Scipio ſæpius de ſeipſis olim teſtati) vehementiſſime ſibi animum ad virtutem accendi ſentirent. His antiquitus pro inſigni erant duæ virgines coronatæ, aureo veſtitu, ſeſe mutuo in virenti ſylua amplexantes, tamquam Dearum nympharũm excellentiam in ea regione oſtendentes. Poſteriori vero ætate, Suecorum Principes tribus aureis coronis in campo cœleſtini coloris, ob inſcrutabilem Dominiorum amplitudinem, magnifica bellorum geſta, & inexhauſtam metalli vbertatem, vſi fuere; exemploque aliorum orbis Chriſtiani Principum, militares ordines adſumpto Chriſtiano ſymbolo inſtituere. Quorum quidem alter torque aureo, quem cœleſtes Cherubim, & Seraphin, & cruces patriarchales, illius inſtar, qualis Regibus Hungariæ à Pontificibus in Regiis inſignibus attributa eſt. Deique effigies exornant, ſplendeſcere inter cætera Chriſtianorum heroum inſignia conſpicitur.

Ordo Equitũ Seraphicorũ.

Saluſtius de Bello Iugurt.

Olaus Magnus lib. 2. cap. 25.

Collare Equitum Seraph.

ORDO EQVITVM GLADII ET Balthei militaris

ALter in Suecia militaris ordo pro teſſera gladios aureos, militari baltheo inter ſe coniunctos, & acie ſanguinea commicãtes (quod iuſtitiæ, & militaris gloriæ quibus regna fulciuntur, inſigne eſt) prætendit. Seneca n. gladiũ bonũ eſſe dicit, non cui deauratus eſt baltheus, nec cui

Collare Equitum Gladii.

by Google

Epiſt.78. vagina gemmis diſtinguitur: ſed cui ad ſecandum ſubtilis acies, & mucro munimentum omne rupturus. Et vel ad conſummatam politiam hæc duo requiruntur, Calamus & gladius, puta deliberandis rebus conſilium & literæ; exequendis autem gladius. Inſignia autem quæ gladiferi huius ordinis ſymbolo condecorantur, in clypeo aureo vmbonem fuluo leone rubeſcentem, circum circa tres coronas regias, & totidem campanulas rubeas; in galea vero coronam muralem argenteam, criſtis ſeu plumis viridis coloris reſperſam binoſque ſupra gallos rubeos in vexillis argenteis decuſſatim poſitis, prę̨ferũt. Quæ præclara Chriſtianæ militiæ decora, mutata in iis regionibus Religione, in deſuetudinem fere abierunt.

ORDO EQVITVM SPICÆ APVD Aremoricos in Britanniæ Gallicæ Ducatu.

FRanciſcus I. huius nominis Britanniæ Dux, filius Ioannis V. & Ioannis IV. cognomento Conqueſtoris, primique Ducatus Britannici, in familia Montfortiana (quæ ſeriem ſuam à magno illo Euerardo Mommorantio, & ſtemma ducit) conditoris nepos: quod Reipublicæ intereſſe ſciret, vt ignauos & deſertores ignominioſe puniri; ſic virtute præſtantes viros honore affici, æquum eſſe: Nouum Spicæ ſiue Ariſtæ ordinem militarem, cum aui memoriæ renouandæ, tum nobilitati Britannicæ decorandæ, an. circiter 1450. inchoauit, cuius candidatos donauit torque aureo: ita fabrefacto, vt ex ſpicis frumenti, aliis alios ſubſequentibus in modum crucis, caudis retro cõuerſis, & nodos venerios, quos ab amoribus nuncupant, conficientibus Spiceam quaſi Cereris coronam, aut Arualium ſacerdotum referre videretur. Cui præterea in baſi Mus Ponticus, ſiue Alpinus candidus (Armenium nunc vocamus) colliculo viridi impoſitus, duabus catenulis aureis adhæreret: addito Ioannis Conqueſtoris Gallico emblemate *Ama vie.* generoſum vtiq; incontaminati & ſynceriſſimi animi

Torquis Equitũ Spicæ.

mi animi exemplar. Eſt enim hoc animal (quod Iulio Scaligero Muſtelæ genus eſt, & ob candicantis pellis raritates, Gallorum æſtimatione Principum ornamentum nobiliſſimum) adeo puritatis amans, vt teſte Plinio, cum fouearum ſuarum oſtia cœno illita conſpicit, ſe potius à venatoribus capi patiatur, imo nec ipſam mortem declinet, quam eo fœdari malit. Simili elogio vſa eſt Anna, nō ſemel Regina Franciæ filia nempe Frāciſci II. Britanniæ Ducis & Margaritæ Foxianæ, ex Gaſtone Comite Foxenſi, & Eleonora Regina Nauarræ genitæ. Cuius ſymbolum hodieq; oſtentat caſtellum Blæſianum, hoc dicto conſpicuum *Pluſtoſt mourir. Potius mori*, quod idem fere eſt, cum ordinis huius teſſera *A ma vie*, qui huius Reginæ matrimonio ad coronam Francicam delatus, finem cœpit. Anno enim 1555. inter Regem & Ioan. Broſſium, Stamparum Ducem, Britanniæ Gallicæ in Armoricano tractu præſidem, tranſactum fuit. Is à Carolo Blæſenſi genus ducebat, qui cum de Britanniæ principatu contenderet opibus Gallicis fretus, à dicto Ioan. Drocenſi, Monfortii Comite memorabili prælio anno 1365. 3. Kal. Octob. in Namnetib. cæſus eſt. Ab eo tempore Mōfortiani in ea regione rerum potiti ſunt, vſq; ad Annā memoratam Franciſci Ducis vnicā F. quæ Carolo VIII. primū, dein Ludouico XII. nupſit, quo ex matrimonio prognata Claudia, primogenita Franciſci I. Regis vxor fuit, adeoq; auia paterna Henrici III. & Franciſci Alenconiorū & Andegauenſium Ducis, ſub quo Ludouico Britānia coronæ Regiæ ex ordinū prouinciæ decreto ita vnita eſt, vt nullo caſu ab ea in poſterū alienari poſſet. Ceterū & auctor ordinis in ea fundatione ad Inſignia Britānica Arminiis nigris reſperſa reſpexiſſe videtur; & Robertus Cænalis credit Britanniā Aremoricam, ſiue Hermionicā dictam, ab Hermionib. populis, qui ſunt ripēſes, atq; adeo Oceani littorales: ita vt apud eos inualuerit vernaculū nomē *Hermine*, ſigno tn̄ aliunde tracto, nēpe ex cauda candida muſtelę, per vnicā vocabuli alluſionē. Et hinc etiā amplius contēdit Armoricos ex nominis occaſione, qua ſc. Hermiones dicū-

Ioannes Tilius de rebus Gallicis.

Lib. 2. de re Gallica periocha 6.

tur, per alluſionem quandam ſibi deſumpſiſſe, ea quæ geſtant inſignia, vulgo dicta *Hermines* caudis muſtelarum à natura inſita, coloris atri in area candida. Nam quæ de fictitio Arthuro, atque eius cum gigante in Lutetiana inſula confecto duello, deque cœlitus emiſſis inſignibus vnius tantum auctoris Monumetenſis ſingulari teſtimonio circumferuntur, ab omnibus paſſim auctoribus, pro commentitiis habentur.

ORDO EQVITVM LVNÆ CREſcentis apud Andegauenſes & Siculos.

SEcunda Andium familia, quæ inter alia potentiſſima Chriſtiani orbis dominia, Siciliæ imperio potita eſt: teſte Ioanne Iouiano, ſignum ordinis Equeſtris in brachio habuit creſcentem Lunam argenteam. Cuius militiæ principatum ſibi ac ſucceſſoribus primus ſumpſit Renatus Dux Andium, & Rex Siciliæ, Neapolis, & Hieroſolymorum: princeps vtique meliori fortuna dignus; ſiue eximiam erga Deum ac patriam pietatem: ſiue animi magnitudinem ſpectes, cum paucis comparandus. Is cum more inter Principes recepto ordinem Lunæ Creſcentis in D. Mauritii vrbis Andegauenſis baſilica erexiſſet, perſpectæ virtutis militibus torquem aureum Luna Creſcente (cui axioma illud *Los* vel vt Petro Matthæo Regis Galliæ hiſtoriographo placet *Loſen croiſſant*, Carolo VIII. poſtea perfamiliare ſymbolum inſcriptum eſſet) inſignem ſpectabili totius aulæ pompa per quam honorifice detulit. Exinde Paulus Iouius natũ credit illud Henrici II. *Donec totũ impleat orbem*, quia vere, *Cũ plena eſt ſit æmula Solis.* Et vero quoniã neminem in hoc ſodalitium adoptare fas erat, niſi primũ in pugna fortitudinis ſuæ ſpecimẽ dediſſet, prœliorum frequentiam, quibus interfuiſſet, ex bacillis, qui lacinia ſuſpenſi ad collum & annulo ſimul inſerti terminabãtur, colligere licebat. Eius auctoramenti primi fuere Ioan. primogenitus Renati Regis Dux Lotharingiæ, & Calabriæ, Vicecomites S. Ballorii, & Eſtagii, Bertrandus Beauenſis Dominus, Precignienſis

Torquis Equitũ Lunæ.

Franciſcus Modius in Coronatione Henrici II.

Digitized by Google

cignienſis & alii, quorum nomina & inſignia in dicta S. Mauritii baſilica (quę inaugurationis ſedes eſt habita) conſpiciuntur: & gentiliciis coloribus depicta, in ar. hiuis capituli religioſe adſeruari teſtatur Chopinus. Huius porro ſodalitii Equites, dictante Tilio, omnis fortunæ periculorumque inter ſe ſocii eſſe tenebantur, amici certi, adiutoreſque in omnem neceſſitatem, neque armis poterat alter alterum infeſtare. Verum præclariſſima Andium ſtirpe huius Regis morte exſtincta, pariter & nobiliſſimum hoc inſtitutum finem cœpit. Quæ cauſa fortaſſis, vt ordinis leges ſeu conſtitutiones non facile reperias, ſiue quod Andegauenſium hiſtoricus omiterit, ſiue quod Rex tot bellis implicitus, omnia pro nutu concepta, ad finem perducere non valuerit.

Noſtra vero ætate Illuſtriſ. Marchio de Tyrace ſpectatæ fortitudinis heros, vt Siculorum & Andegauenſium Principum præclara inſtituta renouaret, quo maior Turcicæ potentiæ fama increbreſceret: eo maiorem gloriam in præſens, nomen in futurum militarib. viris parari, glorioſiſſimæq; de barbaris victoriæ pręmium adpeti cenſeret; nouum Equeſtrem ordinem & ſignum militare apud Siculos inuexit. Cui non pauci nobilitatis primates & ſummi ſtemmatis adoleſcentes nomen dedere; quibus inflammandis inſtituit ille velut pancratium inquo gymnicis certaminibus tyrocinia belli agerēt, diſcerentq; in ludicra pugna veram pro Chriſto fortiter & imperterrite pugnare: eaque ratione Turcis cottidie imminentibus, non ſolum ad inſulam inuadendam, ſed Italiam proximam vaſtandā intercludere. De his plura apud Rodulphum Botereum, in magno Franciæ Concilio cauſarum patronum, lib. 2. ad ann. 1595.

Nouus ordo Equitum in Sicilia.

ORDO NAVALIS SIVE COCHlearis.

FVit priſcis ſeculis Francorum gens naualis & pyraticæ artis exercitatiſſima, ſi Latino Pacato, Sidonio Apollinari, ac B. Rhenano credimus. Placuitque genti, vt quam-

cunque ſibi regionem vrbis condendæ, quieti deligerent, hoc ſacro nautico honori & antiquitati memorabile ſymbolum nauis ampliſſimæ, dicaretur. Quod quidem ea ſorte inſignita incomparabilis & Regalis, Pariſiorum Lutetia ſibi vetuſto nomine vel in hunc vſque diem etiam vindicat. Neque vero abſurdum eſt, hoc ipſum illos à Gepidis, idem antea quoque vſurpantibus, per Germanicum Oceanum claris, vſurpaſſe; Regeſque deinde Francorum tot tranſmarinis expeditionibus ante alios præcellentes, ſibi quaſi proprium (vti in numiſmatibus S. Ludouici nauis & concharum inſigne videre eſt) reſeruaſſe, ſodalitiumque ſacræ cuiuſdam militiæ inſtituiſſe, quod nonnulla inſignia duas nigri coloris naues in campo aureo, ſimilemq; vnam in galea clypei exhibentia, & priuato cuipiam ordinis Cochlearis Equiti forte perfamiliaria paſſim oſtendere cernuntur, quibus præterea circumdatũ eſt collare aureum ex cochleis in ſinu ſemilunarũ rubei coloris collocatis fabrefactum. Quod nempe Reges ii ſæpiſſime glorioſiſſimas de barbaris triumphos reportarint, Imperiiq; Oriẽtalis ſigna, nocturno illo lumine ſplendentia, eripuerint. Illam enim ſemilunam Turcarũ (quod genti ſolenne militiæ ſignum; quaſi Romanis aquila eſt) originem à Byzantinis habuiſſe conſtat, teſte omnis antiquitatis vindice Iuſto Lipſio, qui primum illud apud nobilem virum Augerium Gisleñium Busbequium Legatum Byzantinum, & in aliis nummis obſeruaſſe tradit. In quorum ſcilicet parte Luna media eſſet, cum inſcriptione BYZANTIΩN. Itaque vt Athenienſium noctua, aliorum gentium aliud inſigne fuit, ſic Byzantiorum Luna, quam magnus ille Rex magno Chriſtiani nominis malo, in ſigna ſua tranſtulit ſignum victæ gentis, penes quam Orientis imperium eſſet. De hoc ordine conſulendus Ioannes Feronius qui catalogum ordinum Equeſtrium à Regibus Galliæ erectorum collegit, & ad nobilitatis Francicæ decorem, Principum virorum manibus non indignum reliquit.

Claud. Paradinus in ſymbolis heroicis.

In Epiſtola Quæſt. lib. 1. cur Luna in labaris Turcarum.

ORDO

ORDO EQVITVM S. MICHAE-tis apud Gallos.

PRæclarum illum morem, vt proceres torque aureo inſignirentur à Romanis ad Francos traduxit Ludouicus XI. cum, vt ait Gaguinus, Kalend. Auguſti, Anno 1469. ordinem D. Michaelis Ambaſiæ inſtitueret, nouiſque iterum ſtatutis Anno 1476. Pleſſii augeret; ſymboli loco, ſuos inſigniens torque aureo, cochleis (quæ Romanis Senatoribus turgentes in lacertis prominebant) inter ſe hærentibus, & D. Michaelis, cacodœmonem è cœlo deturbantis imagine appenſa: additoque emblemate *Immenſi tremor Oceani.* Prouocatus vtique exemplo patris ſui Caroli VII. cui pro inſigni bellico, huius Archangeli fuit effigies, cum primitias potiſſimum inaugurationis celebraret Rothomagi. Sumptum id, adeoque ſancitum in ſingulos reges ab illuſtri, vt aiunt, miraculo, ſeu præſentia D. Michaelis in prælio ad pontem Aurelianenſem; hoſtes Anglos, vrbemque à dira oppugnatione arcentis ac propulſantis. Hiſce inſignibus Militaribus comprobationem virtutis, concordiæ, fæderiſque perpetui pignus, item & coronam præclare actorum communemque inter Equites fortunarum æſtimationem contineri, interpretatur Claudius Paradinus in ſymbolis Heroicis. Initio vero fuit cohors quædam triginta ſex regni procerum, inculpatorum equitum, dicta à D. Michaele, ſocietatis præſide: quibus Rex ipſe primas adnumerari voluit, eodemque quo ordinem inchoauit momento, ſolenni luſtratione XV. Heroas, quos ob honorem & nomenclaturæ prærogatiuam ſilentio præterire fas non eſt, in eundem adſumpſit. Primi itaque fuere *Carolus & Joannes*: hic Borbonii, ille Aquitaniæ Dux, *Ludouicus Luxemburgus* Comes Fani Pauli, magiſter Equitum; *Andreas Lauallius* Tribunus Equitum; *Joannes Sanſarranus* Comes; *Ludouicus Bellemontanus* Foreſti & Pleſſii dominus; *Ludouicus Toteuillanus* Torrii Dominus, *Ludouicus Lauallius* Chaſtillone Dominus, *Ludouicus Borbonius* nothus, Comes Roſſillanus

Symbolum ordinis Michaelis.
B. Corius. lib. 7. c. 47.

maris præfectus, *Antonius Cabarreus* Dammartini Comes archiœconomus; *Ioannes Armeniacus* nothus Comingenſium Comes, militum tribunus; *Georgius Trimoleus*, *Gilbertus Chabanaus Carolus Cruſolius* Pictonum iuridicus, *Taneguinus à Caſtello*, præfectus Ruſſinonenſis: reliqui ſodalium ſuffragiis electi. Qui porro huic ſodalitio nomina dant, in verba Principis adiguntur, eoque neminem moueri conſtat, niſi hæreſeos aut proditionis reum peractum, aut ſignorum deſertorem. Quando vero agebatur de aliquo in demortui locum eligendo, non ſuffragiis, ſed tabulis (βαλόταις Veneti vocant à verbo Græco βάλλειν) electio fiebat. Quæ obſignatæ in peluim coniiciebantur, quibus à Cancellario numeratis, qui plures tuliſſet, in collegium cooptabatur, hac verborum formula à Principe prolata: *Te ordo Fratris* (ita enim viciſſim ſe appellare ſolent Equites) *& Sodalis loco habet, eaque ratione te torque hoc donat, faxit Deus eum diutius geſtes.* Deinde in perpetui amoris teſtimonium, ſingulos exoſculatur, iſque mos fuit, in collegium Sodales adlegendi. Eſt & ſuus huic Ordini Cancellarius, Theſaurarius vt vocant, caduceator ſeu fecialis, cui à Diuo Michaele nomen eſt, & ſcriba qui equitum præclare geſta litteris & memoriæ perpetuæ mandaret. Eo numero legimus exauthoratum Ludouicum Luxenburgum, vnum ex illis maiorum gentium Torquatis Equitibus, de quo conchyliato honore abrogato, publice in Grauia Lutetiæ ſumptum ſupplicium. Moris enim Regibus, munus hoc etiam in externos Principes conferre, in honoris & beneuolentiæ indicium: qui ſi eorum hoſtes velint ſe profiteri, per internuntios torquem remittunt, vt omni ſacramenti religione ſoluti, alteri Principi ſtrenuam operam nauent. Quod ſæpe hiſce noſtris temporibus contigit. Et anno 1559. Philippus Hiſpaniarum Rex Gandaui Equitum aurei velleris concilium celebrans, ordinis torquem Octauio Parmenſium Duci, quem ille accepto à Rege Gallorum conchyliati ordinis inſigni, ſuperiorum bellorum tempore abiecerat, reſtituit. Hu-

ius

ius ordinis ſtatuta & leges ex magno conſtitutionum volumine regni Francorum, vt refert Ioannes Tilius libr. 2. de Rebus Gallicis, mandatæ ſunt typis, & vulgari lingua paſſim circumferuntur à Franciſco Sanſouino & aliis, de quibus conſule Petrum Matthæum & Franciſcum Modiũm, qui comitia ordinis & ceremoniarum ſolennia ab Henrico II. anno 1548. celebrata, perquam copioſe perſequitur in Pandectis Triumphalibus tom. 1. libro 2. *In hiſtoria Lodouici XI. lib. 5.*

ORDO EQVITVM S. GEORgii in Carinthia.

A Rudolfo Habſpurgenſi, qui primus Imperatorii faſtigii decus in familiam, ſceptris, regniſque fatalem intulit; vndecim ex Gente Auſtriaca imperatores eximiæ omnes maieſtatis numiſmate à Rudolfo II. Auguſtiſſimi nominis Principe nuper complexos, numerat Germania. Quos inter Fridericus III. haud poſtremas tulit. Is ad Turcarum Hungariæ, Styriæ, Carinthiæ, viciniſque prouinciis imminentium arma depellenda, Equitum S. Georgii ordinem prudenter inſtituit. Cuius quidem Magiſtro generali regiam ſedem in Milleſtadio, Carinthiæ opido, amœniſſimo loco deſignauit, & Principis honorem adiecit. *Magiſter ordinis S. Georgii Principis titulo auctus.* Huic & Nouæ ciuitatis in Auſtria Epiſcopum, in rebus vt loquuntur temporalibus, itemque Canonicos ea de cauſſa in arcem poſtea translatos; eademque D. Georgii rubra cruce, (quæ plana & ſimplex gentilicios clypeos occupare ſolet) ſignatos. *Inſignia Equitum crux D. Georgii.* Et ne quid ad ſplendorem deeſſet, toparcharum Cranichbergenſium, recens cum familia exſtinctorum caſtra ac prædia, in vitæ aulæque ſubſidia, liberaliter addidit. Nimirum Trautmansdorfium, Scharfeneccam, & S. Petronillæ prædium: in quo Carnunti vetuſtæ vrbis ruinæ exſtant. Quorum prouentibus non mediocriter adiuti S. Georgii Equites, Chriſtiani nominis zelo incenſi, non raro virtutis ſuæ contra Selymum, Solymannum alioſque Eccleſiæ hoſtes, fidem fecere. Vide La-

Digitized by Google

zium libr. 3. Rerum Viennenſium. Bernardus item Luceburgius in libello de ordinibus militaribus, memorat ordinem militum S. Georgii ab Alexandro VI. Papa, & Maximiliano Imp. Aduerſus Turcas itidem inſtitutum, Cruce aurea cum corona in circulo aureo pro inſigni attributa.

Equitũ S. Georgii inſignia Crux aurea.

ORDINES EQVITVM A SVMMIS Pontificibus inſtituti.

SVmmi Pontifices, quorum auctoritate cæteri toto orbe Chriſtiano ordines militares erecti, varia Equeſtrium virorum collegia inſtituerunt; quæ hiſce fere titulis celebrantur: vtpote Equites Chriſti, S. Spiritus, S. Petri, S. Pauli, S. Georgii, Pii, Lauretani, S. Antonii, Iulii, Lilii, & id genus alii; viri aut de Eccleſia, aut Republica Chriſtiana bene meriti; & quos in album ſuum cooptatos, Pontifices annuo cenſu ſolent honorare, & Crucis inſignibus colore diſtinctis condecorare.

Equites Iulii & Lilii.

CHriſti Equites crucem rubram, qualem in Luſitania eiuſdem nominis equites fere gerunt, limbo aureo incluſam, præferentes, à Ioanne XXII. inſtitutos memorant Franciſcus Tarapha, & Ioannes Confettius in priuilegiorum mendicantium collectione.

Equites Chriſti & eorum inſignia.

Equites S. Spiritus, qui vulgo in vrbe fratres hoſpitalis S. Spiritus nuncupantur, cruce candida in veſte, aut chlamyde inſigniuntur. Ioannes item Azorius Equeſtrem ordinem S. Spiritus in Saxia ponit, de quo & Nauarrus de regul. conſil. 70. Anno 1520. Leo X. inſtituit collegium militum S. Petri aduerſus Turcas, communes Chriſtiani nominis hoſtes, vti Alfonſus Ciaconius in Pontificum & Cardinalium hiſtoria commemorat: quod idem feciſſe ſeu confirmaſſe traditur Paulus III.

Equites S. Spiritus Romæ & in Saxia.
Lib. 13. c. 5.
Equites S. Petri.

Et Poncetum quendam poſt varias peregrinationes ad vrbem venientem, à Pontifice S. Petri torque donatum, tradit Aug. Thuanus: & Franc. Schottus, S. Petri & S. Pauli equites in Itinerario ſuo Italiæ recenſet. Paulus vero Me-

Equites S. Pauli.

tula

Digitized by Google

rula Coſmographus CCCC. S. Petri Commilitones; S. Pauli CC. in Familia Pontificis degentes enumerat. *par. 2.*

De quibus & nobis amplam fidem fecit, Gentilis noſter Petrus Gerardi, militiarum ſiue Vigiliarum Antuerpienſium ſummus Præfectus, vir longinquis peregrinationibus & continuis pro patria laboribus exantlatis, clariſſimus; cuius etiamnum fratrem Ægidium, non ſemel Conſulatu functum Reip. Clauum fortiter, tenere magno ſuo bono Antuerpienſes fatentur, ſentiuntque.

S. Georgii Equites ab Alexandro VI. inſtitutos narrat Bernardus Lucceburgius, in libro de armorum militarium myſteriis; quibus Crucem auream cum corona in circulo aureo pro teſſera attribuit. *Equites S. Georgii & eorum inſignia.*

Pius IV. P.M. Equitum ſodalitium, Pii appellatorum anno 1560. inchoauit; adeoque cenſu opimo dotauit; & Vrbem domicilio attribuit. Numerus primũ 375. Equites habuit, ad 535. deinde auctus, teſte Ciaconio. Qui fere cũ ſeculares ſint, primo equites aurati à Pontifice creari ſolent, nonnulli etiam Comites palatii Lateranenſis, cum poteſtate creandi doctores in omnibus facultatibus, & notarios publicos, legitimandi ſpurios, & alia pro arbitrio ſtatuendi. Inſigni item Apoſtolicę ſedis priuilegio cautum, quo Pios iſtos Equites aliorum quorumcunq; Principum equites, nominatim Imperiales, & S. Ioannis, ſiue Melitenſes, præcedere voluit. Suntque ii domeſtici familiares ſeu Papæ, vt vocant commenſales, qui cum in publicum prodit conopeum, ſiue thronum, quo Papa ſuffertur, cum cæteris Principum legatis, geſtare tenentur. *Equites Pii.* *Petrus Beloiius in Orig. milit.*

Xyſtus V. qui Lauretanam D. Virginis celeberrimam ciuitatem, in Epiſcopalem; & Eccleſiam in cathedralem erexit, ducentorum Lauretanorum equitum ordinem inſtituit, anno 1586. Pontificatus ſui quarto, cui poſtmodũ, vti tradit Alfonſus Ciaconius, alios ſexaginta adiecit. *Equites Lauretani.* *1586.*

Eſt & aliud Romana in vrbe genus Equitum S. Antonii appellatorũ, qui plerumq; ſunt natione Galli, & quamuis gladio minime accingantur, Equitum tamen numero

Digitized by Google

Crux Cærulea insigne Equitum S. Antonii. cenſentur, crucemque cæruleam in chlamyde, quam commiſſam vocat Lipſius, quæ forma examuſſim eſt in T. littera, vnoq; ore omnes cum cruce componunt, præferunt.

De cruce lib. 1 cap. 8. Adſtruunt etiam picturæ, in quibus paſſim hodie videas D. Antonii vetuſtiſſimi monachi penulæ, & manui

Tertull. aduerſus Marcian. aſſui, aut imponi hanc crucem. An quia Ægyptius ille vir? quibus iam olim notum & inter ſacra hoc ſignum? Certe

Iſidor. de vocat gent. in obeliſcis, qui inde Romam vecti, ſculptum ſic vidiſſe ſe teſtatur Lipſius: cum anulo tamen, vel anſula ſuperne,

Hieron. in Ezech. c 9. nec ſatis ſolide ſe ſcire, ad quam rem aut vſum. In penula autem & veſte monachorum Crux, imo & cruces fuere, ſi recte capimus Nicephorum Gregoram; qui ſic de Andronico Imperatore monacho nouello: *Superne rubrum pretulit diuinæ crucis ſignum, inferne nigrum.* Duas diuerſi coloris cruces videtur dicere, niſi tamen vnam intelligit ſic diſtinctam. Quod manu autem tulerint, hodieque in Æthiopibus ſiue Abyſſinis ille mos, vt auctor Damianus à

Equites S. Antonii in Æthiopia. Goes in illorum rebus. Et Ioannes Metelius in ſuo ſpeculo orbis terrarum, adſtruit, Æthiopes ſeu Abyſſinos, qui Presbyteri Ioannis (vt vocant) imperium agnoſcunt; habere religionem militarem, quæ ſub protectione eſt Sancti Antonii. Ei vnuſquiſque nobilitate clarus paterfamilias, ex tribus vnum filium, excepto primogenito deſtinare po-

Lib. 13. c. 3. teſt. Ex his ſeliguntur XII. Equitum millia, qui Regi excubant. Finis huius Religionis eſt Imperii fines defendere reſiſtereque hoſtibus fidei. Ioannes item Azorius, vbi de Militibus agit, meminit Equitum Sancti Antonii Vienneſis. in Gallia, & extra Galliam.

Lib. 2. c. 29. Sed de præcipua ipſa nota crucis, dignum aliquid nota Eccleſiaſticæ noſtræ hiſtoriæ prodiderunt. Ruffinus, *Signum hoc Dominicæ crucis inter illas, quas dicunt ἱερατικὰς,*

Lib. 7. Eccl. hiſt. c. 5. *id eſt, ſacerdotales litteras habere Ægyptii dicuntur, velut vnum ex iis, quæ apud illos ſunt litterarum Elementis, cuius litteræ ſeu vocabuli hanc aſſerunt eſſe interpretationem* VITA

Lib. 1. c. 10. de Cruce. VENTVRA. Quam & ſignificationem dat Sozomenus, & idem Suidas. Atqui & à lingua argumentum petit Lipſius,

Digitized by Google

pſius, ſed noſtrâ; quod Belgæ hodie bacillos in hanc formam, quos ægrorum brachiis ſuſtentaculum ſubiicimus, voce ipſâ Latina voce *Crukas*, & litteram & Crucem T. nobis repræſentent.

De inſignibus verò militaribus quæ Pontifices Maximi Principibus deferre conſueuerunt, adeundus Stephanus Pighius.

ORDO CRVCIS BVRGVNDICÆ IN Regno Thunetano.

CArolus V. immortalis gloriæ Imperator, & omnium retro Principum, qui virtutis viâ ad imperium contendére, exemplar lucidiſſimum: Cum memorabili illa expeditione Africana, Regnum Tunetanum Muleaſſis imperio, expulſo Hariadeno Ahenobarbo reſtituiſſet; paludamentum, quo Tunetem victrici pompa ingreſſus eſt, Burgundicam Crucem (ea enim in bellis vſus, aut faſcia punicei coloris decuſſatâ, quod & Burgundicæ domus inſigne contra Saxonem dimicaturus geſſit) fortè referebat. Quo inſigni, vt erat animo regio, qui beneficiis, de quocunq; hominum genere benè mereri ſtuderet: primarios quoſque proceres virtutibus non minus quàm gentilitiis imaginib. clariſſimos, ob præclaram de barbaris partam victoriam, donauit ipſo B. Magdalenæ ſacro die, anno 1535. hora diei decima, Mercurii nempe, vt à curioſis obſeruatum tradũt. Cuius ſcilicet planetæ figura in equeſtri illa teſſera ab vna parte expreſſa conſpiciebatur; ab altera v. dicta Crux Burgundica, adiuncto chalybi igniario, ſcintillas ex ſilice extundente, & inſcriptione *Barbaria*. Quo nomine vulgò nuncupatur omnis illa ditio, quâ regnum Tunetanum (eo enim Cheriſii potentiſſimi vtriuſq; Mauritaniæ, Maroci, & Feſſę, expulſis Merinenſibus poſtea potiti ſunt) continetur. Teſtimonium vtique eximium nunquam interituræ gloriæ, quod tam fortium virorum operâ nationes illas barbaras ſubieciſſet. Quod verò de Cruce Burgundica, quam & Andreanâ vocamus, ex duobus baculis decuſſatim coniun-

Teſſera Equitis Crucis Burgund.

Lipſius de Cruce lib. 1. c. 7.

Digitized by Google

Gretſerus to. 3. lib. 5. c. 1. Molanus lib. 3. de Imag. c. 51. Pont. Heuterus in eius vita.

ctis dicitur, non dubium eſt, id eſſe vetus ſignum Crucis S. Andreæ, quem gens Burgundica patronum colit; & cuius ſe clientem hâc teſſera profitetur. Qua & vſum ferunt Ioannem Intrepidum, qui Ambianum vocatus, à patruo Biturigum, ac nepote Andium Duce, bellum ciuile inter Aurelianenſes & Burgundicos ſopire conantibus; ſupra forium, vbi diuertebatur, limen ſuperum, in modum Burgundicæ Crucis, duas collocari iuſſit tranſuerſas haſtas: hanc ferrea acie rigentem; alteram obtusâ cuſpide innoxiam: ſignificans bellum, pacemq́; ſe proponere; eligerent, quod luberet. Quod idem crucis ſymbolum Ioannem in Franciam reuerſum prætuliſſe paſſim teſtatur Petrus Matthæus. Carolus item Pugnax Ludouicum XI. Crucem Burgundicam in armis ferre, adeoque ſigna ſua in Eburones ſequi coëgit. Sed cur baculis decuſſatim poſitis, & truncatis, vt vocant, ramis, crucem hanc exprimant Principes; non autem lignis dolatis, è qualibus cruces fieri ſolitæ. Credunt id factum, poſtquam Duces Burgundiæ, cœperunt eſſe Brabantiæ Duces, ac per hoſce baculos ſignificare voluiſſe, ſe ſuccedere veteribus illis Carolo Magno, Pipinis ac aliis Franci ſtemmatis Principibus, quorum in *Landen*, in *Herſtall*, & à principio in *Stockheim* genus floruit. Alii, quos audire memini, & videbantur loqui ex antiquariis, incrementum hoc cœpiſſe autumant, tum demum, quando ſtemma Auſtriacum eſt vnitum Burgundico. Verum enim cognomen familiæ Maximiliani I. & maiorum eius fuiſſe *Van den Stock*, vt antiqua diplomata ab iis ſignata prætendunt.

In hiſtoria Ludouici XI. lib. 1.

Laurent. Cuper. in reb. Belg. Claud. Paradinus in ſymbolis heroicis.

Truncatos autem & è lauro ſępius fuiſſe hos baculos cum erumpentibus flammis (quod ii inter ſe colliſi, teſte Plinio, ignem reddere ſoleant) docent tabulæ patrui mei *Petri Mennens* Equitis Sancti Sepulchri: qui victricia Caroli V. arma, non minus cum ventis quàm barbaris ipſis conflictata ſecutus, Tunetanæ & Algerianæ expeditioni interfuit. Quo factum, vt Imperat. eidem ob egregia in Burgundi-

Digitized by Google

gundicum nomen merita, nauatę fortiter operæ pręmium, ad gentilitia maiorum inſignia (quæ ſunt decem cubi ſeu ſcaci argentei, nigriq́ue alternatim variati, & caput caninum in galea eiuſdem coloris) in inferiori ſcuti parte aurea *Crucem Burgundicam ſiue S. Andreæ* (diplomatis verba ſunt) *viridis coloris truncatis ſeu mutatis vtrinque ramis* deferendam, & poſteris tranſmittendam dederit, aliiſque militaribus donis ornauerit. Quod verò ad ignitabulum attinet, referunt id ad Philippi Boni parentem, ipſumq́ue Philippum Aurei Velleris balteo decorando, idem poſteà adſumpſiſſe. Petrus item Matthæus in hiſtoria Ludouici Vndecimi dicit ſpolia ſeu vexilla, quæ infelici illa Caroli Audacis ad Nanceium pugnâ, in eius Regis manus deuenêre, igniario ad duos ſtipites adfixo fuiſſe notata. In nonnullis autem Burgundicorum gentilium ditionibus publicè videre eſt emblemata ſiue ſymbola aulæis, aut ædium ſacratum feneſtris vitreis expreſſa, vbi ſignorum loco ſunt aliquot ſilices igniarii & cardui ſiue alterius pungentis herbæ ramuli cum apophthegmate, *Nul ne ſy frotte*, quaſi dicerent, & illud regum Scotorum, de Cardui ſymbolo: *Nemo me impune laceſſit* aut *ſuſtine & abſtine*: Eſtq́ue penes me antiquum à quodam Burgundico procere de Nobilitate & gentilitiis inſignibus conſcriptum autographum, dicto emblemate. *Nul ne ſy frotte* ſignatum. Et *Ob de Bourg. ne*, & iterum *Nul ne Lapproche. de Bourg. ne* in fine libri ſubſcriptum. Videtur itaque antiquitus ſolis ſilicibus igniariis ſymbolum Burgundicum conſtitiſſe, minax & cladis indicium; ſi quis impeteret Burgundos: poſteaque addita fuiſſe ferramenta chalybea igniaria, maioris etiam terroris ac perniciei ſignificandæ gratiâ; ne chalybe quidem domandum ſilicem, ſi affricetur; ſed ignem erupturum qui vicina inuadat; verum id armorum regibus, quorum id munus, diſcutiendum relinquo. Ad [illegible] enim potius referendum exiſtimant. Vti enim diuinus ille genius, petram,

Inſignia gentilitia Menenſiorum aucta à Carolo V.

Lib. 7.

cui ſacrificium Gedeonis impoſitum erat, virgula ſua percutiens, ignemque eliciens, holocauſtum conſummari fecit; eodem prorſus diuini cultus amore, & auitæ contra hoſtes tuendæ Religionis, nec non eximiæ in patriam caritatis zelo Principes Burgundicos duci debere teſtatus eſt Philippus Bonus; cum ferrum illud & petram ſaxeam, cum vellere Gedeonis, intactæ ſcil. Virginis matris ſymbolo; ordini ſuo militari decorando attribuit.

ORDO EQVITVM S. STEPHANI in Etruria.

COSMVS Medicæus Florentinorum Dux ingentis animi & profundæ prudentiæ Princeps, qui potentiſſimi tota hodie Italia imperii in ea familia confirmati, fundamenta iecit. Cum rebus ſuis firmandis, & Senarum vrbi, ſuperiorum temporum incuria ac belli recentis ruinis deformatæ, cura non ſegnem impendiſſet: eodem ferè tempore, quo Ordo Liuonicus extinctus eſt, vt felicis ad Marcianum prælii, quod eius fortunas, oppreſſis etiam libertatis vindicibus, veluti in Etruria fundauit, memoriam renouaret, & eadem opera littus Tyrrhenum à Turcorum & pyratarum excurſionibus tueretur, claſſemque ad expeditiones contra Mahumetanos ſuſcipiendas, non ſolum rebus neceſſariis, ſed & hominibus rei maritimæ gnaris optimè inſtructam haberet, ad imitationem, inquam, Hieroſolymitani Ordinis, anno 1560. Militiam S. Stephani Pontificis & martyris, quod pugna Marciana III. Nonas Sextilis, qui dies ei ſacer eſt, incidiſſet, ſtatutis ac legibus (quæ à Franciſco Sanſouino recitantur) conditis inſtituit, vt à Pio IV. cōfirmaretur, impetrauit, qui & cōplura priuilegia militaris illius Collegii ſodalibus indulſit, diplomate ea de re Non. Quintilis condito. Atque inter alia, vt milites coniugati ac etiam digami penſiones annuas vſque ad 200. ducatorum ſummam ex ſacerdotiis percipere, atque ad alias ſacras perſonas transferre: Item vt de bonis tam fundi, quàm mobilibus, quomodo & vndecumque quæſitis liberè

Aldus Manut. in vita Coſmi.

Hier. Bardus Chronol.

berè teſtari, etiam inter ſpurios & illegitimos filios poſſent, quartâ eorum ordini ſeruata. Huius militiæ ſibi ac ſucceſſoribus ducibus, principatum ſumpſit Coſmus, cum poteſtate legibus à ſe conditis, addendi, detrahendi, abrogandi, & interpretandi: quâ ipſe & filii eius poſtea vſi ſunt, templumque Equitibus ac domicilium Piſis attribuit. Pro inſigni autem geſtant crucem rubram Rhodienſium cruci neutiquam diſſimilem, at prætexta aurea ornatam. Suntq; inter eos vti & apud Melitenſes, & Hiſpaniæ milites Spatiferos, præter Equites etiam *Sacerdotes*, itemque *Seruientes*, vt nuncupant, & *Donati*, aliquo tamen diſcrimine: *Donati* enim non quadrimembrem, ſed trimembrem præferunt crucem, ſuperiore ſtipite ſublato, Melitenſium ferè inſtituta ſequuntur, etſi viuant ex præſcripto regulæ Sancti Benedicti, quod addit Paulus Moriſus & à matrimonio non arceantur, caſtitatem nempe coniugalem ſolummodo profitentes. *Inſignia Equitum S. Stephani duplicia.*

ORDO EQVITVM SANCTI Spiritus.

TRedecim Francorum Reges Chriſtianiſſima protulit Valeſiorum familia, nec non ante nouum aſſumptum cognomen, trecentis continuis annis Gallici imperii habenas fœliciſſimè moderata eſt, ac per ſecundum, tertium ac quartum natu filios, Andium nimirum proceres, quorum virtus & ingenium ad imperia natum videbatur, gubernacula Regni Angliæ, Siciliæ, Neapolis, ac Hungariæ diutiſſimè tenuit. Ab eo denique tempore, quo Hugo Capetus eius gentis conditor, regio inſigni potitus eſt, nullam Capetici ſanguinis familiam tamdiu variis nationibus, quam Valeſiorum præfuiſſe comperiemus. Quod nomen non fuit ex primaria aſſignatione, cum hac ſtirpe communicatum: ſed præcipuum fuit nomen eius Aurelianenſe: Sic & Ludouicus XII. Franciſcus I. & poſteri Valeſiorum cognomen tenuerunt. Poſt Sanctum enim Ludouicum, Principum Francorum minores natu filios, aut ex regnis

Digitized by Google

& dominiis accedentibus; aut ex legibus matrimonii, varia ſibi vſurpaſſe cognomina, variaſque inde dimanaſſe ſtirpes, tradunt Gallici Annales. Eæ ferè ſunt: Borbonia, Valeſia, Eboracenſis, Alenconia, Andia, Burgundica, Bituricenſis, Aurelianenſis, ex qua proceſſit Comitum Angoliſmorum progenies; quibus omnibus extinctis, translatâ in Valeſiam familiam regni ſucceſſione, Deus Henricum III. Valeſium poſtremum ſupereſſe voluit, qui nouis auſpiciis imperium ad Borboniam feliciter hodie regnantem, tranſmitteret; æternumque pietatis Chriſtianæ, & Regiæ magnitudinis monumentum, poſteritati relinqueret. Is
1573. enim tot palmarum Imperator, tot rebus geſtis clariſſimus, reiectis omnibus competitoribus ad Poloniæ regnum potentiſſimum, ipſo die, quo in Apoſtolos ſacrum flamen cœlo igneſcentibus linguis dilapſum eſt (& quo eundem
1574. natum ferunt) honorificè vocatus. Eodemque rurſus anni inſequentis feſto, quo & Carolus IX. frater humanis exemptus eſt, Gallico imperio auctus, obſoleſcente conchyliato ordine, ob communicatum promiſcuè indignis hominibus nouum Equitum collegium à ſe inſtitutum, ac nomine S. Spiritus (cuius numini omnes actiones & conſilia, fortunatiſſimis & glorioſiſſimis aucta ſucceſſib. referebat)
1579. nuncupatum, ſolenni luſtratione prid. Kal. Ian. celebrauit Pariſiis, in Baſilica Auguſtinianorum Eremitarum moriſq; inde recepti eſt, vt inaugurationis initium ducatur vltimâ die anni deſinentis, à peruigilis ſerotinis in dicto cœnobio; alterâ, quæ annum renouat, inauguratio peragatur: Cuius formula digna, quæ hic ſuis, conceptiſque verbis referatur. *Ordo* (præfatur Rex, ſummus Magiſter) *hoc te paludamento ſui fraterni contubernii inuoluit, ad propagationem & columen fidei orthodoxæ, & Catholicæ Religionis* (exinde torquem ceruici imponens) *Manu Regia, noſtræ militiæ teſſeram accipe, ſacri Pneumatis torquem, ſit tibi in iugi memoria ſeruatoris Chriſti paſſio, cuius ſymbolum, crucem, veſtibus inſuendam tibi præcipimus, annuat Chriſtus, ne quam fidem votis & ſacramento oppignoraſti, fallas; ſi ſecus feceris,*

Digitized by Google

ex albo militiæ expunctus indictas decretis ordinis pœnas experieris. Centenario numero abſolutum collegium, in eo comprehenſis, Rege ordinis Principe, IV. Cardinalibus, IV. Antiſtitibus Eccleſiaſticis, magno Eleemoſynario, Cancellario, Præfecto ceremoniarum, Magno Theſaurario, Graphiario, Feciali, Oſtiario, Commendatorum nomine dicti Equites, quod ab initio conſtituiſſet Rex ex opimioribus Cœnobiis, detractis ampliſſimis Vectigalibus, commendas ad Hiſpanienſium exemplum creare, conſilio ante quadriennium à Cardinali Lotharingo, ſtatim atque in regnum venit, ſumpto; quo mortuo, Rex apud Pontificem, crebrò per oratores ſuos egit, vt Cœnobiorum bona, commendis illis, auctoritate ſua interpoſitâ, attribui pateretur. nam cum ordinem ad Religionis Catholicæ Apoſtolicæ Romanæ amplificationem, & ſectarii veneni extirpationem inſtitutum eſſe: idque Equitum præcipuum iuſiurandum eſſe. Quod cum reclinante ſacro ordine impetrare non potuiſſet, nomen nihilominus manſit. Equites S. Spiritus commendatores, ſtatutis (quæ in vnum volumen à Barnaba Briſſonio Parlamenti Lugdunenſis præſide congeſta ſunt) Decembri proximo promulgatis, appellati ſunt; vt ex eo quid Regi ab initio conſilii fuerit, poſteris conſtet, videantque qui poſt nos erunt; ne, quod ab ipſo tunc fruſtra tentatum eſt, ſub ſucceſſoribus eius exitum aliquando ſortiatur. Singulis porrò Equitibus pallium nigrum holoſericum liliorum floribus, flammis, aliiſque ex auro & argento heroicis notis intertextum attribuit, & torquem aureum ex liliis, flammarum congerie circundatis (quibus Henricus IV. caſides aliaque Victoriarum trophæa addidit) tribuſque diuerſis [illegible] ſignis elaboratum; cuique M[illegible] forma [illegible]. columbam præferens, adhæreret, [illegible] omni die geſtandum adiunxit. Cæteris [illegible] luteí ſeu crocei coloris crucem holoſericam [illegible]; in bello verò argenteam; alii [illegible] collo innexa penſili cærulea faſcia. Quæ omnia [illegible] moderatione Princeps inſtituit,

Natalis Comes lib. hiſt. 30. p. 634.

Torques aureus Equitum S. Spiritus.

Eorum inſignia in bello.

vt antiqua D. Michaëlis ſolennia è faſtis non excideret: nam etiamnum torqui militiæ ſacri pneumatis adduatur. Et qui vtriuſque militiæ candidati exiſtunt, ex vno latere conchyliatam teſſeram, ex altero verò columbam prætendunt: atq; in Rituali Henricianę inſtitutionis indictum, vt poſtridie quam torques maior ſacri flaminis imponatur, D. Michaëlis minor ſuſcipiatur.

ORDO EQVITVM SACROSANCTI ſanguinis Redemptoris Ieſu Chriſti apud Mantuanos.

VIncentius Gonzaga Mantuæ IV. & Montisferrati II. Dux, nè quid ad ditionis Mantuanæ antiquitatem ac venuſtatem, deeſſet, in nuptiis filii ſui Franciſci, cum Margarita Sabauda, Caroli Emanuëlis & Catharinæ Auſtriacæ Sabaudiæ Ducum filia anno ∞. I Ↄ. C V I I I. celebratis, Religioni orthodoxæ inprimis tuendæ ac propagandæ, illuſtre viginti Equitum Collegium Paulo V. Pont. Max. adprobante inſtituit. In honorem, inquam, Sacroſancti ſanguinis Redemptoris noſtri Ieſu Chriſti, cuius guttulæ aliquot à * S. Longino Centurione & Martyre, vt traditur collectæ, Mantuæ in D. Andreæ baſilica cum parte Spongiæ Dominicæ, eiuſdemque Apoſtoli reliquiis, magnâ religione adſeruantur. Harum enim guttularum numero ternario expreſſarum notas cum inſcriptione: NIHIL ISTO TRISTE RECEPTO, Ordinis teſſeram conſtituit. Intemeratum ſcilicet Redemptionis humanæ pretium, baltheóq; ex telis aut virgulis aureis, validò ligamine connexis, igniq; ſuperimpoſitis, alternatim intererrante ſentētia, ex Pſalmo Dauidico LX. deſumpta, *Domine probaſti*, adiunxit: Quo quidem nobiliſſimo ſymbolo, infractum rebus aduerſis animum, fidem, concordiam inuiolabiliter ſeruandam commilitonibus propoſuit, iuxta illud Ouidii:

Martyrolog. Rom. 15. Martii & Facius lib. 3. Cant. Collare Equitum Ordinis Mantuani.

Scilicet vt fuluum ſpectatur in ignibus aurum;
Tempore ſic duro eſt inſpicienda fides.

Baltheum illum Equeſtrem ipſe Vincentius Dux, filio Ferdi-

Ferdinando S. R. E. Cardinale tradente, in palatii ſacello, feſto Pentecoſtes die, primus accepit, & vetuſtis Gentis Gonzagæ inſignibus (quæ Sigiſmundus IV. Imp. cum Ioannem Franciſcum primum Mantuæ Marchionem in D. Petri foro ſuo ipſe ore 10. Kal. Octob. 1433. pronuntiaſſet, quattuor aquilinis pullis nigris, candido in clypeo, ad crucem rubram, hinc inde ſparſis exornauit) rei & magnitudini poſteris teſtandæ gratiâ adiici voluit. Idem Cardinalis auctoritate Pontificis parentem ſuum ordinis eius Principem renunciauit. Eſtque is honos ad ſucceſſores vnà cum imperio æternum tranſiturus. Dux porrò ſacris ſolenni ritu peractis, in D. Andreæ Baſilicâ Franciſcum filium natu maiorem, fœliciterque hodie imperantem, & viros inſuper quattuordecim nobiliſſimos equeſtri ſuo Collegio adſcripſit, ſinguloſq; torque aureo, quem ordinis dixi teſſeram, donauit. Horum nomina ne poſteritas ignoret, liceat ex Friderici Follini triumphis, Italico ſermone conſcriptis, & ex Originibus Equeſtribus Auberti Miræi viri ſcriptis & legationibus pro Rep. Chriſtiana ſuſceptis, clariſſimi adtexere, apud quos iſta ſerie recenſentur. *Inſignia Gonzagarum.*

Julius Cæſar Gonzaga, S. R. I. & Boſoli Princeps, Gonzagæ atq; Oſtiani Marchio, idemq; Pomponeſci Comes.

Andreas Gonzaga, S. R. I. Princeps.

Guilielmus Adornus, Marchio Pallauicini & Comes Siluani.

Jordanus Gonzaga Marchio, S. R. I. Princeps, & Veſcouati toparcha.

Guido San Georgius Volpiani Marchio, & Foglizi Comes.

Alexander Benilacqua Comes.

Carolus Roſſius generalis militiæ in ditione Mantuana Præfectus.

Galeatius Comes Canoſſanus, & Marchio Cagliani.

Fridericus Gonzaga Marchio, & S. R. I. Princeps.

Franciſcus Brembatus Comes.

Guilielmus Martinengus Comes & Nobilis Venetus.

Digitized by Google

Latinus Vrſinus Dux.

Pyrrhus Maria Gonzaga, Marchio, S. R. I. Princeps, & Veſcouati toparcha.

Ludouicus Gonzaga, Palazoli Marchio.

Cæterum ordinis huius Equeſtris Cancellarius perpetuus eſt, qui Canonicorum S. Andreæ collegio præeſt, vulgò *Primicerium* vocant. Eiuſdem ſodalitii Secretarius primus deſignatus eſt, N. & Cl. vir Annibal Ibertus Sereniſſimo Mantuæ Duci à Conſiliis.

EQVITES APVD TVRCAS & Indos.

FVit apud Turcas & Barbaros receptum Militaris honoris auctoramentum : quo titulo Selymus II Turcarum Imp. Gentilem Bellinum, ob inſignem in arte pingendi excellentiam, Conſtantinopolim euocatum, in Equeſtrem ordinem cooptauit, & inſigni torquis aurei donauit. Verum an Chriſtianus ab infideli creatus Eques pro legitimo haberi debeat, in dubium reuocare videtur Franciſcus Sanſouinus.

In originibus Equeſtribus.

Principes certè Chriſtiani, infideles Equeſtri honore haud dedignati fuere; certumque ſe auctorem comperiſſe adfirmat Hiero. Curita; qui prouiderit Bernardum Forterium Iacobi XIV. Arragoniæ Regis Legatum, militarium ſolennib. Alexandriæ celebratis, Babyloniæ Soldani filium, patris rogatu, militari cinctum auctoramento, Regis Arragoniæ nomine decoraſſe.

Lib. 2. Rerũ Arragon. Anton. Beuter. l. 2. c. 43.

Sic Ferdinandus cognomento Sanctus, Mahometem expeditionis contra Hiſpalim ſuſceptæ Comitem, capta vrbe & Equitem creauit, & inſignibus Caſtellæ cum duobus ſerpentum capitibus donauit, quæ Granatæ Reges deinceps ſeruarunt, cum antea claues cyaneas in ſcuto argenteo, Reges Andaluſiæ pro inſignibus geſtarent : eaque re ſignificabant ſe Gadium, & tractus maritimĩ potẽtes, quaſi claues propagandi, per occaſum imperii in poteſtate habere. Claudius etiam Faucetus in originibus ſuis Gallicis, citat

Inſignia Regum Granat.

Ann. 1200. Claud. Faucetus de Equitibus.

Digitized by Google

tat librum cæremoniarum, quibus Hugo Taborius Eques regni Hieroſolymitani vſus traditur, cùm Saladinum Ægypti Soldanum, decus militare expetentem, equeſtri cingulo adornaret.

In Americano noui orbis tractu, qui nouę Hiſpaniæ nomine indigitatur, *Tecuytlorum* equitum militiam in honore habitam tradunt Rerum Indicarum ſcriptores, & inaugurationis ſolennia à magno Sacerdote celebrari ſolita, eo ferè ritu; vt Sacerdos tyroni nares tygridis oſſe, & aquilæ roſtro acutiſſimo perforaret, quo tygridum & aquilarum inſtar, ferociâ & fortitudine in bellis anteſtare doceretur. *Equites Tecuytles in India Occidentali.*

In regno Peruuiano Equites ſunt vulgò *Oreiones*, quos Auriculares dicas, appellati: & quos ex primariis Regię ſtirpis ſatrapis (*Jugos* vocant) eligere ius erat. Apud hos tenerrimas aurium partes perforatas, & bacillis ſiue annulis aureis onuſtas, prætendere, ſummum habebatur equeſtris dignitatis ornamentum. Vti & apud Europæos aurum in aurib. geſtare, nobilitatis decora ſunt. Adeò vt & ipſi Hiſpani nobiles, quos alti ſanguinis ſtemma non decoraret, ſtigma iſtud auriculare, & notam Equeſtrem non recuſarent: qua ſuſcepta, aliud nomē etiam aſſumere ſolebant. Quæ omnia fuſius apud Hieron. Romanum in Repub. mundi reperias. *Equites Auriculares vulgo Oreiones dicti in regno Peru.*

Nec mirum apud Barbaros illos eiuſmodi ſtigmatum veſtigium exſtitiſſe, cùm & apud Chriſtianos dudum in vſu fuerit, vt rectè notat Lipſius in Militia ſua Romana, & Philippus Leydenſis Conſiliarius Guilielmi Comitis Hollandiæ, in Reipublicæ cura & ſorte Principatus. vbi ait. *Quartò, ſtigma, id eſt, nota publica, imponitur brachiis iſtorum militum, vt ab aliis cognoſcantur. C. de Fabri. l. 3. lib. 11. Et ſic quaſi conueniunt in hoc cum ſpiritualibus militibus, qui in capite ſignantur ad differentiam laicorum.* D. Auguſtinus epiſt. 1. appellat Regium hunc characterem, & Chryſoſtomus Homilia 3. in 2. ad Corinth. *Sicut militibus ſignaculum, ita fidelibus ſpiritus imponitur, & ſi ordinem deſerueris notus omnibus fias.* *lib. 1. dial. 9.*

Digitized by Google

STATVTA ET LEGES A CAROLO MAGNO IMP. LVDOVICO VI. PHILIPPO

Sapiente, Ludouico Sancto, Franciæ Regibus, & Godefrido Buillonio, Summis Ordinis, Equeſtris Sanctiſſimi Sepulchri D.N. Ieſu Chriſti Principibus ac Magiſtris latę, quæ etiamnum in Archiuis eiuſdem Ordinis Ieroſolymitana in vrbe adſeruantur.

ARTICVLVS I.

IN nomine, & ad honorem Dei Patris, Filii, & Spiritus ſancti: Beataq́ Virginis Mariæ eius matris: Angelorum, & Archangelorum, Patriarcharum & Prophetarum Dei, Apoſtolorum, Euangeliſtarum ſanctorum, Diſcipulorum. & omnium Sanctorum & Sanctarum, & Spirituum omnium cœleſtis curiæ.

Articulus II.

Sit notum & euidenter pateat omnibus excellentiſſimis, & illuſtriſſimis Principibus, nobilibus, militibus, & populo Chriſtiano, anno ab Incarnatione Domini noſtri Ieſu Chriſti, millesimo nonageſimo nono. Quod illuſtriſſimi, inuincibiles & Sereniſſimi Principes, Sanctus Carolus Magnus Imperator & Rex totius Franciæ, Ludouicus Sextus ſapiens, dictus Pius. Philippus dictus ſapiens magnanimus. & [illegible] Sanctiſſimus atque magnanimus Ludouicus. Præſ. [illegible] de Buillon, ac alii magnanimi Principes & [illegible] aſſequuta per eos in eorum Imperio, & regno [illegible]

vo-

vouerunt ac promiſerunt ſeſe, & eorum bona atque perſonas exponere ad militandum & bellum gerendum vltra mare, pro ſubiugandа & deſtruenda peruerſa, & tyrannica natione Sarracenorum Infidelium & eorum poteſtatibus & authoritatibus. Regnum Hieroſolymitanum eiuſque terras, & dominia à dictis infidelibus occupata ſubiciendo, pro viribus fidem Chriſtianam augendo. Statum Eccleſiæ Catholicæ, Apoſtolicæ, & aliarum Chriſtianarum Eccleſiarum ab omnibus vexationibus, & oppreſſionibus tuendo & defendendo, in earum protectione, & tuitione prælatos eiuſdem Eccleſiæ, pauperes, orphanos, viduas, & cæteros Chriſtianos contra quoſcumque inimicos eorundem ponendo.

Articulus III.

Sit etiam notum quod nos ſupra nominati circa præmiſſa vota noſtra adimpleuimus. Noſtriſq; diligentiis, & cura, Deo inſpirante, regnum Hieroſolymitanum, parteſq; Sarracenorum adepti fuimus, & contra illos victorias laudabiles obtinuimus, dictamq; fidem Chriſtianam auximus. Propterea nomen Chriſtianiſſimi Principis iuſtò nobis impoſitum fuerit, & meritò ab aliis Principibus, & populo Chriſtiano datum. Cum feliciter in regnum noſtrum Franciæ terraſq; & dominia ad nos ſpectantia reuerſi fuimus, etiam omnia alia regna Principibus Chriſtianis nobis amiciſſimis in nobis ſubueniendo, tam ſuis diuitiis quàm hominibus, vt tandem poſſemus adimplere vota noſtra, & quæ iam dudum inceperamus. Propterea, vt ipſa ratio docet, habuerunt partem honoris, prout nos ipſi habuimus.

Articulus IV.

Inſuper in honorem Paſſionis Domini noſtri Ieſu Chriſti, atque reuerentiam quam nos debemus Sanctiſſimo Papæ Sedi Apoſtolicæ, atque obedientiam Vicariis Dei in hoc mundo, atque etiam Epiſcopis de magna ciuitate Româ humiliter recepimus ſanctiſſimas cruces, quibus nos ſignauerunt, atque milites noſtros, in honorem quinque plagarum Domini noſtri

Digitized by Google

Jeſu Chriſti, vt eo magis eſſemus ſolidati in huiuſmodi infideles, vt cognoſceremus nos, atq; populum noſtrum Chriſtianum, tam viuum, atque mortuum in regionibus horum infidelium. Inſuper inſpeximus atque deliberauimus fundare ordinem ſanctiſſimi Sepulchri, noſtræ ciuitatis Hieroſolymitanæ, in honorem & reuerentiam ſanctiſſimæ Reſurrectionis noſtro nomini Chriſtianiſſimo dignitatem primariam dicti ordinis adiunximus, & dictas quinq; cruces rubeas eaſdem etiam in honorem quinq; plagarum Domino noſtro Jeſu Chriſto inſultarum, deferre volumus milites dicti ordinis, quam plurimos creauimus, illoſq; dictis crucibus contra dictos infideles inſigniuimus: qui fugitiui ob id remanſerunt, nec non exercitu reſiſtere nequiuerunt.

Articulus V.

Et vt dicti milites & alii cæteri homines belliti veagium in dictum regnum Hieroſolymitanum facere volentes, qui in noſtro ſeruitio & exercitu ſtrennos & magnanimos in præfatos infideles ſeſe geſſerunt, & circa præmiſſa in augmentum dictæ fide Chriſtianæ & defenſionem Catholicæ, Apoſtolicæ Eccleſiæ Romanæ, & aliarum Eccleſiarum Chriſtianarum fauorabiliores & faciliores reddantur, his vti & gaudere poſſe authoritatibus, præminentiis, priuilegiis, & iuribus, quib. noſtri officiarii & domeſtici vtuntur, & gaudēt, permiſimus & permittimus, quodq; non ſint tributarii, nec de rebus & mercaturis ab eis transferendis aliquod ſubſidium ſoluent, nec non ab omnib. oneribus, & ſubſidiis, aut tributis quibuſcumque nobis, quamuis ex cauſa ſeu ratione domicilii, vel alias debitis, ſeu debendis, in partibus & terris nobis ſubditis, cum equis, armis, veſtimentis, aut alias proficiſcendo remanebunt liberi, exempti & immunes: animumq; acuent alterum noſtrorum ſubditorum dictum veagium facere, & in eo nos concomitari; noſtras ſuſceptiones iuuando contra dictos infideles volentium.

Articu-

Articulus VI.

Voluimus præterea & volumus, quod qui honorem dictæ militiæ aſſequi, ac dictis franchiſiis & libertatibus uti & gaudere voluerint, dicta viagia & ſeruitia in gratiam & augmentum dictæ fidei Chriſtianæ defenſionem Romanæ, Catholicæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ, ac aliarum Eccleſiarum Chriſtianarum in ſe ſuſcipient, dictoq; ordini adſcribantur, & in Eccleſia Diui Sepulchri Ieroſolymitani à nobis aut nobis abſentibus noſtro locum tenenti ibi cruce ſignabuntur. Poſtq; certificationibus authoritate Archiepiſcopi ſeu Curati diœceſis, vel parochiæ in qua orti fuerint debitæ expeditis, conſtiterit nobis, aut dicto noſtro locum tenenti eos eſſe Chriſtianos, Catholicos legitimos, & non nothos, nec ullo modo fuiſſe reprehenſos, nec aliquo crimine nephario & enormi in iudicio, vel extra diffamatos & notatos. Quodq; dicti milites confeſſi à ſuis peccatis, & abſoluti die eorum receptionis in dicta militia Sacroſanctum Euchariſtiæ Sacramentum à Sacerdote, tunc in dicta Eccleſia Diui Sepulchri officium diuinum celebrante, accipient: in qua nos, aut noſter locum tenens laure: dicti ordinis decorabit, illosq; quinque crucibus obſignabit. Iuramento per eos, & eorum quemlibet de contentis in ordinationibus dicti Ordinis per nos editis & promulgatis fideliter obſeruandis, & defendendis præſtito, ſolutaq; ſumma triginta ſcutorum coronatorum, theſauro dicti Sepulchri pro eleemoſyna pauperibus, peregrinis & aliis bellicis hominibus in dictum locum venientibus, & ibi indies affluentibus, & ægrotis in hoſpitalib. eiuſdem S. Sepulchri urbis Hieroſolymitanæ, & Sancti Ioannis, ac Sancti Lazari, iacentes applicanda.

Articulus VII.

Quod noſtri viatores ſubditi gaudebunt libertatibus, & franchiſiis latius in noſtra ordinatione deſuper facta & edita declaratis. Summamq; quinque ſcutorum coronatorum dictæ eleemoſynæ applicandam ſoluent, & ad obſeruandam dictam ordinationem ſeſe obligabunt.

Articulus VIII.

Voluimus etiam & volumus, quod in dicta S. ſepulchri Hieroſolymitani & aliis Eccleſiis per nos ac alios Reges & Principes hactenus ædificatis, & imposterũ ædificãdis in dicto regno Franciæ, & alibi in eorum terris & dominiis, in honorem eiuſdem S. Sepulchri & deuotioné celebrabuntur officia diuina, modo & forma ſequentib. Scilicet quod qualibet die Dominica menſis Presbyteros Latinos cæremoniis in talibus adhiberi ſolitis, adhibitis, alta vna, & quinq; miſſæ, voce ſubmiſſa in honorem & reuerentiam dictarum quinq; plagarum Domini noſtri Ieſu Christi celebrabuntur. Huiuſmodi officio, nos, ſeu nobis abſentibus locum tenens, noſtri milites, & viatores præfati aſſiſtent.

Articulus IX.

Quod dictus noſter locum tenens, milites & viatores quotidie miſſam audire, preces & horas Sanctæ Crucis dicere, & quaſdam eleemoſynas elargiri tenebuntur.

Articulus X.

Quod diebus feſtis annualibus Conceptionis, Natiuitatis, Annunciationis, Purificationis, & Aſſumptionis Beatæ Mariæ Virginis alta voce, verbis Latinis Miſſæ celebrabuntur, fientq; proceſſiones, quibus nos, dictusq; noſter locum tenens, milites, & viatores aſſiſtere. & Sacroſanctum Euchariſtiæ Sacramentum recipere tenebimur, vt Deo acceptabiles & grati, contra dictos Infideles ſecurè bellum gerere, & eos ſubiugare poſſimus.

Articulus XI.

Quod indies Miſſas celebrari procurabimus, pauperibus eleemoſynam largiemur: dicti autem milites ſolum diebus Veneris cuiuſlibet hebdomadis in honorem paſſionis Domini noſtri Ieſu Christi id fieri procurabunt, horas ſanctæ Crucis dicemus, & ſero Veſperas mortuorũ dici faciemus: Deumq; optimũ pro principibus, regibus, & populo Christiano precabimur. & rogabimus & victoriam contra dictos Infideles in gratiam,

&

augmentum fidei & defenſionem Catholicæ, Apoſtolicæ, & Romanæ Eccleſiæ concedere velit & dignetur.

Articulus XII.

Quod nos, dictus noſter locum tenens, & alii milites bellicoſi, & viatores dicti ordinis temporibus Aduentus Domini, Quadrageſimæ, quatuor temporum anni, rogationum, & vigiliarum dictorum feſtorum annualium Beatæ Mariæ Virginis, in honorem Dei ac dictæ eius matris Mariæ Virginis, & in contemplationem pœnitentiæ nobis & populo Chriſtiano à Deo veniam, & remiſſionem peccatorum noſtrorum obtinendam impoſitæ, ac vt tentationes Diaboli euitemus, & in dictos inſidiis reddamur victores, ieiunabimus.

Articulus XIII.

Ex noſtra ſcientia decreuimus, & decernimus, quod diè feſto Sacroſancti Sacramenti, in Eccleſia dicti Sancti Sepulchri vrbis Hieroſolymitanæ tres miſſæ, ſcilicet prima in lingua Soriana, ſecunda lingua Græca, tertia verò lingua Latina, alia voce officiumq; diuinum cæremoniis ſolitis adhibitis celebrabuntur. In aliis autem Eccleſiis per nos & noſtros amicos in Franciæ regno noſtriſq; terris & dominiis in honorem dicti Sancti Sepulchri ædificatis, Latinè celebrabitur idem officium. Fientq; proceſſiones in honorem & reuerentiam fidei, & credentiæ in Sacro-Sanctum Sacramentum Euchariſtiæ, nobis & populo Chriſtiano infuſæ.

Articulus XIV.

Quod anno quolibet die Dominica in Ramis palmarum, à nobis aut noſtro locum tenens in noſtra abſentia, aſſumatur & eligatur vnus ex Preſbyteris, qui ſupra aſinum ſedens in conuocatione & cœtu duodecim Preſbyteros, qui officium diuinum in Eccleſia Sancti Sepulchri celebrare ſolent, dictam vrbem Hieroſolymitanam introibit. Cui quidem Preſbytero ſic electo, nos & dictus locum tenens noſter, milites, viatores, & populus Chriſtianus eiuſdem vrbis obuiam ire, illumq; benignè

recipere, & in Eccleſiam dicti S. Sepulchri magna cum humilitate concomitari tenebimur: in qua quidem Eccleſia dictus electus, & alii ſupra nominati Preſbyteri, officium diuinum in honorem & reuerentiam introitus Domini noſtri Ieſu Chriſti, quem in dictam vrbem Hieroſolymitanam ſanctis eius diſcipulis præſentib. fecit, honeſtè receptionis perhabitātes dictæ vrbis, & lætitiæ ab eis ob eius aduentum & introitum factarum, ſolemniter celebrabitur.

Articulus XV.

Die autem Iouis ſequenti officium diuinum cum ceremoniis aſſuetis per electum & alios Preſbyteros ſupradictos in Eccleſia Sancti Sepulchri celebrabitur & dicetur: nosq; & noſter locumtenens refectionem illorum in pane, vino, piſcibus, in domo S. Cœnaculi dictæ noſtræ vrbis Hieroſolymitanæ præparabimus: in qua illos benignè recipiemus, eorum pedes humiliter lauabimus & oſculabimur, cœnamq; celebrabimus, illisq; eleemoſynas ob charitatem elargiemur. Et poſtquam dictus electus & alii Preſbyteri gratias Deo egerint, Sanctumq; Dei Euangelium quod ſuis Apoſtolis prædicauit, nobis enunciauerint, nos, aut noſter locumtenens, milites & viatores ſupranominati in dicto Cænaculo noſtram refectionem ſumemus, eleemoſynas in auro, argento, veſtimentis, victualibus, panibus, vino, & aliis dabimus, omnibus ægrotis in magnis hoſpitalibus iacentibus: cæterisq; pauperibus in indigentia & neceſſitate conſtitutis nobis notis, in reuerentiam & commemorationem S. Cœnæ, quam ſimili die Dominus noſter Ieſus Chriſtus cum dictis ſuis diſcipulis in præfata domo ſancti Cœnaculi fecit, elargiemur & concedemus.

Articulus XVI.

Quod electus & Preſbyteri ante nominati, qui illum in dictam vrbem Hieroſolymitanam, vt ſupra fuerint concomitati in monte oliuarum ſeſe conferentes ibiq; tota nocte dictæ diei Iouis precib. & orationibus diuinis, in reuerentiam & recordationem orationis, in dicto loco per eundem Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum fusè vacabunt.

Art

Digitized by Google

Articulus XVII.

Die verò Veneris ſancti, dictus Preſbyter electus E[van]gelium Paſſionis Domini noſtri Ieſu Chriſti in Eccleſia [di]cti ſancti Sepulchri perleget, illudq́ nobis, noſtroq́ locum t[e]nenti, militibus & viatoribus populoq́ Chriſtiano interpreta[]bitur, officiumq́ diuinum cum aliis ſupra nominatis Preſby[]teris Latinè celebrabit, cui aſſiſtere tenebimur, nec cibo aliquo reficiemur aut vtemur, donec hora, qua Dominus noſter Ieſus Chriſtus in redemptionem generis humani in cruce pendens emiſit ſpiritum, pulſata fuerit.

Articulus XVIII.

Quod quatuor milites dicti ordinis nocte dicta die Veneris vſque ad meridiem diei ſequentis in honorem & reuerentiam Domini noſtri Ieſu Chriſti, cuius corpus ab infidelib. Iudæis illa dicta nocte cuſtoditum fuit, fideliter cuſtodiant.

Articulus XIX.

Quod omnes Preſbyteri Chaldæi, Græci & Latini continuas preces tota nocte diei Veneris in Eccleſia dicti Sancti Sepulchri in gratiam fidei & defenſionem Catholicæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ, ac aliarum Eccleſiarum Chriſtianarum aduerſus huiuſmodi infideles fundent.

Articulus XX.

Inſuper ordinauimus & ordinamus continuè eleemoſynas elargiendas & concedendas eſſe, vt à carcerib. dicti milites viatores, & alius populus Chriſtianus liberetur, qui tam à noſtris regni Franciæ dominiis & terris, quàm ab aliis partib. & terris Principum Chriſtianorum nobis amicorũ venientes, contra dictos Infideles nobiſcum bellum geſſerunt: Et illud ita proſecuti fuerint, vt captiui & detenti ab ipſis infidelib. fuerint, nec non humiliter dictos Principes ac reuerendos Dominos Archiepiſcopos, Epiſcopos, Abbates & alios beneficiatos tam in dictis noſtris regno Franciæ, dominiis & terris, quàm in aliis ad dictos Principes Chriſtianos ſpectantibus obtinentes, ſupplicare & requirere, vt quartam partem tertiæ partis reddituum beneficiorum ſuorum pro redemptione dictorum

uorum in honorem Dei & remunerationem ſuorum laborum circa impugnationem dictorum infidelium, in gratiam, fauorem fidei & defenſionem Eccleſiarum Chriſtianarum & Prælatorum.

Articulus XXI.

Nos quoque ſupplicauimus & rogauimus ſanctiſſimos almæ vrbis Romæ Pontifices, quatenus indulgentias omnib. principibus nobis amicis populoq; Chriſtiano, qui pro redemptione & liberatione dictorum captiuorum & pauperum, nobis & aliis prædictis Principibus ſubiectorum, & dictum Sanctum Sepulchrum viſitare, noſq; contra dictos infideles & ad illos impugnandos, prout ſupradictum eſt, concomitari voluerint, concedere & impartire velint.

Articulus XXII.

Præterea ſtatuimus, & penſata animi deliberatione voluimus, quod milites dicti ordinis Sancti Sepulchri ſub ſaluagardia Soldani Babylonenſis aut eius locum tenentis, omnes dictos captiuos redimendi & liberandi in ſe ſuſcipient. Quibus militibus ad hunc effectum denarii dictarum eleemoſynarum tradentur, & de his computum rationes, & reliqua noſtro locum tenenti in dicta vrbe Hieroſolymitana in communitate militum dicti ordinis, & viatores dicti Sancti Sepulchri reddent.

Articulus XXIII.

Quod ex noſtra ſcientia & ſpontanea voluntate eligimus, nominamus, & conſtituimus, & nominamus dictos milites noſtri ordinis Sancti Sepulchri in perceptores & adminiſtratores redituum & prouentuum, fundationem & eleemoſynarum prænominatarum. Et de his præfati milites, & in eorum abſentia dicti viatores adminiſtrationem & regimen habeant. Nec non aliorum fundationum per nos aut noſtros amicos in eccleſiis noſtri regni Franciæ dominiorum & terrarum noſtrarum, ac aliorum Principum inſtitutarum, & eleemoſynis datarum pro redemptione & liberatione dictorum militum, &

viatorum

Digitized by Google

viatorum ac populi Chriſtiani, in poteſtate & dominio, ac carceribus dictorum infidelium forſan detentorum & detinendorum, ut huiuſmodi reditus & eleemoſynæ Presbyteris officium diuinum in dicta Eccleſia Sancti Sepulchri celebrantibus, ac pauperibus in dictis hoſpitalibus S. Sepulchri, S. Ioannis, S. Lazari, & aliis hoſpitalibus, ab aliis Principibus nobis amicis & fœderibus, ac populo Chriſtiano, in honorem Dei, ſanctorum Apoſtolorum, aliorumq; Sanctorum, tam in noſtro regno Franciæ, terris & dominiis, quam amicorum noſtrorum fundatis & inſtitutis affluentibus, & ibi moram trahentibus fideliter ab eis effectiuè diſtribuantur. De quibus redditibus & prouentibus ſic receptis & diſtributis, iidem milites & viatores, anno quolibet in craſtino feſti Sacro-ſancti Sacramenti, in Camera noſtri conſilii Hieroſolymitani, rationes & computa reddent, & ad hos fines iidem perceptores & adminiſtratores ibi ſeſe repræſentare, aut de his eorum computa ſeu verum memoriale eorum mittere tenebuntur.

Art. XXIV.

Quod clericus theſauri dicti S. Sepulchri Hieroſolymitani bonum & fidele memoriale redditionis huiuſmodi computorũ deſcribet, cartas, ſeu papiros eorum conſeruabit huiuſmodi. Reliqua ſi quæ debeantur, recipiet, quitantias & acquitamenta eorum computorum ſic à dictis adminiſtratoribus tam præſentibus quam abſentibus per nos ſeu in noſtra abſentia locum tenentẽ noſtrum atteſtari & ſignari procurabit.

Art. XXV.

Voluimus etiam ac volumus, quod centum milites dicti ordinis in noſtris regni Franciæ terris & dominiis, & aliis regnis ad noſtros amicos ſpectantes, degentes & moram trahentes, veniant in cameram noſtri conſilii Hieroſolymitani, & compareant, qui nos aut noſtrum locum tenentem in dicto viagio viriliter & animo alacri ac beneuolo concomitare & nobiſcum aſſiſtere, mediaq; rationes & cauſas, in dicto conſilio pro bellis gerendis contra dictos Infideles in augmentũ fidei & defenſionẽ Eccleſiarum Chriſtianarum, tam Latinarum quam aliarum

linguarum prædictarum, adminiſtratorum fundatorum & eleemoſynarum allegandas, & intelligere poſſint & valeant, vt ſuper his concluſiones validas & neceſſarias ac iuridicas aſſumamus.

Art. XXVI.

Statuimus etiam & ordinauimus aliquem ex equitibus dicti ordinis eligere oratorem apud Soldanum Babylonem, qui permittat dicto noſtro oratori, quod ſpatio trium annorũ computorum in dicta Babilonia commoretur, & vitam ducat, vt de quibuſdam militibus viatoribus, & aliis Chriſtianis captiuis a dicto Soldano, ſeu eius belligeris detentis notitiam habere poſſit, pretioq; auri & argenti, quod per alios noſtros milites ſub ſalua gardia & protectione dicti Soldani mittent, liberentur dicti captiui ab huiuſmodi detentione, aut ſi maluerit ipſe Soldanus, quod in locum infidelium à nobis aut noſtris ſubditis in bello aut alibi captiuorum detentorum ſeu detinendorum: quos eo caſu ab huiuſmodi ſua captiuitate liberare intendimus, modo dicti noſtri captiui liberentur.

Art. XXVII.

Cum autem noſter miles ſic delegatus orator de dictis captiuis, à Soldano ſeu eius belligeris, vt profertur, detentis, plenam habuerit notitiam, is nobis cartis veris nomina illorum, loca in quibus detineantur ſignificari, ſaluagardiam à dicto Soldano ad hos fines obtentam mitti procurabit, vt dicti milites & viatores ſi captiui ſecurius ad noſtras partes redire poſſint.

Art. XXVIII.

Quod dictus orator & milites nobis aut noſtro locum tenenti in abſentia noſtra, de redemptione dictorum captiuorum fidem facient, quam ſummam pro redemptione captiuitatis huiuſmodi, cui & in quo loco exſoluerint. Et ad hos fines dictos captiuos, ſaltem copias cartarum liberationis eorundem nobis repræſentabunt, præmiſſaq; omnia & ſingula ad notitiam aliorum Regum & Principum Chriſtianorum, dominorumq; Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, Abbatum, & aliorum beneſi-

beneficiatorum noſtri regni Franciæ, terrarum & dominiorum noſtrorum, & aliorum noſtrorum amicorum deduci voluimus, vt fructum ex ſuis ſanctis eleemoſynis conſequantur glorioſum, ac in poſterum in illis elargiendis promptiores reddantur.

Art. XXIX.

Quod intendimus & deliberamus quotidie dictas quinque cruces dicti Ordinis S. Sepulchri noſtris veſtimentis appoſitas deferre. Quas dicti milites & viatores, ſiue eos bellum gerere aduerſus dictos infideles, & alibi adire ad aulas regias & conuocationes, ſeu cætus Principum & aliorum Chriſtianorum populorum frequentare contigerit, ſimiliter deferre tenebuntur.

Art. XXX.

Quod dicti etiam milites aduerſus aliquos Principes Chriſtianos bellum gerere minimè tenebuntur, imò illis fauorabiles erunt, caſu quo ſibi conſtiterit dictos Principes eſſe excommunicatos auctoritate Dei & ſummi Pontificis, ab Eccleſia Catholica exules & diſperſos, eorumq; regnum belligeris eſſe prædam. Quo caſu adueniente dicti milites pro eis contra dictos Principes arma ſuſcipient, ad exemplumq; Dei iura pauperum, orphanorum, viduarum, extraneorum defendent, & ab omnibus vexationibus & oppreſſionibus viriliter protegent.

Art. XXXI.

Nos igitur præmiſſis & aliis legitimis cauſis & rationibus ex iſtis erratis animum noſtrum mouentibus, præſcriptas ordinationes à nobis ſeruari & edi, illaſque de verbo ad verbum, nil de contentis in eiſdem omiſſo obſeruari decreuimus, ſtatuimus, ſapienter deliberauimus. Et in concretum teſtimonium & robur ad ſancta Dei Euangelia per fidem & legem noſtram in fide nec ſponte aliquid de contentis in eiſdem ordinationibus executione dignum omittere promiſimus & iurauimus illas

à noſtris ſucceſſoribus regni Franciæ regibus dicti ordinis Sancti Sepulchri, ac præſentium capitibus ſecundum eorum tenorem obſeruari; ordinantes, & in hoc eorum conſcientiam illis contrauemendo onerantes, votaq; & obligationes per milites dicti ordinis, & viatores in dictam vrbem Hieroſolymitanam emitti, & factas obſeruari & adimpleri, prout eiſdem ordinationibus cauetur. Quas volumus deponi & fideliter cuſtodiri in theſauro dicti S. Sepulchri, memoriaſq; illas abſque diminutione continentes continentia in noſtrum Franciæ regnum, terras & dominia, tam ad nos quam ad alios Principes ſpectantia transferri, vt omnia & ſingula præmiſſa ab eis videri, viſitari & fideliter obſeruari poſſint, ac ſi in dicto theſauro exiſterent, ipſos humiliter ſupplicantes, quatenus in his noſtrã intentionẽ & bonam voluntatẽ in honorem Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui noſtrorum cordiũ ſcrutator eſt, aliaq; in eius protectione & poſſeſſione conſeruat principiumq; & terminum noſtræ vitæ dat & tribuit, adimplere velint & dignentur: & vt magis ac magis dictæ noſtræ ordinationes cunctis pateant euidenter, & ſint notæ ac obſeruentur in perpetuum, volumus & ordinamus eas noſtri ſigillis quinq; crucibus dicti ordinis, in medio eiuſdem appoſitis munimine roborari. Quæ datæ & latæ fuerunt à nobis in vrbe Ieroſolymitana, die prima felicis menſis Ianuarii, anno à Natiuitate Domini noſtri Ieſu Chriſti milleſimo nonageſimo nono.

DIPLO-

Digitized by Google

DIPLOMA,

QVO PHILIPPO II. HISPANIARVM REGI, EIVSQVE SVCceſſoribus ſumma Adminiſtratio Ordinis Sanctiſſimi Sepulchri D. N. Iesv Christi ab Equitibus Hieroſolymitanis delata eſt. Anno ∞. D. LVIII.

IN nomine Sanctiſſimæ Trinitatis, Patris,& Filii,& Spiritus Sancti, Amen. Cum beneficiorum omnium, quæ Deus optimus generi humano præſtitit, illud maximum ſit, quod vſq; adeò nos in dilecto filio ſuo, cum adhuc impii eſſemus & peccatores, dilexerit; vt illum nobis, non in ſanguine hircorum, aut taurorum, ſed in proprio ſanguine in illa Sacroſancta Hieruſalem pro peccatis noſtris dederit, æterna certè memoria ſingulari animorum gratitudine,& eximiæ cuiuſdam pietatis religione, tam præclarum atque excellens diuinæ erga nos benignitatis donum venerari, atque ſuſpicere nos oportet. Cum igitur pretioſiſſimo Chriſti ſanguine,& acerbiſſima eius morte tantum nobis adeò collatum fuerit, quantum nullus vnquam aut petere, aut ſperare auſus fuerit. Quanta veneratione ſacratiſſimum illum Caluariæ Montem, in quo per Spiritum S. immaculatum Deo ſemetipſum pro nobis obtulit & glorioſum illius Sepulchrum, vbi triduò quieuit, nos oportet adorare & venerari? Et ſi noſtrorum ſcelerum magnitudine factum ſit, vt loca illa, verè, vt vocantur Sancta, in quibus Deus ac Dominus noſter Ieſus Chriſtus inexplicabilis ſuæ erga nos charitatis prædicta ſacratiſſima monumenta

nobis reliquit, occulto ſuæ diuinæ ſapientiæ iudicio perfidorum Turcarum tyrannide oppreſſa, & ſpurciſſima Mahumetanorum ſecta polluta quodammodo ſint, & inquinata, non ſine magno omnium, qui Chriſtiani eſſe & dici volumus, & dedecore & probro. Ad omnes tamen ſpectat hanc ignominiam depellere, & tot vndique telis atque cuniculis oppugnatam ſanctiſſimam fidem noſtram pro viribus defendere. Sed cum hoc officium Religionis noſtræ propugnandæ, & propagandæ omnes attingit, tum verò noſtrum ſingulari ratione debet eſſe proprium, quorum profeſſio & ſingulare inſtitutum defenſioni fidei eſt conſecratum: preſertim cum ante oculos ſanctiſſimum & æterna gloria atq; memoria dignum, Illuſtrium atque fortiſſimorum cruce ſignatorum ſanctiſſimi Sepulchri Militum exemplum propoſitum habeamus. Qui vt Chriſti gloriam & fidei Chriſtianæ decus longè lateq; propagarēt, non ſolum fortunas ſuas, ſtatus & opulētiſſima patrimonia diſtraxerunt: verum etiam capita, corpora, vitā, & ſalutē ſuā multis periculis obiecerūt. Itaq; tantū indomita virtute atq; excelſa & infracta animi magnitudine potuerunt, vt innumeris Turcarū agminib. occiſis, Perſis cōpreſſis, Medis, Partis, Aſſyriis, Ægyptiis, aliiſq; barbaris nationibus edomitis non modo illa loca ſancta & pretioſiſſimo Redemptoris noſtri ſanguine conſecrata turpiſſimo ſeruitutis iugo depulſo in priſtinam libertatē vindicauerint: ſed etiam, vt in Bithinia, Nicomedia, Piſidia, Licaonia, Cappadocia, Litia, Pamphilia, Cilitia, Celeſeria, Heraclea, Meſopotamia, Media, Antiochia, Laodicea, Gabula, Valalenia, Maraclea, Antarade, Archia, Phœnitia, Tiro, & Sydone, Leleſia, Taraconitide, Ydumea, vtraque Arabia, ad vſque mare rubrum, Galilæa, Samaria, Palæſtina cum Iudæa, & S. Hieruſalem, aliiſque plurimis Aſiæ prouinciis, armorum vi ſubactis, crucis vexillum, & præclariſſima fidei noſtrę trophęa erexerint, & eam omnium ſempiterna gloria conſtituerint. Quibus prouinciis ſua virtute partis tamdiu imperitarunt, donec Chriſtianorum Principum deſidiis, ac inteſtinis bellis res Chriſtiana re-

na retrofluere cœpit, & tandem opibus noſtris conuulſis atq; accilis, Saladinus Ægypti Rex loca illa præclariſſimorum virorum ſanguine comparata, noſtra ſocordia & negligentia ipſe comparauit. Et ſi potentia infidelium multũ inualuit & corroborata eſt; nunquam tamen eò progreſſa eſt, vt Sacroſanctam Sanctiſſimi Sepulchri militiam aboleret, aut penitùs extingueret, quin potius longiſſimo multorum annorum ſpatio totâ penè Europâ ita hæc militia effloruit; vt Vrbanus IV. & Bonifacius VIII. per ſuos legatos eius opem & auxilium aduerſus Saracenos, Italiam vaſtantes, & Eccleſiæ Catholicæ hoſtes, ſæpius implorarent, & militum Cruce ſignatorum virtute Italiam ſeruatam faterentur. Nunc verò, etſi peccatis noſtris id promerentibus multa eius vis collapſa eſt, non ita tamen, vt non multæ reliquiæ ſuperſint, vbique inter Chriſtianos Nobiliſſimi & Illuſtriſſimi viri in hac glorioſa militia perſeuerant. In qua nos licet indigni cooptati, memores eorum quæ maiores noſtri ſumma cum gloria geſſerunt, & ignauiam noſtram pertæſi, cupimus in integrum reuocare, & quaſi poſtliminio reſtituere noſtrum inſtitutum, profeſſionem & prędeceſſorum noſtrorum virtutem & maculas, noſtra negligẽtia contractas, ſanguinis effuſione ad Ieſu Chriſti D. N. gloriam abolere. Sed cum vt hæc fiant, neceſſarium in primis ſit, vt aliquem habeamus prępotentem Ducem, cui tanquã capiti connectamur. Hinc eſt quod nós *Petrus de Carate* Commiſſarius generalis ſacroſanctę Archiconfraternitatis Sanctiſſimi Sepulchri, tam meo proprio nomine, quàm nominibus *Illuſtriſſimi Domini Andreæ Doreæ Principis Melphitani, D. Camilli Guaſco, D. Petri de Bolonia, D. Joannis de Joaria, & D. Roderici de Rocas:* pro quibus fortem me facio in forma Iuris valida, *Dominus Philippus de Borre,* Cantor & Canonicus Eccleſiæ Diuæ Mariæ Antuerpienſis, *Joannes de Moxica* etiam eiuſdem Eccleſiæ Canonicus, & * *Petrus Mennens* quilibet noſtrum pro ſe & nomine *Joannis van Schelden*, tamquam ad id conſtituti, vigore certarum literarum procuratoriarum, in papyro

Variorũ Equitum Belgarũ maxime, qui hic Comitiis interfuerunt, nomina.

* *Dominus van den B[illegible] [illegible] Waſſ[illegible] [illegible].*

ſcriptarum, Datarum die x x i i i. præſentis menſis Martii paſſatarum,&recognitarum coram Petro Baccart Notario publico Antuerpiæ reſidente, & certis teſtibus: Nec non Præfati *Philippus de Borre*, & *Petrus Menneus* nomine *Joannis Ouwenborch* dicti *Lauwers* etiam ad id conſtituti, vigore literarum procuratoriarum in papyro ſcriptarum, de data eiuſdem diei, menſis & anni coram Petro Verbeeck Notario publico Antuerpiæ commorante paſſatarum, & recognitarum. Quin etiam ego idem *Joannes de Moxica*, nomine *Gaſparis de Caſtro* conſtitutus, vigore procuratorio coram Ægidio van den *Boſche* Notario publico in prædicta Ciuitate habitante, eodem die & anno paſſato. *Nicolaus de Meyere* reſidens Gandaui, tam proprio nomine, quàm *Joannis de la Ruë*, prout patuit per procuratorium deſuper confectum,& paſſatum in oppido Gandauenſi coram Ioanne Charon Notario publico ibidem commorante,de data diei x i x.præſentis menſis Martii. Item *Joannes de Grutere* Dominus de Louelde, tam nomine meo proprio quam nomine *Jacobi Triecht* conſtitutus, vigore procuratorio manu ac ſigillo eiuſdem Iacobi ſubſignato, & corroborato, *Gerardus de Vladerache Dominus de Geffen*, *Antonius de Merthen Dominus de Eſſeſtain*, *Judocus de Brounchorſt Dominus de Rheiſwyck*, *Joannes de Aſperen Dominus de Weren*, *Laurentius de Vogt de Rineuelt*, *Antonius Abſalons*, *Paulus de Veldwyck*, *Carolus de Steenlant*, *Claudius Goetgebuer*, *Cornelius Gaerlard*, Brugis reſidens, *Joannes de Berecker*, *Joannes de Berchenrode*, *Joannes van den Steenweghe*, & *Joannes van den Dycke*. Omnes milites militiæ eiuſdem Sanctiſſimi Sepulchri. Volentes noſtrum ordinem militiæ, dante Domino propagare, & illum felici regimine gubernare: Conſiderantesque quod patrocinio alicuius magni Principis nobis adiuncto melius res noſtræ Religionis proſperabuntur; Idcirco nos prænominati milites nominibus quibus ſupra ac pro abſentibus de rato, quatenus opus ſit in forma iuris valida, promittentes in Eccleſia parochiali Sanctæ Catharinæ Villæ de Hochſtrate,

Cano-

Cameracenſis diœceſis, ad infra ſcripta peragendum, & pertractandum coram Notariis publicis & teſtibus infraſcriptis, perſonaliter congregati ſponte & ex noſtra ſcientia, animoque deliberato omnibus melioribus modo, via, iure, cauſa, & forma quibus melius, validius & efficacius de iure poſſumus & debemus nomine dictæ noſtræ Religionis & militiæ, perpetuis futuris temporibus, facimus, creamus & ſolemniter eligimus, præſtito prius per nos ſolito ad Sacroſancta Dei Euangelia iuramento, in ſimilibus electoribus præſtari ſolito, ac Miſſâ Spiritus Sancti celebratâ, & hymno *Veni creator Spiritus* in eadem Eccleſia decantato, Sacratiſſimum, Potentiſſimum atque Sereniſſimum Dominum noſtrum Regem Philippum in magnum & ſummum totius noſtræ militiæ magiſtrum, & in nomine D. N. Ieſu Chriſti ſolemniter conſtituimus, erigimus & creamus. Nec non Sereniſſ. & glorioſum Hiſpaniarũ Principẽ, D. N. D. Carolũ Principẽ etiam eiuſdem militiæ, & in locum patris ſucceſſorẽ in perpetuum nominamus & declaramus: Petentes atque humiliter ſupplicantes, vt ſua Maieſtas hanc noſtram electionem & creationem, & totius noſtri Ordinis adminiſtrationem admittere, aliosque plurimos milites Sanctiſſimi Sepulchri creare dignetur, vt omnes ſimul communi animorum conſenſu ad infidelium perniciem incumbamus, & Chriſti Domini noſtri gloria refloreſcat. Nos enim noſtro, & noſtrorum ſucceſſorum huius ordinis, militum nomine, eius Maieſtati tamquam magno Religionis noſtræ magiſtro, & Sereniſſimo Carolo tamquam glorioſo Principi, eorumque ſucceſſoribus perpetuam obedientiam & fidelitatem iuxta noſtræ profeſſionis & inſtituti ſanctiones & formam, hoc eſt, ſumptibus noſtris ire contra infideles in bello vniuerſali, quod vulgariter dicitur *Cruys vaert*; vel noſtro nomine idoneum aliquem eò mittere promittimus, ac inuiolabili obſeruantia præſtituros pollicemur. Et quoniam exploratum eſt penè Orbi Chriſtiano, quod chariſſimus frater & commilito noſter magnificus D. Petrus de Carate ſa-

croſanctæ huius nouæ congregationis ac electionis erector ab anno ∞. D. XLV. multos labores & expenſas paſſus eſt, per varias plagas Chriſtiani orbis, pro huiuſmodi Sanctiſſimo negotio, & adhuc præditus ſua ingenti deuotione non recuſat impendere in futurum omnem operam ſuam, & auxilium. Idcircò compertum habentes ad hæc dirigi totum deſiderium & animum ſuum, ipſum pari modo in Commiſſarium Generalem noſtrum, & totius ordinis & militiæ noſtræ creamus, erigimus & ſolemniter nominamus, & obnixi ab ipſo petimus; vt noſtro nomine ea omnia faciat, & in omnibus aſſiſtat, dirigat, foueat, & gubernet, quæ ad totius noſtræ militiæ conſeruationem & vtilitatem conducibilia aut neceſſaria ſibi videbuntur. Ita tamen vt omnia illa fiant ſine impenſis, damno intereſſe, vel præiudicio huius ordinis militum, quodq́ue præterea vllo futuro tempore nullo vlteriori grauabimur onere, cuiuſcunque rei cauſa, vel ratione fuerit, quam hactenus grauati fuimus. Et quo quidem D. Petro de Carate defuncto, vel illius officio ceſſante aut vacante, aliquis ex noſtris confratribus communi noſtro conſenſu per nos in ipſius locum eligetur, & quæ quidem electio per nos ita facta per prælibatum D. N. Regem, eiuſq́ue ſucceſſores, prænominatos approbabitur, & confirmabitur. Itaque denominatio, atque ea ipſa electio erit & manebit penes nos: confirmatio verò penes D. N. Regem, ſucceſſoresq́ue eius antedictos. Quocirca Sanctiſſimum D. N. D. N. Romanæ, ac vniuerſalis Eccleſiæ nunc & pro tempore Romanum Pontificem & Epiſcopum humiliter obſecramus, vt hanc noſtram electionem creationem & declarationem ratam habeat, & ſua ac ſedis Apoſtolicæ auctoritate confirmet, ac nos tamquam humiles & obedientes Apoſtolicæ ſedis filios, in tutelam ac defenſioné ſuam ſuſcipiat. Nos enim ad nil aliud aſpiramus, quàm vt Dei ac D. N. Ieſu Chriſti gloria reuireſcat, & vexillum Crucis vbique gentium debita veneratione erigatur, & honoretur. Ita vt hoc conſequamur,

Digitized by Google

mur, obedientes Romanæ atque Apoſtolicæ ſedis filios fore profitemur, omneſque & ſingulos infideles tam Turcas, Mauros, Tartaros, quàm eiuſmodi alios quoſcunque, pro hoſtibus habemus, iiſdemque apertum ac perpetuum bellum indicimus.

O Clementiſſime & omnipotens Deus, omnium bonorum largitor, generis humani creator, luminiſque æterni, myſterium ſalutis humanæ Saluator noſter Chriſtus, ſubiit pro nobis Crucem, luit aliena commiſſa, iacuit ſepultus, vt nos vnà ſecum vitia ac ſcelera ſepeliamus, pietas, amor incredibilis erga nos mortale genus impulit te Chriſte Redemptor noſtram accipere naturam, induere hominem, perpeti laborem, pendere in ligno, demum extremum ſepulchri ſubire officium. Accipe igitur hanc noſtram militiam Clementiſſime, amplectere nos optime, dirige & duc ad te, ne patiare per hoc mare abſque Rectore nauigare. Tu rege nos milites tuos, tuum colentes tumulum, veſtigia tuæ obſeruantes necis, compara nobis Principum vota, quorum corda in tua manu conſiſtunt. Effice, præſta, vt aliquando tua loca liberentur, atque expientur, iampridem hoſtili fraude, noſtrâ profanata diſcordiâ. Coniunge Deus Magiſtratuum conſilia, Principum animos vni, vt pulſis tui nominis hoſtibus, monumenta noſtræ ſalutis populo reſtituantur fideli, iſtamque electionem & creationem noſtri ſummi Magiſtri Principiſque militiæ, quam te auctore & Rectore famuli tui fecimus, ſanctifica & tua clementiſſima benedictione illumina & corrobora, & tuo excelſo & glorioſiſſimo brachio animoſiores nos conforta, vt & illa ſacratiſſima & glorioſiſſima pignora noſtri Redemptoris, effuſione ſanguinis noſtri redimere poſſimus. Nam vt Propheta proclamat: Ciuitas Sancti tui facta eſt deſerta, Sion deſerta facta eſt, Hieruſalem deſolata eſt, domus ſanctificationis noſtræ. Et ſi perpauci ſunt qui ſinceritate cordis, & humiliato Spiritu te Deum viuum venerentur, & inuocent nomen tuum, non auertas faciem

tuam à nobis, & ne amplius memineris iniquitatum noſtrarum, ſed fac vt ad te Deum fontem viuum, fontem perennem & æternitatis peruenire valeamus. Cui eſt virtus & gloria per infinita ſæculorum ſæcula, Amen.

In quorum fidem præſentes literas ſiue hoc præſens publicum inſtrumentum manu vniuſcuiuſque noſtrum ſubſignatum coram Notariis publicis & teſtibus infraſcriptis ſtipulati ſumus, ab iiſdemque Notariis vnum vel plura, publicum ſiue publica, inſtrumentum & inſtrumenta fieri atque confici iuſſimus, fecimus, atque rogauimus & rogamus. Acta fuerunt hæc in dicta Villa de Hochſtraten in dicta Eccleſia Sanctæ Catharinæ Cameracenſis diœceſis, ſub anno à Natiuitate Domini ∞. D. LVIII. Indictione prima, die verò XXVI. menſis Martii, Pontificatus Sanctiſſimi Domini noſtri Diui Pauli diuinâ prouidentiâ Papæ quarti, anno tertio, præſentibus ibidem Magnificis Viris Martino Ruyz de Corate, Gerardo van Donguen, Franciſco van Steelant, & Adriano van der de Linde, teſtibus, ad præmiſſa omnia vocatis atque rogatis. Subſignatum.

Equitum prædictorum ſignatura.

† *Brounckhorſt* † Ego atteſtor *Philippus de Borre* meo nomine ac nomine, *Joannis Lauvers* & *Joannis van Schelde*, † *Joannes Moxica*, meo nomine, & nomine *Gaſparis de Caſtro*, † *Gerard van Vlaeerachen*, † *Petrus Mennens* meo nomine, & nomine *Joannis Lauvers* & *Joannis van Schelle*, † *Antonius van Merthen*, *Goergebuer*, † *Jan van Bercher*, † *Cornelius Gaeihard*, † *Carolus van Stelant*, † *Paulus van Veldwyck*, † *Antonius Abſalons*, † *Johannes de Gruttere*, meo nomine, & nomine *Jacobi Triecht*, † *Laurens de Vocht van Rineuelt*, *Jan van aen Steenweghen*, † *Juan van Aſperen ende van Weren*, † *Juan Berchenrode*, † *Ich Anthonis Abſalons* in nomine *Nicolai de Megere* & *Joannis de la Rue*, † *Jan van den Dycke*. Subſcriptum.

Ego Alexander Grapheus, Ciuitatis Antuerpienſis Secretarius, ac publicus Imperiali auctoritate Notarius, per Cæſ. Maieſtatis Conſilium Curiæ Brabant. ad Notariatus officium

officium admiſſus, vna cum Ioanne de Barlamonte etiam Notario publico, per idem conſilium approbato, ac prædictis teſtibus ad præmiſſa omnia & ſingula præſens perſonaliter interfui, eaque omnia & ſingula, ſic vt præmittitur, fieri vidi, ſciui, & audiui, accepto prius iuramento ad Sancta Dei Euangelia ſuper libro miſſali, ab omnibus & ſingulis militibus ſupradictis, ſeparatim, &c. quod in huiuſmodi electione non erat aliqua fraus, dolus, ſimonia, malitia aut aliqua alia illicita cauſſa &c. ac deinde dicta electione ſub debita ac perpetua obedientia, &c. cæteriſq; ſolemnitatibus requiſitis &c. in dicta Eccleſia celebratis atq; deuote peractis, notam ac ſtipulationem poſtea ſumpſi de præmiſſis omnibus, cum dicto Notario, præſentibus dictis teſtibus. In quorum fidem præſens publicum inſtrumentum cum dicto Notario ſubſcripſi, ac ſigno meo ſolito ſignaui, rogatus atque requiſitus. Subſignatum. A. Graphæus.

Ego Iohannes de Barlamonte publicus Imperiali auctoritate Notarius antedictus, atteſtor me præſentem fuiſſe vna cum dicto Magiſtro Alexandro Graphæo, Secretario & Notario publico in prædicta congregatione, Electione, ſtipulatione, cæteriſque ſolemnitatibus ſuperius ad longum narratis & declaratis. In quorum fidem præſens inſtrumentum manu propria ſubſcripſi ac ſolito ſigno ſignaui, rogatus atque requiſitus. Subſignatum. I. de Barlamonte Notarius Imp. SS.

INCIPIT PROLOGVS REGVLÆ PAVPERVM COMMILITONVM CHRISTI, TEMPLIQVE SAlomonis.

OMnibus in primis ſermo noſter dirigitur, quicunque proprias voluntates ſequi contemnunt, & ſummo ac vero Regi militare animi puritate cupiunt, vt obedientiæ armaturam præclaram aſſumere, intentiſſima cura implendo præoptent, & perſeuerando impleant. Hortamur itaque, qui vſque nunc militiam ſecularem, in qua Chriſtus non fuit cauſſa, ſed ſolo humano fauore amplexati eſtis: quatenus horum vnitati, quos Dominus ex maſſa perditionis elegit, & ad defenſionem S. Eccleſiæ gratuita pietate compoſuit, vos ſociandos perhumaniter, feſtinetis. Ante omnia autem, quicunq; es ô Chriſti miles, tam ſanctam conuerſationem eligens, te, profeſſionem tuam oportet puram adhibere diligentiam ac firmam perſeuerentiam, quæ à Deo tam digna, ſancta, & ſublimis eſſe dignoſcitur: vt ſi pure & perſeueranter obſeruetur inter militantes, qui pro Chriſto animas ſuas dederunt, ſortem obtinere mereberis. In ipſa namq; refloruit & reuixit ordo militaris, qui deſpecto iuſtitiæ zelo, non pauperes aut eccleſias defenſare, quod ſuum erat: ſed rapere, ſpoliare, interficere cõtendebant. Bene igitur nobiſcum agitur, quibus Dominus & Saluator noſter Ieſus Chriſtus amicos ſuos à ciuitate Sancta in cõfinium Franciæ ac Burgundiæ direxit, qui pro noſtra ſalute, veraq; fidei propagatione, non ceſſant animas ſuas hoſtiam Deo placentẽ offerre. Nos ergo cum omni gratulatione ac fraterna pietate precibuſq; Magiſtri Hugonis, *in quo prædicta militia ſumpſit exordium, cum Spiritu S.*

intimante

*ſtimante ex diuerſis Vltramontanæ prouinciæ manſionibus, in ſolemnitate S. Hilarii, anno 1128. ab incarnato Dei filio, ab inchoatione prædictæ militiæ nono, ad Trecas, Deo Duce, in vnum conuenimus, & modum & obſeruātiam ordinis Equeſtris per ſingula capitula, ex ore ipſius prædicti Magiſtri Hu*gonis *audire meruimus ac iuxta notitiam exiguitatis noſtræ ſcientiæ, quod nobis videbatur bonum & vtile, collaudauimus. Verum enimuero, quod nobis videbatur abſurdum, omneque, quod in præſenti Concilio nequiuit eſſe nobis memoraliter relatum, ac computatum, non leuitate, ſed conſulta prouidentia, & diſcretione venerabilis patris noſtri Honorii, ac inclyti Patriarchæ Ieroſolymitani Stephani fertilitate, ac neceſſitate, non ignari Orientalis religionis, nec non pauperum commilitonum Chriſti, conſilio communis capituli vnanimiter commendauimus. Sana autem prorſus licet noſtri dictaminis auctoritate permaximus numerus religioſorum patrum, qui in illo Concilio diuina admonitione cōuenerunt, commendat: non debemus ſilenter tranſire, quibus videntibus, & veras ſententias proferentibus*, ego Ioannes Michaelenſis, *præſentis paginæ, iuſſu Concilii ac venerabilis Abbatis Clareuallenſis, cui creditum ac debitum hoc erat, humilis ſcriba eſſe diuina gratia merui.*

An. Ch. 1128

S. Bernardū intellige.

NOMINA PATRVM RESIDENTium in Concilio.

PRimus quidem reſedit *Matthæus Albanenſis Epiſcopus*, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ legatus: deinde *Rainaldus Archiepiſcopus Remenſis*: tertius *Henricus Archiepiſcopus Senonenſis*: Dehinc Coepiſcopi eorum *Ranckedus Carnotenſis Epiſcopus*, *Goſſenus Sueſſorium Epiſcopus*, *Epiſcopus Pariſienſis, Epiſc. Trecenſis, Præſul Aurelianenſis, Epiſc. Antiſiodorenſis, Epiſc. Meldenſis, Epiſc. Catalaunenſis, Epiſcopus Laudunenſis, Epiſc. Beluacenſis, Abbas Vezelacenſis*, qui nō multo poſt factus eſt Lugdunenſis Archiepiſcopus, ac S. R. E legatus, *Abbas Ciſtercienſis, Abbas Pontimacenſis, Abbas trium Fontiū, Abbas S. Dionyſii de Remis, Abbas S. Stephani de Diuione, Abbas Moleſmii* ſupra nominatus, *Abbas*

Huius Concilii meminit Guil. Tyrius lib. 12. Hiſt. Belli ſacri cap. 7.

Digitized by Google

Bernardus Clareuallis non defuit, cuius ſententiam præſcripti libera voce collaudabant. Fuerunt autem Magiſter *Albericus Remenſis & Magiſter Fulgerius*, ac complures alii, quos longum eſſet enumerare. Cæterum vero de non literatis idoneum nobis videtur, vt teſtes amatores veritatis adducantur in medium: *Comes Theobaudus*, *Comesque Niuernenſis*, ac *Andreas de Baudimento*, intentiſſima cura, quod erat optimum, ſcrutantes; quod eis videbatur abſurdum, vituperantes, in concilio ſic aſſiſtebant. Ipſe vero *Magiſter militiæ Hugo* nomine reuera non defuit & quoſdam de fratribus ſuis ſecum habuit. Verbi gratia fratrem *Godefridum*, fratrem *Roralium*, fratrem *Gaufridum Biſol*: fratrem *Paganum de monte Deſiderii*, *Archembaudum de ſancto Amano*. Iſte vero magiſter Hugo cum iſtis diſcipulis modum & obſeruantiam exiguæ inchoationis ſui militaris ordinis, qui ab illo, qui dicit, *Ego Principium, qui & loquor vobis*, ſumpſit exordium: iuxta memoriæ ſuæ notitiam, ſupranominatis patribus intimans. Placuit itaque concilio, vt conſilium ibi lima & conſideratione diuinarum ſcripturarum diligenter examinatum, tamen cum prouidentia Papæ Romani, ac Patriarchæ Ieroſolymitani nec non capituli aſſenſu & pauperum commilitonum Templi, quod eſt in Ieruſalem, ſcripto, commendaretur, ne obliuioni traderetur, & inenodabiliter ſeruaretur: vt recto curſu, ad ſuum conditorem, cuius dulcedo tam mel ſuperat, vt ei comparatum velut abſynthium ſit amariſſimum, peruenire digne mereantur: præſtante, cui militant, & militare queant, per infinita ſeculorum ſecula. Amen.

REGV-

REGVLA PAVPERVM COMMILITONVM TEMPLI IN SANCTA CIVITATE.

QVALITER DIVINVM OFficium audiant.

CAPVT I.

VOs quidem propriis voluptatibus abrenuntiantes, atque alii, pro animarū ſalute vobiſcum ad terminum cum equis & armis ſummo Regi militantes, matutinas, & omne ſeruitium integrum, ſecundum canonicam inſtitutionem, ac regularium doctorum Sanctæ ciuitatis conſuetudinem pio ac puro affectu audire vniuerſaliter ſtudeatis. Idcirco vobis venerabiles fratres maxime debetur, quia præſentis vitæ luce deſpecta, contemptoque veſtrorum corporum cruciatu, ſæuientem mundum pro Dei amore vileſcere perenniter promiſiſtis, diuino cibo refecti ac ſaciati, & dominicis præceptis eruditi & firmati, poſt myſterii diuini conſummationem, nullus paueſcat ad pugnam, ſed paratus ſit ad coronam.

QVOD ORATIONES DOMINICAS, ſi audire nequierint, dicent.

CAPVT II.

CÆterum ſi aliquis frater negotio orientalis Chriſtianitatis forte remotus, quod ſæpius eueniſſe, nō dubitamus, & pro tali abſentia, Dei ſeruitium non audierit, pro matutinis tredecim orationes Dominicas, ac pro ſingulis horis ſeptem, ſed pro Veſperis nouē dicere collaudamus, ac libera voce vnanimiter affirmamus. Iſti etenim in ſalutifero labore ita directi non poſſunt accurrere hora compe-

tenti ad diuinum officium, ſed ſi fieri poteſt, horæ conſtitutæ non prætereant ante inſtitutum debitum.

QVID AGENDVM PRO FRAtribus defunctis.

CAPVT III.

QVando vero quilibet fratrum remanentium, morti (quæ nulli parcit) impendet, quod eſt impoſſibile auferri, Capellanus ac clericus vobiſcum ad terminum caritatiue ſummo ſacerdoti ſeruientibus, creditum officium & miſſam ſolenniter pro eius anima, Chriſto animi puritate iubemus offerre. Fratres autem ibi adſtantes & in orationibus pro fratris defuncti ſalute pernoctantes, centum orationes Dominicas, vſque ad diem ſeptimum, pro fratre defuncto perſoluant: ab illo die, quo eis obitus fratris denuntiatus fuerit, vſque ad prædictum diem, centenarius numerus perfectionis integritatem cum fraterna obſeruatione habeat. Adhuc nempe diuina ac miſericordiſſima caritate deprecamur, atque paſtorali auctoritate iubemus, vt quotidie, ſicuti fratri in vicibus dabatur, & debetur: ita quod eſt neceſſarium ſuſtentationi huius vitæ in cibo & potu tantum; cuidam pauperi, ad quadrageſimum diem impendatur. Omnes enim alias oblationes, quas in morte fratrum & in Paſchali ſolennitate, cæteriſque ſolennitatibus, Domino pauperum commilitonum Chriſti ſpontanea paupertas indiſcrete reddere conſueuerat, omnino prohibemus.

CAPELLANI VICTVM ET VESTItum tantum habeant.

CAP. IV.

ALias vero oblationes, & omnia eleemoſynarum genera, quoquo modo fiāt; Capellanis, vel aliis ad tempus manentibus, vnitati communis capituli reddere peruigili cura præcipimus. Seruitores itaque eccleſiæ victū & veſtitum ſecundum auctoritatem tantum habeant, & nihil

hil amplius habere præſumant, niſi magiſtri ſponte caritatiue dederint.

DE MILITIBVS DEFVNCTIS qui ſunt ad terminum.

CAP. V.

SVnt namque milites in domo Dei Templique Salomonis ad terminum miſericorditer nobiſcum degẽtes; vnde ineffabili miſeratione vos rogamus, deprecamur, & ad vltimum obnixe iubemus, vt interim tremenda poteſtas ad vltimum diem aliquẽ perduxerit, diuino amore ac fraterna pietate ſeptem dies ſuſtentationis pro anima eius quidam pauper habeat.

VT NVLLVS FRATER REMANENS, oblationem faciat.

CAP. VI.

DEcreuimus, vt ſuperne dictum eſt, quod nullus fratrum remanentium aliam oblationem agere præſumat, ſed die noctuque mundo corde in ſua profeſſione maneat, vt ſapientiſſimo prophetarum in hoc æquipollere valeat. Calicem ſalutaris accipiam, & in morte mea mortem Domini imitabor. Quia ſicut Chriſtus pro me animam ſuam poſuit, ita & ego pro fratribus animam ponere ſum paratus, Ecce competentem oblationem, ecce hoſtiam viuentem Deoq; placentem.

DE IMMODERATA STATIONE.

CAP. VII.

QVod autẽ auribus noſtris veriſſimus teſtis inſonuit, videlicet immoderata ſtatione & ſine menſura ſtando, diuinum officium vos audire, ita fieri non præcipimus, imo vituperamus: ſed finito Pſalmo & *Venite exultemus Domino*, cum Inuitatorio & Hymno, omnes ſedere tã fortes, quam debiles propter ſcãdalum euitandum nos iubemus. Vobis vero reſidẽtibus vnoquoque Pſalmo finito, in

Digitized by Google

recitatione *Gloria Patri*, de ſedibus veſtris ad altare ſupplicando ob reuerentiam ſanctæ Trinitatis. Sic etiam in recitatione *Euangelii*, & ad *Te Deũ laudamus*, & per totas laudes donec finito *Benedicamus Domino*, ſtare adſcribimus, & eandem regulam in matutinis S. Mariæ teneri iubemus.

DE REFECTIONE CONVENTVS.

CAPVT VIII.

IN vno quidem palatio, ſed melius dicitur, Refectorio communiter vos cibum accipere credimus, vbi quando aliquid neceſſarium fuerit, pro ſignorum ignorantia, leniter ac priuatim quærere oportet. Si omni tempore, quæ vobis neceſſaria ſunt, quærenda ſunt, cum omni humanitate & ſubiectione reuerentiæ potius ad menſam, cum Apoſtolus dicat: *Panem tuum cum ſilentio manduca* & Pſalmiſta vos animare debet, dicens: *Poſui ori meo cuſtodiam*, id eſt, apud me deliberaui, vt non delinquerem, id eſt, lingua, id eſt cuſtodiui os meum, ne male loquerer.

DE LECTIONE.

CAP. IX.

IN prandio & cœna ſemper ſit ſancta lectio recitata. Si Dominum diligimus, ſalutifera eius verba atque præcepta, intentiſſima aure deſiderare debemus, lector autem lectionum, vobis indicat ſilentium.

DE CARNIS REFECTIONE.

CAP. X.

IN hebdomada namq;, niſi Natalis dies Domini, vel Paſcha, vel feſtum S. Mariæ, aut omniũ Sanctorũ euenerit, vobis ter refectio carnis ſufficiat, quia aſſueta carnis comeſtio, intelligitur honoroſa corruptio corporum. Si vero in die martis tale ieiunium euenerit, vt eſus carnium retrahatur, in craſtino abundanter vobis impendatur. Die autem Dominico omnibus militibus remanentibus, nec non capellanis duo fercula in honorem S. Reſurrectionis impẽdi

bonum

Digitized by Google

bonum & idoneum indubitanter videtur. Alii autem videlicet armigeri & clientes, vno contenti, cum gratiarum actione permaneant.

QVALITER MANDVCARE MILItes debeant.

CAP. XI.

DVos & duos manducare generaliter oportet, vt ſollerter vnus de altero prouideat, ne aſperitas vitæ vel furtiua abſtinentia in omni prandio intermiſceatur. Hoc autem iuſte indicamus, vt vnuſquiſque miles aut frater æqualem & æquipollentem vini menſuram pro ſe ſolus habeat.

VT ALIIS DIEBVS DVO AVT TRIA leguminum fercula ſufficiant.

CAP. XII.

ALiis diebus, videlicet ſecunda & quarta feria, nec non & ſabbatho duo aut tria leguminum, aut aliorum ciborum fercula; aut vt ita dicam, cocta pulmentaria omnibus ſufficere credimus, & ita teneri iubemus, vt forte, qui ex vno non potuerit edere, ex alio reficiatur.

QVO CIBO SEXTA FERIA REFIcere oportet.

CAP. XIII.

SExta autem feria cibum quadrageſimalem, ob reuerentiam Paſſionis, omni congregationi, remota infirmorum imbecillitate, ſemel ſufficere à feſto omnium Sanctorum vſque in Paſcha, niſi Natalis dies Domini, vel feſtum S. Mariæ, aut Apoſtolorum euenerit, collaudamus. Alio vero tempore, niſi generale ieiunium euenerit, bis reficiatur.

POST REFECTIONEM SEMPER gratias referant.

CAP. XIV.

POſt prandium vero & cœnam, ſemper in Eccleſia, ſi prope eſt, vel ſi ita non eſt, in eodem loco, ſummo pro-

curatori noſtro, qui eſt Chriſtus, gratias, vt decet, cum humiliato corde referre ſtricte præcipimus. Famulis aut pauperibus fragmenta, (panibus tamē integris reſeruatis) diſtribuere fraterna caritate debent & iubentur.

VT DECIMVS PANIS SEMPER Eleemoſynario detur.

CAP. XV.

LIcet paupertatis præmium, quod eſt regnum cœlorum, pauperibus proculdubio debeatur, vobis tamen, quod Chriſtiana fides de illis indubitanter fatetur, decimum totius panis quotidie Eleemoſynario veſtro dare iubemus.

VT COLLATIO SIT IN ARBITRIO Magiſtri.

CAP. XVI.

CVm vero Sol orientalem regionem deſerit, & ad Hibernam deſcendit, audito ſigno, vt eſt eiuſdem regionis conſuetudo, omnes ad Completas oportet incedere vos, ac prius generalem collationem ſumere peroptamus. Hanc autem collationē in diſpoſitione & arbitrio magiſtri ponimus, vt quando voluerit de aqua, & quando iubebit miſericorditer ex vino temperato competēter recipiatur. Verum hoc non ad nimiam ſatietatem oportet fieri, ſed parcius, quia apoſtatare etiam ſapientes videmus.

VT FINITIS COMPLETIS SILENtium teneatur.

CAP. XVII.

FInitis itaque Completis ad ſtratum ire oportet; Fratribus igitur à Completoriis exeuntibus nulla ſit denuo licentia data loqui in publico, niſi neceſſitate cogente: armigero autem ſuo, quæ dicturus eſt, leniter dicat. Eſt vero forſitan, vt in tali interuallo vobis de Completoriis exeuntibus, maxima neceſſitate cogente, de militari negotio, vt de ſtatu domus veſtræ, quia dies ad hoc vobis ſufficere non credi-

creditur, cum quadam fratrum parte, magiſtrum, vel illum, cui domus dominium poſt magiſtrum eſt debitum, oporteat loqui: hoc autem ita fieri iubemus, & ideo quia ſcriptum eſt; *In multiloquio non effugies peccatum*, & alibi; *mors & vita in manibus linguæ.* In illo colloquio ſcurilitatem & verba otioſa ac riſum mouentia, omnino prohibemus, & vobis ad lectulos euntibus, Dominicam orationem, ſi aliquis quid ſtultum eſt locutus, cum humilitate & puritatis deuotione dicere iubemus.

VT FATIGATI AD MATVTINAS non ſurgant.

Cap. XVIII.

FAtigatos nempe milites non ita, vt vobis eſt manifeſtum, ſurgere ad Matutinas conlaudamus, ſed aſſenſu Magiſtri, vel illius, cui creditum fuerit à magiſtro, eos quieſcere, & tredecim orationes conſtitutas ſic cantare, vt mens ipſorum voci concordet, iuxta illud Prophetæ. *Pſallite Domino ſapienter*: & illud: *In conſpectu angelorum pſallam tibi*; nos vnanimes collaudamus. Hoc autem in arbitrio magiſtri ſemper conſiſtere debet.

VT COMMVNITAS VICTVS INTER fratres ſeruetur.

Cap. XIX.

LEgitur in diuina pagina. Diuidebatur ſingulis, prout cuiq; opus erat. Ideo non dicimus vt ſit perſonarum acceptio, ſed infirmitatum debet eſſe conſideratio. Vbi autem, qui minus indiget, agat Deo gratias & non contriſtetur. Qui vero indiget humiliter pro infirmitate, non extollatur pro miſericordia, & ita omnia membra erunt in pace. Hoc autem prohibemus, vt nulli immoderatam abſtinentiam amplecti liceat, ſed communem vitam inſtanter teneant.

DE QVALITATE ET MODO Veſtimenti.

Cap. XX.

Gallis Burelle dicta.

VEſtimenta autem vnius coloris ſemper eſſe iubemus, verbi gratia. Alba vel nigra, vel vt ita dicam burella. Omnibus autem militibus profeſſis in hyeme & in æſtate ſi fieri poteſt, alba veſtimenta concedimus, vt qui tenebroſam vitam poſtpoſuerint, per liquidam & albam ſuo conditori ſe reconciliari agnoſcant. Quid albedo? niſi integra caſtitas. Caſtitas, ſecuritas mentis, ſanitas corporis eſt, niſi enim vnuſquiſque miles caſtus perſeuerauerit: ad perpetuam requiem venire, & Deum videre non poterit, teſtante Paulo Apoſt. *Pacem ſectamini cum omnibus, & caſtimoniam ſine qua nemo videbit Dominum.* Sed quia huiuſmodi indumentum arrogantiæ ac ſuperfluitatis æſtimatione carere debet, talia habere omnibus iubemus, vt ſolus leniter per ſe veſtire & exuere ac calciare & diſcalciare valeat. Procurator huius miniſterii peruigili cura hoc vitare præſumat, ne nimis longa, aut nimis curta, ſed menſurata ipſis vtentibus, ſecundum vniuſcuiuſque quantitatem ſuis fratribus tribuat. Accipientes itaque noua, vetera ſemper reddant in præſenti, reponenda in camera, vel vbi frater, cuius eſt miniſterium decreuerit, propter armigeros & clientes, & quandoque pro pauperibus.

QVOD FAMVLI ALBA VESTIMENta, id eſt, pallia non habeant.

Cap. XXI.

HOc nempe quod erat in domo Dei ac ſuorum militum Templi, ſine diſcretione ac conſilio communis capituli obnixe contradicimus, & funditus quaſi quoddam vitium peculiare amputare præcipimus. Habebant enim olim famuli & armigeri alba veſtimenta, vnde veniebant damna importabilia. Surrexerunt namque in Vltramontanis partibus quidam pſeudofratres, & coniugati,

Digitized by Google

gati, & alii dicentes ſe eſſe de Templo, cum ſint de mundo. Hi nempe tantas contumelias, totque damna militari ordine acquiſierunt, & clientes remanentes plurima ſcandala oriri inde ſuperbiendo fecerunt. Habeant igitur aſſidue nigra, ſed ſi talia non poſſunt inuenire, habeant, qualia inueniri poſſunt in illa prouincia, qua degunt; aut quod vilius vnius coloris comparari poteſt, videlicet burella.

QVOD MILITES REMANENTES tantum alba habeant.

CAP. XXII.

NVlli ergo conceſſum eſt candidas Chlamydes deferre, aut alba pallia habere, niſi nominatis militibus Chriſti.

VT PELLIBVS AGNORVM vtantur.

CAP. XXIII.

DEcreuimus communi conſilio, vt nullus frater remanens per hyemem pelles aut pelliciam vel aliquid tale quod ad vſum corporis pertineat, etiamque coopertorium, niſi agnorum vel arietum habeat.

VT VETVSTA ARMIGERIS DIuidantur.

CAP. XXIV.

PRocurator vel dator pannorum, omni obſeruantia veteres, ſemper armigeris & clientibus & quandoque pauperibus, fideliter æqualiterque erogare intendat.

CVPIENS OPTIMA, DETERIORA habeat.

CAP. XXV.

SI aliquis frater remanens ex debito, aut ex motu ſuperbiæ pulchra vel optima habere voluerit, ex tali præſumptione proculdubio viliſſima merebitur.

VT QVANTITAS ET QVALITAS VEſtimentorum ſeruetur.

Cap. XXVI.

QVantitatem, ſecundum corporum magnitudinem; largitatemque veſtimentorum obſeruare oportet: dator pannorum ſit in hoc curioſus.

VT DATOR PANNORVM, IN PRImis æqualitatem ſeruet.

Cap. XXVII.

LOngitudinem, vt ſuperius dictum eſt, cum æquali menſura, ne vel ſuſurronum, vel criminatorum oculus aliquid notare præſumat. procurator fraterno intuitu conſideret, & in omnibus ſupradictis Dei retributionem humiliter cogitet.

DE SVPERFLVITATE CAPILLORVM.

Cap. XXVIII.

OMnes fratres remanentes principaliter ita tonſos habere capillos oportet, vt regulariter, ante & retro & ordinate conſiderare poſſint: & in barba, & in grennis eadem regula indeclinabiliter obſeruetur, ne ſuperfluitas, aut facetiæ vitium denotetur.

Vide ſermonem exhortatorium D. Bern. ad milites Templi cap. 2. & 3.

DE ROSTRIS ET LAQVEIS.

Cap. XXIX.

DE roſtris & laqueis manifeſtum eſt, & Gentile: & cum abominabile hoc omnibus agnoſcatur, prohibemus & contradicimus, vt aliquis ea non habeat, imò prorſus careat. Aliis autem ad tempus famulantibus, roſtra & laquea & capillorum ſuperfluitatem & veſtium immoderatam longitudinem habere non permittimus ſed omnino contradicimus. Seruientibus enim ſummo conditori, munditia interius, exteriuſque valde neceſſaria: eo ipſo atteſtante, qui ait: *Eſtote mundi, quia ego mundus ſum.*

DE

DE NVMERO EQVORVM ET *Armigerorum.*

CAP. XXX.

VNicuique veſtrorum militum tres equos licet habere, quia domus Dei templiq; Salomonis eximia paupertas amplius non permittit in præſentiarum augere, niſi cum magiſtri licentia.

NVLLVS ARMIGERVM GRATIS *ſeruientem feriat.*

CAP. XXXI.

SOlum autem armigerum ſingulis militibus eadem cauſa concedimus: ſed ſi gratis & caritatiue ille armiger cuiquam militi fuerit, non licet eidem eum verberare, nec etiam qualibet culpa percutere.

QVALITER AD TEMPVS REMA- *nentes recipiantur.*

CAP. XXXII.

OMnibus militibus ſeruire Ieſu Chriſto, animi puritate in eadem domo ad terminum cupientibus, equos in tali negotio cottidiano idoneos, & arma, & quidquid eis neceſſarium fuerit, emere fideliter iubemus. Deinde vero ex vtraque parte æqualitate ſeruata bonum & vtile appretiari equos iudicauimus. Habeatur itaque pretium in ſcripto, ne tradatur obliuioni: Et quidquid militi vel equis eius, aut armigero erit neceſſarium, adiunctis & ferris equorum ſecundum facultatem domus, ex eadem domo, fraterna caritate impendatur. Si vero interim equos ſuos miles aliquo euentu in hoc ſeruitio amiſerit; magiſter, & facultas domus hoc exigit, alios adminiſtret. Adueniente autem termino repatriandi, medietatem pretii, ipſe miles, diuino amore concedat, alteram ex communi fratrum, ſi ei placet, recipiat.

Digitized by Google

QVOD NVLLVS IVXTA PROPRIAM voluntatem incedat.

Cap. XXXIII.

COnuenit his nempe militibus, qui nihil ſibi Chriſto carius exiſtimant, propter ſeruitium, ſecundum quod profeſſi ſunt, & propter gloriam ſummæ beatitudinis, vel metum gehennæ, vt obedientiam indeſinenter magiſtro teneant. Tenenda eſt itaque, vt mox, vbi aliquid imperatum à magiſtro fuerit, vel ab illo, cui magiſter mandatum dederit, ſine mora ac ſi diuinitus imperetur, moram pati neſciant in faciendo. De talibus enim ipſa veritas dicit: *Obauditu auris obediuit mihi.*

SI LICET IRE PER VILLAM, SINE iuſſu magiſtri.

Cap. XXXIV.

ERgo hos tales milites propriam voluntatem relinquentes, & alios ad terminum ſeruientes deprecamur, & firmiter eis iubemus, vt ſine magiſtri licentia, vel cui creditum hoc fuerit, in villam ire non præſumant, præterquam noctu ad Sepulchrum, & ad ſtationes, quæ intra muros Sanctæ ciuitatis continentur.

SI LICET EVM AMBVLARE ſolum.

Cap. XXXV.

HI vero ita ambulantes non ſine cuſtode; id eſt, milite aut fratre remanente, nec in die nec in nocte iter inchoare audeant. In exercitu namque, poſtquam hoſpitati fuerint, nullus miles vel armiger aut famulus per atria aliorum militum, cauſſa videndi, vel cum aliquo loquendi, ſine iuſſu, vt dictum eſt ſuperius, incedat. Itaque conſilio obfirmamus, vt in tali domo ordinata à Deo, quod nullus ſecundum proprietatem militet aut quieſcat: ſed ſecundum Magiſtri imperium totus incumbat: vt illam Domini ſenten-

ſententiam imitari valeat; qua dicit, *Non veni facere voluntatem meam, ſed eius, qui me miſit.*

VT NVLLVS NOMINATIM, QVOD ei neceſſarium erit, quærat.

Cap. XXXVI.

HAnc proprie conſuetudinem inter cætera adſcribere iubemus, & cum omni conſideratione, ob vitium quærendi teneri præcipimus. Nullus igitur frater remanens, aſſignanter & nominatim equum aut equitaturam, vel arma quærere debet. Quomodo ergo? Si vero eius infirmitas aut equorum ſuorum debilitas, vel armorum ſuorum grauitas, talis eſſe agnoſcitur, vt ſic incedere, ſit damnum communem; veniat coram magiſtro, vel cui eſt debitum miniſterium poſt magiſtrum, & cauſam vera fide & pura ei demonſtret. Inde namque in diſpoſitione magiſtri vel poſt eum, procuratoris, res ſe habeat.

DE FRENIS ET CALCARIBVS.

Cap. XXXVII.

NOlumus, vt omnino aurum vel argentum, quæ ſunt diuitiæ peculiares, in frenis aut pectoralibus, nec calcaribus vel in ſtrenis vnquam appareat; nec alicui fratri remanenti emere liceat. Si vero caritatiue talia vetera inſtrumenta data fuerint, aurum vel argentum taliter coletur; ne ſplendidus color vel decor, cæteris arrogantia videatur. Si noua data fuerint, magiſter de talibus, quod voluerit, faciat.

TEGIMEN IN HASTIS ET CLYpeis non habeatur.

Cap. XXXVIII.

TEgimen autem in clypeis & haſtis & furellis in lanceis non habeatur. Quia hoc non proficuum, imo damnum nobis omnibus intelligitur.

cum mundanis delectationibus inhęrere, ſed Domini prę-
cepta libenter audire, orationi frequenter incumbere, mala ſua cum lacrymis vel gemitu quotidie in oratione Deo confiteri. Cum homine quidem talia operante, cum accipitre, vel alia aue, nullus frater remanens hac principali cauſa ire præſumat.

VT NVLLVS ARCV VEL BALIſta percutiat.

CAP. XLVII.

CVm omnem religionem ire deceat ſimpliciter, & ſine riſu, humiliter; & non multa verba ſed rationabilia loqui, & non ſic clamoſa in voce, ſpecialiter iniungimus, & præcipimus omni fratri profeſſo, ne in boſco, cum arcu aut baliſta iaculari audeat, nec cum illo, qui hoc fecerit ideo pergat, niſi gratia eum cuſtodiendi à perfido gentili; nec cum cane ſit auſus clamare vel garrulare, nec equum ſuum, cupiditate accipiendi feram, pungat.

VT LEO SEMPER FERIATVR.

CAP. XLVIII.

NAm eſt certum, quod vobis ſpecialiter creditum eſt, & debitum pro fratribus veſtris animam ponere, atque incredulos, qui ſemper Virginis filio minitantur, de terra delere. De Leone nos hoc dedimus, quia ipſe circuit, quærens quem deuoret, & manus eius contra omnes omniumque manus contra eum.

DE OMNI RE SVPER VOS QVÆſita, iudicium audite.

CAP. XLIX.

NOuimus quidem perſecutores ſanctæ Eccleſiæ innumerabiles eſſe; & hos qui contentionem non amant inceſſanter, crudeliuſque inquietare feſtinant. In hoc igitur concilii ſententia ſerena conſideratione pendeat, vt ſi aliquis in partibus orientalis religionis, in quocunq; alio loco

loco ſuper vos rem aliquam quæſierit; vobis, per fideles & veri amatores iudices audire iudiciũ, præcipimus; & quod iuſtum fuerit indeclinabiliter vobis facere præcipimus.

VT HÆC REGVLA IN OMNIbus teneatur.

CAP. L.

HÆc eadem regula in omnibus rebus, vobis immerito ablatis, perhumaniter iubemus, vt teneatur.

QVOD LICET OMNIBVS MILITIBVS profeſſis, terram & homines habere.

CAP. LI.

DIuina, vt credimus, prouidentia, à vobis in Sanctis locis ſumpſit initium, hoc genus nouum religionis: vt videlicet religionis militiã admiſceretis, & ſic religio per militiam armata procedat, & hoſtem ſine culpa feriat. Iure igitur iudicamus, cum milites Templi dicamini, vos ipſos ob inſigne meritum & ſpeciale probitatis donum, terram & homines habere, & agricolas poſſidere, & iuſte eos regere, & inſtitutum debitum vobis ſpecialiter debetur impendi.

VT MALE HABENTIBVS CVRA peruigil habeatur.

CAP. LII.

MAle habentibus fratribus ſupra omnia adhibenda eſt cura peruigil & quaſi Chriſto eis ſeruiatur, vt illud Euangelium, *Infirmus fui, & viſitaſti me*, memoriter teneatur. Hi etenim diligenter ac patienter portandi ſunt, quia de talibus ſuperna retributio indubitanter adquiritur.

VT INFIRMIS NECESSARIA ſemper dentur.

CAP. LIII.

PRocuratoribus vero infirmantium omni obſeruantia atque peruigili cura præcipimus, vt quæcumq; ſuſten-

curatori noſtro, qui eſt Chriſtus, gratias, vt decet, cum humiliato corde referre ſtricte præcipimus. Famulis aut pauperibus fragmenta, (panibus tamẽ integris reſeruatis) diſtribuere fraterna caritate debent & iubentur.

VT DECIMVS PANIS SEMPER Eleemoſynario detur.

Cap. XV.

LIcet paupertatis præmium, quod eſt regnum cœlorum, pauperibus proculdubio debeatur, vobis tamen, quod Chriſtiana fides de illis indubitanter fatetur, decimum totius panis quotidie Eleemoſynario veſtro dare iubemus.

VT COLLATIO SIT IN ARBITRIO Magiſtri.

Cap. XVI.

CVm vero Sol orientalem regionem deſerit, & ad Hibernam deſcendit, audito ſigno, vt eſt eiuſdem regionis conſuetudo, omnes ad Completas oportet incedere vos, ac prius generalem collationem ſumere peroptamus. Hanc autem collationẽ in diſpoſitione & arbitrio magiſtri ponimus, vt quando voluerit de aqua, & quando iubebit miſericorditer ex vino temperato competẽter recipiatur. Verum hoc non ad nimiam ſatietatem oportet fieri, ſed parcius, quia apoſtatare etiam ſapientes videmus.

VT FINITIS COMPLETIS SILENtium teneatur.

Cap. XVII.

FInitis itaque Completis ad ſtratum ire oportet; Fratribus igitur à Completoriis exeuntibus nulla ſit denuo licentia data loqui in publico, niſi neceſſitate cogente: armigero autem ſuo, quæ dicturus eſt, leniter dicat. Eſt vero forſitan, vt in tali interuallo vobis de Completoriis exeuntibus, maxima neceſſitate cogente, de militari negotio, vt de ſtatu domus veſtræ, quia dies ad hoc vobis ſufficere non credi-

Digitized by Google

creditur, cum quadam fratrum parte, magiſtrum, vel illum, cui domus dominium poſt magiſtrum eſt debitum, oporteat loqui: hoc autem ita fieri iubemus, & ideo quia ſcriptum eſt; *In multiloquio non effugies peccatum*, & alibi; *mors & vita in manibus linguæ*. In illo colloquio ſcurrilitatem & verba otioſa ac riſum mouentia, omnino prohibemus, & vobis ad lectulos euntibus, Dominicam orationem, ſi aliquis quid ſtultum eſt locutus, cum humilitate & puritatis deuotione dicere iubemus.

VT FATIGATI AD MATVTINAS non ſurgant.

CAP. XVIII.

FAtigatos nempe milites non ita, vt vobis eſt manifeſtum, ſurgere ad Matutinas conlaudamus, ſed aſſenſu Magiſtri, vel illius, cui creditum fuerit à magiſtro, eos quieſcere, & tredecim orationes conſtitutas ſic cantare, vt mens ipſorum voci concordet, iuxta illud Prophetæ. *Pſallite Domino ſapienter*: & illud: *In conſpectu angelorum pſallam tibi*; nos vnanimes collaudamus. Hoc autem in arbitrio magiſtri ſemper conſiſtere debet.

VT COMMVNITAS VICTVS INTER fratres ſeruetur.

CAP. XIX.

LEgitur in diuina pagina. Diuidebatur ſingulis, prout cuiq; opus erat. Ideo non dicimus vt ſit perſonarum acceptio, ſed infirmitatum debet eſſe conſideratio. Vbi autem, qui minus indiget, agat Deo gratias & non contriſtetur. Qui vero indiget humiliter pro infirmitate, non extollatur pro miſericordia, & ita omnia membra erunt in pace. Hoc autem prohibemus, vt nulli immoderatam abſtinentiam amplecti liceat, ſed communem vitam inſtanter teneant.

Digitized by Google

DE QVALITATE ET MODO Veſtimenti.

CAP. XX.

Gallis Burelle dicta.

VEſtimenta autem vnius coloris ſemper eſſe iubemus, verbi gratia. Alba vel nigra, vel vt ita dicam burella. Omnibus autem militibus profeſſis in hyeme & in æſtate ſi fieri poteſt, alba veſtimenta concedimus, vt qui tenebroſam vitam poſtpoſuerint, per liquidam & albam ſuo conditori ſe reconciliari agnoſcant. Quid albedo? niſi integra caſtitas. Caſtitas, ſecuritas mentis, ſanitas corporis eſt, niſi enim vnuſquiſque miles caſtus perſeuerauerit: ad perpetuam requiem venire, & Deum videre non poterit, teſtante Paulo Apoſt. *Pacem ſectamini cum omnibus, & caſtimoniam ſine qua nemo videbit Dominum.* Sed quia huiuſmodi indumentum arrogantiæ ac ſuperfluitatis æſtimatione carere debet, talia habere omnibus iubemus, vt ſolus leniter per ſe veſtire & exuere ac calciare & diſcalciare valeat. Procurator huius miniſterii peruigili cura hoc vitare præſumat, ne nimis longa, aut nimis curta, ſed menſurata ipſis vtentibus, ſecundum vniuſcuiuſque quantitatem ſuis fratribus tribuat. Accipientes itaque noua, vetera ſemper reddant in præſenti, reponenda in camera, vel vbi frater, cuius eſt miniſterium decreuerit, propter armigeros & clientes, & quandoque pro pauperibus.

QVOD FAMVLI ALBA VESTIMENta, id eſt, pallia non habeant.

CAP. XXI.

HOc nempe quod erat in domo Dei ac ſuorum militum Templi, ſine diſcretione ac conſilio communis capituli obnixe contradicimus, & funditus quaſi quoddam vitium peculiare amputare præcipimus. Habebant enim olim famuli & armigeri alba veſtimenta, vnde veniebant damna importabilia. Surrexerunt namque in Vltramontanis partibus quidam pſeudofratres, & coniugati,

gati,& alii dicentes ſe eſſe de Templo, cum ſint de mundo. Hi nempe tantas contumelias, totque damna militari ordine acquiſierunt,& clientes remanentes plurima ſcandala oriri inde ſuperbiendo fecerunt. Habeant igitur aſſidue nigra, ſed ſi talia non poſſunt inuenire, habeant, qualia inueniri poſſunt in illa prouincia, qua degunt; aut quod vilius vnius coloris comparari poteſt, videlicet burella.

QVOD MILITES REMANENTES tantum alba habeant.

Cap. XXII.

NVlli ergo conceſſum eſt candidas Chlamydes deferre, aut alba pallia habere, niſi nominatis militibus Chriſti.

VT PELLIBVS AGNORVM vtantur.

Cap. XXIII.

DEcreuimus communi conſilio, vt nullus frater remanens per hyemem pelles aut pelliciam vel aliquid tale quod ad vſum corporis pertineat, etiamque coopertorium, niſi agnorum vel arietum habeat.

VT VETVSTA ARMIGERIS DIuidantur.

Cap. XXIV.

PRocurator vel dator pannorum, omni obſeruantia veteres, ſemper armigeris & clientibus & quandoque pauperibus, fideliter æqualiterque erogare intendat.

CVPIENS OPTIMA, DETERIORA habeat.

Cap. XXV.

SI aliquis frater remanens ex debito, aut ex motu ſuperbiæ pulchra vel optima habere voluerit, ex tali præſumptione proculdubio viliſſima merebitur.

VT QVANTITAS ET QVALITAS VEſtimentorum ſeruetur.

Cap. XXVI.

QVantitatem, ſecundum corporum magnitudinem; largitatemque veſtimentorum obſeruare oportet: dator pannorum ſit in hoc curioſus.

VT DATOR PANNORVM, IN PRImis æqualitatem ſeruet.

Cap. XXVII.

LOngitudinem, vt ſuperius dictum eſt, cum æquali menſura, ne vel ſuſurronum, vel criminatorum oculus aliquid notare præſumat. procurator fraterno intuitu conſideret, & in omnibus ſupradictis Dei retributionem humiliter cogitet.

DE SVPERFLVITATE CAPILLORVM.

Cap. XXVIII.

Vide ſermonem exhortatorium D. Bern: ad milites Templi cap. 2. & 3.

OMnes fratres remanentes principaliter ita tonſos habere capillos oportet, vt regulariter; ante & retro & ordinate conſiderare poſſint: & in barba, & in grennis eadem regula indeclinabiliter obſeruetur, ne ſuperfluitas, aut facetiæ vitium denotetur.

DE ROSTRIS ET LAQVEIS.

Cap. XXIX.

DE roſtris & laqueis manifeſtum eſt, & Gentile: & cum abominabile hoc omnibus agnoſcatur, prohibemus & contradicimus, vt aliquis ea non habeat, imò prorſus careat. Aliis autem ad tempus famulantibus, roſtra & laquea & capillorum ſuperfluitatem & veſtium immoderatam longitudinem habere non permittimus ſed omnino contradicimus. Seruientibus enim ſummo conditori, munditia interius, exteriuſque valde neceſſaria: eo ipſo atteſtante, qui ait: *Eſtote mundi, quia ego mundus ſum.*

DE

Digitized by Google

DE NVMERO EQVORVM ET Armigerorum.

Cap. XXX.

VNicuique veſtrorum militum tres equos licet habere, quia domus Dei templiq; Salomonis eximia paupertas amplius non permittit in præſentiarum augere, niſi cum magiſtri licentia.

NVLLVS ARMIGERVM GRATIS ſeruientem feriat.

Cap. XXXI.

SOlum autem armigerum ſingulis militibus eadem cauſa concedimus: ſed ſi gratis & caritatiue ille armiger cuiquam militi fuerit, non licet eidem eum verberare, nec etiam qualibet culpa percutere.

QVALITER AD TEMPVS REMAnentes recipiantur.

Cap. XXXII.

OMnibus militibus ſeruire Ieſu Chriſto, animi puritate in eadem domo ad terminum cupientibus, equos in tali negotio cottidiano idoneos, & arma, & quidquid eis neceſſarium fuerit, emere fideliter iubemus. Deinde vero ex vtraque parte æqualitate ſeruata bonum & vtile appretiari equos iudicauimus. Habeatur itaque pretium in ſcripto, ne tradatur obliuioni: Et quidquid militi vel equis eius, aut armigero erit neceſſarium, adiunctis & ferris equorum ſecundum facultatem domus, ex eadem domo, fraterna caritate impendatur. Si vero interim equos ſuos miles aliquo euentu in hoc ſeruitio amiſerit; magiſter, & facultas domus hoc exigit, alios adminiſtret. Adueniente autem termino repatriandi, medietatem pretii, ipſe miles, diuino amore concedat, alteram ex communi fratrum, ſi ei placet, recipiat.

Digitized by Google

QVOD NVLLVS IVXTA PROPRIAM voluntatem incedat.

Cap. XXXIII.

COnuenit his nempe militibus, qui nihil ſibi Chriſto carius exiſtimant, propter ſeruitium, ſecundum quod profeſſi ſunt, & propter gloriam ſummæ beatitudinis, vel metum gehennæ, vt obedientiam indeſinenter magiſtro teneant. Tenenda eſt itaque, vt mox, vbi aliquid imperatum à magiſtro fuerit, vel ab illo, cui magiſter mandatum dederit, ſine mora ac ſi diuinitus imperetur, moram pati neſciant in faciendo. De talibus enim ipſa veritas dicit: *Obauditu auris obediuit mihi.*

SI LICET IRE PER VILLAM, SINE iuſſu magiſtri.

Cap. XXXIV.

ERgo hos tales milites propriam voluntatem relinquentes, & alios ad terminum ſeruientes deprecamur, & firmiter eis iubemus, vt ſine magiſtri licentia, vel cui creditum hoc fuerit, in villam ire non præſumant, præterquam noctu ad Sepulchrum, & ad ſtationes, quæ intra muros Sanctæ ciuitatis continentur.

SI LICET EVM AMBVLARE ſolum.

Cap. XXXV.

HI vero ita ambulantes non ſine cuſtode; id eſt, milite aut fratre remanente, nec in die nec in nocte iter inchoare audeant. In exercitu namque, poſtquam hoſpitati fuerint, nullus miles vel armiger aut famulus per atria aliorum militum, cauſſa videndi, vel cum aliquo loquendi, ſine iuſſu, vt dictum eſt ſuperius, incedat. Itaque conſilio obfirmamus, vt in tali domo ordinata à Deo, quod nullus ſecundum proprietatem militet aut quieſcat: ſed ſecundum Magiſtri imperium totus incumbat: vt illam Domini ſenten-

Digitized by Google

ſententiam imitari valeat; qua dicit, *Non veni facere voluntatem meam, ſed eius, qui me miſit.*

VT NVLLVS NOMINATIM, QVOD ei neceſſarium erit, quærat.

Cap. XXXVI.

HAnc proprie conſuetudinem inter cætera adſcribere iubemus, & cum omni conſideratione, ob vitium quærendi teneri præcipimus. Nullus igitur frater remanens, aſſignanter & nominatim equum aut equitaturam, vel arma quærere debet. Quomodo ergo? Si vero eius infirmitas aut equorum ſuorum debilitas, vel armorum ſuorum grauitas, talis eſſe agnoſcitur, vt ſic incedere, ſit damnum communem; veniat coram magiſtro, vel cui eſt debitum miniſterium poſt magiſtrum, & cauſam vera fide & pura ei demonſtret. Inde namque in diſpoſitione magiſtri vel poſt eum, procuratoris, res ſe habeat.

DE FRENIS ET CALCARIBVS.

Cap. XXXVII.

NOlumus, vt omnino aurum vel argentum, quæ ſunt diuitiæ peculiares, in frenis aut pectoralibus, nec calcaribus vel in ſtrenis vnquam appareat; nec alicui fratri remanenti emere liceat. Si vero caritatiue talia vetera inſtrumenta data fuerint, aurum vel argentum taliter coletur; ne ſplendidus color vel decor, cæteris arrogantia videatur. Si noua data fuerint, magiſter de talibus, quod voluerit, faciat.

TEGIMEN IN HASTIS ET CLYpeis non habeatur.

Cap. XXXVIII.

TEgimen autem in clypeis & haſtis & furellis in lanceis non habeatur. Quia hoc non proficuum, imo damnum nobis omnibus intelligitur.

DE LICENTIA MAGISTRI.

Cap. XXXIX.

LIcet magiſtro cuiquam dare equos, vel arma, vel quãlibet rem cuilibet dare.

DE MALA ET SACCO.

Cap. XL.

SAcculus & mala, cum firmatura non conceduntur: ſic exponentur, ne habeant abſque magiſtri licentia, vel cui creduntur, domus poſt eum negotia. In hoc præſenti capitulo, procuratores, & per diuerſas prouincias degentes non continentur, nec ipſe magiſter intelligitur.

DE LEGATIONE LITTERARVM.

Cap. XLI.

NVllatenus cuiquam fratrum litteras liceat, à parentibus ſuis, neque à quoquam hominum, nec ſibi inuicem accipere vel dare, ſine iuſſu magiſtri vel procuratoris. Poſtquam licentiam frater habuerit, in pręſentia magiſtri, ſi ei placet, legantur. Si vero & à parentibus ei quidquam directum fuerit, non præſumat ſuſcipere illud, niſi prius indicatum fuerit magiſtro. In hoc autem capitulo magiſter & domus procuratores non continentur.

DE FABVLATIONE PROPRIArum culparum.

Cap. XLII.

CVm omne verbum otioſum generare agnoſcatur peccatum, quid ipſi iactantes de propriis culpis ante diſtrictum iudicem dicturi ſunt? Oſtendit certe propheta; Si à bonis eloquiis propter taciturnitatem, debet interdũ taceri, quanto magis à malis verbis, propter pœnam peccato debet ceſſari. Vetamus igitur & audacter contradicimus, ne aliquis frater remanens, vt melius dicam ſtultitias, quas in ſeculo, in militari negotio, tam enormiter egit, &

carnis

Digitized by Google

carnis delectationes miſerrimarum mulierum, cum fratre ſuo, vel alio aliquo, vel de alio commemorare audeat. Et ſi forte talia referentem, quemlibet audierit, obmuteſcere faciat, vel quantocius poterit cito pede obedientiæ inde diſcedat & fabularũ venditori aurem cordis non præbeat.

DE QVÆSTV ET ACCEPTIONE.

Cap. XLIII.

VErum enim vero, ſi aliqua res ſine quæſtu cuilibet fratri data gratis fuerit, deferat magiſtro vel Dapſifero; ſi vero aliter ſuus amicus vel parens dare niſi ad opus ſuum noluerit, hoc prorſus non recipiat, nec licentiam à Magiſtro ſuo habeat. At cui res data fuerit, non pigeat illum, ſi alteri datur. Imo pro certo ſciat, quia ſi inde iraſcitur, contra Deum agit. In hac autem prædicta regula miniſtratores non continentur, quibus ſpecialiter hoc miniſterium debetur, & conceditur de mala & ſacco.

DE MANDVCARIIS EQVORVM.

Cap. XLIV.

VTilis res eſt cunctis hoc præceptum à nobis conſtitutum, vt indeclinabiliter amodo teneatur. Nullus autem frater facere præſumat manducaria linea vel lanea: idcirco principaliter facta, nec habeat vlla excepto perſiſnello.

VT CAMBIARE VEL QVÆRERE *nullus audeat.*

Cap. XLV.

NVnc aliud reſtat, vt nullus præſumat cambiare ſua, frater cum fratre, ſine licentia Magiſtri, & aliquid quærere, niſi frater fratri, & ſit res parua, vilis non magna.

VT NVLLVS AVEM CVM AVE CApiat, *nec cum capiente incedat.*

Cap. XLVI.

QVod nullus auem cum aue accipere audeat, nos communiter indicamus: non conuenit enim religioni, ſic

cum mundanis delectationibus inhęrere, ſed Domini prę-cepta libenter audire, orationi frequenter incumbere, mala ſua cum lacrymis vel gemitu quotidie in oratione Deo confiteri. Cum homine quidem talia operante, cum accipitre, vel alia aue, nullus frater remanens hac principali cauſa ire præſumat.

VT NVLLVS ARCV VEL BALIſta percutiat.

CAP. XLVII.

CVm omnem religionem ire deceat ſimpliciter, & ſine riſu, humiliter; & non multa verba ſed rationabilia loqui, & non ſic clamoſa in voce, ſpecialiter iniungimus, & præcipimus omni fratri profeſſo, ne in boſco, cum arcu aut baliſta iaculari audeat, nec cum illo, qui hoc fecerit ideo pergat, niſi gratia eum cuſtodiendi à perfido gentili; nec cum cane ſit auſus clamare vel garrulare, nec equum ſuum, cupiditate accipiendi feram, pungat.

VT LEO SEMPER FERIATVR.

CAP. XLVIII.

NAm eſt certum, quod vobis ſpecialiter creditum eſt, & debitum pro fratribus veſtris animam ponere, atque incredulos, qui ſemper Virginis filio minitantur, de terra delere. De Leone nos hoc dedimus, quia ipſe circuit, quærens quem deuoret, & manus eius contra omnes omniumque manus contra eum.

DE OMNI RE SVPER VOS QVÆſita, iudicium audite.

CAP. XLIX.

NOuimus quidem perſecutores ſanctæ Eccleſiæ innumerabiles eſſe; & hos qui contentionem non amant inceſſanter, crudeliuſque inquietare feſtinant. In hoc igitur concilii ſententia ſerena conſideratione pendeat, vt ſi aliquis in partibus orientalis religionis, in quocunq; alio loco

loco ſuper vos rem aliquam quæſierit; vobis, per fideles & veri amatores iudices audire iudiciũ, præcipimus; & quod iuſtum fuerit indeclinabiliter vobis facere præcipimus.

VT HÆC REGVLA IN OMNIbus teneatur.

Cap. L.

HÆc eadem regula in omnibus rebus, vobis immerito ablatis, perhumaniter iubemus, vt teneatur.

QVOD LICET OMNIBVS MILITIBVS profeſſis, terram & homines habere.

Cap. LI.

DIuina, vt credimus, prouidentia, à vobis in Sanctis locis ſumpſit initium, hoc genus nouum religionis: vt videlicet religionis militiã admiſceretis, & ſic religio per militiam armata procedat, & hoſtem ſine culpa feriat. Iure igitur iudicamus, cum milites Templi dicamini, vos ipſos ob inſigne meritum & ſpeciale probitatis donum, terram & homines habere, & agricolas poſſidere, & iuſte eos regere, & inſtitutum debitum vobis ſpecialiter debetur impendi.

VT MALE HABENTIBVS CVRA peruigil habeatur.

Cap. LII.

MAle habentibus fratribus ſupra omnia adhibenda eſt cura peruigil & quaſi Chriſto eis ſeruiatur, vt illud Euangelium, *Infirmus fui, & viſitaſti me*, memoriter teneatur. Hi etenim diligenter ac patienter portandi ſunt, quia de talibus ſuperna retributio indubitanter adquiritur.

VT INFIRMIS NECESSARIA ſemper dentur.

Cap. LIII.

PRocuratoribus vero infirmantium omni obſeruantia atque peruigili cura præcipimus, vt quæcumq; ſuſten-

tationi diuerſarum infirmitatum ſunt neceſſaria, fideliter ac diligenter iuxta domuum facultatem eis adminiſtrent, verbi gratia carnem & volatilia, & cætera; donec ſanitati reddantur.

VT ALTER ALTERVM AD IRAM non prouocet.

CAP. LIV.

PRæcauendum nempe non modicum eſt, ne aliquis aliquem commouere ad iram præſumat, quia propinquitatis & diuinæ fraternitatis tam pauperes quam potentes, ſumma clementia æqualiter aſtrixit.

QVOMODO FRATRES CONIVGATI habeantur.

CAP. LV.

FRatres autem cõiugatos hoc modo habere vobis permittimus, vt ſi fraternitatis veſtræ beneficium & participationem petunt, vterque ſuæ ſubſtantiæ portionem, & quidquid amplius adquiſierint, vnitati communis Capituli poſt mortem concedãt, & interim honeſtam vitam exerceant, & bonum agere fratribus ſtudeant, ſed veſte candida, & chlamyde alba non incedant. Si vero maritus ante obierit, partem ſuam fratribus relinquat, & coniux de altera vitæ ſuſtentamentum habeat. Hoc enim iniuſtum conſideramus, vt cum fratribus Deo caſtitatem promittentibus, fratres huiuſmodi in vna eademque domo maneant.

VT AMPLIVS SORORES NON COadunentur maribus.

CAP. LVI.

SOrores quidem amplius periculoſum eſt coadunare. quia antiquus hoſtis fœmineo conſortio complures expulit à recto tramite paradiſi. Itaque fratres cariſſimi, vt integritatis flos inter vos ſemper appareat, hac conſuetudine amodo vti non liceat.

VT

VT FRATRES TEMPLI CVM EXcommunicatis non participent.

Cap. LVII.

HOc fratres valde cauendum, atque timendum eſt, ne aliquis ex Chriſti militibus homini excommunicato nominatim ac publice aliquo modo ſe iungere aut res ſuas accipere præſumat, ne anathema maranatha ſimiliter fiat. Si vero interdictus tantum fuerit cum eo participationem habere, rem ſuam caritatiue accipere non immerito licebit.

QVALITER MILITES SECVLARES recipiantur.

Cap. LVIII.

SI quis miles ex maſſa perditionis, vel alter ſecularis, ſeculo volens renunciare, veſtram communiónem & vitam velit eligere, non ei ſtatim aſſentiatur: Sed iuxta illud Pauli: *Probate Spiritus ſi ex Deo ſunt*; & ſic ei ingreſſus cõcedatur. Legatur igitur regula in eius præſentia, & ſi ipſe præceptis expoſitæ regulæ diligenter obtemperauerit, tũc ſi Magiſtro & fratribus eius recipere placuerit, conuocatis fratribus, deſiderium & petitionem ſuam cunctis, animi puritate patefaciat. Deinde vero terminus probationis in conſideratione & prouidentia Magiſtri, ſecundum honeſtatem vitæ petentis, omnino pendeat.

VT OMNES FRATRES AD SECREtum Concilium non vocentur.

Cap. LIX.

NOn ſemper omnes fratres ad concilium conuocare iubemus, ſed quos idoneos & cõſilio prouidos magiſter cognouerit. Cum autem de maioribus tractare voluerit, vt eſt dare communẽ terrã, vel de ipſo ordine diſceptare, aut fratrem recipere, tunc omnẽ congregationem, ſi Magiſtro placet, conuocare eſt cõpetens: auditoq; com-

Digitized by Google

munis capituli conſilio, quod melius & vtilius Magiſter conſiderauerit, illud agatur.

QVOD CVM SILENTIO ORAre debeant.

Cap. LX.

OMnes fratres, prout animi & corporis affectus poſtulauerit, ſtando vel ſedendo, tamen ſumma cum reuerentia, ſimpliciter & non clamoſe, vt vnus alium non coturbet, communi conſilio iubemus.

VT FIDEM SERVIENTIVM accipiant.

Cap. XLI.

AGnouimus nempe complures ex diuerſis prouinciis tam clientes, quam armigeros prō animarum ſalute animo feruenti, ad terminum cupientes in domo noſtra mancipari. Vtile eſt autem, vt fidem eorum accipiatis, ne forte veternus hoſtis, in Dei ſeruitio aliquid furtiue vel indecenter eis intimet, vel à bono propoſito repente extermінet.

VT PVERI, QVAMDIV SVNT PARVI. non accipiantur inter fratres Templi.

Cap. XLII.

QVamuis regula ſanctorum patrum pueros in congregatione permittat habere, nos de talibus non cōlaudamus vnquam vos onerare. Qui vero filium ſuum vel propinquum, in militari religione perhumaniter dare voluerit, vſque ad annos, quibus viriliter armata manu poſſit inimicos Chriſti de terra ſancta delere, eum nutriat. Dehinc ſecundum regulam in medio fratrum, pater vel parentes eum ſtatuant, & ſuam petitionem cunctis patefaciant. Melius eſt enim in pueritia non vouere, quam poſteaquam vir factus fuerit enormiter retrahere.

VT

Digitized by Google

VT SENES SEMPER VENERENTVR.

Cap. LXIII.

SEnes autem pia conſideratione ſecundum virium imbecillitatem, ſupportare ac diligenter honorare oportet. Et nullatenus in his, quæ corporis ſunt neceſſaria, diſtricte teneantur; tamen ſalua auctoritate regulæ.

DE FRATRIBVS, QVI PER DIVERSAS *prouincias proficiſcuntur.*

Cap. LXIV.

FRatres vero qui per diuerſas prouincias diriguntur, regulam, in quantum vires expetunt, ſeruare in cibo & potu & cęteris ſtudeant, & irreprehenſibiliter viuant; vt ab his qui foris ſunt, bonum teſtimonium habeant; Religionis propoſitum nec verbo nec actu polluant, ſed maxime omnibus, quibus ſe coniunxerint, ſapientiæ & bonorum operum exemplum & condimentum præbeant; Apud quem hoſpitari decreuerint, fama optima ſit decoratus; & ſi fieri poteſt, domus hoſpitis in illa nocte, careat lumine, ne tenebroſus hoſtis occaſionem aliquam, quod abſit, inferat. Vbi autem milites non excommunicatos congregare audierint, illuc pergere, non conſiderantes tam temporalem vtilitatem, quam externam animarum illorum ſalutem dicimus. Illis autem fratribus in vltramarinis partibus ſpe ſubuectionis ita directis: hac conuentione eos, qui militari ordini ſe iungere perhumaniter voluerint, recipere collaudamus: vt in præſentia Epiſcopi illius prouinciæ, vterque conueniat, & voluntatem petentis præſul audiat. Audita itaque petitione, mittat eum frater ad Magiſtrum, & ad fratres, qui ſunt in Templo, quod eſt in Ieruſalem; & ſi vita eius eſt honeſta talique conſortio digna, miſericorditer ſuſcipiatur, ſi Magiſtro & fratribus bonum videtur. Si vero interim obierit, pro labore & fatigatione, quaſi vni ex fratribus totum beneficium & fra-

ternitas pauperum & commilitonum Chriſti ei impendatur.

VT VICTVS ÆQVALITER omnibus diſtribuatur.

CAPVT LXV.

ILlud quoque congrue & rationabiliter manu tenẽdum cenſemus, vt omnibus fratribus remanentibus, victus ſecundum loci facultatem, æqualiter tribuatur, non enim eſt vtilis perſonarum acceptio, ſed infirmitatum neceſſaria eſt conſideratio.

VT MILITES TEMPLI DECIMAS habeant.

CAP. LXVI.

CRedimus namque relictis affluentibus diuitiis, vos ſpontaneæ paupertati eſſe ſubiectos, vnde decimas vobis communi vita viuentibus iuſte habere, hoc modo demonſtrauimus. Si Epiſcopus Eccleſiæ, cui decima iure debetur, vobis caritatiue eam dare voluerit, aſſenſu illius capituli, de illis decimis, quas tunc Eccleſia poſſidere videtur, vobis tribuere debet. Si autem laicus quilibet adhuc illam ex patrimonio ſuo damnabiliter amplectitur, & ſeipſum in hoc valde redarguens, vobis eandem reliquerit, ad nutum eius qui præeſt tantum, ſine conſenſu capituli id agere poteſt.

DE LEVIBVS ET GRAVIbus culpis.

CAPVT LXVII.

SI aliquis frater loquendo vel militãdo vel aliter aliquid leue deliquerit, ipſe vltro delictum ſuum ſatisfaciendo magiſtro oſtendat. De leuibus ſi conſuetudinem non habeant, leuem pœnitentiam habeat. Si vero eo tacente per aliquem alium culpa cognita fuerit, maiori & euidentiori ſubiaceat diſciplinæ & emendationi. Si autem graue erit deli-

Digitized by Google

delictum, retrahatur à familiaritate fratrum, nec cum illis ſimul in eadem menſa edat, ſed ſolus refectionem ſumat, diſpenſationi & iudicio magiſtri totum incumbat, vt ſaluus in iudicii die permaneat.

QVA CVLPA FRATER AMplius non recipiatur.

CAP. LXVIII.

ANte omnia prouidendum eſt, ne quis frater potẽs aut impotens, fortis aut debilis, volens ſe exaltare, & paullatim ſuperbire ac culpam ſuam defendere, indiſciplinatus remaneat; ſed ſi emendare voluerit, ei diſtrictior correptio accedat. Quod ſi piis admonitionibus, & fuſis pro eo orationibus emendare noluerit, ſed in ſuperbia magis ac magis erexerit, tunc ſecundum Apoſtolum, de pio eradicetur grege, *Auferte malum ex vobis*: neceſſe eſt, vt à ſocietate fratrum fidelium ouis moribunda remoueatur. Cæterum Magiſter, qui baculum & virgam manu tenere debet; baculum videlicet quo aliorum virium imbecillitates ſuſtentet: Virgam quoque, qua vitia delinquentium zelo rectitudinis feriat, conſilio Patriarchæ & ſpiritali conſideratione id agere ſtudeat: ne vt ait B. Maximus, aut ſolutior lenitas cohibentiam peccantis, aut immoderata ſeueritas à lapſu non reuocet delinquentem.

Baculus & virga inſignia Magiſtri.

VT A PASCHALI SOLENNITAte, vſque ad feſtum omnium Sanctorum, vnam camiſiam lineam tantum ſumere habeat.

CAP. LXIX.

INterea quod nimium ardorem oriẽtalis regionis miſericorditer conſideramus, vt à Paſchali feſtiuitate vſque ad omnium ſanctorum ſolennitatem, vnicuiq; vna cami-

Digitized by Google

ſia linea tantum, non ex debito, ſed ex ſola gratia detur, illi dico, qui ea vti voluerit. Alio autem tempore generaliter omnes camiſias laneas habeat.

QVOT ET QVALES PANNI IN lecto ſint neceſſarij.

Capvt LXX.

SIngulorum quidem non aliter per ſingulos lectos dormitorium eſſe, niſi maxima cauſſa vel neceſſitas euenerit, communi conſilio collaudamus. lectualia vel lectiſternia moderata diſpenſatione magiſtri vnuſquiſque habeat. Credimus ènim prorſus, ſaccum, culcitram & coopertorium vnicuique ſufficere. Qui vero ex his vno carebit, carpitam habeat, & in omni tempore tegmine lineo, id eſt veluſo frui bene licebit. Veſtiti autem camiſiis dormiant, & femoralibus ſemper dormiant. Dormientibus itaque fratribus iugiter vſque mane, nunquam deſit lucerna.

DE VITANDA MVRmuratione.

Cap. LXXI.

ÆMulationes inuidas, liuorem, murmur, ſuſurrationē, detractiones, diuina admonitione vitare, & quaſi quandam peſtem fugere vobis præcipimus. Studeat igitur vnuſquiſque vigilanti animo, ne fratrem ſuum clam culpet, aut reprehendat, ſed illud Apoſtoli ſtudioſe ſecum animaduertat. *Ne ſis criminator, ne ſuſurro in populo.* Cum autem fratrem liquide aliquid peccaſſe agnouerit, pacifice, & fraterna pietate iuxta Domini præceptum inter ſe & illum ſolum corripiat. Et ſi eum non audierit, alium fratrem adhibeat: ſed ſi vtrumque contempſerit, in conuentu publice obiurgetur coram omnibus. Magnæ enim cæcitatis ſunt, qui aliis detrahunt, & nimiæ infelicitatis ſunt, qui ſe à liuore minime cuſtodiunt, vnde in antiquam verſuti hoſtis nequitiam demerguntur.

VT

Digitized by Google

VT OMNIVM MVLIERVM fugiantur oſcula.

CAPVT LXXII.

PEriculoſum eſſe credimus omni religioni, vultum mulierum nimis attendere, & ideo nec Viduam, nec Virginem, nec Matrem, nec Sororem, nec amitam, nec vllam aliam fœminam aliquis frater oſculari præſumat. Fugiat ergo fœminea oſcula Chriſti militia, per quæ ſolent homines ſæpe periclitari, vt pura conſcientia, & ſecura vita, in conſpectu Domini perenniter valeat conuerſari.

FINIS.

Equites ſeu Commilitones conſtituit. Qui bellica tum virtute & natalibus clariſſimi, Duces lectiſſimi ſolemni ſacramento adacti, mutuæ perpetuæq; amicitiæ vinculo ſe obligantes ad Collegii & Sodalitii decus & honorem tuendum, quoduis periculum vel mortem ſubire non recuſent. Atque ideo Garterii Sodales appellantur, quod ſiniſtri cruris ſuram baltheolo gemmis decorato vinctam habeant, quem Garterum dicimus: ordinis ſymbolū ſpeciale in quo Gallice, aureis literis ſic inſcribitur, *hony ſoit qui mal y penſe.* Hi omnes annuatim ſemel indumētis ordinis veſtiti, in die 23. April. D. Georgio ſacro, conueniunt. Ritus atque ceremoniæ quibus maxima ſolennitate pro ordinis eminentia ſuprema, eligantur & Windeſori inſtallantur: ſtatutaque quibus viuant huiuſmodi Commilitones quum iuſtis vix contineātur voluminibus, hic anguſto ſermonis filo perſtringi nequeunt. Quapropter nomina tantum eorum qui ab initio vel cum ipſo Eduuardo Rege Fūdatores, vel à Regibus noſtris omni tempore eius ordinis Conſodales propter aliquam præ cæteris virtutem in mortuorū loca ſuffecti fuerint, ad noſtram vſq; ætatem recenſere libet.

I. Eduuardus III. Angliæ, Franciæque Rex, &c. ordinis Garterii ſupremus vulgo Soueraigne & cum ipſo primi Fundatores viginti quinque, quem numerum nunquam excedunt.

Henricus Dux Lancaſtriæ.
Petrus Capitaneus Bouche.
Gulielmus Montis-acuti, Comes Sariſburiæ.
Ioannes Dominus Inſulæ: alias L'iſle.
Ioannes de Bellocampo Miles.
Hugo Courteniacus Miles.
Ioannes Grey de Codnor Miles.
Milo Stapleton Miles.
Hugo Wrotheſley Miles.
Ioannes Chandos Miles Bannerettus.
Otho Holland Miles.
Sanchio Dampredicourt Miles.

Eduuar-

Digitized by Google

Eduuardus Princeps Walliæ Edwardi Regis primogenitus.

Thomas de Bello campo, Comes Waruuici.

Radulphus Stafford, Comes Staffordiæ.

Rogerus Mortimer, Comes Marchiæ.

Bartholomeus de Burghersh Miles.

Iohannes Dominus Mohun Baro.

Thomas Holland Miles.

Ricardus Fitz-Symon Miles.

Thomas Walle Miles.

Neelus Loringe Miles.

Iacobus Audeley Miles.

Henricus Eſme Miles.

Gualterus Paueley Miles.

Mortuis fundatoribus, hii vtique regnante Edwardo III. electi, & ad loca morientium, adſciti, mortuorum vices ſuppleuerunt.

Ricardus dictus de Burdegalia, Principis Walliæ primogenitus, qui & Rex poſt auum Eduuardum Angliæ fuit, eius nominis II.

Hi & ſequẽtes pro dignitatis, non temporis ſucceſſione nominantur.

Lionellus ab Antuerpia dictus, Eduuardi Regis filius III. Dux Clarentiæ, & Vltoniæ Comes.

Iohannes de Gandauo dictus, Edwardi Regis filius IV. Comes primo fuit Richmondiæ & poſtea Dux Lancaſtriæ.

Edmondus de Langley Eduuardi Regis filius V. Comes primo Catabrigiæ, deinde Dux Eboraci.

Iohannes de Monteforti, dictus Strenuus, Dux Britāniæ & Comes Richemondiæ, Edwardi III. Regis gener.

Humfredus de Bohun, Comes Herefordiæ.

Gulielmus de Bohun, Comes Northamptoniæ.

Iohannes Haſtings, Comes Penbrochiæ.

Thomas de Bello campo, Comes Warwici.

Ricardus Fitzallan, Comes Arundelliæ.

Digitized by Google

tationi diuerſarum infirmitatum ſunt neceſſaria, fideliter ac diligenter iuxta domuum facultatem eis adminiſtrent, verbi gratia carnem & volatilia, & cætera; donec ſanitati reddantur.

VT ALTER ALTERVM AD IRAM non prouocet.

Cap. LIV.

PRæcauendum nempe non modicum eſt, ne aliquis aliquem commouere ad iram præſumat, quia propinquitatis & diuinæ fraternitatis tam pauperes quam potentes, ſumma clementia æqualiter aſtrixit.

QVOMODO FRATRES CONIVGATI habeantur.

Cap. LV.

FRatres autem cõiugatos hoc modo habere vobis permittimus, vt ſi fraternitatis veſtræ beneficium & participationem petunt, vterque ſuæ ſubſtantiæ portionem, & quidquid amplius adquiſierint, vnitati communis Capituli poſt mortem concedãt, & interim honeſtam vitam exerceant, & bonum agere fratribus ſtudeant, ſed veſte candida, & chlamyde alba non incedant. Si vero maritus ante obierit, partem ſuam fratribus relinquat, & coniux de altera vitæ ſuſtentamentum habeat. Hoc enim iniuſtum conſideramus, vt cum fratribus Deo caſtitatem promittentibus, fratres huiuſmodi in vna eademque domo maneant.

VT AMPLIVS SORORES NON COadunentur maribus.

Cap. LVI.

SOrores quidem amplius periculoſum eſt coadunare. quia antiquus hoſtis fem ineo conſortio complures expulit à recto tramite paradiſi. Itaque fratres cariſſimi, vt integritatis flos inter vos ſemper appareat, hac conſuetudine amodo vti non liceat.

VT

VT FRATRES TEMPLI CVM EXcommunicatis non participent.

CAP. LVII.

HOc fratres valde cauendum, atque timendum eſt, ne aliquis ex Chriſti militibus homini excommunicato nominatim ac publice aliquo modo ſe iungere aut res ſuas accipere præſumat, ne anathema maranatha ſimiliter fiat. Si vero interdictus tantum fuerit cum eo participationem habere, rem ſuam caritatiue accipere non immerito licebit.

QVALITER MILITES SECVLARES recipiantur.

CAP. LVIII.

SI quis miles ex maſſa perditionis, vel alter ſecularis, ſeculo volens renunciare, veſtram communiónem & vitam velit eligere, non ei ſtatim aſſentiatur: Sed iuxta illud Pauli: *Probate Spiritus ſi ex Deo ſunt*; & ſic ei ingreſſus cõcedatur. Legatur igitur regula in eius præſentia, & ſi ipſe præceptis expoſitæ regulæ diligenter obtemperauerit, tũc ſi Magiſtro & fratribus eius recipere placuerit, conuocatis fratribus, deſiderium & petitionem ſuam cunctis, animi puritate patefaciat. Deinde vero terminus probationis in conſideratione & prouidentia Magiſtri, ſecundum honeſtatem vitæ petentis, omnino pendeat.

VT OMNES FRATRES AD SECRETum Concilium non vocentur.

CAP. LIX.

NOn ſemper omnes fratres ad concilium conuocare iubemus, ſed quos idoneos & cõſilio prouidos magiſter cognouerit. Cum autem de maioribus tractare voluerit, vt eſt date communẽ terrã, vel de ipſo ordine diſceptare, aut fratrem recipere, tunc omnẽ congregationem, ſi Magiſtro placet, conuocare eſt cõpetens: auditoq; com-

Digitized by Google

munis capituli conſilio, quod melius & vtilius Magiſter conſiderauerit, illud agatur.

QVOD CVM SILENTIO ORAre debeant.

Cap. LX.

OMnes fratres, prout animi & corporis affectus poſtulauerit, ſtando vel ſedendo, tamen ſumma cum reuerentia, ſimpliciter & non clamoſe, vt vnus alium non conturbet, communi conſilio iubemus.

VT FIDEM SERVIENTIVM accipiant.

Cap. XLI.

AGnouimus nempe complures ex diuerſis prouinciis tam clientes, quam armigeros prô animarum ſalute animo feruenti, ad terminum cupientes in domo noſtra mancipari. Vtile eſt autem, vt fidem eorum accipiatis, ne forte veternus hoſtis, in Dei ſeruitio aliquid furtiue vel indecenter eis intimet, vel à bono propoſito repente extermінet.

VT PVERI, QVAMDIV SVNT PARVI, non accipiantur inter fratres Templi.

Cap. XLII.

QVamuis regula ſanctorum patrum pueros in congregatione permittat habere, nos de talibus non cõlaudamus vnquam vos onerare. Qui vero filium ſuum vel propinquum, in militari religione perhumaniter dare voluerit, vſque ad annos, quibus viriliter armata manu poſſit inimicos Chriſti de terra ſancta delere, eum nutriat. Dehinc ſecundum regulam in medio fratrum, pater vel parentes eum ſtatuant, & ſuam petitionem cunctis patefaciant. Melius eſt enim in pueritia non vouere, quam poſteaquam vir factus fuerit enormiter retrahere.

VT

Digitized by Google

VT SENES SEMPER VENERENTVR.

Cap. LXIII.

SEnes autem pia conſideratione ſecundum virium imbecillitatem, ſupportare ac diligenter honorare oportet. Et nullatenus in his, quæ corporis ſunt neceſſaria, diſtricte teneantur; tamen ſalua auctoritate regulæ.

DE FRATRIBVS, QVI PER DIVERSAS prouincias proficiſcuntur.

Cap. LXIV.

FRatres vero qui per diuerſas prouincias diriguntur, regulam, in quantum vires expetunt, ſeruare in cibo & potu & cęteris ſtudeant, & irreprehenſibiliter viuant; vt ab his qui foris ſunt, bonum teſtimonium habeant; Religionis propoſitum nec verbo nec actu polluant, ſed maxime omnibus, quibus ſe coniunxerint, ſapientiæ & bonorum operum exemplum & condimentum præbeant; Apud quem hoſpitari decreuerint, fama optima ſit decoratus; & ſi fieri poteſt, domus hoſpitis in illa nocte, careat lumine, ne tenebroſus hoſtis occaſionem aliquam, quod abſit, inferat. Vbi autem milites non excommunicatos congregare audierint, illuc pergere, non conſiderantes tam temporalem vtilitatem, quam externam animarum illorum ſalutem dicimus. Illis autem fratribus in vltramarinis partibus ſpe ſubuectionis ita directis: hac conuentione eos, qui militari ordini ſe iungere perhumaniter voluerint, recipere collaudamus: vt in præſentia Epiſcopi illius prouinciæ, vterque conueniat, & voluntatem petentis præſul audiat. Audita itaque petitione, mittat eum frater ad Magiſtrum, & ad fratres, qui ſunt in Templo, quod eſt in Ieruſalem; & ſi vita eius eſt honeſta talique conſortio digna, miſericorditer ſuſcipiatur, ſi Magiſtro & fratribus bonum videtur. Si vero interim obierit, pro labore & fatigatione, quaſi vni ex fratribus totum beneficium & fra-

ternitas pauperum & commilitonum Chriſti ei impendatur.

VT VICTVS ÆQVALITER omnibus diſtribuatur.

CAPVT LXV.

ILlud quoque congrue & rationabiliter manu tenẽdum cenſemus, vt omnibus fratribus remanentibus, victus ſecundum loci facultatem, æqualiter tribuatur, non enim eſt vtilis perſonarum acceptio, ſed infirmitatum neceſſaria eſt conſideratio.

VT MILITES TEMPLI DECIMAS habeant.

CAP. LXVI.

CRedimus namque relictis affluentibus diuitiis, vos ſpontaneæ paupertati eſſe ſubiectos, vnde decimas vobis communi vita viuentibus iuſte habere, hoc modo demonſtrauimus. Si Epiſcopus Eccleſiæ, cui decima iure debetur, vobis caritatiue eam dare voluerit, aſſenſu illius capituli, de illis decimis, quas tunc Eccleſia poſſidere videtur, vobis tribuere debet. Si autem laicus quilibet adhuc illam ex patrimonio ſuo damnabiliter amplectitur, & ſeipſum in hoc valde redarguens, vobis eandem reliquerit, ad nutum eius qui præeſt tantum, ſine conſenſu capituli id agere poteſt.

DE LEVIBVS ET GRAVIbus culpis.

CAPVT LXVII.

SI aliquis frater loquendo vel militãdo vel aliter aliquid leue deliquerit, ipſe vltro delictum ſuum ſatisfaciendo magiſtro oſtendat. De leuibus ſi conſuetudinem non habeant, leuem pœnitentiam habeat. Si vero eo tacente per aliquem alium culpa cognita fuerit, maiori & euidentiori ſubiaceat diſciplinæ & emendationi. Si autem graue erit

deli-

Digitized by Google

delictum, retrahatur à familiaritate fratrum, nec cum illis ſimul in eadem menſa edat, ſed ſolus refectionem ſumat, diſpenſationi & iudicio magiſtri totum incumbat, vt ſaluus in iudicii die permaneat.

QVA CVLPA FRATER AMplius non recipiatur.

Cap. LXVIII.

ANte omnia prouidendum eſt, ne quis frater potẽs aut impotens, fortis aut debilis, volens ſe exaltare, & paullatim ſuperbire ac culpam ſuam defendere, indiſciplinatus remaneat; ſed ſi emendare voluerit, ei diſtrictior correptio accedat. Quod ſi piis admonitionibus, & fuſis pro eo orationibus emendare noluerit, ſed in ſuperbia magis ac magis erexerit, tunc ſecundum Apoſtolum, de pio eradicetur grege, *Auferte malum ex vobis*: neceſſe eſt, vt à ſocietate fratrum fidelium ouis moribunda remoueatur. Cæterum Magiſter, qui baculum & virgam manu tenere debet; baculum videlicet quo aliorum virium imbecillitates ſuſtentet: Virgam quoque, qua vitia delinquentium zelo rectitudinis feriat, conſilio Patriarchæ & ſpiritali conſideratione id agere ſtudeat: ne vt ait B. Maximus, aut ſolutior lenitas cohibentiam peccantis, aut immoderata ſeueritas à lapſu non reuocet delinquentem. *Baculus & virga inſignia Magiſtri.*

VT A PASCHALI SOLENNITAte, vſque ad feſtum omnium Sanctorum, vnam camiſiam lineam tantum ſumere habeat.

Cap. LXIX.

INterea quod nimium ardorem oriẽtalis regionis miſericorditer conſideramus, vt à Paſchali feſtiuitate vſque ad omnium ſanctorum ſolennitatem, vnicuiq; vna cami-

Digitized by Google

ſia linea tantum, non ex debito, ſed ex ſola gratia detur, illi dico, qui ea vti voluerit. Alio autem tempore generaliter omnes camiſias laneas habeat.

QVOT ET QVALES PANNI IN lecto ſint neceſſary.

CAPVT LXX.

SIngulorum quidem non aliter per ſingulos lectos dormitorium eſſe, niſi maxima cauſſa vel neceſſitas euenerit, communi conſilio collaudamus. lectualia vel lectiſternia moderata diſpenſatione magiſtri vnuſquiſque habeat. Credimus ènim prorſus, ſaccum, culcitram & coopertorium vnicuique ſufficere. Qui vero ex his vno carebit, carpitam habeat, & in omni tempore tegmine lineo, id eſt veluſo frui bene licebit. Veſtiti autem camiſiis dormiant, & femoralibus ſemper dormiant. Dormientibus itaque fratribus iugiter vſque mane, nunquam deſit lucerna.

DE VITANDA MVRmuratione.

CAP. LXXI.

ÆMulationes inuidas, liuorem, murmur, ſuſurrationē, detractiones, diuina admonitione vitare, & quaſi quandam peſtem fugere vobis præcipimus. Studeat igitur vnuſquiſque vigilanti animo, ne fratrem ſuum clam culpet, aut reprehendat, ſed illud Apoſtoli ſtudioſe ſecum animaduertat. *Ne ſis criminator, ne ſuſurro in populo.* Cum autem fratrem liquide aliquid peccaſſe agnouerit, pacifice, & fraterna pietate iuxta Domini præceptum inter ſe & illum ſolum corripiat. Et ſi eum non audierit, alium fratrem adhibeat: ſed ſi vtrumque contempſerit, in conuentu publice obiurgetur coram omnibus. Magnæ enim cæcitatis ſunt, qui aliis detrahunt, & nimiæ infelicitatis ſunt, qui ſe à liuore minime cuſtodiunt, vnde in antiquam verſuti hoſtis nequitiam demerguntur.

VT

Digitized by Google

VT OMNIVM MVLIERVM fugiantur oſcula.

CAPVT LXXII.

PEriculoſum eſſe credimus omni religioni, vultum mulierum nimis attendere, & ideo nec Viduam, nec Virginem, nec Matrem, nec Sororem, nec amitam, nec vllam aliam fœminam aliquis frater oſculari præſumat. Fugiat ergo fœminea oſcula Chriſti militia, per quæ ſolent homines ſæpe periclitari, vt pura conſcientia, & ſecura vita, in conſpectu Domini perenniter valeat conuerſari.

FINIS.

AD LECTOREM.

Exſtat eadẽ fere M. S. in Bibliotheca R. D. Auberti Miræi Canonici Antverp.

Florentinum celebratum eſt primum Ferrariæ, præſente Paleologo Imperatore Græcorum, & Patriarcha Conſtantinopolitano, cum aliis Orientalis Eccleſiæ Pontificibus, Abbatibus, Monachis & Cruce ſignatis. Attamen inchoatum non potuit abſolui propter ingruentem peſtem, & tranſlatum eſt ab Eugenio Florentiam, vbi & abſolutum eſt. Celebratum eſt autem per viginti quinque Seſſiones, quarum ſedecim habitæ ſunt Ferrariæ, reliquæ verò Florentiæ. In quibus omnibus diſputatum eſt inter Latinos & Græcos: Primum de proceſſione Spiritus Sancti à Filio; & an rite facta fuerit à Latinis ea additio in Symbolo, Filioque procedit, &c. II. De igne Purgatorio. III. De Papæ primatu. IV. De azymo & fermentato pane. V. De panis in Euchariſtia tranſmutatione. Quæ tamen diſputatio tantam contentionem inter vtroſque & Latinos & Græcos peperit, vt ab ea diſputatione coacti fuerint ceſſare, & ita res citra vllam controuerſiam inter eos tractata eſt. Coactum eſt autem hoc Concilium ſub Sigiſmundo Imp. & Eugenio IV. Papa Anno Chriſti 1432.

XCIII.

Lateranenſe tertium generale Concilium pro reformatione Eccleſiæ, & pace inter Principes Chriſtianos componenda, inſtitutum, ſub Maximiliano primo, Imperatore, & Iulio II. & Leone X. Pontif. Anno Chriſti 1513.

XCIV.

Tridentinum generale & Oecumenicum Concilium tamdiu multumque ab vniuerſis fidelibus deſideratum,

indictum fuit primum à Paulo III. Summo Pontifice, ad extinguendum dogma Martini Lutheri. Et primò idem Pontifex eidem Concilio celebrando Mantuam locum aptum deſignauit. Deinde aliquibus de cauſis Vincentiam, Tertiò Tridentum. Nec tum quidem factum eſt. Quartò rurſus Tridentum aſſignauit locum anno 1541. & aſpirante Chriſto inchoatum eſt 13. die Decemb. eiuſdem anni, Legatis & Apoſtolicæ Sedis Vicariis, Præſidentibus Ioanne Maria Cardinale Epiſcopo Prænestino, & Marcello Preſbytero Cardinale S. Crucis, & Reginaldo Polo Anglo, Diac. Cardinal. Accidit ſub Carolo V. & Ferdinando Impp. Paulo III. Iulio III. Marcello II. Paulo IV. Pio IV Pio V. Summis Pontificibus, Anno Chriſti 1545. finiit anno 1561.

Cæterùm quoniam minimè conuenit inter Scriptores ſuper annis horum Conciliorum; differentias vno heic habes obtutu.

SERIES

SERIES ANNORVM, QVIBVS CONCILIA QVÆQVÆ HABITA SVNT.

Ivxta	Anno Domini.		Pontac.	Baron.	Cocci.
Crabbe.	*ANcyranum*	*308*	*302*	*314*	*300*
Geſner.	*Arelatenſe I.*	*328*	*328*	*314*	*314*
Salo Geſ	*Arelatenſe II.*	*326*	*328*	*314*	*314*
Idem.	*Arelatenſe III.*	*813*	*456*	*454*	*461*
Crabbe.	*Agrippinenſe.*	*373*	*356*	*782*	*355*
Geſn.	*Antiochenum.*	*252*	*273*	*255*	*355*
Geſn.	*Aquileienſe.*	*383*	*383*	*381*	*366*
Geſn.	*Africanum.*	*252*	...	*217*	*423*
Geſn.	*Agathenſe.*	*449*	*435*	*506*	*500*
Geſn.	*Arauſicanum I.*	*442*	*454*	*441*	*432*
Geſn.	*Secundum.*	*444*	*454*	*463*	...
Geſn.	*Aurelianenſe I.*	*328*	*328*	...	*514*
Geſn.	*Secundum.*	...	*485*	...	*532*
Geſn.	*Tertium.*	...	*552*	*540*	*532*
Geſn.	*Quartum.*	...	*515*	*545*	*556*
Geſn.	*Quintum.*	...	*555*	*552*	*556*
Geſn.	*Aruernenſe.*	*555*	*552*	*541*	*534*
Geſn.	*Antiſiodorenſe.*	*607*	*615*	*590*	*617*
Geſn.	*Anglicanum I.*	*670*	*657*	*672*	...
Geſn.	*Secundum.*	*975*	*681*	...	...
Geſn.	*Aquiſgranenſe.*	*797*	*820*	*809*	*827*
Geſn.	*Aquiſgranenſe ſub Pipino.*	*809*	*1009*	*817*	*844*
Geſn.	*Auguſtenſe.*	*740*	*744*	*931*	...

Ivxta	Anno Domini.	Pontac.	Baron.	Cocci.
B.				
Geſ. Beritenſe.	449	456	....	...
Geſ. Bracarenſe I.	610	...	563	579
Crab. Secundum.	610	...	572	...
Geſ. Tertium.	680	657	675	...
Geſ. Baſileenſe.	1431	1431	.....	1410
C.				
Geſ. Carthaginenſe.	152	152	252	353
Geſ. Carthag. I.	255	234	255	398
Geſ. Secundum.	394	413	397	391
Geſ. Tertium.	390	421	398	398
Geſ. Quartum.	396	....	398	398
Geſ. Quintum.	401	....	401	398
Geſ. Sextum.	476	....	405	419
Geſ. Septimum.	430	....	408	415
Crab. Conſtantinopolitanum I.	419	383	381	535
Geſ. Secundum.	386	394	535	366
Geſ. Quintum.	449	483	681	555
Geſ. Sextum.	455	518	870	676
Geſ. Carpentoracenſe.	443	454	463	432
Geſ. Chalcedonenſe.	455	454	473	440
Geſ. Cæſarauguſtanum.	600	515	592	523
Geſ. Cabilonenſe I.	670	613	582	657
Geſ. Secundum.	813	813	662	800
Crab. Colonienſe.	887	...	782	885
Geſ. Conſtantienſe.	1414	1414	...	1406
Crab. Colonienſe.	1536	1536	...	1560
Crab. Colonienſe aliud.	1549	1549	...	1560
E.				
Geſ. Eliberinum.	328	328	305	304
Geſ. Epheſinum I.	436	433	431	423
Geſ. Epheſinum II.	410	...	...	...
Geſ. Epaunenſe.	490	492	509	514

Geſ. Fran-

Iuxta.		Anno Domini.	Pontac.	Baron.	Cocci.
	F.				
Geſ.	FRancicum.	685	485	198	741
Geſ.	Ferrarienſe.	1438	1438	. . .	. . .
Geſ.	Florentinum.	1055	1055	. . .	1118
	G.				
Geſ.	GAngrenſe.	370	328	325	316
Geſ.	Gerundenſe.	600	485	518	523
	H.				
Geſ. Geſ.	HIeroſolymitanum.	350	341	518	. . .
Geſ.	Hiſpalenſe.	544	579	590	590
Crab.	Hildesheimenſe.	1539	. . .	. . .	. . .
	I.				
Geſ	ILerdenſe.	514	500	. . .	523
	L.				
Geſ.	LAodicenum.	264	368	319	355
Geſ.	Lateranenſe ſub Gregorio I.	670	651	312	590
Geſ.	Lateranenſe ſub Alexandro III.	1180	1102	. . .	647
	Aliud ſub Innocentio III.	. . .	1112	. . .	1160
Geſ.	Aliud ſub Julio II.	1512	1511	. . .	1217
	M.				
Geſ.	MIlenitanum.	402	413	416	400
Geſ.	Matiſconenſe I.	590	579	582	579
Geſ.	Secundum.	593	579	588	. . .
Geſ.	Magantiacenſe.	813	813	813	817
Geſ.	Mogunciacenſe.	829	848	848	828
Geſ.	Moguntinum.	835	1050	857	885
	N.				
Geſ.	NIcænum I.	325	328	325	311
Geſ.	Secundum.	788	790	785	772
	O.				
Geſ.	OXonienſe.	1282	1225	. . .	1222

		Anno Domini.	PONTAC.	BARON.	COCCI.
	P.				
Geſ.	PAriſienſe I.	800	555	559	556
Geſ.	Secundum.	1100	555	580	556
Lyd.	Aliud contra imagines.	824	...	825	828
	R.				
Geſ.	ROmanum ſub Sylueſtro.	441	456	325	314
Geſ.	Aliud ſub Iulio.	470	463	341	353
Geſ.	Rhegienſe.	440	435	447	432
Geſ.	Romanum ſub Hilario.	487	500	409	461
Geſ.	Romanum I.	490	595	499	590
Geſ.	Secundum.	600	607	500	708
Geſ.	Quartum.	523	657	502	...
Geſ.	Quintum.	505	713	503	...
Geſ.	Sextum.	513	733	504	...
Geſ.	Romanum ſub Nicolao.	733	752	862	1059
Geſ.	Remenſe.	813	813	813	824
	S.				
Geſ.	SArdicenſe.	347	351	347	355
Geſ.	Salegunſtadienſe.	1023	...	...	...
	T.				
Geſ.	TAurinitanū	401	...	397	398
Crab.	Tolenſe.	438	388	...	416
Geſ.	Turonenſe I.	461	463	482	461
Geſ.	Toletanum I.	420	404	401	400
	Toletanum II.	...	533	533	526
Geſ.	Turonicum II.	813	813	570	561
Geſ.	Toletanum III.	545	579	589	590
Geſ.	Quartum.	639	...	633	637
Geſ.	Quintum.	640	636	636	637
Geſ.	Sextum.	653	636	638	637
Geſ.	Septimum.	680	651	646	640

Geſ. Octa-

Ivxta.	Anno Domini.	Pontac.	Baron.	Cocci.
Geſ. Octauum.	*671*	...	*653*	*654*
Geſ. Nonum.	*673*	...	*655*	*672*
Geſ. Decimum.	*674*	...	*656*	*672*
Geſ. Vndecimum.	*676*	*657*	*675*	*672*
Geſ. Duodecimum.	*679*	*684*	*681*	*682*
Geſ. Decimumtertiũ.	*680*	*686*	*683*	*684*
Geſ. Turonicum III.	*1055*	*1055*	*813*	*800*
Crab. Theodoniſuillenſe.	*800*	...	...	*816*
Geſ. Ticinenſe.	*855*	...	*859*	*858*
Geſ. Triburienſe.	*895*	*895*	*895*	*869*
Crab. Treuirenſe.	*1548*	*1548*	...	*1560*
Crab. Aliud.	*1549*	*1549*	...	*1560*
Geſ. Tarraconenſe.	*480*	*485*	...	...
Crab. Tridentinum.	*1545*	*1545*	...	*1545*
V.				
Geſ. VAlentinum Galliæ.	*378*	*383*	*374*	*355*
Geſ. Vaſenſe I.	*443*	*454*	*325*	*432*
Lyd. Secundum.	*443*	...	*443*	...
Lyd. Veneticum I.	*455*	...	...	*461*
Lyd. Valentinum Hiſp.	*518*	*500*	*464*	*579*
W.				
Geſ. WOrmatienſe.	*768*	*868*	...	*858*

CHRONOLOGIA CONCILIORVM HISPANIÆ, QVÆ TEMPORIBVS GOTthorum Regum ſunt indicta.

Liberitanum *eodem tempore, quo Nicenum, Anno Chriſti 324.*

Cæſaraugustum *primum 380.*

I. Toletanum *primum aduerſus Priſcillianum, Conſule Stilicone, Arcadii & Honorii temporibus. 400. vel 405.*

Tarraconenſe *anno ſexto Theodorici Regis Conſule Petro. 516.*

Gerundenſe *anno ſeptimo Theodorici Regis Agapeto V. C. Conſule. 517.*

II. Toletanum *ſecundum anno quinto Amalarici Regis Montano Epiſcopo Toletano. 527. circa*

Barcinonenſe *primum. 540.*

Ilerdenſe *anno decimoquinto Teudi Regis. 546.*

Valletanum *ſiue* Valentinum *eodem anno Theudi decimoquinto. 546.*

Bracarenſe *primum anno tertio Argemeri Regis Sueuorum. 561.*

Lucenſe *Concilium ſub Theodomiro.*

Bracarenſe *ſecundum anno ſecundo Mironis Regis Sueuorum: 572. in quo Metropolitæ duo, ex Bracara & Luco, interfuerunt.*

III. Toletanum *tertium anno quarto Reccaredi: 589. in quo Arriana hæreſis in Hiſpania damnatur, & in eo ſanctus Leander Hiſpalenſis, & S. Euphemius Toletanus interfuerunt.*

Hiſpa-

Hiſpalenſe *primum anno quinto Reccaredi Regis: 590. in quo S. Leander Hiſpalenſis interfuit.*

Cæſarauguſtanum *ſecundum anno ſeptimo Reccaredi Regis Artemio Tarraconenſi Metropolitano. 592.*

Toletanum *anno duodecimo Reccaredi Regis Adelphio Metropolitano vrbis Regiæ 597.*

Oſcenſe *anno decimotertio Reccaredi. 598.*

Barcinonenſe *ſecundum anno decimoquinto Reccaredi Regis, Aſiatico, Tarraconenſi Metropolitano. 599.*

Toletanum *anno primo Gundemari Regis, Sancto Montano Toletanæ vrbis Metropolitano.*

Egarenſe *anno tertio Siſebuti Regis. 614.*

Hiſpalenſe *ſecundum, Rege Siſebuto, & Sancto Iſidoro Epiſcopo Hiſpalenſi. 619.*

IV. Toletanum *quartum anno tertio Siſenandi Regis, 633. in quo S. Iſidorus Hiſpalenſis interfuit & Iuſtus Toletanus.*

V. Toletanum *quintum anno primo Cinthilani Regis, 636. in quo S. Eugenius Toletanus interfuit.*

VI. Toletanum *ſextum anno ſecundo Cinthilani Regis, 638. Eugenio Toletano Antiſtite.*

VII. Toletanum *ſeptimum anno quinto Cindaſuinthi Regis, 646. Eugenio Toletano Antiſtite.*

VIII. Toletanum *octauum anno quinto Recceſuinthi Regis, 653. Eugenio Regiæ vrbis Antiſtite.*

IX. Toletanum *nonum, anno ſeptimo Recceſuinthi Regis, 655. Eugenio Regiæ vrbis Metropolitano.*

X. Toletanum *decimum anno octauo Recceſuinthi Regis, 656. Eugenio Metropolitano Regiæ vrbis.*

Emeritenſe. *anno decimo octauo Recceſuinthi Regis, 666. Proficuo Metropolitano Emeritenſis vrbis.*

XI. Toletanum *vndecimum. anno quarto Wambani Regis, 675. Quirico Metropolitano vrbis Toletanæ.*

Bracarenſe *tertium, anno quarto Wambæ, 675. Leodegiſio Metropolitano Bracarenſi.*

XII. Toletanum *duodecimum, anno primo Eruigii Regis, 681. S. Iuliano Regiæ vrbis Metropolitano.*

XIII. Toletanum *decimum tertium, anno quarto Eruigii Regis. S Iuliano Regiæ vrbis Metropolitano.* 683

XIV. Toletanum *decimum quartum, anno quarto Eruigii Regis, S. Iuliano Regiæ vrbis Metropolitano.* 684

XV. Toletanum *decimum quintum, anno primo Egicæ Regis, S. Iuliano vrbis Regiæ Metropolitano.* 688

Cæſarauguſtanum *tertium. anno quarto Egicæ Regis Baldefredo Epiſcopo Cæſarauguſtano.* 691

XVI. Toletanum *decimum ſextum anno ſexto Egicæ Regis, Felice vrbis Regiæ Metropolitano.* 693

XVII. Toletanum *decimum ſeptimum anno ſeptimo Egicæ Regis.* 694

XVIII. Toletanum *decimum octauum anno primo Vuitizæ, Non extat in Canone, ſed de eo meminit Rodericus.* 702

Sarraceni *Gothos expugnant, & biennio totam Hiſpaniam occupant.* 712

GABRIE-

GABRIELIS

PRATEOLI

EPITOME

VETERVM RECENTIORVMQVE HAERETICORVM.

Ss

Digitized by Google

HÆRETICORVM, SEV POTIVS IDOLOLATRARVM INDEX, QVI ANTE CHRIſtum natum ſub Iſraëlitis principibus, (quos Iudices vocant) regibus, & ſacerdotibus, diuerſis temporibus emerſerunt, ordine alphabetico digeſtus.

1. Aſtaritæ & Aſtharotitæ.
2. Baalitæ, ſeu Belitæ.
3. Eſſæi, ſiue Eſſæni.
4. Fortunatitæ.
5. Heliognoſtici.
6. Hemerobaptiſtæ.
7. Molochitæ.
8. Muſoritæ.
9. Muſcaronitæ.
10. Ophitæ.
11. Phariſæi.
12. Phitoniſſæ.
13. Puteroitæ.
14. Ranatitæ.
15. Saducæi.
16. Samaritani.
17. Serpenticolæ.
18. Tophetitæ.
19. Trogloditæ.
20. Vitulicolæ.

SVCCES-

Digitized by Google

SVCCESSIONIS HÆRETICORVM, QVI A CHRISTO NATO DIVERSIS TEMPORIbus, ſub Imperatoribus & Pontificibus Romanis Eccleſiam falſis doctrinis corruperunt, & eius vnitatem di- miſerunt, index per centurias digeſtus.

Anni Chriſti nati.		Anni quib. ante præſ. floruerunt.
	CENTVRIA I.	
40	*Thebutes, à quo Thebutiani.*	1527
51	*Cleobius, à quo Cleobiani.*	1516
52	*Doſitheus, à quo Doſitheani.*	1515
53	*Gorthæus, à quo Gorthæani.*	1514
55	*Maſbotheus, à quo Maſbotheni.*	1512
55	*Simon Magus, à quo Simoniani.*	1512
56	*Hymenæus.*	1511
56	*Alexander Ærarius.*	1511
56	*Philetus.*	1511
69	*Cerinthus, à quo Cerinthiani.*	1496
70	*Diotrephes.*	1497
80	*Ebion, à quo Ebionitæ.*	1447
80	*Menander, à quo Menandriani.*	1447
83	*Nicolaus Antiochenus aduena, à quo Nicolaitæ.*	1444
	CENTVRIA II.	
118	*Saturninus vel Saturnius, à quo Saturniani.*	1449
124	*Baſilides, à quo Baſilidiani.*	1443
129	*Gnoſtici.*	1438
129	*Carpocrates, à quo Carpocratiani.*	1438
129	*Borboriani.*	1438
130	*Chiliaſtæ.*	1437
132	*Aquilas.*	1435

133	*Nazaræi.*	1434
144	*Cerdon, à quo Cerdoniani.*	1423
150	*Valentinus, à quo Valentiniani.*	1417
150	*Ptolemæus, à quo Ptolemaitæ.*	1417
150	*Secundus, à quo Secundiani.*	1417
150	*Baſſus.*	1417
152	*Colorbaſus, à quo Colorbaſiani.*	1415
154	*Heracleo, à quo Heracleonitæ.*	1413
155	*Marcus, à quo Marcitæ.*	1412
155	*Marcion, à quo Marcioniſtæ.*	1412
156	*Lucianus, à quo Lucianiſtæ.*	1411
159	*Caiani.*	1408
160	*Archontici.*	1407
163	*Bardeſanes, à quo Bardeſaniſtæ.*	1404
163	*Harmonius, Bardeſanæ filius.*	1404
173	*Tatianus, à quo Tatiani.*	1394
178	*Seuerus, à quo Seueriani.*	1389
178	*Encratitæ.*	1389
178	*Apelles, à quo Apellitæ.*	1386
180	*Alogi, ſeu Alogiani.*	1386
181	*Artotyritæ.*	1386
181	*Aſcodrogitæ.*	1386
181	*Montanus, à quo Montaniſtæ.*	1386
181	*Priſca & Maximilla, Montani Prophetiſſæ.*	1386
181	*Cataphrygæ.*	1386
181	*Pepuzitæ ſeu Quintilliani.*	1386
182	*Florinus & Blaſtus.*	1385
182	*Paſchatitæ, ſeu Quatuordecimani, ſiue Teſſareſcædecatitæ.*	1385
193	*Theodotion, Bibliorum interpres.*	1374
194	*Adamiani.*	1373
195	*Sampſæi.*	1372
196	*Symmachus Ebionita, Bibliorum interpres.*	1371
198	*Valeſii.*	1369
199	*Angelici.*	1388
199	*Apoſtolici.*	1368

CEN-

CENTVRIA III.

	Anni quib. nos præceſſerunt.
AMmonius Alexandrinus, Origenis præceptor.	1367
Origenes, à quo Origeniſtæ, ſeu Origeniani.	1360
Arabici.	1360
Proculus.	1360
Beryllus, Boſtrenæ vrbis in Arabia Epiſcopus.	1355
Artemon.	1346
Theodotus, à quo Theodotiani.	1346
Metangiſmonitæ.	1346
Aſclepiadotus, à quo Aſclepiadotæi.	1346
Porphyrius, à quo Porphyriani.	1342
Tertullianus, à quo Tertullianiſtæ.	1339
Elcheſæi, ſeu Elcheſaitæ.	1328
Melchiſedechiani.	1327
Nouatus, a quo Nouatiani.	1317
Agrippinus, à quo Agrippiniani.	1308
Noetus, à quo Noetiani.	1308
Sabellius, à quo Sabelliani.	1307
Patropaſſiani.	1307
Praxeas.	1307
Hermogenes.	1307
Nepos Ægyptius Epiſcopus.	1297
Paulus Samoſatenus, Antiochenus Epiſcopus, à quo Pauliamiſtæ.	1294
Buddas, Manichæi præceptor.	1294
Manes, à quo Manichæi.	1294
Addam & Thomas, Manichæi diſcipuli.	1294
Apocaritæ.	1288
Catharidii ſeu Cathariſtæ.	1288
Dicartitæ.	1288
Hierarcha, à quo Hierarchitæ.	1288
Brachitæ.	1278
Abſtinentes.	1278

CENTVRIA IV.

311	Meletius, à quo Meletiani.	1256
312	Licinius Imperator.	1255
315	Alexander Baucalis, Preſbyter Alexandrinus, Arriani hæreſis fons & origo.	1252
315	Arrius, à quo Arriani.	1252
315	Colluthus, à quo Colluthiani.	1252
315	Euſebius Nicomedienſis Epiſcopus.	1252
315	Euzoius Arrii ſodalis intimus.	1252
315	Menas Diaconus Alexandrinæ Eccleſiæ.	1252
316	Menophantus Epheſinus Epiſcopus.	1251
320	Achillas Alexandrinus Epiſcop.	1247
320	Euſtathius Sebaſtienſis Epiſc.	1247
325	Georgiani.	1242
328	Theognis, Nicenus Epiſc.	1239
328	Secundus, Ptolemaidis Epiſc.	1239
328	Maris, Chalcedonenſis Epiſc.	1239
330	Theonas, Marmaricæ Epiſc.	1237
339	Aſterius Sophiſta.	1228
340	Conſtantius Imp.	1227
340	Auxentius, Mediolanenſis Epiſc.	1227
340	Marcellus Ancyranus Epiſc. à quo Marcelliani.	1227
340		
342	Quintianus, Gazæorum Epiſc.	1225
342	Aërius, à quo Aëriani.	1225
343	Valens, Murſiæ: & Urſacius, Singidonis in Pannonia Epiſcopi.	1224
344	Narciſſus, Neroniadis Epiſc.	1223
346	Aceſius, Novatianorum Epiſc.	1221
350	Coſmiani.	1217
350	Photinus, Sirmienſis Epiſc.	1217
350	Stephanus, Antiochenus Epiſc.	1217
351	Circuitores.	1216
352	Balatius.	1215
357	Semiarriani.	1210
357	Acacius, Cæſarienſis Epiſc.	1210

Euſe-

Anni Christi nati.		Anni quib. nos præceſſerunt.
357	*Euſebius Archieunuchus Conſtantis Imperatoris.*	1210
358	*Donatus, à quo Donatiſtæ.*	1209
358	*Lucilla, Donati adiutrix.*	1209
358	*Maiorinus.*	1209
358	*Creſconius.*	1209
358	*Bonoſiaci.*	1209
358	*Aſſurritani.*	1209
358	*Eunomius, à quo Eunomiani.*	1209
358	*Anomi, ſeu Anomæi.*	1209
358	*Georgius, Alexandriæ Epiſc.*	1209
358	*Georgius, Laodicenſis Epiſc.*	1209
359	*Macedonius, à quo Macedoniani.*	1208
359	*Pneumatomachi.*	1208
359	*Sabinus, Heracleæ Epiſc.*	1208
360	*Marathonius, Nicomedienſis Epiſc.*	1207
360	*Fortunatianus Aquilegienſis Epiſc.*	1207
363	*Aëtius, à quo Aetiani.*	1204
363	*Serras.*	1204
365	*Julianus Apoſtata Imp.*	1202
365	*Heron Apoſtata cum nonnullis aliis eiuſdem perfidiæ.*	1202
365	*Lucifer, Caracalitanus Epiſcopus, à quo Luciferiani.*	1202
365	*Campates.*	1202
365	*Ecebolus Sophiſta.*	1202
367	*Dadoës, Sabbas, Hermias, & Simeones, duces Maſſalianorum.*	1200
368	*Theophronius.*	1199
368	*Eupſychius, à quo Eupſychiani.*	1199
368	*Adelphius.*	1199
368	*Agnoëtæ.*	1199
368	*Sataniſtæ, vel Satanici.*	1199
368	*Dimophilus, Conſtantinopolitanus Epiſcopus.*	1199
370	*Eudoxius, Germanicienſis Epiſcop.*	1197

377	*Airas, à quo Airani.*	1190
377	*Apollinares, pater & filius, à quibus Apollinariſtæ.*	1190
377	*Dimœritæ.*	1190
377	*Timotheus Apollinarium diſcipulus.*	1190
378	*Vitalis, Antiochenus Epiſcopus.*	1189
378	*Valens Imperator.*	1189
378	*Gotthi.*	1189
378	*Lucius Alexandrinus Epiſcopus.*	1189
378	*Seleucus & Hermias, à quibus Seleuciani & Hermiani.*	1189
380	*Audeus, à quo Audæani.*	1187
380	*Maſſaliani, qui & Enthuſiaſtæ, ſiue Euchitæ.*	1187
381	*Amantius, ſanctiſſimæ Trinitatis oppugnator.*	1186
382	*Proclianitæ.*	1185
388	*Iuſtina, Valentiniani Imp. mater.*	1179
388	*Priſcillianus, Abilæ ciuitatis Hiſpaniæ Epiſcopus.*	1179
389	*Parmenianus, Carthaginenſis Epiſcopus, à quo Parmenianiſtæ.*	1178
395	*Marinus, ſectæ Arrianæ apud Conſtantinopolim Epiſcopus.*	1172
395	*Iouinianus.*	1172
395	*Eluidius.*	1172
395	*Agapetæ.*	1172
395	*Antidicomarianitæ.*	1172
395	*Collyridiani.*	1172
395	*Felicianus.*	1172
395	*Anthropomorphitæ, ſeu Vadiani.*	1172
395	*Dorotheus, ſectæ Arrianæ præfectus.*	1172
396	*Eleuſius, Cyzicenus Epiſcopus.*	1171
398	*Lucianus, Conſtantinopolitanus Epiſcopus.*	1169
399	*Sabbatius, à quo Sabbatiani.*	1168

CEN-

Digitized by Google

CENTVRIA V.

Anni Chriſti nati		Anni qui nos præceſſerunt
400	CRiſpinus, Calamenſis Epiſcopus.	1167
400	Emeritus, Cæſarienſis Epiſcopus.	1168
400	Hilarius.	1167
400	Fulgentius.	1167
402	Vigilantius.	1165
405	Secundinus.	1162
405	Pelagius, à quo Pelagiani.	1162
405	Gaudentius.	1162
405	Cæleſtius, à quo Cæleſtiani.	1162
405	Annianus.	1162
405	Gainas.	1162
405	Fortunatus.	1162
405	Julianus, Capuanus Epiſcopus.	1162
405	Felix Manichæus.	1162
405	Maximinus, Arrianæ ſectæ præfectus.	1162
407	Fauſtus Manichæus.	1160
407	Abelonii, ſeu Abelonitæ.	1160
409	Paſcentius.	1158
414	Prædeſtinati.	1153
415	Petilianus.	1152
427	Neſtorius Conſtantinopolitanus Epiſcopus, à quo Neſtoriani.	1140
427	Genſericus, Aphricæ Rex.	1140
427	Barbas, Antiochenus Epiſcopus.	1140
428	Siſinius, Nouatianorum apud Conſtantinopolim miniſter.	1139
430	Ablabius.	1137
435	Moſes falſus in Creta.	1132
443	Eutyches, à quo Eutychiani.	1124
453	Dioſcorus, Alexandrinus Epiſcopus, à quo Dioſcoriani.	1114
460	Timotheus Ælurus, violentus Epiſcopatus Alexandrini occupator.	1107
476	Flauitas, Conſtantinopolitanus Epiſcop.	1091
476	Petrus Cnaphæus, Antiochenus Epiſcop.	1091

476	*Anthimus Conſtantinopolitanus Epiſcop.*	1091
476	*Theodorus Mopſueſtienſis Epiſc.*	1091
476	*Zeno Imperator.*	1091
476	*Honorichus, Wandalorum Rex.*	1091
476	*Gainus, à quo Gainitæ.*	1091
476	*Ibas, Edeſſenus Epiſc.*	1091
485	*Theoderichus, Oſtrogotthorum Rex.*	1082
493	*Anaſtaſius Dicoros Imperator.*	1074
493	*Deuterius Arrianorum Epiſcop. Baptiſmi verborum prænaricator.*	1074
494	*Seuerus Antiochenus Epiſc.*	1073
494	*Acephali.*	1073
494	*Angelitæ.*	1073
495	*Xenaias, Hierapolitanus Epiſc.*	1072
499	*Ioannes Philoponus, Alexandrinus Grammaticus.*	1066

CENTVRIA VI.

505	*OLipius Carthaginenſis Epiſc.*	1062
517	*Monophyſitæ, ſeu Theopaſchitæ.*	1050
536	*Aphthartodocitæ.*	1031
540	*Syrus Alexandrinus.*	1027
559	*Macarius Antiochenus Epiſc.*	1008
584	*Iacobitæ.*	983
584	*Cononitæ.*	983
584	*Contobalditæ.*	983
592	*Theodoſius, à quo Theodoſiani.*	975
599	*Tetraditæ.*	968

CENTVRIA VII.

604	*IVlianus Halicarnaſſeus.*	96[illegible]
604	*Sergius Conſtantinopolitanus Epiſc.*	96[illegible]
624	*Bayras.*	94[illegible]
630	*Sergius Pſeudomonachus.*	93[illegible]
630	*Mahometes Pſeudopropheta.*	93[illegible]
640	*Armeni.*	92[illegible]

Chaz[illegible]

640	*Chazinzarii.*	927
643	*Conſtans, Conſtantini III. filius, Imp.*	9[illegible]4
650	*Agareni.*	9[illegible]7
694	*Aginnenſes.*	873
699	*Maronitæ.*	868
	CENTVRIA VIII.	
719	*Iconoclaſtæ, ſeu Iconomachi, id eſt diuorum imaginum ruptores.*	848
719	*Leo III. huius nominis Imp.*	848
743	*Conſtantinus V. huius nominis Imp.*	824
778	*Leo IV. huius nominis Imp.*	689
783	*Conſtantinus VI. huius nominis Imp.*	784
783	*Felix quidam.*	783
796	*Baiolenſes & Concordenſes.*	771
796	*Albanenſes.*	771

Hæreticorum interregnum, hoc eſt, Eccleſiæ ab hæreticis infeſtationibus quies & ceſſatio, per ducentorum annorum ſpatium & vltra, ſub initium tranſlati Imperii ad Germanos: ab anno videlicet 800. quo Carolus meritò magnus dictus, regnare cœpit, vſque ad 1000. & vltrà, donec ſub Henrici III. imperio, Berengarius Diaconus Andegauanus in Gallia erupit, circa annum 1048. Quod ſanè Dei optimi maximi gratia & fauore, atque ſapientum Principum ſedulitate ac diligentia, in Deumq́; & Chriſtianam religionem propenſa ſinceritate atq; flagranti dilectione, contigiſſe nemo dubitauerit, qui eorundem principum hiſtorias diligenter perlegerit. Sed hæc obiter. Nunc ad noſtrorum hæreticorum ſeriem redeundum.

	CENTVRIA IX.	
1048	*Berengarius, Diaconus Andegauanus.*	519

CENTVRIA X.

1117	DVrandus de Waldach.	450
1117	Marſilius.	450
1124	Tandemus.	443
1124	Petrus de Bruis.	443
1128	Henricus, à quo Henriciani.	439
1140	Arnaldus, à quo Arnaldiſtæ.	427
1143	Petrus Abailardus.	424
1147	Gilbertus Porretanus, Pictauenſis Epiſc.	420
1160	Pauperes de Lugduno, ſiue Waldenſes.	413
1160	Inſabbatati.	413
1179	Bogomiles.	404
1195	Joachimus Abbas.	372
1199	Petrus Joannis.	368

CENTVRIA XI.

1200	ALbigenſes, ſiue Albigiſæi.	367
1204	Almaricus, Pariſienſis Doctor.	363
1204	Dauid Dinantius.	363
1250	Guilhelmus de Sancto Amore.	317
1260	Raymundus Lullius.	307
1260	Deſiderius Longobardus.	307
1273	Flagellantes.	394
1297	Hermanus Italus.	270

CENTVRIA XII.

1304	FRatricelli.	263
1309	Dulcinus, à quo Dulciniſtæ.	258
1311	Templarii.	256
1313	Barlaamus & Acindynus.	254
1314	Jacobus Juſtus.	253
1314	Bononatus.	253
1314	Beguardi & Beguinæ.	252
1323	Joannes de Poliaco.	244
1346	Adamitæ in Bohemia exorti.	221
1352	Joannes Wicleffus.	215
1352	Claudius, Taurinenſis Epiſcop.	215
1353	Lamperiani.	214

Arma-

		Annis quibus nos præceſſerunt.
	Armacanus.	207
	Lollardi.	207
	Bartholomæus Janoneſius.	204
	Turilupini.	195
	CENTVRIA XIII.	
	IAcobellus.	157
	Petrus Dreſenſis.	157
	Thaborita.	156
	Joannes de Ziſcha.	156
	Procopius.	156
	Barbara, Sigiſmundi Imp. uxor.	155
	Joannes Roatius.	155
	Joannes Monachus, Præmonſtrat. ordinis.	155
	Pikardi.	153
	Orebitæ.	149
	Bedricus.	149
	Orphani.	147
	Joannes de Rocſeſana.	137
4	*Nicolaus Galecus.*	135
9	*Hermannus Riſſuich.*	68
	CENTVRIA XIV.	
7	*THomas de Vio.*	50
3	*Jacobus Præpoſiti.*	44
4	*Thomas Muntzerus, à quo Muntzeriti.*	43
15	*Quintinus, à quo Quintiniſtæ.*	42
7	*Georgius David, ſiue David Georgius.*	40
9	*Chriſtophorus Schaplerus.*	38
4	*Balthaſar Pacimontanus.*	33
4	*Joannes de Leiden, Anabaptiſtarum Rex.*	33
38	*Michael Seruetus, à quo Seruetiani.*	29
61	*Lucas Sternbergius.*	6
64	*Deiſtæ, ſeu Trinitarii.*	3
66	*Lodoicus Alemani.*	1
67	*Athei, ſeu Epicurei.*	1
67	*Cynici.*	1
	Aliiq;.	

ELENCHI OMNIVM HÆRESVM LIBER PRIMVS.

ADAMÆI, SIVE ADAMIANI, vel Adamitæ.

ADamæi, à quodam Adam viuente (vt inquit Epiphanius contra octuaginta hæreſes) ſunt appellati, ludibrii magis, quàm veritatis dogma habentes. Nudi enim velut ex matre, tum viri, tum fœminæ ſimul conueniebant & aggregabantur; ſicque lectiones & preces, & quodcunque tandem aliud perficiebant. Quo verò tempore hæc hæreſis inceperit, non indicat Epiphanius. Hoc tantùm ait, ſolitariè illos degiſſe, continentiam exercuiſſe, & Eccleſiam ſuam, Paradiſum vocare ſolitos eſſe. Quantum verò colligere licet, videntur emerſiſſe Ælii Pertinacis Imperatoris, & Victoris Papæ temporib. circa annum Domini 194.

Primùm quidem, inquit idem Epiphanius, tales dicuntur, Eccleſias ſuas ſiue latibula & ſpeluncas (ſic enim meritò appellauerim hæreticorum conuenticula) in hypocauſtis, id eſt, locis qui ſubtùs incenduntur, extruere: ſubincendere verò infernè, vt ſit tepor ad calefactionem intus in domuncula congregatorum. Dum autem ingrediuntur, ſunt quidam veſtium cuſtodes ad fores inſtar campiariorum ab ipſis conſtituti. Et quilibet ingrediens, ſiue vir, ſiue mulier, exuitur foris, & ingreditur nudus, velut ex matris vtero, vniuerſo corpore. Et qui ipſorum principes videntur

r ac doctores, omnes velut ex matre nudi ſedent, alii
nè, alii infernè, mixtim ac ſparſim. Sunt autem apud
qui Continentes dicuntur, & virgines ſe eſſe iactant,
ſeipſos decipiunt) & lectiones & alia omnia nudi fa-
. Si verò viſus fuerit quis (nam & hoc dicunt) in deli-
iſſe, eum non ampliùs in eorum congregationem
ttunt. Dicunt enim illum eſſe Adam, qui comedit de
, & iudicant eum expelli è Paradiſo, hoc eſt, ex ipſo-
Eccleſia. Putant enim ſuam Eccleſiam eſſe Paradiſum,
pſos eſſe Adam & Euam. Hęc Epiphanius.

Hanc porrò Hæreſim, ſicut reliquas omnes iam olim
natas & conſopitas, hoc noſtro ſæculo denuò renouā-
: peſtiferi quidam & dæmonum intemperiis agitati ho-
es. Inter quos, authore Guilhelmo Damaſi Lindano,
ibro quem Dubitantium inſcripſit, dialogo ſecundo,
quidā Adamus Paſtoris cognomine: à quo Adamęi, vel
amiani, qui illū in hoc errore ſequuti ſunt, nuncupātur.

Hic Chriſtum verum hominem profeſſus, eum cum
otino hæretico negabat natura Deūm eſſe.

V nas etiam nuptias improbabat & execrabatur, matri-
onium quaſi per ſe malum damnans. De Adamitis rurſus
ibit idem Lindanus eod. lib. & dialogo, in hunc modum:
nt & alii ſecta Anabaptiſtæ, inquit, qui ab æmulata Adæ
iditate & ementita, Adamitarum nomen ſibi mutuantur.
enus hæreticorum (inquit Hoſius lib. de vtriuſq; ſpeciei
ōmunione) non ſolùm Orthodoxis, ſed & hæreticis quo-
ue maxime inuiſum: à Pikardo quodam, ex Gallia Belgica
n Bohemiam profecto, exortū, Sigiſmundi Germani Imp.
t Ioannis X X I I I. huius nominis, maximi Romanorum
Pontificis temporib. circa annum Domini 1414.

Hic porrò Pikardus (quemadmodum Æneas Syluius,
qui Pius II. Papa poſtea dictus eſt, in de Origine Bohemor.
cap. 41. refert) cùm in Bohemiā penetrâſſet, præſtigiis qui-
buſdam numeroſam virorum ac mulierū plebem ad ſe tra-
xit, quos nudos incedere iubēs, Adamitas vocauit, ſe au-
tem filium Dei dixit, & Adam vocari præcepit.

1. Suis Adamitis connubia promiſcua permiſit: quamuis ſine illius aſſenſu nefas eſſet mulierem cognoſcere, ſed vt quiſque libidine vrente in aliquam exardeſcebat, eam manu apprehendens, & adiens principem, dicebat ſe illam appetere. Tum ille Pikardus eorum princeps reſpondebat: Ite, creſcite, & multiplicamini.

2. Et quia hæc nuditas fuit ante peccatum, ideò nuptias auerſantur, & nudi obambulant: hinc ſuam fulcientes hæreſim, quòd antequam Adam peccaſſet, aut Paradiſo abactus eſſet, nunquam vxorem cognouerit. Quo fit, vt credant nuptias nunquam futuras, ſi ille non peccaſſet.

3. Nudi celebrant Sacramenta, & inde Paradiſum ſuam arbitrantur Eccleſiam: cum tamen ſic nudi ambulantes, cum fœminis ſuam concupiſcentiam exerceant, foueant, ac nutriant.

Quamobrem illi imitantur Adamum non in operimento & textione pudendorum, ſed in turpitudinis confuſione. Nam in ſtatu innocentiæ non fuit pudor nuditatis, ſed poſt peccatum nuditas opprobrio & confuſioni attributa. Vnde myſticè in Apocalypſi Epiſcopo Laodicenſi iubetur, veſtimentis albis, hoc eſt, mundis indui, ne ſuæ nuditatis confuſio appareat. Porrò ſi Cham Noæ filius à patre maledicitur, quòd verenda dormientis non cooperuerit, ſed irridenda fratribus mõſtrârit, quam putas hos nefarios execrationem mereri, qui citra vllum pudorem ſic nudi obambulant?

Tales fanaticos, inquit Lindanus vbi ſuprà, vidit Amſterodamus noſtra: hos loco honeſtiſſimo natos, & reb. lautis opulentiſſimos vidit nudos diſcurſitare noſtra Hollandia Anno ∞. D. XXXV. Horum quidam tam fuêre inſani capitis, vt conſcenſis arboribus, nudi cœleſtem panem fruſtrà expectantes, in terram deciderint ſemineces. Hæc Lindanus.

ABE-

ABELONII, SIVE ABELANI, vel Abelonitæ.

ABelonios nonnulli tradunt, ab Abele filio Adæ nomen ſortitos eſſe. Horum porro hæreſis ruſticana fuit teſte D. Auguſtino, & quam in agro Hipponenſi, cuius is erat Epiſcopus, ortum habuiſſe aſſerit, libro quem de Hæreſibus inſcripſit: Idque Theodoſii & Archadii Imperatorum, & Innocentii huius nominis primi Romanorum Pontificis temporibus, circa annum Domini 407.

Sua vero hæreſi in hoc ab Eccleſia catholica diſſecti erant, quod rem vxoriam abhorrerent, nec ſuis coniugibus miſcerentur, tametſi ſectæ ipſius dogmate citra vxorum contubernium eis degere non liceret. Mares itaque cum fœminis ſub continentiæ profeſſione ſimul habitantes, puerum quendam & puellam ſibi adoptabant, quos poſtea ſuos ſibi conſtituebant ſucceſſores. Morte enim præuentis quibuſque ſingulis alii ſubrogabantur, dummodo tamen duo duobus his diſparis ſexus, in illius domus ſocietate & contubernio ſuccederent. Vtrolibet quippe parente defuncto, vno remanente ſuperſtite, vſque ad eius quoq; obitum, ei filii ſeruiebant. Poſt cuius mortem, ipſi etiam puerum & puellam ſimul adoptabant. Sed hæc hæreſis paulatim diminuta fuit. Nam admoniti, in gremium matris Eccleſiæ rediere. Ex quo quidem facilime videre eſt, cur Abelonii ab Abel, Adami natu minore filio, nomen ſint mutuati, vtpote qui cælibem vitam ſemper egerit, donec à fratre Cain occiſus eſt: à quo etiam Cainani, ſicut à Seth Sethiani, quidam hæretici fuerunt appellati. Vide locis ſuis.

ABLABIVS NOVATIANORVM IN Nicena vrbe Epiſcopus.

ABlabius (authore Nicephoro Eccleſiaſticæ ſuæ hiſtoriæ libr. 14. cap. 13.) nobiliſſimus orator fuit, Troili

ſophiſtæ auditor, qui à Chryſantho N[illegible]uatianorum Epiſcopo, in preſbyterorum ordinem cooptatus fuit: cuius etiam conciones populares, ſuaues & vehementes, diu excelluerunt. Hic poſtea Nouatianorum hæreticorum eccleſiæ in Nicena vrbe præfuit, Sophiſticam etiam tum profeſſus. Hæc Nicephorus. Hoc autem accidit, Theodoſii iunioris Imperatoris & Cæleſtini maximi Romanorum Pontificis temporibus, circa annum Domini 430.

1 Nouatianorum vero error, quorum hic ſummus fautor fuit, in hoc erat, quod primas quidem nuptias admittebant, ſecundas vero reiiciebant, & aſpernabantur velut impias.

2 Omnem præterea pœnitentiæ virtutem tollebant, aſſerentes, eos qui ſemel à baptiſmo ſuſcepto eſſent in peccatum prolapſi, nunquam poſtea poſſe ſuorum peccatorum remiſſionem conſequi, quantumlibet deinceps pœniterent. De qua re habes infra fuſius, titulo de Nouatianis.

ABSTINENTES.

ABſtinentes (authore Philaſtrio) in Gallia, Hiſpania, & Aquitania viguere, ſed quo tempore, non meminit. Eos tantum dicit, Gnoſticorum & Manichæorum particulam pernicioſiſſimam æmulatos ac ſequutos fuiſſe, eandemque non dubitaſſe prædicare, ſuis perſuaſionibus & hominum coniugia dirimentes, & eſcarum abſtinentiam prohibentes, quæ non legis præcepto, ſed promiſſionis cæleſtis gratiæ nanciſcendæ, & dignitatis ac meriti conſequendi maioris cauſa, hominum voluntati à Chriſto conceſſa eſt. Dicit enim Dominus Petro: Non omnes capiunt hoc verbum. Et iterum idem Dominus: Qui dimiſerit vxorem ſuam ſine cauſa fornicationis, facit eam mœchari.

Aliud itaque eſt, conſenſu communi hoc fieri, laudis cauſa

Digitized by Google

cauſa amplioris conſequendæ à Domino, & aliud, contra legem ſuadere, contraque amborum facere voluntatem. Et iterum: Qui non manducat, manducantem non ſpernat: & qui manducat, non manducantem non iudicet. Quod itaque ex voluntate eſt, laudis eſt amplioris, immo potius mercedis cæleſtis eſt deſiderium: quod autem extra legem eſt, non à Deo Chriſto eſt traditum, ſed inani hominum præſumptione & errore inuentum. Hoc autem ideo faciunt, vt eſcas paulatim ſpernentes, dicant non eſſe bonas, & ita non à Deo hominibus eſcæ cauſa fuiſſe conceſſas, ſed à diabolo factas: indeque adeo hanc creaturam nõ à Deo creatam, ſed à diabolo eam factam prædicare nituntur: perq; hoc mendacium, multorum animas captiuarunt, & à veritate catholica abduxerunt in exitium & perditionem. Nec defuerunt ex iſtorum numero, qui cum aliis hominibus non ſumerent eſcas, inani præſumptione ducti, putantes ſe melius quid facere, quia & prophetæ hoc facere ſoliti erant, ignorantes interim diuerſam œconomiam Chriſti Domini eſſe ſtatutam hominibus.

Hi porro in id præterea inciderunt veſaniæ, vt dum de patre filioque bene ſentirent, de ſpiritu ſancto non item, creatum eum credentes eſſe & factum, non Deum, ſicut ſcripturæ nunciant, & eccleſia catholica prædicat. Hactenus Philaſtrius. Eos putauerim emerſiſſe Diocletiani & Maximiani Imperatorum, & Marcellini Papę temporibus, circa annum Domini 289.

ACACIVS CÆSAREENSIS Epiſcopus.

Acacius, Epiſcopus fuit Cæſareæ Paleſtinæ, Euſebii Pamphili ſucceſſor, ſecta Arrianus, Conſtantii Imperatoris, filii Conſtantini maioris, & Liberii maximi Romanorum Pontificis temporibus, circa annum Do-

Digitized by Google

mini 357. De hoc autem ſic ſcribit Nicephorus libro 9. cap. 44. Non enim (inquit) vel in conſultando, vel in dicendo contemnendus vir fuit Acacius, & ad res quas inſtituiſſet conficiendas, non incommodus. Eccleſiam quoque celebrem adminiſtrabat, & Euſebium Pamphili præceptorem habuerat, cuius etiam Epiſcopatum ſortitus fuerat: & quum plurima addiſcere contendiſſet, exiſtimatione ſimul & librorum copia, quos à Pamphilo relictos habebat, alios antecellere iudicatus eſt. Et quod talis erat, non difficile ei fuit, ex ſententia res pleraſque conficere. Is porro (vt diſtinctione 24. quæſtione 1. dicitur) non fuit noui vel proprii inuentor erroris, vt ab eo noua ſcita, id eſt, ſtatuta vel dogmata prodirent, ſed alieno facinori ſuam communionem miſcuit. Itaque neceſſe fuit, vt in illam recideret iuſta lance ſententiam, quam cum ſuis ſucceſſoribus per conniuentiam ſynodalem ſuſceperat author erroris.

Reiiciebat autem ille cum Arrio & eius ſectatoribus Aetio & Eunomio, nomen eiuſdem ſubſtantiæ, & ſimilis ſubſtantiæ, vel æqualitatis filii cum patre, tanquam ſcripturis alienum. Nicenam fidem aperte negabat, aliamque fidei formulam in Concilio Seleuciæ celebrato, dictare nitebatur, vt habetur Tripartit. hiſtor. libro 5. capite 34. Et apud Nicephorum libro nono cap. 36. & 43 Hunc velut in hæreſi defunctum, & eade cauſa per Felicem & Gelaſium Romanos Pontifices excommunicatum, Anaſtaſius Papa voluit poſtea eum reuocare, vt orationes pro eo in Eccleſia fierent: ſed ſuo temerario conatui plurimi ex clero obluctantes, ab eius obedientia inde receſſerunt, & hæreſeos ab eis inſimulatus eſt. Hunc tamen hæreticum non fuiſſe, elegantiſſimo ſtylo commonſtrare conatur Hoſius libro ſecundo, quem de legitimis iudicibus rerum Eccleſiaſticarum ſcripſit. Idem Gelaſius aduerſus Acacium ſcripſit Epiſtolas, quæ in hunc vſque diem in Eccleſia Catholica habentur & circumferuntur. De Acacio vide plura in Aëtio, Eleuſio, & Macedonio.

ACE-

Digitized by Google

ACEPHALI.

Acephali ſeu Acephalitæ, ſub Anaſtaſio Imperat. & Symmacho Romanorum Pontifice exorti ſunt circa annum Domini 494. Hi Chalcedonenſe Concilium impugnantes, duarum in CHRISTO ſubſtantiarum proprietatem cum Eutychete Conſtantinopolitano abbate, & Dioſcoro Alexandrinæ vrbis Epiſcopo & Manichæis pernegabant, vnamque in eius perſona naturam, nimirum diuinam, (Deitatis & humanitatis naturam miſcentes) eandemq; crucifixam, & ideo illum in ea vna tantum ſubſtantia adorandum deprædicabant; contra illud Chalcedonenſis Concilii, quod diſtinctione decimaquinta, capite primo dicitur in hunc modum: Prædicat eadem ſancta ſynodus Chriſtum Deum ſic natum de virgine, vt in eo ſubſtantiam & diuinæ & humanæ confiteamur naturæ. Dicantur autem Acephali, ſine capite, propterea quod omnes huius factionis ſimul exorti, nullus eorum author repertus ſit, à quo originem traxiſſe dicerentur. De his tamen ſic ſcribit Nicephorus Eccleſiaſticæ hiſtoriæ libro 18. capite 45. Tempore quo Imperator Leo diem ſuum obiit, atque Zeno & Anaſtaſius Imperii adminiſtrationem ſuſceperunt, quam maximam libertatem ſibi, qui quartæ Synodo reſtiterunt, vſurpauere. Sed & Acephali, (quorum Dux Seuerus Antiochenus fuit) vnam verbi & carnis naturam male prædicantes: & præterea Iacobitarum, Theodoſianorum, Iulianiſtarum, & plurium aliorum cateruæ, Eccleſiæ inſultarunt: Qui vtique Monophyſitæ appellati ſunt, quod vnam verbi & carnis naturam, poſt ineffabilem vnionem in Chriſto, eſſe ſentiant & doceant. Acephali henoticum Zenonis Imperatoris ſcriptum, quo videlicet ad vnionem Eccleſias perducere voluit, propterea quod ille ſanctam quartam Synodum anathemati non ſubieciſſet, minime receperunt.

Acephali autem ob eam cauſam dicti ſunt, quod ſub Epiſcopis non fuerint. Proinde neque Baptiſmus abhinc iuxta ſolennem & receptum Eccleſiæ morem ab eorum epiſcopis & ſacerdotibus apud eos adminiſtratus, neque oblatio aut res aliqua diuina facta, miniſteriumve eccleſiaſticum defunctis (ſicuti mos eſt) celebratum eſt. Communionem vero illi à plurimo tempore aſſeruatam habentes, Feriis Paſchalibus in minutiſſimas partes inciſam, conuenientibus ad ſe hominibus dederunt. Quo tempore, quam quiſque voluiſſet, placitam ſibi ſumebat poteſtatem. Et propterea quod quilibet, quod ſibi viſum eſſet, fidei inſertum voluit, quam plurima defectorum & hæreticorum turba exorta eſt, Tritheitarum, Agnoetarum, Theopaſchitarum, Iacobitarum, Armeniorum, Seueritarum, & Aphthartodocitarum, initio à Iuliano Halycarnaſſæo ſumpto. Qui creatum quidem Domini corpus eſſe opinatus eſt, ſed idem ab ipſa conceptione incorruptibile eſſe docuit. Horum cohortem, qui eis aduerſati ſunt, Phantaſiaſtas & Manichæos vocauerunt: quemadmodum & illi rurſus hos Phartolatras & Sceuolatras nominauerunt. Eius generis hæreſibus, & Acephalis maxime, (qui & Seueritæ nuncupantur) eccleſiæ admodum ingruentibus, Chalcedonenſis quoque Synodi nomine preſſo, perquam longo tempore, ea iactata eſt & exagitata. Sed & ingens diu ſeditio & confuſio in ea extitit. Ipſa nanque plebs ad ſanctioris altaris cancellos aſſiſtens, plagis ſe mulctaturam, & cum ignominia ex ſacris templis ſacerdotes eiecturam comminata eſt, ſicubi eius Synodi mentionem inferre, aut eam ſacroſanctis codicibus inſcribere, eorumve nomina Diuinorum patrum, qui decreta eius promulgaſſent, proferre auſi fuiſſent. Hucuſque Nicephorus. De Acephalis vide plura in Monophyſitis, Iacobitis, Ioanne Philopono, & Seueritis.

ACESIVS NOVATIANORVM APVD Conſtantinopolim Epiſcopus.

ACeſius Nouatianorum Epiſcopus fuit tempore Conſtantii Imperatoris, & Iulii ſummi Romanorum Pontificis temporibus, circa annum Domini 346. qui cum authore ſuo Nouato, eos qui poſt Baptiſmum peccatum ad mortem patraſſent, ac diis ſacrificaſſent, à communione Diuinorum myſteriorum reiiciebat: ſolius Dei, & non ſacerdotum, eam poteſtatem eſſe aſſerens, huiuſmodi peccatoribus delicti remiſſionem concedere. De hoc ſic ſcribit Nicephorus lib. octauo, cap. vigeſimo. Cæterum, inquit, Conſtantinus Imperator Dei amantiſſimus, de communi concordia ſolicite cogitans, Aceſium quoq; Nouatianorum epiſcopum ad concilium Nicenum euocauit, eique & de fidei dogmate, & de die feſto Paſchatis celebrando, decretum Synodi oſtendit: interrogauitq; adeo eum, an ea recte ſic ab epiſcopis eſſent conſtituta. Qui cum ea laudaſſet, neque noui quicquam definitum eſſe dixiſſet, ſe enim & idem dogma fidei à maioribus accepiſſe, & nunquam aliter Paſchæ feſtum celebraſſe: Imperator, Qui igitur, inquit, cum in eadem ſis nobiſcum ſententia, à communione noſtra tantopere abhorres? Ibi ille diſſidii, quod inter Nouatum & Cornelium Romanæ vrbis epiſcopum ſub Decio Imperatore fuit, meminit: Nouatum videlicet, eos qui poſt Baptiſmum peccatum ad mortem patraſſent, ac diis ſacrificaſſent, à communione diuinorum myſteriorum reieciſſe: ſolius Dei, & non ſacerdotum, poteſtatem eam eſſe dictitans, talibus hominibus remiſſionem delicti concedere. Ad quem ex tempore Imperator: Scalas igitur, inquit, admoue Aceſi, & ſolus ad cælos aſcende. Quo dicto non Aceſium ille laudauit, ſed potius, quod immunem à peccatis ſe forte exiſtimauit eſſe, perſtrinxit. Hæc Nicephorus.

ACHILLAS ALEXANDRInus Epiſcopus.

ACHillas Epiſcopus Alexandrinus fuit, anteą quidem (authore Nicephoro libr. 6. cap. 35.) in preſbyterorum cathedra laudem magnam conſecutus, vtpote ſacrarum ſcripturarum doctrinæ præpoſitus: verum à recto Chriſtianæ fidei dogmate poſtea deſciſcens, fuit fautor Arrii, ſub Conſtantino Magno Imperatore, & Syluestro maximo Romanorum Pontifice, circa annum Domini 320. De hoc ſic ſcribit Sozomenus Tripartitæ hiſtoriæ libr. 1. cap. 12. Alexandria (inquit) ciuitas eſt maxima, & hominum multitudine copioſa, non Ægyptiorum ſolummodo, ſed etiam Thebæorum & Libycorum, circa Ægyptum obtinens principium. In huius itaque ciuitatis præſulatu, poſt Petrum illum inclytum eccleſiæ Catholicæ propugnatorem, qui ſub impiis tyrannis Diocletiano & Maximiano nouiſſime imperium ſponte deponentibus, martyrii coronam ſuſceperat, ſucceſſit Achillas. Is enim ſub illo egregio Petro Arrium ordinatum diaconum, captumque in Meletii nouitatibus, & ab Eccleſia pulſum, rogatus à fidelibus, denuo eum ſuſcipiens miniſtrare præcepit. Sed cum ab eodem Arrio hæreſeos lepra infectus fuiſſet, indeque ideo captus & expulſus præſulatu, in eius locum Alexander, fortiſſimus euangelici dogmatis prædicator, ſufficitur epiſcopus. Arrius igitur & Achillas eam ob rem coniuratione facta, Colluthi hæretici ſuperbiam, idque illo multo deterius ſecuti ſunt. Ille namq; hos ipſos culpans, peſſimæ voluntatis ſuæ inuenit occaſionem. Iſti vero dignam illius negociationem recipientes, nequaquam iuri Eccleſiæ ſe ſubiici pertulerunt, ſed ſpeluncas ſibimet latronum ædificantes, inceſſabilia in eis conciliabula celebrabant: noctibuſque & diebus contra Chriſtum agentes & cõtra eius eccleſiam, prauis libidinib. exercebantur. Adeo quidem, vt omnem piam & Apoſtolicam obſcurantes

rantes

rantes gloriam, Iudaico ſchemate, Chriſto & ſuis miniſtris rebellandi inſtituerint officinam. Diuinitatem namque & æqualitatem cum patre Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti negabant: omnemque eius ſalutaris diſpenſationis & humilitatis propter nos ſuſceptæ vocem decerpentes, prolatione horum, impietatis ſuæ prædicationem exercere nitebantur. Quippe diuinitatis ſuæ rationem & ineffabilis gloriæ, quam à principio habuit apud patrem, penitus denegantes, Paganorum & Iudæorum impiam de Chriſto confirmabant ſentẽtiam. Et laudem propriã (vt aſſolet) aucupantes, omnes quidem, quæ contra Catholicos poſſunt adferri, deriſiones negotiabantur, ſeditionesque illis quotidie ac perſecutiones inſtituebant. Iurgia inſuper proponebãt frequentia, per aditiones mulierum impudentium, quas ſeducebant: hac quidem re communi Chriſtianitati derogantes, dum eorum iuuenculæ ea de cauſſã omnes circuibant vicos. Hacque ſua hæreſi tandem effecerunt, vt irruptam Chriſti tunicam, quam milites diuidere noluerunt, iſti ſcindere præſumerent. Dicebant enim, quia fuit aliquando, quando nõ fuit filius Dei: & poſtea factus eſt, qui prius non fuerat talis factus, qualem & omnem hominem eſſe contigit. Cuncta enim (aiebant) Deus ex non exiſtentibus fecit, omnium rationabiliũ & irrationabilium creaturis miſcere volentes & filiũm Dei. Quibus verbis conſequenter dicebãt, eum mutabilis eſſe naturæ, virtutis malitiæque capacem, cum ex non exiſtentibus eſſe ab eis diceretur. Sicque diuinas ſcripturas, quibus oſtenditur eum ſemper fuiſſe, quibusq; deſignatur inconuertibilis verbi & ſapientia atque diuinitas, deprauantes, aut omnino tollentes. Poſſumus ergo & nos (aiebant iſti impuri) fieri filii Dei, ſicut & ille. Scriptum eſt enim: Filios genui & exaltaui. Cũque illatum illis fuiſſet quod ſequitur, id eſt, Ipſi autem ſpreuerunt me, quod naturale & proprium non eſt Saluatoris, cum naturæ ſit immutabilis: omni reuerentia ſpoliantes ſemetipſos, aiebant eum nullam proprietatem habere ad Deum: ſed cũ ſit ipſe natura mutabilis, ſciuit de illo

Deus ſua præſcientia & præcontemplatione, quod cum non eſſet eum ſpreturus, eligendus foret ex omnibus. Nō enim (inquiunt) natura quaſi præcipuum inter alios filios aliquid habet. Nam nec naturaliter Dei filius eſt, nec aliquam habet ad Deum proprietatem: quando etiam ipſum naturæ mutabilis exiſtentem, propter moderationem, diligentiam, & virtutem non mutatum ad deterius elegit Deus: Adeó quidem, vt ſi Paulus vel Petrus ad hoc perueniſſet, nihil Ieſus poterat ab horum filiatione differre. Hucuſque Sozomenus ex epiſtola Alexandri Alexandriæ epiſcopi ad Alexandrum Conſtantinopolitanum epiſcopum, lib. 1. cap. 14. Idem habet Nicephorus lib. 8. cap. 5. 7. 8. De hoc Achilla vide plura in Arrianis, Alexādro Baucala, Meletio, Carpona, Sarmate, Euzoio, Macario, Iulio, Mena, & Helladio.

ADDAM MANICHÆVS.

ADdam, qui & Addas, & Adimanthus dicitur, Manetis diſcipulus fuit: de quo ſic ſcribit Nicephorus lib. 6. ca. 32. Manes (inquit) quum tres haberet ſectatores, Addam, Thomam, &, Hermeam: ex iis Addam ad Syros, ad Indos autem Thomam miſit præcones. Hic, teſtibus Auguſtino & Philaſtrio, rationes & diſputationes ſcripſerat contra legem & prophetas, quibus oſtendere conabatur, Euangelicam & Apoſtolicam doctrinam illis eſſe contrariam. Ad quas Diuus Auguſtinus luculenter reſpondit eo libro, quem contra eundem Adimanthum conſcripſit, qui ſic incipit: Eodem tempore venerunt, &c. Pullulabant Aurelii Imperatoris, & Felicis huius nominis I. temporibus, circa annum Dom. 273.

ADELPHIVS.

ADelphius Meſſalianorum hæreticorum (qui & Euchutæ, id eſt, Orantes, ſiue Enthuſiaſtæ, hoc eſt, afflati & diuini, aut ſacrificatores, quemadmodum Theodoriti interpres in hiſtoria Tripartitia vertit, nominantur) dux

dux fuit, cum Dadoe, Sabba, Hermia, Simeone,& nonnullis aliis, tempore Valentiniani Imp. & Liberii Papæ, circa ann. Dom. 368. Qui ita ſe ab eccleſiaſtica communione præſciderunt, vt inter reliquas ſuas blaſphemias, nihil prorſus vel prodeſſe vel obeſſe diuinam eſcam diceret. De qua nihilominus Chriſtus inquit: Qui manducat meam carnem,& bibit meum ſanguinem, habet vitam æternam. Et diuus Paulus: Qui manducat hunc panem indigne, iudicium ſibi manducat, non diiudicans corpus Domini. Hi etiam cuiuſdam dæmonis operationem expectabant, & hãc ſancti ſpiritus præſentiam arbitrabantur. Qui vero integro huius rei languore participabantur, auerſabantur operationem manuum velut malam, ſomnoque ſemetipſos tradebant,& ſomniorum phantaſias, Prophetias vocabãt. Morbum autem eum illi ſupprimere ſedulo conabantur, & eundem, etiam conuicti, impudenter pernegabant, popularesq; ſuos ea, quæ ipſi in animis ſuis circumferebant, celabant. Quod cum Flauianus celebri fama vir, Antiochenæ eccleſiæ ſuffectus Epiſcopus compertum habuit, & id genus homines (vt author eſt Nicephorus libr. vndecimo, cap. decimoquarto, & Theodoritus Tripartitæ hiſtoriæ libro ſeptimo, cap. vndecimo) Edeſſæ verſari cognouit, veneno ſuo finitimos inficientes, monachorum ſodalitate quadam ad eos miſſa, Antiochiam eos pertraxit, vbi interrogati & ægritudinem ſuam pernegantes, ad hunc modum in crimine ſuo deprehendit. Accuſatores enim eorum falſa per calumniam deferre, & teſtes mendacia proferre dixit. Adelphium autem admodum iam ſenem blande compellans, aſſidere ſibi iuſſit. Et nos, inquit, ô ſenex, qui iam vitam prope exegimus, certius humanam naturam perſpeximus, tum aduerſariorũ dæmonum cognouimus molitiones, re ipſa quoq; gratiæ ſubminiſtrationem perdidicimus. Iuuenes autẽ iſti, qui harũ rerum accuratius nihil intelligunt, ſermones ſpirituales audire non ſuſtinẽt.

Quapropter mihi dicito, quomodo vos perhibetis, quũ ſpiritum aduerſarium cedere, tum ſpiritus ſancti gratiam

aduenire? Verbis hiſce ſenex demulſus, venenum omne ſuppreſſum euomuit, & nullam vtilitatem ex diuino baptiſmo ad eos qui eo vterentur, peruenire dixit: ſolam autem orationem ſedulam, dæmonem vernaculum & familiaré eiicere. Vnumquenq; enim, qui naſcatur, hominem à primo parente, ſicuti naturam, ita dæmonum quoque ſeruitutem trahere. Quibus precatione ſedula exactis, deinceps Spiritum S. aduenire, præſentiam ſuam, ita vt ſentiatur & conſpiciatur indicantem, corpuſq; ab affectionum ſeu perpeſſionum metu liberãtem, & animam ab inclinatione ea quæ in deterius fert, ita vindicantem, vt poſtea neque abſtinentia & ieiunio corpus caſtigante, neque doctrina quæ frenos nobis iniiciat, & compoſite ambulare doceat, ſit opus. Et cui ita Spiritus S. obueniret, eum non ſolum à corporis titillationibus liberari, verum etiam clare futura prę uidere, & Trinitatem diuinam oculis ſuis cernere.

Hoc pacto diuus Flauianus putido effoſſo fonte, & impio nudato latice, ad infelicem illum ſenem inquit: Inueterate dierum malorum, redarguit te os tuum, nõ ego: Et labia tua teſtimonium perhibuerunt contra te. Sicque tandem peſtis ea in apertum prolata, Syria exceſſit, & in Pamphyliam commigrans, eam quoq; hac clade impleuit. Hæc Nicephorus. De hac abſurda & inepta hæreſi, vide plura in Meſſalianis, Euchetis, & Enthuſiaſtis.

ÆGIDIANI.

ÆGidiani. Dicti ſunt autem, authore Lindano Dubitantii dialogo 2. ab Ægidio quodam Aquenſi, qui ſpe quæſtus multo maximi, quem Anabaptiſtarum doctores, quos vocant, ex retinctione ad tres fere coronatos capere vidit, illectus, audebat & ipſe retingere: à quibus poſt excommunicatus, ſui flagitii Antwerpiæ capite plexus pœnam luit, publice ſuos licet reuocaret errores. vnde & diſcipuli aliis ſeſe tradidere magiſtris execrandos. Hæc Lindanus.

ÆRI-

AERIANI, SEV AERII.

AEriani, vel Aerii, ab Aerio quodam, qui Euſtathii (vt author eſt Epiphanius) Sebaſtei, Sebaſteæ Ponti appellatæ regionis ſiue paruæ Armeniæ Epiſcopi condiſcipulus fuit, nuncupati ſunt, tempore Conſtantini Magni Imperatoris, & Iulii huius nominis I. Romanorum Pontifice, circa annum Dom. 341. Hic porro (teſte Auguſtino, libro quem de hæreſibus inſcripſit, cap. 53.) cum eſſet Presbyter, ęgre ferens non poſſe ſe Epiſcopi dignitatem, quam modis omnibus ambiebat, aſſequi, in Arrianorum ea de cauſſa lapſus hæreſim, propria quoque dogmata illi addidiſſe dicitur. Nam ille cum ſuis aſſeclis ſacrificium, quod pro defunctis offertur, reſpuebat, & Miſſas negabat applicari pro peccatis, pro ſatisfactionibus, aut pro aliis quibuſuis Eccleſiæ neceſſitatibus.

2. Negabant præterea Aerii ſtatuta ieiunia, ſolenniter celebranda eſſe, ſed pro arbitratu cuiuſque ieiunandũ cenſebant, ne ſub lege eſſe videremur, & non ſub gratia.

3. Dicebant rurſus Aeriani, Presbyterum ab Epiſcopo nullo diſcrimine debere diſcerni, ſed vtrumque gradu & authoritate æqualem eſſe.

4. Sunt denique qui tradunt, Aerios Encratitarum, Ampotochtitarumq; more nullos ad communionem ſuã admittere ſolitos, niſi continentes, & eos qui ſeculo ita renuntiaſſent, vt nil proprium poſſiderent.

5. Et licet eſcas abominarentur, quas Deus cum benedictione humano generi tribuit ad percipiẽdum, ab iis tamen eos non abſtinuiſſe ſcribunt Epiphanius, Philaſtrius, & Auguſtinus lib. de hæreſibus.

6. Damnabant etiam nuptias, quæ ex lege fiunt, velut illicitas, eas vtique à Deo non inſtitutas eſſe aſſerentes, iuxta Diui Pauli vaticinium, quo dixerat venturos quoſdam nouiſſimis temporibus illuſores, iuxta proprias concupiſcentias ambulantes, qui prohiberent nubere & abſtinere à carnibus, quas Deus creauit ad percipiendum fidelibus cum gratiarum actione. Vide de his plura in Tatianis, En-

cratitis, Manichæis, Waldenſibus, Marſilio Paduano, Begardis & Beguinis, Marcioniſtis, Adamitis, Heracleone, & Priſcillianiſtis.

AETIANI.

AEtiani ab Aetio quodam Syro vocitati ſunt, qui circa annum Domini 363. ſub Conſtantio Imperatore, & Liberio ſummo Romanorũ pontifice degens, ab iis (vt eſt author Nicephorus Eccleſiaſticæ ſuæ hiſtoriæ libr. 9. cap. 7.) diſputator admirandus habitus eſt, qui diuerſa à nobis docent. In altercationibus quippe, verborumque contentionibus, ratiocinationibus, & fallaciis ludificantibus, valde commodus erat, vt qui ex profeſſo in rebus eiuſmodi ſtudium omne conſumpſiſſet. Et proinde quod talis eſſet, quodque facile quicquid ſors tuliſſet, male feriatus de Deo theologaretur, ſeu blateraret potius, ἄθεος & contemptor Deorum appellatus eſt. Patria ei fuit Cœleſiria. Cuius pater cum in militia aduerſis rebus conflictatus tandem interiiſſet, bona eius, qui tum rerum potiebatur, Princeps publicauit. Qua re vna cum matre Aetius ad extremam redactus pauperiem, ad aurificum artem diſcendam ſe contulit, vt quocunque poſſet modo victum ſibi pararet. Ea arte vbi ſatis eſt vſus, propter ingenii vim ad diſcendum diſciplinam eſt conuerſus: Paulinumque audiuit, qui ex eccleſia Tyria Antiochiam fuerat tranſlatus. Porro mortua matre, cuius gratia aurum conformanti arti operam nauauerat, totus ſtatim in diſcendi ſtudium incubuit. Breuique certamen ſubiẽs, multos diſputando conuicit. Poſtquam autem Eulalius poſt Paulinum in Antiochenam ſedem eſt collocatus, multitudo ingens, motu aduerſus Aetium concitato, vrbe eum expulit. Quo tempore Anabarzum vrbem Ciliciæ conceſſit, atque ibi artem rurſus ſuam ita parandi victus gratia exercuit, vt non prorſus dicendi certamen omitteret. Accidit tum, vt ſophiſta quidam, Aetii ingenium admiratus, artem ſuam cum eo communicandam duceret. Atque ille in Sophiſtæ domum receptus,

ptus, homini inſeruiens, omne (vt fieri ſolet) famuli miniſterium præſtitit. Sophiſta grammaticen & logicen ei tradidit. Ipſe vero cum herum ob minus rectam de diuinis oraculis opinionem argueret, mercedem bene de ſe meritæ domus abdicationem tulit. Atque inde eiectus, cum Athanaſio Anabarzi antiſtite vixit, apud quem Euangeliſt. s exacte excutiens legit. Deinde Tarſum ad Antonium, Luciano martyri notum, venit. A quo Apoſtolum diſcens, ſatis diu cum eo, cum adhuc in presbyterorum ordine eſſet, manſit. Vbi vero Antonius Epiſcopi functionem ſuſcepit, neque iam doctrinæ, qua Aetium erudiebat, vacare poſſet, ille Antiochiam eſt reuerſus. Et ibi cum à Leontio adhuc Presbytero (Luciani martyris & hic habitus ſectator) Prophetas, atque inprimis Ezechielem doceretur, propter linguæ intemperantiam & ſententiæ impietatem, inde rurſus eſt expulſus. Itaque Sophiſticam exercens, & certamine cum eis qui clari eo ſtudio erant, congrediens, loca multa circumiit. Poſtea vero & medicam artem accurate didicit. Sopolis in tali diſciplina doctor eius fuit, vir in eo ſtudio nemini ſecundus. Ipſe etiam Aetius, optimus in eo habitus, gratuito pauperes curauit. Quod ſi aliquando egeret, noctu ad quempiam artis ſuæ peritum, ne interdiu à ſtudiis potioribus abduceretur, adibat: & aurum, quod accuratiore arte elaborandum eſſet, petebat: atque opere celeriter perfecto, & à conductore operis ſua mercede accepta, vitam tolerauit.

Leontio vero ad Epiſcopatum Antiochenum euecto, Aetius ab eo diaconus deſignatus, & ad munus in Eccleſia docendi delectus eſt. At ipſe Diaconatum ſuſcipere veritus, docendi functionem non reiecit. Atque ibi ſatis diu verſatus, Alexandriam venit, Athanaſium oppugnaturus. Vehementer namque de conſubſtantiali propugnando Athanaſius egit. Et quum à quibuſdam ad Epiſcopatum Aetius recipiendum delectus eſſet, dignitatem eam contempſit. Sane antequam Aetius ad Arrianos defeciſſet,

tametſi illi ab conſubſtantiale profitentib. diſſidebant, nihilominus tamen preces, hymnos, conſilia, & res prope omnes cum eis communicabant, myſtico duntaxat ſacrificio accepto. Ex quo autem ille primus ſeceſſionem facere cœpit, omnibus conſentientis conuentus, amicitiæ & conſuetudinis vinculis ruptis, in aduerſas eis qui alia eſſent opinione, maxime partes per factionem tranſiere.

1. Opinabatur autem ille itidem vt Arrius, conditum, & ex non exiſtentibus atque inæqualem patri filium eſſe, & filio Spiritum ſanctum, contra illud de conſecratione Diſtinct. 3. cap. vltimo: Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus, vnius eiuſdemque ſubſtantiæ, inſeparabili æqualitate, diuinam inſinuant vnitatem. Ex quo ille & eius ſequaces, à Catholicis Diſſimiles & Ex non exiſtentiales appellati, (vt Tripartitæ hiſtoriæ lib. 5. cap. 42. habetur) nimirum quod nomen Similitudinis in diuinis abſcindere niterentur, & per omnia ſubſtantiam atque voluntatem diſſimilem eſſe patri apud filium.

At tandem, quod ingenti cõtentione acriuſque de Deo diſſerere auderet, variiſque vteretur ratiocinationibus, factionis ſuæ popularibus & ſociis diuerſus eſſe, atque ab eis diſſidere viſus eſt. Quam ob cauſſam eccleſia eorum expulſus, arte quadam per diſſimulationem eos vitabat, cõmunionemque eorum deteſtabatur, veluti qui ſe Arrio poſt periurium cõiunxiſſet, quum ille pœnitentia ductus, Conſtantino Imperatori conſentanea ſe cum Nicena fide ſentire adiurauit.

2. Dicebat quoque impurus ille, nullum peccatũ quantumlibet graue, imputari in fide manentibus, ſolamque fidem abſq; vllo alio opere eſſe ſatis ad vitam æternam conſequendam.

Affirmabat quoque, ea quæ Deus hactenus celaſſet Apoſtolos, ſibi reuelata fuiſſe. De cuius hæreſi vide plura in Tripartita hiſtoria, libr. 5. cap. 42. & apud Auguſtinum libro de hæreſibus. Et infra de Arrianis, Anomæis, Metangiſmonitis, Eunomio, Acacio, Varimando, Maximo,

ximo, Feliciano, Balcentio, Petro à Bailardo, Serra, & Luthero.

AGAPETÆ.

Agapetarum hæreſim vel ſchiſma potius, ab Agape muliere Hiſpana, & Elpidio eius viro exortam eſſe, diuus tradit Hieronymus, idque Theodoſii I Imp. & Siricii maximi Romanorum Pontificis ætate, circa annum Do. 395. Sic enim de his ad Creſiphontem aduerſus Pelagianos ſcribit: Quid ſibi volunt (inquit) miſeræ mulierculæ oneratæ peccatis, quæ circumferuntur omni vento doctrinæ, ſemper diſcentes, & nunquam ad ſcientiam veritatis peruenientes? & cæteri muliercularum ſocii prurientes auribus, & ignorantes quid audiant, & quid loquantur? qui vetuſtiſſimum cœnum, quaſi nouam ſuſcipiunt temperaturam? qui iuxta Ezechielem liniunt parietem abſque temperamento, & ſuperueniente veritatis pluuia, diſſipantur? Simon magus hæreſim condidit, Helenæ meretricis adiutus auxilio. Nicolaus Antiochenus, omnium immunditiarum repertor, choros duxit fœmineos. Marcion Romã præmiſit mulierem, quæ decipiendos ſibi animos præpararet. Apelles Philumenem ſuarum comitem habuit doctrinarum. Montanus, immundi Spiritus prædicator, multas eccleſias per Priſcam & Maximillam nobiles & opulẽtas fœminas, primum auro corrupit, deinde hæreſi polluit. Dimittam vetera, ad viciniora tranſcendam. Arrius vt orbem deciperet, ſororem Principis Conſtantii ante decepit. In Hiſpania, Agape Helpidium, mulier virum, cæcum cæca duxit in foueam, ſucceſſoremque ſuum Priſcillianum habuit, Zoroaſtris magi ſtudioſiſſimum, & ex mago Epiſcopum, cui iuncta Galla non gente, ſed nomine, germanam huc illucq; currentem, alterius & vicinæ hæreſeos reliquit hæredem.

De hoc rurſus ſchiſmate idem Hieronymus ſcribit ad Euſtochium, libro de cuſtodia virginitatis, in hunc modũ: Pudet, inquit, dicere (proh nefas) triſte, ſed verum eſt. Vn-

de in eccleſias Agapetarum peſtis introiit? Vnde ſine nuptiis aliud nomen vxorum? Imo, vnde nouum concubinarum genus? Plus inferam: vnde meretrices vniuiræ? Eadẽ domo, vno cubiculo, ſæpe vno tenentur & lectulo. Et ſuſpicioſos nos vocant, ſi hinc aliquid exiſtimemus. Frater ſororem virginem deſerit, cælibem ſpernit virgo germanũ, fratrem quærit extraneum. Et cum in eodem propoſito eſſe ſe ſimulant, quærunt alienorum ſpiritale ſolatium, vt domi habeant carnale commercium. Huiuſmodi homines Salomon in Prouerbiis ſpernit, dicens: Alligabit quis in ſinu ignem, & veſtimenta eius non comburentur? Aut ambulabit ſuper carbones ignis, & pedes illius non ardebunt?

Rurſus idẽ Hieronymus paulo ſupra ibidem: Hæ ſunt (inquit) quæ ſolent dicere: Omnia munda mundis. Sufficit mihi conſcientia mea. Cor mundum Deus ſolum deſiderat. Cur me abſtineam à cibis, quos Deus creauit ad vtendum? Et ſi quando volunt feſtiue & lepide viuere, vbi ſe mero ingurgitauerint, ebrietati ſacrilegium còpulantes, aiunt: Abſit vt ego me à Chriſti ſanguine abſtineam. Et quã viderint pallentem atque triſtem, miſeram atque Manichæam vocãt. Et conſequenter, tali propoſito ieiunium, hæreſis eſt. Hæ ſunt, quæ per publicum notabiliter incedunt, & furtiuis oculorum nutibus adoleſcentium greges poſt ſe trahunt, quæ ſemper audiunt per prophetam: facies meretricis facta eſt tibi, impudorata es tu. Purpura tantum in veſte tenuis, & vt laxius crines decidant, ligatum caput: ſoccus vilior, & per humeros hyacinthina læna forte volitans: ſuccinctæ manicæ, brachiis adhærentes, & ſolutis genib. fractus inceſſus. Hæc apud illas tota virginitas.

Denuo idem Hierony. ad Oceanũ de vita Clericorũ: te, inquit, detrahentiũ morſibus tradidiſti, ſi Agapetarum cõſortium non dimiſeris. Hactenus Hieronym. Ex quo facile colligere licet, quæ fuerit Agapetarum hæreſis. ἀγαπητὴν nãque Græce, Latine Dilectam ſignificat. Qua voce D. Paulus non minus libenter, quam frequẽter vtitur. Qua vtriq;

iſti

Digitized by Google

ıli abutebantur, ad prętexendum turpe commerciũ ſuum.

AGARENI.

AGareni, ab Agar Abrahæ ancilla nominantur, licet quidam ſectæ nomen eſſe aſſerant: falſa autem appellatione Saraceni dicuntur, quod non ex Sara eiuſdẽ Abrahæ vxore, ſed ex Agar prognati ſint. Hi porro ſunt filii eorum, qui ex hac progenie nomen Chriſtianum per Apoſtolorum prædicationem amplexi fuerãt. Sed à Mahomete per Sergiũ quendam pſeudomonachum decepti, ita dementati fuere, vt vera pietate relicta, huius mendaciis & impoſturis inhæſerint, ſub Conſtante Imperatore, & Martino huius nominis I. Romano antiſtite, circa ann. Dom. 650. Et ita ſunt Chriſtiani abiurati, de Deo quidem aliquid credentes, ſed non vt Chriſtiani, vt qui Alcoranum (quem diuinorum mandatorum collectionem appellant) omniũ errorum fœtura & colluuie refertum, cunctarumq; hæreſum abominationibus, fornicationum denique & vitiorũ ſpurcitiis reſperſum, abnegato Euangelio, prorſus ſequantur. Eſt enim ſubnotandum, omne hæreticorum cœnum, quod Satan in aliis ſparſim diſſeminauit, in Mahometem comprehenſim euomuiſſe.

1. Agareni itaque, cum ſuo ipſorum authore & Sabellio, negant Trinitatem in diuinis: dualitatem autem quandam ponunt, ſed quæ nihil honeſtum & diuinis dignum in ſeipſa valeat demonſtrare: quum totius alteritatis (ſic enim loquuntur) principium ſit. Supponũt enim diuinam eſſentiam, & eius animam. Vnde Mahometes in Alcorano inducit Deum pluraliter loquentem, vt hinc videatur ipſa anima Dei & Chriſtus ipſe, alterius eſſe à Deo ſubſtantiæ, minoris eſſentia Dei, & ei ſubditæ: accedens vtiq; in his Arrii & Eunomii falſæ opinioni idem aſſerentium. Dicit enim, Chriſtũ excellſam quãdam eſſe creaturam, adeo vt omnes alias excedat atq; ſuperet creaturas. Hęc autẽ opinio ex Platonicis nata eſſe videtur, qui ſummum Deum patrem omnium & creatorem ſupponunt, ex quo quan-

dam mentem primum deſluxiſſe aſſerunt, in qua dicunt omnes eſſe rationes entium, omnibus quidem excelſiorem. quam & paternam mentem appellant. Poſt hanc autem, eſſe mundi animam, ex qua deinde reliquæ creaturæ emanarunt. Quæ igitur de filio Dei in ſcripturis ſacris dicũtur, hæc illi ad eam mentem referunt: eóque maxime, quod diuina ſcriptura filium Dei, & ſapientiam & verbum Dei appellat. Cui opinioni accedit & Auicẽna, qui ſupra primum cœlum primam ponit intelligentiam, quę primum cœlum moueat, vltra quam in ſummo Deum reſidere aſſerit. Ex quo quidem & Arriani anſam arripuere exiſtimãdi filium Dei creaturam eſſe, quæ reliquas omnes excelleret creaturas: eoque mediante, Deum creaſſe omnia: Vnde & Mahometes cum ſuis Agarenis fatetur Chriſtũ fuiſſe ſanctiſſimum hominem, & virtute præ cæteris præſtantiſſimum. Clarum autem quid in eo dicit eſſe ſupra hominem. Appellat enim eum verbum Dei, & ſpiritum Dei, & animam Dei. Deum autem verum dici, omnino ridiculum putat.

2. Affirmant item Agareni, fieri non poſſe Deum habere filium, propterea quod vxorem non habeat. Nam ſi Deus (inquiunt) haberet filium, omnis res iam eſſet in periculo, tanquam futura inde ſeditio, & neceſſario inter eos ſchiſma oborſurum: in his quidem cum Iudæis & Cerdone hæretico conſpirantes.

3. Addunt præterea neque à Iudæis Chriſtum fuiſſe interemptum, neque crucifixum: ſed alium quendam illi ſimilimum. In quibus conſentiunt cum Manichæis. Aiunt autem Deum ad ſeipſum Chriſtum acceriſſe, & rurſus ſub mundi finem appariturum, & interempturum Antichriſtum: poſt hæc vero Chriſtum moriturum. Itaque, cum ii paſſionem negant, negant & omnia Eccleſiæ myſteria, quæ à Dominica paſſione efficaciam nanciſcuntur: in quibus, vt Donatiſtæ, ſentiunt. Qui horum mendacia, fabulas, & impoſturas amplius noſſe voluerit, videat infra in Mahomete & Sergio pſeudomonacho, & libello quem

Ricol-

Ricoldus ordinis Prædicatorum contra ſectam Mahometicam edidit.

AGINNENSES.

AGinnenſes hæretici cum Tatianis, Encratitis, Manichæis, Montaniſtis, Hierarchitis, Aerianis, Catharis, Priſcillianis, & aliis compluſculis, eſcas abominabantur vt immundas, ad deſtruendā contemnendaq; Dei opera, hunc talium creatorem eſſe denegantes. Emerſerunt autem Iuſtiniani huius nominis ſecundi, & Sergii primi ſummi Romanorum Pontificis temporibus, circa annum Domini 694.

1. Hi etiam execrabiles & ſpurcas nuptias appellabant, earum creatorem iniuria afficientes, dum matrimonium quaſi per ſe malum damnabant; & à nuptiis (vt à malo authore inſtitutis) abſtinebant, abhorrebantque.

2. Nuptias etiā unū vnas improbabant cum Gnoſticis, Cerdonianis, Saturnilianis, Marcioniſtis, Luciniſtis, Seuerinianis, Adamianis, Apoſtolicis, & Origenianis primis, qui etiam Euſtathium ſunt ſecuti, & in Synodo Gangrenſi condemnati fuere: ſuam illi ſuffulcientes hæreſim, tam turpibus adeoque ſpurcis, & in Deum blaſphemis rationibus, vt graue etiam nobis foret, eis recenſendis caſtas lectorum aures polluere. Contra hos canone 50. Apoſtolorum dicitur: Si quis nuptiis abſtinuerit, non quo mens ad cultum pietatis reddatur exercitatior, ſed propter abominationem, oblitus quod maſculum & fœminam Deus creauit homines, & ita Dei creationem infamans & calumnians, aut corrigitor, aut deponitor, & ex eccleſia eiicitor. Nam (vt non minus erudite, quam copioſe & luculenter docet doctus ille Claudius Eſpencæus Theologus Pariſienſis in 4. capit. prioris epiſt. ad Timoth.) Chriſtiani non prohibent nubere: etſi nubere nolentes, ad virtutis celſitudinem ſectandam hortantur, & veluti virtutis dignioris merita proponunt, & nubere quaſi rem impuram prohibentes arcent ſeu coercent. Aliud ſane eſt prohibere, aliud

ſuæ voluntatis dominium relinquere. Paulus itaque caſtitatem & abſtinentiam ita prædicat, vt nec naturam, nec creaturam damnet. Ad ea fortiores hortatur, coniugium concedit infirmis. Omnis autem qui nuptias damnat, caſtitatis inimicus eſt, nō amator, dum & continentibus laudem tollit, & incontinentes, ſublato nuptiarum remedio, fornicationis facit inire diſcrimen.

AGNOETÆ.

AGnoetarum hæreſis à Theophronio quodam, genere & patria Cappadoce, primum cœpta eſt Valētiniani Cæſaris & Liberii maximi Rom. Pontificis temporibus circa annum Do. 365. Qui cum ab Eunomio hæretico (vt author eſt Nicephorus lib. 12. c. 30) in contētioſa diſputandi ratione edoctus eſſet, ſectatoribus eius ſe coniunxit. Deinde popularium ſuorum odio expetitus, quod in magiſtri ſui doctrina acquieſcere nolens, ad ineptam & inſanam prolapſus eſſet abſurditatem, reiectus ab eis eſt. Quod namque curioſus maxime eſſet, ex nominibus, quę in ſacris ſcripturis poſita ſunt, collegit, quod Deus id quod non extat, præſciens, id autem quod extat, ſciens, atque id quod extitit, memoria tenens, nō eodem ſemper modo ſe habeat: vtpote qui cognitionem trāsferat ad præſentia, ad futura, & ad præterita. Atque eam ob rem repudiatus, cōuentus ſuos ſibi ſeorſim cogens, ſub nomine ſuo hæreſim inſtituit.

Hæc porro ſecta (eodem dicente Nicephoro, lib. 18. cap. 50.) tempore Valentis Imper. quo inuenta fuerat, extincta quidem fuit: ſed imperante Mauritio, à Seuero quodā Acephalo & Philopono Alexandrino Grammatico, atque Theodoſio Alexādriæ Patriarcha, in apertum rurſus producta, plebę n imperitam maxime depaſta eſt. Quo effectum, vt eius ſectatores, non ſolum Agnoetæ, ſed & Seueritæ cognominati ſint.

Hi vero dicebant, Deum quidem verbum omnia noſſe: humanitatem autem, ſecundum ſubſiſtentiam ei vnitam, multa

multa ignorare: Neſcire ſane horam & diem mundi totius conſummationis, vtpote patre minorem, propterea quod in Euangelio ſecundum Matthæum & Marcum dicitur: De die autem illa & hora nemo nouit, neque ipſi angeli in cœlis, neque adeo filius, præterquam pater ſolus. Itaq; cum huiuſmodi vocibus, primum Arrius, & Aetius, & Eunomius hæreſiarchæ, & deinceps alii progreſſi, imperite ſimul & impie proloquuti ſunt, alterius eſſe naturæ patrē, alterius filium; Et illum quidem principio carentem, hunc autem creaturam, qui temporale principium ſumpſerit, minus per omnia patri æqualem: Id vero per manus acceptum Theophronius Philoſophus (hunc idem Nicephorus Themiſtium appellat) magis etiam confirmauit & defendit. Liceat autem hæreſim hāc, riuum quendam Arriani dogmatis dicere Ac veteres quidem eius authores, quū pietas reluxiſſet atque inualuiſſet, vna cum inuēto ſuo diſperierunt. Eo vero ipſo tempore, Seueritæ malum id magnopere propagarunt. Non longe autem poſt, id rurſum euanuit, & hæreſis ea ignorantiæ profundo immerſa eſt. Hactenus Nicephorus.

Hi & Contobaldidæ, à loco quodam nomine hoc ſumpto, & Theodoſiani à Theodoſio quodā hæretico, de quo dicetur infra, quod cum potiſſimum cōlectati ſunt, appellantur: ſed poſtea ab illo anathemati ſubiecti ſunt. Ita vt ignorantiæ hæreſis intercidens, ignorantiæ tandem mandata ſit. Ab ignorantia quippe ea ratione dicuntur, quod (teſte Iſidoro) peruerſitati, à qua exorti ſunt, id adiiciunt, quod Chriſti diuinitas ignoret futura, quæ ſunt ſcripta de die & hora nouiſſima, non recordantes Chriſti perſonam, in Iſaia ſic loquentis: Dies iudicii in corde meo.

AGRIPPINIANI.

Agrippiniani, ab Agrippino Carthaginenſ. Epiſcopo exorti ſunt, Galieni Imperatoris, & Stephani I. maxim. Rom. Pontificis temporibus, circa annum Do. 250. Hi teſte Cypriano, qui & ipſe in ea tunc erat ſententia,

libro, quem de hæreticis baptizandis edidit) rebaptizandos cenſebant eos, qui ab eccleſia catholica deficientes ad hæreticos, ab iis tandem ſana mente recepta, ad eandem rediiſſent eccleſiam: contra illud agentes, quod à Romana eccleſia traditum fuerat, nimirum hæreticos cum ad Eccleſiam redire vellent, ſola manus impoſitione, non retinctione, debere purgari. Horum porro ſententia ab eadem Eccleſia Romana reiecta fuit, quam D. Auguſtinus in opere contra Donatiſtas, refellit, idque potiſſimum libr. 3. 6. & 7.

De hac hæreſi ſic ſcribit doctus ille & pius Vincentius Lirinenſis, libro quem pro catholicæ fidei antiquitate & veritate aduerſus prophanas omnium hæreſeon nouitates ante annos mille conſcripſit, in hunc modum: Mos, inquit, iſte ſemper in eccleſia viguit, vt quo quiſque foret religioſior, eo promptius nouellis adinuentionibus contrairet. Exemplis talibus plena ſunt omnia. Sed ne longum fiat, vnum aliquod & hoc ab apoſtolica potiſſimum ſede ſumamus, vt omnes luce clarius videant, beatorum Apoſtolorum beata ſucceſſio quanta vi ſemper, quanto ſtudio, quanta contentione defenderit ſuſceptæ ſemel religionis integritatem.

Quondam igitur venerabilis memoriæ Agrippinus Carthaginenſis Epiſcopus, primus omnium mortalium contra diuinum canonem, contra vniuerſalis eccleſiæ regulam, contra ſenſum omnium conſacerdotum, contra morem & inſtituta maiorum, rebaptizandum eſſe cenſebat. Quæ præſumptio tantum mali inuexit, vt non ſolum hæreticis omnibus formam ſacrilegii, ſed etiam quibuſdã catholicis occaſionem præbuerit erroris. Cum ergo ad nouitatem rei cuncti reclamarent, atque omnes quaquauerſum ſacerdotes pro ſuo quiſque ſtudio reniterentur, tunc beatæ memoriæ Papa Stephanus, Apoſtolicæ ſedis antiſtes, cum cæteris quidem collegis ſuis, ſed ille tamen præ cæteris reſtitit: Dignum ſe (vt opinor) exiſtimans, ſi reliquos omnes tantum fidei deuotione vinceret, quantũ

loci

loci authoritate ſuperabat. Denique in epiſtola, quæ tunc ab eo in Aphricam miſſa eſt, idem his verbis ſanxit, Nihil nouandũ eius quod ſemel traditum eſt. Intelligebat enim vir ſanctus & prudens, nihil aliud rationem pietatis admittere, niſi vt omnia, qua fide à patribus ſuſcepta forent, eadem fide filiis conſignarentur: noſque religionem non qua vellemus ducere, ſed potius qua illa duceret, ſequi oportere: idque eſſe proprium Chriſtianæ modeſtiæ & grauitatis, non ſua poſteris tradere, ſed à Maioribus accepta ſeruare. Quis ergo tunc vniuerſi negotii exitus? Quis vtique, niſi vſitatus & ſolitus? Retenta eſt ſcilicet antiquitas, exploſa nouitas. Nam donante Deo, concilii Aphricani, in quo hæc decreta fuerant, vires nullæ fuere; ſed vniuerſa tanquam ſomnia, tanquam fabulæ, tanquam ſuperflua, abolita, antiquata, calcata ſunt: licet tanta vis ingenii tunc adeſſet, quæ nouitiæ aduentioni patrocinia ferret, tanta eloquentiæ flumina, tantus Aſſertorum numerus, tanta veri ſimilitudo, tanta diuinæ legis oracula, (ſed plane nouo ac malo more intellecta,) vt mihi omnis illa conſpiratio nullo modo deſtrui poſſe videretur, niſi ſolam tanti moliminis cauſam ipſa illa ſuſcepta, ipſa defenſa, ipſa laudata nouitatis profeſſio deſtituiſſet. Et ô rerum mira conuerſio. Authores eiuſdem opinionis, catholici: conſectatores vero, hæretici iudicantur. Abſoluuntur magiſtri, condemnantur diſcipuli. Conſcriptores librorum, filii regni erunt: aſſertores vero gehenna ſuſcipiet. Nam quis illud ſanctorum omnium & epiſcoporum, & Martyrum lumen, beatiſſimum Cyprianum cum cæteris collegis ſuis, in æternum dubitet regnaturũ eſſe cum Chriſto? Aut quis cõtra tam ſacrilegus, qui Donatiſtas & cæteras peſtes, quæ illius authoritate concilii, rebaptizare ſe iactant, in ſempiternum neget arſuros eſſe cum diabolo? Quod quidem mihi diuinitus videtur promulgatum eſſe iudicium, propter eorum maxime fraudulentiam, qui cum ſub alieno nomine hæreſim concinnare machinentur, captant plerunq; veteris cuiuſpiam viri ſcripta paulo inuolutius edita,

quæ pro ipſa ſui obſcuritate, dogmati ſuo quaſi congruant: vt illud neſcio quid quodcunque proferunt, neque primi, neque ſoli ſentire videantur. Quorum ego nequitiam duplici odio dignam iudico: vel eo quod hæreſeos venenum propinare aliis non pertimeſcunt: vel eo etiam, quod ſancti cuiuſquam viri memoriam, tanquam ſopitos iam cineres, prophana manu ventilant: & quæ ſilentio ſepeliri oportebat, rediuiua opinione diffamant, ſequentes omnino veſtigia authoris ſui Cham, qui nuditatem venerandi Noæ, non modo operire neglexit, verum quoque irridendam cæteris enuntiauit. Ex quo tantam læſæ pietatis meruit offenſam, vt etiam poſteri ipſius, peccati ſui maledictis obligarentur: beatis illis fratribus, longeque diſſimilibus, qui nuditatem ipſam reuerendi patris neque ſuis temerare oculis, neque alienis patere voluerunt: ſed auerſi (vt ſcribitur) texerunt eum: quod eſt erratum ſancti viri nec adprobaſſe, nec prodidiſſe: atque idcirco beata in poſteris benedictione donati ſunt. Hucuſque Lirinenſis. De qua hæreſi vide plura in Anabaptiſtis, Donatiſtis, Manichæis, Montenſibus, Circumcellionibus, Parmenianiſtis, & Petro de Bruis.

AIRANI.

AIras (à quo Airani ſeu Airaniſtæ) eorum dux fuiſſe traditur, qui tempore Valentiniani, Gratiani, & Valentis Imperatorum, & Damaſi ſummi Romanorum Pontificis, circa annum Domini 377. Spiritus ſancti conſubſtantialitatem cum Polychronio, Telemacho, Fauſto, Aſclepiade, Amantio, Cleopatro, Arrianis epiſcopis, impugnabant. De qua re ſic ſcribit Nicephorus lib. 11. cap. 30. Tempore, inquit, Valentiniani, qui occidentalem partem Imperii Romani adminiſtrabat, & qui ſingularem maxime erga Deum pietatem obtinebat, decretaque Nicena flagranti amore amplexabatur, quæſtio multa, ſicuti & antea, per Aſiam & Phrygiam orta eſt, An Spiritum ſanctum ὁμοούσιον, id eſt, conſubſtantialem patri & filio profiteri oporte-

porteret. Et tanta [illegible] verborum contentio, vt non minoris m[illegible] [illegible]deretur, quam quæ antea de Deo verbo fuerat. Nam quidam inæqualem, quidam autem conſubſtantialem eſſe contendebant, ſicuti & filium. Atque in eo ſolo parti vtrique conueniebat, quod Spiritum ſanctum adminiſtrum dicerent: at ordine tertium, honoreque, & ſubſtantia alium eſſe confirmarent. Erant contra, qui quod de filio opinabantur, idem quoque de Spiritu ſancto ſtatuebant: & quemadmodum filium eiuſdem ſubſtantiæ, & eiuſdem honoris, & eiuſdem gloriæ cum patre colebant, ſic etiam de Spiritu ſancto, patri & filio ὁμοούσιον, id eſt, conſubſtantialem prædicantes, profitebantur. Pro hac opinione fortiter apud Syros Apollinaris Laodicenſis epiſcopus, in Ægypto magnus Athanaſius adhuc ſuperſtes, apud Cappadoces vero & eccleſias Ponti Gregorius & Baſilius decertarunt.

Hac ipſa quæſtione, ſicuti dixi, mota, cum de ea ingens contendendi ſtudium increbuiſſet, Valentinianus pro inſigni ſua in Deum pietate, quod diceret, non habebat. Quibus autem talia credita eſſent, eis vt quid facto opus eſſet, proferrent & ſtatuerent, conceſſit: ita vt nihil prorſus ſiue melius ſiue deterius ſibi de rebus eccleſiaſticis præcipiendum, neque noui quidpiam præter ea quæ ſemel conſtituta ſunt, introducendum duxerit. Excedere nanque talia explorationem ſiue cognitionem ſuam putauit: quanuis alioqui Princeps optimus eſſet, & rebus ipſis Imperio ſe idoneum eſſe declararit.

Quo cognito, qui tum eccleſiam Romanam adhuc gubernabat, Liberius, finitimis Epiſcopis Principis iuſſu conuocatis, Orientalibus ſcripſit eccleſiis, vt Trinitatem eiuſdem ſubſtantiæ & eiuſdē gloriæ deprædicarent. Quod factum, vtpote re ſemel à Romana eccleſia rite & ordine iudicata, vt quiſque quietus eſſet, effecit. Et quæſtio de Spiritu ſancto debitum finem conſecuta, diuturnæ verborum concertationi modum impoſuit.

Eadem porro ſynodus etiam fidem Nicenā authoritate

iua, . oraun ... ...emur iuxta ſenten-
tiam magnæ & ortho... ...teque ſentientis Synodi
conſubſtantialem eſſe patri filium. Oportet & Spiritum
ſanctum eiuſdem ſubſtantiæ perſuaſum habere. Qui au-
aliter ſentit, eum alienum eſſe à conſortio & communion
noſtra iudicamus: quod quidem ſalutare decretum, & de-
liberationem ſeu ſanctionem adorandam, polluere non-
nulli voluerunt. Proinde ſciendum venit, nos conſubſtan-
tiale non ita accipere, ſicut & olim quidam, non vere
ſubſcribentes, expoſuerunt: & nunc alii, patres illos ve-
tes, ac vim ſententiamque verbi abolentes, literamque ſe-
quentes, intelligunt per conſubſtantiale æquale ſignifica-
ri, quatenus nulli reliquarum per eum factarum creat-
rarum filius æquiparandus, ſoli patri ſimilis atque æqual
ſit. Qui enim hoc ita exponunt, præcipuam creaturam e
impie filium Dei docent. Sed nos, ſicuti & nunc Roman
& Gallicæ ſynodi, ſentimus vnam & eandem eſſe ſubſta-
tiam Patris & filii & Spiritus ſancti in tribus perſonis, h
eſt, in tribus perfectis ſubſtantiis. Profitemur vero, iu
formulam Nicenam, filium Dei, conſubſtantialem inca
natum eſſe ex ſancta virgine Maria, & in hominibus hab
taſſe, & impleuiſſe omnem pro nobis functionem in na
uitate, & paſſione, & reſurrectione, & in cælos aſcenſ
ne: Eundemque rediturum, vt nobis retribuat ſimilitu
nem diuinam à ſeipſo iuxta vitam cuiuſque, in die iud
carnem ſpectabilem & diuinam virtutem ſuam exhibe
tem. Itaque qui Trinitatem conſubſtantialem non pr
dicant, anathema ſint. Et ſi quis cum eis communion
habere compertus fuerit, anathema ſit. Trinitatem
tem conſubſtantialem prædicantibus, regnum cælor
præparatum eſt. Hæc Nicephorus. Hi porro cum A
rianis, Macedonianis, Eudoxianis, & compluribus al
in erroribus concurrunt, quare vide plura in
eorum titulis.

A...

ALBANENSES.

ALbanenſes inter reliquos qui ab orbe condito extitere diuinę doctrinæ corruptores, fuerunt ſceleratiſſimi, cum Baiolenſibus & Concordenſibus in variis erroribus conuenientes, licet in aliquibus (vt author eſt Antonius 4. parte Summæ, tit.11. cap.7.) diſſiderent. Emerſerunt autem Conſtantini ſexti Imperatoris, & Leonis tertii ſummi Romanorum Pontificis temporibus, circa annum Domini 796. Horum præcipuæ hæreſes fuerunt huiuſmodi:

1 Duo impiiſſimis conſtituebant rerum principia, cum Gnoſticis, Apelle, Manichæo, Carpocrate, Cerdone, & Seuero, vt in ſuis locis videre eſt: vnum quidem bonum, à quo bona omnia: alterum malum, à quo omnia mala prodiiſſe dicebant, & quod, cum malignum eſſet, in ſua malignitate mundum feciſſet. Et ea ratione duo ſcripturæ Teſtamenta, à duobus diis illis proceſſiſſe blaterabant. Vetus quidem omnino reſpuentes, quod à malo principio factum fuiſſe aſſererent, & propterea malum etiam fore: Nouum autem inſtrumentum à bono Deo, cuius conditorem prædicabāt, fuiſſe patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti, non autem illum, qui veteris Teſtamenti fuiſſet author.

2 Dicebant præterea, Deum non creare animas nouas, nec eas infundere in corpora humana, ſed illas tranſmigrare de corpore in corpus: adeo quidem, vt poſt vnius hominis mortem, illius anima ad aliud corpus vegetādum atque fouendum tranſiret: in hoc cum Pythagoræis conſpirantes, qui inter primos philoſophos huius fuerunt ſententia. Eandem hæreſim amplexati ſunt Albigenſ. hæretici, vt infra videbitur.

3 Item Chriſtum non pertuliſſe veras hominis pœnalitates, atque illum Deum eſſe, neq; de virgine carnem ſumpſiſſe, ſed eam quam habuit, de cœlo duxiſſe, neque illum fuiſſe verum hominem, nec vere comediſſe, nec in cruce paſſum fuiſſe nec mortuum, neque reſurrexiſſe, neque in cœlos aſcendiſſe.

4 Rurſus reſurrectionem corporum non eſſe, ſed vniuerſale iudicium iam factum, nec aliud vlterius eſſe futurum.

5 Ante Chriſti aduentum nullos bonos fuiſſe, ideoque Adamum non fuiſſe à Deo, nec Moſen, immo eum malum extitiſſe.

6 Nullam præterea baptiſmo virtutem tribuebant eu dicentes nullius eſſe efficaciæ. Albigenſes autem ill proſus reſpuebant.

7 Dicebant etiam Albanenſes malam vitam prælatorũ, ſubdito & ſacramento obeſſe: nullum malum, poſſe fieri epiſcopum: eccleſiam non poſſe niſi in communi poſſidere: neque poſſe excommunicare, neque debere malos perſequi, neque facere poſſe conſtitutiones.

8 Non eſſe alias inferni pœnas, quam illas, quas in hoc mundo & perpetimur, & experimur.

9 Sacramentum altaris, & extremæ vnctionis, & peccatum originale nihil eſſe. Quam ob cauſam paruulos nullum originale peccatum habere, cum Pelagio & Armenis dicebant, indeque adeo illos baptiſmo non egere.

10 Item peccatum non proficiſci à libero arbitrio: immo nullum eſſe hominis arbitrium, nullumque hominem poſt peccatum commiſſum confiteri nec poſſe, nec debere.

11 Infernum & Purgatorium nihil eſſe.

12 Bonum Deum viuificare, & non occidere: malum vero Deum viuificare, & interimere corpora.

13 Mundum ſemper fuiſſe, nec vnquam defiturum, ſed ſemper hoc in ſtatu permanſurum.

14 Dicebant quoque, materiam elementorum, ex qua mundus factus eſt, à Deo factam non eſſe, ſed ipſi Deo coæternam. Cuius erroris authores fuiſſe Seleucum quendam, à quo Seleuciani: & Hermiam, à quo rurſus Hermiani, vt refert Auguſtinus libro de hæreſibus, cap. 59.

15 Item Deum non præſcire ex ſe aliquod malum, ſed per aduerſarium ſuum, videlicet dæmonem.

16 Prædicabant etiam, matrimonium malum eſſe.

17 Viu-

17 Vſuram non eſſe prohibitam, nec quenquam ad reſtituenda ablata teneri.
18 Hominem ex ſe poſſe dare Spiritum ſanctum.
19 Chriſtianis ita eſſe interdictum iuramentum, vt nuſquam illis iurare liceat. De his vide plura in Albigenſibus, titulo ſequenti, qui & ipſi in omnibus his erroribus cum illis conueniunt.

ALBIGENSES, VEL ALBIANI, SIVE Albigeſes, aut Albii.

ALbigenſium hæreſis (vt author eſt Cæſarius Ciſtertienſ. 5. diſt. dialog.) temporibus Friderici II. Cæſaris Germani, & Innocentii Papæ III. anno Domini 1216. inuidia diaboli tam valide cœpit pullulare & excreſcere in Comitatu Toloſano, vt omne triticum fidei gentis illius, verſum videretur in lolium erroris. In tantumque illorum error inualuit, vt breui interuallo temporis infecerit mille propemodum ciuitates: adeo quidem, vt ſi gladiis fidelium repreſſus non fuiſſet, breui temporum interſtitio vniuerſam Europam corrupiſſet. Sed in eos, crucis etiam per totam Franciam, prædicatione Iacobi de Vitriaco, indicta promulgatione tot ſyncera pietate armati potius quam alia defenſione Chriſtiani conuenere, vt ductu Comitis à Monteforti, bello aduerſus eos inito, & Biterris, Carcaſſone, Albiis & quibuſdam aliis circum oppidis occupatis, tanta eorum ſtrages tandem facta ſit, vt de eorum exercitu ad ſeptuaginta millia pugnatorum cum Petro Tarraconenſium rege, eorum auxiliario corruerint, idque anno Domini 1213. 17. cal. Auguſt. regni Philippi Auguſti cognomento à Deo dati, 33. Albigenſes etiam, ad ſuppetias ſibi ferendas Memelinum potentiſſimum regem Aphrorum de Marioch (vt author eſt Antoninus 3. part. Sp. hiſt. tit. 19. c. 1. & Vincentius 30. lib. Spe. hiſt.) inuitauerant: qui ſane cum tam incredibili tamque inaudita copiarum multitudine ex Aphrica in Hiſpanias appulit, vt totam Europam ſe obtinere poſſe ſperaret: Adeo quidem, vt

Innocentio Pap. [illegible] ʒos equos in porticu eccleſiæ D. Petri ſtabulaturum, [illegible] s faſtigio vexillum ſuum fixurum minitabundus m[illegible]. Quod profecto maxima ex parte impletum trad[illegible] hiſtorici: ſed tandem eius exercitu pene omnino à Cat[illegible] icis profligato, cum ipſe in Siciliam tranſiſſet, ex dol[illegible] deperditæ victoriæ mortuus eſt, & ipſius vexillum pr[illegible] ipuum in bello captum, Innocentio tranſmiſſum eſt, & [illegible] prædicta eccleſia ad Chriſti gloriam erectum. Vbi quidem ſe fortiſſimum præſtitit illuſtriſſimus ille & Chriſtianiſſimus Simon à Monteforti, cum Toloſenſ. Nemeſenſ. Baiocenſ. Lodonenſ. Agathanenſ. Biterrenſi, Conuenarum & Narbonenſi epiſcopis, abbatibuſque de Claraco, Villa magna, & ſancti Tiberii, & diuo Dominico, non armis, ſed diſputationibus & prædicationibus munito. Adeo quidem, vt centum millia hæreticorum ab octo millibus catholicis fuſa & interfecta fuiſſe perhibeantur. Ex quibus cum multi capti fuiſſent, eiſque optio data eſſet, vt quicunque hæreſim abiuraret, liber recederet, centum octoginta ex his obſtinati, comburi potius quam ab opinione, quam ſemel conceperant, recedere maluerunt. In prædicationis vero officio & hæreſis extirpatione, B. Dominicus in illis regionibus decem annos conſumpſit, reliquis ad propria remeantibus.

Antequam vero eorum errores enumeremus, eſt inprimis aduertendum, huius hæreſis hæreſiarchas & duces, quædam ex dogmate Manichæi collegiſſe: quædam ex erroribus, quos in periarchon ſcripſiſſe fertur Origenes, plurima etiam de ſuo ficta adieciſſe.

1 Illi ergo duo credebant cum Manichæo principia, Deum videlicet bonum & malum, id eſt, diabolum, quem dicebant omnia creare corpora, ſicut Deum bonum omnes animas.

2 Corporum reſurrectionem cum Saducæis negabant, vtpote quod opinarentur animam hominis ſic in morte cum corpore perire, vt nuſquam poſtea redeat.

3 Quicquid beneficii mortuis à viuis impenditur, irridebant,

debant, nullum nec infernum, nec Purgatorium pro defunctis eſſe arbitrantes.

4 Eccleſias adire orationis cauſa, vel in eis orare, nihil prodeſſe dicebant.

5 Baptiſmum prorſus abiiciebant, velut inutilem & ſuperuacaneum.

6 Sacramentum corporis & ſanguinis Chriſti blaſphemabant, ipſius corpus non aliter in pane, quam in aliis rebus eſſe cenſentes.

7 Dicebant quoque animam hominis ſecundum eius meritum per diuerſa tranſire corpora, etiam animalium & ſerpentum, ſi male vixiſſet: ſi vero probe, in alicuius principis, vel alterius illuſtris perſonæ corpus tranſmeare.

Eo vero tandem ipſorum malitia, amentia, furor, temeritas, impudentia, atque diuini timoris ſuique obliuio accreuit, vt cum vrbis Biterranenſ. à Catholicorum exercitu obſidione vallaretur, & expugnaretur, in qua illi detenti erant, ſacrum Euangelii codicem arripientes, & ſuper illum mingentes, de muro contra Chriſtianos proiicerent, & ſagittas in eum detorquentes, clamarent in hunc modum: Ecce lex veſtra miſeri. Traditur etiam, eorum quendam Toloſæ in odium Chriſti & confuſionem fidei, iuxta altare maioris eccleſiæ ventrem ſuum purgaſſe, & palla altaris ſuam fœditatem deterſiſſe. Alios rurſus ſuper altare ſcortum poſuiſſe in conſpectum crucifixi: cumque eo abuſi fuiſſent, poſtea ipſam ſacram imaginem inde detraxiſſe, eique brachia præcidiſſe, & collo fune alligato, illam per plateas vrbis intolerandis cum blaſphemiis traxiſſe.

ALEXANDER BAVCALIS PRESBYter, Arrianæ hæreſis primus author.

ALexander Baucalis Arrianæ diſſenſionis primus author habitus eſt, Conſtantini Magni Imper. & Syluestri maximi Romanorum Pontificis temporibus, circa an-

num Domini 315. De qua re ſic ſcribit Nicephorus Eccleſ. hiſt. libro 8. cap. 5. Cum Conſtantini ſtudium in hoc totum incumberet, vt religio Chriſtiana in dies ſemper, & in rebus omnibus augmenta ſua caperet, & apud omnes nationes vbique confirmata ſtabiliretur, & ad ampliorem magnitudinem excreſceret, pacem & quietem tantam inteſtinum turbauit bellum. Nugæ nanque & diſputationes contentioſæ, veram pietatem perfectamque diuini numinis cognitionem prætexentes, de quibus antea quæſitum non fuerat, ea in queſtionem deduxerunt, eaque re ingentes turbas in eccleſiis concitarunt. Siquidem generis noſtri peſtis, improbuſque prorſus & exitioſus hoſtis, nauim eccleſiaſticam tam placide ſecundis ventis ferri, & ab vniuerſitatis huius Deo gubernari videns, ferre id non potuit: & graue moleſtumque ſibi eſſe putauit, niſi ſubmergendam eam curaret, quæ tam ſecurum citra prauorum dogmatũ fluctus & procellas teneret curſum. Vt enim Græcæ ſuperſtitionis præſtigias proculcari, doloſoſque laqueos eius in apertum protrahi, & manifeſto argui atq; conuinci, & creaturam quidem (vt antehac) amplius non coli, creatorem vero eius, ſicuti conuenit, laudibus vehi & adorari animaduertit: apertum rurſum contra Deum mouere bellum poſthabuit. & dolo rem clandeſtine admodum & fraudulenter aggreſſus eſt. Repertis nanque quibuſdam, qui Chriſtianam quidem profiterentur fidem, arrogantia autem inanique vanæ gloriæ ambitione & dominandi cupiditate quaſi intemperiis quibuſdam agerentur, eis ipſis veluti inſtrumentis adinuentionis fraudiſque ſuæ vtens, alio quodam modo rem in priorem reduxit errorem & ſeductionem: vt conditor ſcilicet rerum omnium Deus, creaturis ipſis exæquatus & connumeratus, creatura rurſus quemadmodum antea adoraretur, cultuſque diuinus adorationi illius ſimilis fieret. Verum vnde, quove modo & per quem Zizania hæc ſata ſint, vt potero, exponam.

Ea igitur tempeſtate Arrius quidam erat, in rationem quidem

quidem ſacri ordinis relatus. ſed qui cum inter preſbyteros primas teneret, verbo veritatis cum Meltio hæreſiarcha prorſus repugnabat, in tam abſurdas opiniones cum eodem prouolutus, vt creaturam facturamque patris filium vocaret. Ex non exiſtentibus ſiquidem genitum eſſe, & fuiſſe aliquando tempus cum non fuerit, meraque ſententiæ & arbitrii libertate, vitii & virtutis capacem eſſe, aliaque eiuſmodi cenſuit, quæ opinari eum par erat, qui ſibi de huius generis rebus diſſerendum atque inquirendum eſſe conſtituiſſet.

Sunt qui dicunt, contentionis huius alium ante Arrium authorem fuiſſe, Alexandrum videlicet, ſecundo loco ab Arrio preſbyterum, Baucalim cognomine, qui nomen id adeptus fuerat ex ſupercreſcentis carnis põdere in dorſo eius collecto, teſtacei vaſis forma, quod Alexandrini vernaculo ſermone baucalam nominare ſolent: hunc, inquam, ſecundas in miniſterio ſacro ferentem, huiuſce & quæſtionis & controuerſiæ cauſam extitiſſe putant. Vnde poſtea inter Alexandrum Alexandriæ epiſcopum & Arrium contentio commota, & τῦ ὁμοουσίου, hoc eſt, cõſubſtantialis, promulgatio exorta eſt. Quod nanque Baucalis prælatum ſibi honore Arrium ægre ferret, nouationẽ dogmatis iſtius illi adſcripſit. Alexander vero epiſcopus, vtrunque à contentione abducere volens, ad diſputationes ſermonumque collationes eos inuitauit: perſuaſione potius, quam violenta iuſſione controuerſiam ſopire, conducibilius eſſe ducens. Et cum multoties diſputando congreſſi eſſent, ſicuti fieri aſſueuit, contentione inter quoſpiam mota, epiſcopus nunc huic, nunc illi beneuole & commode adhæſit. Poſtremo vero tandem & ipſe coæternum & conſubſtantialem patri filium, ita vti antea ſemper ſenſerat, diſertis verbis pronuntiauit, Arriumque idem ſentire iuſſit. Quod vbi ille vt faceret, in animum inducere non potuit, ſacris ædibus eſt ab eo eiectus.

Hactenus Nicephorus.

ALEXANDER ÆRARIVS.

HIc eſt ille Alexander, quem Apoſtolus Paulus Satanæ tradidit cum Hymenæo, ob id nimirum quod veram doctrinam præuaricati, à fide deſciuiſſent, & ea deſerta, in errorum pericula multos rapuiſſent: qui ſane vanas quæſtiones & opiniones ſectati, circa fidem tandem naufragium fecerunt, vtpote qui circumciſionem & legem vellent reducere, & reſurrectionem iam factam aſſerere, vt 2. Timoth. 2. dicitur: idque Domitii Neronis & Petri Apoſtoli temporibus, circa annum Domini 56. Huius blaſphemiis commotus Apoſtolus, ſententiam in eum protulit, & tantæ virtutis cenſuram, vt ea audita, diabolus circumiens, & quem deuoraret quæritans, mox eum corripuerit corporaliter vexandum, morbiſque aut aliis malis vrgendum: Deo vtique per talem miniſtrum corporeas infirmitates & alias plagas propter illius peccata ei immittente, nimirum vt intelligeret ea ſe de cauſa pœnis adſtringi, quod blaſphemauiſſet. Quo enim magis formidabilis cum eſſet Apoſtolatus, & terroris plus incuteret contumacibus, eos Apoſtoli modo per ſe pœnis torquebant: (vt Paulus magum Elymam cæcitate percuſſit, & Petrus Ananiam cum Sapphira morte affecit) modo diabolo caſtigandos demandabant. Vt ergo tabernaculum olim nubes operiebat, ſic & Chriſti Eccleſiam tunc protegebat Spiritus S. vt inobedientes extra eam, ceu à reliquo grege eiecti, ab eius corpore ſeparati, diuina gratia deſtituti, ſpiritus ſancti gratia priuati, nudi lupis dederentur, quibus ad capturam perfaciles eſſent. Tanti erat ab Apoſtolica communione proiici. De hoc Alexandro ſic alibi ſcribit Apoſtolus: Alexander Ærarius multa mala mihi oſtendit, reddet illi Dominus ſecundum opera eius: quem & tu deuita, valde enim reſtitit verbis noſtris. Vnde gloſa in primæ Ioannis caput 5. Stephanus orauit pro illis, qui gratiam Dei nondum acceperant: Paulus vero pro Alexandro non orat, quia cum iam frater eſſet, fraternitatem impugnabat. De hoc rurſum ſic ſcribit Theodoretus in Polymorphon:

Sunt,

Sunt, inquit, qui cum nec genere, nec eruditione, nec rebus præclare geſtis vllam laude dignam habeāt claritatem, improbis ſtudiis inſignes contendant euadere. Qualis hic Alexander, qui cum nihil in ſe egregium aut ſuſpiciendum haberet, non generis nobilitatem, non dicendi facultatem, non regendi populi artem, non ductandi exercitus ſcientiam, non rerum bello geſtarum commendationem, ſed ſolummodo ſordidam & illiberalem exerceret artem, ex ſola ſua aduerſus diuiniſſimum Paulum inſania motus fuit. Eſt enim proprium eorum, qui ſibi manibus victum parant, populum concitare, vt de Demetrio argentario poſtea videre licet.

ALEXANDER LATRO.

FVit alius Alexander hæreticus & latro, de quo Euſebius Cæſarecenſis epiſcopus libro quinto hiſtoriæ eccleſiaſticæ, cap. 19. ait in hunc modum: Sciendum quod Alexander apud Æmilium Fontinum Proconſulem Epheſi iudicatus eſt, non propter nomen Chriſti, ſed propter quædam latrocinia. Nam à Chriſti nomine iam apoſtata extiterat, nec in eccleſia patriæ ſuæ receptus eſt, vbi latro ab omnibus eſſe noſcebatur. Quod ſi qui forte minus his quæ dicimus, adcommodandam exiſtimant fidem, in Archiuis publicis apud Epheſum geſta ſeruantur. Hęc eſt (inquit Lactantius libr. 4. cap. 30.) falſa docentium conditio, hæc eſt hæreſeon origo, vt quorum fides lubrica eſt, & Deum ſe colere ſimulant, augendis opibus, & honori ſemper ſtudeant, affectent maximum ſacerdotium, & à potentioribus victi, ſecedere ſe cum ſuffragatoribus ſuis malint, quam eos facere præpoſitos, quibus concupierant ipſi ante præponi. Omnium (inquit itidem Auguſtinus in Geneſin contra Manichæos, lib 2. cap. 8.) hæreticorum mater ſuperbia. Et rurſus libro de vtilitate credendi, cap. 1. Hæreticus eſt, qui temporalis commodi, & maxime gloriæ principatusque gratia, falſas vel nouas opiniones vel gignit, vel ſequitur. Et contra Aerium Epiphanius: O-

Digitized by Google

mnem, inquit, hæreſim, temeritatis, aut vanæ gloriolæ, aut elationis faſtuoſæ gratia, aut concupiſcentia, aut erga proximos æmulatio, exacerbatio, petulantiaue effecit.

ALGAZEL.

DE hoc hæretico diuus Thomas lib. 3. contra gent. cap. 145. ſcribit illum in hac fuiſſe hæreſi, vt aſſereret, hãc ſolam pœnam reddi peccatoribus, quod pro amiſſione vltimi finis affligerentur: contra illud Concilii Florentini decretum agentes, quod ita habet: Diffinimus, illorum animas, qui poſt baptiſma ſuſceptum, nullam omnino peccati maculam incurrerunt, illas etiam quæ poſt cõtractam peccati maculam, vel in ſuis corporibus, vel eiſdem exutæ corporibus ſunt purgatæ, in cælum mox recipi, & intueri clare ipſum Dominum, trinum & vnum, ſicuti eſt, pro meritorum tamen diuerſitate, alium alio perfectius: illorum autem animas, qui in actuali mortali peccato, vel ſolo originali decedunt, mox in infernum deſcendere, pœnis tamen diſparibus puniendas.

ALMARICVS PARISIENSIS Doctor.

ALmaricus, natione Gallus, patria Carnotenſis, Lutetiæ Pariſiorum Doctoratus lauream aſſecutus, Philippo Barbaroſſæ filio imperante, & Innocentio tertio Romano Pontifice, emerſit anno Domini 1204. De quo ſic tradit Cæſarius libr. dialogorum, diſtinct. 5. Eodem tempore quo manifeſtatæ ſunt hæreſes Albigenſium, in Pariſienſi ciuitate (in qua eſt fons totius ſcientiæ, & puteus diuinarum ſcripturarum) quibuſdam viris literatis perſuaſio diabolica peruerſum inſtillabat intellectum: quorum Almaricus magiſter prauitatis fuit.

1 Dicebat enim corpus Chriſti non aliter eſſe in pane altaris, quam in alio pane, & in qualibet alia re; tranſſubſtantiationem denegans.

2 Deum ſic locutum fuiſſe in Ouidio, ſicut in Auguſtino.

3 Ne-

3 Negabat prætcrea reſurrectionem corporum, paradiſum, ſimiliter & infernum: ſed qui in ſe Dei cognitionem haberet, illum habere quoque in ſe paradiſum: Qui contra peccatum mortale haberet, eundem infernum habere in ſe, non aliter quam dentem putridum in ore.

4 Altaria ſanctis dicata & imagines thurificare, ſanctorumque inuocationes, idololatriam eſſe dicebat.

5 Non ſolum cum Armenis Adam & Euam nunquam carnali copula iungendos, ſi in ſtatu illo, in quo Deus illos condidit, permanſiſſent, verum etiam ſexuum differentiam nullam, ſed hominum multiplicationem æque atque angelorum futuram aſſerebat, contra illud, quod in Geneſi ſcribitur: Creauit Deus hominem ad imaginem & ſimilitudinem ſuam, ad imaginem Dei creauit illum, maſculum & fœminam creauit eos.

6 Aſſerebat rurſus Deum non videri in ſe, ſed in creaturis, ſicut lumen in aere.

7 Item illud quod alias eſt peccatum mortale, factum in charitate, non eſſe peccatum, impunitatem peccatorum promittens.

8 Affirmabat denique, ideas, quæ ſunt in mente diuina, & creare & creari poſſe: cum contra, teſte diuo Auguſtino, in mente diuina, nil niſi æternũ & incommutabile ſit.

9 Gerſon rurſus tractatu 3. ſuper Magnificat, de eo ſuiſque aſſeclis ita ſcribit: Almaricus & ſimiles hæretici dicebant, mentem contemplatiui, vel beati perdere ſuum eſſe in proprio genere, & redire in illud eſſe ideale, quod habuit in mente diuina.

Huius Almarici viginti errores colliguntur ex chronico ſummorum pontificum. De quo rurſus extra de ſumma Trinitate & fide Catholica, cap. finali dicitur in hunc modum: Reprobamus & condemnamus peruerſiſſimum dogma impii Almarici, cuius mentem pater mendacii ſic excæcauit, vt eius doctrina non tam hæretica, quam inſana ſit cenſenda.

Huius tandem hæretici & ſuorum ſequacium blaſphemiis, aduerſuſq; Dei ſcientiam non minus faſtuoſa quam obdurata elatione & nequitia ab epiſcoporum & Theologorum Pariſienſium ordine intellecta, diſquiſita, & ad veritatis examen exacta, cum inter vtroſque plurima quæſtione mota, conuicti, & velut ſanæ doctrinę obluctantes, ſenatuſconſulto damnati fuiſſent, coram vniuerſo populo ſunt primum exauthorati, (quod degradari vulgo dicimus) deinde exuſti, & eorum cineres per ſterquilinium diſperſi, anno Domini 1208. & Regni Philippi Auguſti à Deo dati cognomine, 28. Scribitur tamen pleriſque, quod cum Almaricus à generali Concilio Romæ ea potiſſimum de cauſa celebrato, hæreſeos damnatus eſſet & anathemati ſubiectus, eius oſſa in campo prophano prius ſepulta, refoſſa fuerint, & poſtea, vt iam diximus, Lutetiæ exuſta. Et id quidem merito, nam (authore Philaſtrio Brixienſi epiſcopo) pro crimine hæreſis, poteſt quis poſt mortem excommunicari & damnari, vt habetur cauſa 24. qu. 2. cap. finali. Tradunt autem hiſtorici, quod cum illi ad ſupplicium ducerentur: tanta oborta ſit aeris inclementia & intemperies, vt nemo dubitaret quin ab eis aer fuiſſet concitatus, à quibus tantus error morientibus fuerat perſuaſus. Nam dicuntur tunc tam obſtinata mẽte fuiſſe, vt non ſolum ad interrogata nullum darent reſponſum, ſed nec in eis in ipſo mortis articulo vllum pœnitentiæ aut ſanæ mentis & reſipiſcentiæ perpendi potuiſſe iudicium.

ALOGI SIVE ALOGIANI.

ALogi exorti ſunt circa annum Domini 180. ſub Commodo Imper. & Sotero Papa. Dicuntur autem quaſi verbo carentes, vtpote qui Euangelium Ioannis, & eum qui in ipſo eſt ex ſupernis à patre ſemper Deum verbum reiiciant. Logos enim Græce, Latine verbum dicitur. Et quia in Ioannis Euangelio expreſſe habetur, filium Dei Ieſum Chriſtum eſſe verbum patris: idcirco illud Euangelium

gelium nec Apocalypſin recipiebant, dicentes non eſſe Ioannis Apoſtoli. Hanc hæreſim apertiſſime refellit, quod in libro Sapientiæ Salomon extulit in hunc modum: Cum quietum ſilentium teneret omnia, & nox in ſuo curſu medium iter haberet, omnipotens ſermo tuus Domine exiliens de cœlo, à regalibus ſedibus durus debellator in mediam exterminii terram proſiliuit. Et alibi expreſſius: Fōs ſapientiæ verbum Dei in excelſis. Et propheta in perſona patris loquens: Eructauit cor meum verbum bonū. Quod vero hic de filio Dei loquatur Propheta, ex eo manifeſtum eſt, quod quæ ſequuntur, non poſſunt de alio quam de ipſo intelligi: Speciosus forma præ filiis hominum, &c. Eſaias quoque hoc docet apertius, cum ait: Exiccatum eſt fœnum, & decidit flos: Verbum autem Dei noſtri manet in æternum. Atqui (vt eleganter docet Alphonſus de Caſtro) cum liquido conſtet verbum prolatiuum ſimul cum ipſo ſono tranſire & euaneſcere, & minorem durationem habere, quam fœnum habeat, fieri nequit, vt ad illa verba Eſaiæ referantur, ſed ad filium Dei, cuius aduentus in hunc mundum in eo capite recenſetur. Quapropter aliter non poteſt accipi, quin verbum, quod eſt æternum & omnipotens, & fons ſapientiæ, quodque pater cœleſtis gignendo eructauit, & quod ex ore altiſſimi prodiit, ſit filius Dei, contra Alogianorum ſententiam. De his habetur Diſtinct. 24. quæſt. 3. cap. Quidam.

AMANTIVS VEL (VT ALII VOlunt) Palladius epiſcopus Arrianus, ſanctiſſimæ Trinitatis oppugnator.

AMantius Epiſcopus Arrianus ex eorum numero fuit, qui tempore Valentiniani iunioris & Gratiani Imper. & Damaſi ſummi Romanorum Pontificis, circa annum Domini 381. cum Polychronio, (vt author eſt Nicephorus Eccleſiaſticæ hiſtoriæ lib. 11. cap. 30.) Telemacho, Fauſto, Aſclepiade, & Cleopatro, Arrianis itidem Epiſcopis, ſanctiſſimam Trinitatem impugnabant, inficiantes con-

ſubſtantialem eſſe patri filium:& τὸ ὁμοούσιον, id eſt, conſubſtantiale non ita accipientes, vt olim in concilio Niceno à patribus expoſitum fuerat. Nam ille cum ſuis ſequacibus vim, ſententiamque verbi abolentes, literamque ſequentes, intelligebant, per Conſubſtantiale æquale ſignificari, quatenus nulli reliquarum per eum factarum creaturarũ filius ęquiparandus, ſoli patri ſimilis atque æqualis ſit. Qui enim hoc ita exponebant, præcipuam creaturam eſſe impie filium Dei docebant, quum ſentiendum ſit & credendum, vnam & eandem eſſe ſubſtantiam Patris, & Filii, & Spiritus ſancti in tribus perſonis, hoc eſt, in tribus perfectis ſubſiſtentiis. Nos vero Catholici credimus & profitemur iuxta formulam Nicenam, filium Dei conſubſtantialem, incarnatum eſſe ex ſancta virgine Maria, & in hominibus habitaſſe, & impleuiſſe omnem pro nobis functionem in natiuitate, & paſſione, & reſurrectione, & in cœlos aſcenſione, &c. At qui diuerſa ſentiunt, anathemate jugulamus: nec minus etiam eos, qui dicunt, Non prius filium, quam genitus ſit, extitiſſe, quique ſcripſerunt, Priuſquã actu genitus ſit, poteſtate eum in patre fuiſſe. Hoc nãque & in creaturis omnibus eſt, quæ non ſemper cum Deo ſunt. At filium credimus perpetuo, ſempiterna generatione genitum, cum patre eſſe. Et ea propter exauthoratos eſſe (quemadmodum literis Synodi Illyricæ ad Epiſcopos Aſianos de S. Trinitatis conſubſtantiali miſſis, eodem capite & lib. eiuſdem Nicephori, continetur) inſanientes Arrianos, qui nõ profitentur ex ſubſtantia Patris eſſe Filium, neque Spiritum ſanctum.

Ego porro hunc Amantium eum puto eſſe, qui Palladius alio nomine dicitur, contra quem cum diuus Ambroſius Mediolanenſis diſputaſſet, eumque perfidiæ conuiciſſet, vt Arrianæ hæreſis defenſor, tandem in Concilio Aquileienſi ſub Damaſo primo celebrato damnatus eſt. Sentẽtia vero damnationis ſub hac forma pronunciata eſt ab epiſcopo loci Conſtantio. Palladium, inquit, Arrii diſcipulum, cuius impietates iam olim damnatę ſunt à patribus

noſtris

noſtris in Concilio Niceno, & nunc hodie probatæ cum recenſerentur à Palladio ſingulæ, quia non confuſus eſt dicere Dei filium à Deo patre eſſe alienũ, cum creaturã eum eſſe cõfitetur, cumq; eum temporaneum eſſe dicit, Dominum & Deum verum eum eſſe negans, ſolumq; Patrẽ eſſe ſempiternum & immortalem aſſerens: ideo in ſempiternum cenſeo eſſe damnandum, & vlterius ſacerdotem dici non poſſe, nec inter epiſcopos deputandum.

AMBROSIANI.

Ambroſiani, qui & Pneumatici, à quodam Ambroſio dicti, qui (authore Guilhelmo Lindano, libro ſecundo dialog. & Ioanne Eccio) tantopere ſui ſpiritus ſuggeſtiones & Dei reuelationes iactabat, vt vtrumque teſtamentum reiecerit. Sunt autem ſecta Anabaptiſtæ.

AMMONIVS ALEXANDRINVS, Origenis præceptor.

Ammonius Alexandrinus, vir multiiuga eruditione præditus, Origenis præceptor, à puero Chriſtianam pietatem ſecutus eſt. Prouectior vero factus, ad philoſophiam ſe conuertit, deſerta (vt inquit Porphyrius libro eorum, quos contra Chriſtianos ſcripſit, tertio: ſi tamen fides ſit adhibenda veræ pietatis inſectatori) fide orthodoxa. Vixit autem ſub Seuero Imp. & Victore Papa, circa annum Do. 200. De quo vtiq; (referente Nicephoro lib. 5. hiſt. eccleſ. c. 11.) ſic ait Porphyrius, cum mẽtionem facit eorum, qui in literis diuinis elaboraſſent, earumque ſecretiorem ſenſum expoſuiſſent, potiſſimumq; Origenis: Quum Origenes (inquit) Ammonii, qui ætate noſtra in maximo fuit pretio, auditor eſſet, plurimũ in eloquentia & diſciplinis omnibus apud eum magiſtrum eſt progreſſus: viuendi autem inſtituto, contrariam illi ſecutus eſt viam. Ammonius namque Chriſtianus, & à Chriſtianis parentibus educatus, poſtquam ſapere cœpit, philoſophiamque attigit, ilico ad legitimam viuendi rationem ſe contulit. Origenes autem Græcus, & Græcis eruditus diſciplinis, animum ad barbaram appulit temeritatem, in qua ſeipſum do-

ctrinamque ſuam ad quæſtum expoſuit: Chriſtiane quidem ille & legitime ex inſtituto profeſſionis eius viuens, in perſuaſione autem religionis, atque in ſtudiis lucubrationibuſq; ſuis Græcos conſectans, & Græcorum dogmata peregrinis ſubiiciens fabulis: &c. Hæc Nicephorus. Húc tamen Ammonium idem Nicephorus conatur de perfidia & religionis Chriſtianæ deſertione contra Porphyrium modis omnibus excuſare, eundem Porphyrium ſycophantam & calumniatorem inſignem appellans. Quid enim ille (inquit) more ſycophantæ, non comminiſceretur, qui omne ſuum ſtudium ad id contulit, vt in Chriſtianos inueheretur; & literas diuinas perinde atque nihil eſſent, reprehenderet & aboleret? Auſus quippe eſt Origenem affirmare à Græcorum ſuperſtitione transfugiſſe, Ammonium vero contra à veræ pietatis inſtituto ad peregrinam religionem tranſiiſſe, quum Origeni Chriſtiana profeſſio patria prorſus fuerit: Ammonius autem ad extremum vſque ſpiritum conſtanter perſuaſionem fidei in Chriſtum retinuerit. Quemadmodum id lucubrationes eius, quibus magnam laudem & gloriam eſt conſecutus, manifeſte teſtantur, præcipue vero commentarius eius, qui de Moſe & Ieſu conſonantia inſcriptus eſt: ac deinde alii, qui eiuſdem generis apud ſtudioſos aſſeruantur.

ANABAPTISTÆ.

ANabaptiſtæ (authore Guilhelmo Lindano libro, qui Dubitantius inſcribitur, dialogo ſecundo) ab iterato Chriſti Baptiſmo nomen inuenere, quod Baptizatos in pueritia, retingant. Hi enim cum ex epiſtola Lutheri ad Waldenſes (inquit Staphylus) ſiue Pikardos ſcripta legiſſent, quod præſtat Baptiſmũ in paruulis omitti, quam eos baptizari abſque fide ipſorum, hinc variæ exortæ ſunt ſectæ Anabaptiſtarum, quarum hæ præcipuæ numerantur, Adamitæ, Stebleri, Sabbatarii, Clancularii, Manifeſtarii, Dæmoniaci, Communis habentes, Condormientes, Eiulantes, Georgianidauidici, Mennonitæ, & Polygamiſtæ.

Ea

Ea ſecta præterquam quod legitimum ſacrificium & ſacerdotium abrogat, & in Euchariſtiæ ſacramento realē Chriſti præſentiam negat, multa habet alia & blaſphema & ſeditioſa.

2. Publicum enim verbi miniſterium prohibet.

3. Deum humanam ex Maria naturam non ſuſcepiſſe contendit.

4. Chiliaſtarum errorem renouat. Qui vero ſint illi, vide in Chiliaſtis.

5. Dominationem ſpernit, nec legitimæ poteſtati ſubiectos eſſe homines vult.

6. Paruulis vſu rationis carentibus nihil prodeſſe baptiſma aſſerit: quod paruuli rationis expertes, non poſſint habere fidem, nec credere verbo Dei quod illis fuerit prædicatum. Hoc autem ſumme neceſſarium cuique ſuſcipiēti baptiſma eſſe contendit, nulli baptiſma ſuſcepiſſe proficere aſſerentes, niſi præuia fide, & ideo infantum baptiſma non eſſe ex Deo.

7. Docet item bonorum communionem, horum infidelium, id eſt, non ſuæ factionis eſſe pollutum, & diaboli proſtibulum: & idcirco infideles omnes cum principibus & magiſtratibus eſſe occidendos.

8. Libertatem deniq; per principes extinctam, eſſe armis vindicandam.

9. Dicunt poſtremo quamlibet mulierem obligatam eſſe ad coeundum cum quolibet viro eam petente: & cōtra eodem vinculo adſtringunt omnem virum ad tantundem reddendum cuilibet mulieri hoc ab illo petenti.

Huius Euangelii furorem ſectabantur illi ſeditioſi ruſtici per Germaniam, Alſatiam & Sueuiam, qui ad 130000. ſiue vt alii 150000. Anno 1525. fuerunt trucidati. Adeo quidem, vt quocunque hæc ſecta peruaſerit, turbas & ſeditiones ingentes ſemper excitet. Documento eſſe poſſunt cum aliæ quędam inferioris Germaniæ vrbes, tū præcipue monaſterium in Weſtphalia, Amſterdamum, & Naeldwicum ciuitates.

Eſt autem & hæc Anabaptiſtarum ſecta valde diſſecta: Neque enim doctrinæ capitibus inter ſe conueniunt, ſed & pro regionum varietate, varia ſortiuntur vocabula. Nā fanaticus ille, quo aguntur, ſpiritus nunquam paſſus eſt miſeros iſtos idem ſentire: ſed mox in varias, imo, ſi Bulingerus fidē meretur in innumeras diuiſit factiones, quarum celebriores aliquot commemorabimus. In quibuſdā Germaniæ ciuitatibus quidam tanquam œſtro perciti, circumcurſant, populum ad pœnitentiam hortantes: in omnem interea ſeditionis excitandæ occaſionem intenti. neq; heri aut nudiuſtertius hæc hæreſis nata eſt: fuit enim Auguſtini ſeculo, & ſicut aliæ pleræque omnes hæreſes, ſic & hæc ſtatim ab initio multas in partes fuit diuiſa. Nā alii vocabantur Donatiſtæ, alii Rogatiſtæ, alii Maximianiſtæ, Circenſes alii, qui conuerſi tandem ſunt à factione Donatiſtarum (hoc enim nomen cæteris erat celebrius) ad eccleſiæ catholicæ ſocietatem: alii Circumcelliones, qui haud aliter atque noſtro ſeculo Monaſterienſes, reliquos omnes immanitate ſuperabant, quemadmodum & Auguſtinus nō vno loco, & qui vitam eius conſcripſit Poſſidonius, memoriæ prodiderunt.

Sed neque nunc pauciora ſunt huius hydræ capita, ſunt enim alii Muntzerani, alii Orantes, alii Silentes, Somniantes pueris ſimiles, Synceri, Impeccabiles à Baptiſmo, Liberi, Buderliani, Sabbatarii, Maderani, Hoffmanniei, & poſt hos exorti Circumciſi: fortaſſis & Adamitæ ad Anabaptiſtarum ſectam pertinent. Immanis plane hæc eſt Anabaptiſtarum ſecta, ſi vlla alia. Interea tamen qui nomen illi dederunt, firmiter credunt & certo ſtatuunt ſibi peccata propter Chriſtum eſſe remiſſa, ſe eſſe in gratia, ſeque poſſeſſuros omnino regnum cœlorum: & idem vt quilibet credat, certoque ſtatuat, à ſuis omnibus exigunt. De hac hæreſi & Anabaptiſmi damnatione, vide plura in Agrippinianis, Monaſterienſibus, Muntzericis, Eunomianis & aliis compluribus. Item in Ioanne de Leiden Anabaptiſtarum rege.

ANASTASIVS IMPERATOR.

ANaſtaſius Dicoros cognomine, à diſcoloribus oculorum pupillis, quæ Græce κόραι dicũtur, quarum dextera nigricans, ſiniſtra cerulea fuit, poſt Zenonem Iſauricum imperium ſumpſit anno Domini 493. hæreſi Eutichiana (vt inquit Antoninus 1. part. Spec. tit. 6. c. 1. & Ioanne Baptiſta Egnatio) infectus ſub Symmachi ſummi Romanorum antiſtitis potificatu. Hic, teſte quoque D. Gregorio lib. Dialogorum, multos epiſcopos catholicos in exilium miſit, multoſque fideles hac de cauſſa afflixit, nolens nec epiſcopo Conſtantinopolitano, nec Pontifici Romano, nec eius legatis quoquomodo parere: ſed arroganti quadam & faſtuoſa præſumptione elatus, Papam potius dêbere illi morem gerere dictitabat, quam ipſe Papæ. De hoc ſic ſcribit Niceph. lib. 16. cap. 25. Anaſtaſius diademate ſumpto, quum pacificus eſſet, neque quicquam rerum nouarum in eccleſiæ ſtatu excitare vellet, plurimumque ſtudii in eo collocaret, vt ſanctæ Chriſti eccleſiæ tumultibus & verborum contentionibus, diſputationibus & diſſidiis eccleſiaſticis ſimul & ciuilibus omnibus ſublatis, homines in multa tranquillitate viuerent, & ſubditi populi pacati eſſent, euenit, vt temporibus eius Chalcedonenſis ſynodus, neque propalam per ipſum conſtitutionibus Imperialibus edendis promulgaretur, neque etiam reprobaretur. Verum ſicut [illegible]uibuſdam eccleſiarum præſidibus videbatur, ita d[illegible]ſentiebant. Nam qui eam fortiter defendentes p[illegible]pugnabant, non verbum vnum in eius decretis, ac ne ſyllabam quidem, aut literam, aut apicem ſaltem loco moueri aut mutari paſſi ſunt, & per libertatem magnam à commercio & communione aliorum reſiliere adeo, vt ne in ædes quidem ſuas eos admitterent, qui ea quæ recte ibi decreta eſſent, nõ reciperent. Fuere autẽ qui eam non tantum non approbarent, ſed etiam publice vna cum Leonis

Digitized by Google

libello anathemate iugularent. Alii de henotica Zenonis conſtitutione itidem faciebant, atque à ſeipſis inter ſe diſſidebant: ita vt quidam duas naturas in Chriſto, quidam vnam dicerent: atque ii quidem literis inſidioſe compoſitis, per fraudem deciperentur, ii autem pacem ſibi conſectandam eſſe putarent. Id malum eo proceſſit, vt eccleſia quælibet in fictiones ſuas diuideretur, & epiſcopi à conſuetudine mutua abhorrerent. Proinde in multas ſectas Orientales Occidentaleſque, atque etiam Libycæ partes diſſectæ ſunt. Neque enim Oriens conſentire cum Occidente, neque rurſum Libya conciliari hiſce voluit. Et quod omnium indigniſſimum eſt, neque ipſi inter ſe Orientalium eccleſiarum antiſtites ad communionem conueniebant, neque Europæi atque Occidentales, neque etiam Libyci epiſcopi, conuentus inter ſe agebant: nedum cum eis qui extra regionum ſuarum fines eſſent, congrederentur. Tanta confuſio mentiumq; caligo orbem vniuerſum inceſſit.

Porro Anaſtaſius, tametſi tranquillitatem ſibi conſeruandã eſſe propoſuerat, neq; mutare quicquam in eccleſiis voluerat, inconſulta tamen eorũ temeritate qui ad res nouas ſpectabant permotus, quoſcunq; præter morẽ nugas agere, & vel impudenter ſynodum ſanctam damnare, crudeliterq; anathemate configere, vel rurſum aperte eãdem & clare in ſacris templis deprędicare intelligebat, è thronis vtroſq; deiiciebat, inhumaniterq; exigebat. Atq; ad hunc modum permulti epiſcopi mulctati ſunt, & inprimis Conſtantinopolitanũ ille Euphemium proſcripſit: deinde poſt hunc & Macedoniũ, cui Timotheus ſucceſſit, hac occaſione & Patroclo (vt eſt in prouerbio) prætextu in eos motus, vt aſſeuerabat, quod res nouas in eccleſias inducerent. At vero quæ occulte Anaſtaſium male habebant, longe alia erant, præclara ſcil. Euphemii pietas, & quod is antea Anaſtaſium eccleſia excluſerat, propterea quod de ſe opinionẽ præbuiſſet, cõtagione Dioſcori infectum eſſe: & ꝙ turbam concitare volens, comminatus Euphemio eſſet, ſe illi accepra:

Digitized by Google

pta à Zenone poteſtate caput tonſurum, cathedramq; eius euertiſſet. Præterea quum Ariadna imperatrix eius vxor, quæ fuerat prius Zenonis, purpuram Anaſtaſio circundaret, Euphemius ſacrorum antiſtes animo forti reſtiterat, neque prius ſe quæ ſtatæ ceremoniæ poſtularent, facturũ eſſe dixerat, quam ille graui iuramento in ſcriptum relato confirmaſſet, fidem ſe inuiolatam ſeruaturum: neq; quicquam rei nouę Imperii ſui tempore in eccleſiam illaturum nec non Chalcedonenſem ſynodum ex animi ſententia reliquis tribus additurum eſſe. Conſenſerat conditionibus his, & eas in ſcriptum retulerat Anaſtaſius, & ſub hæc ceremonias ſolitas in eo epiſcopus peregerat. Non longe vero poſt, Euphemium adortus Anaſtaſius, libellum eum ab eo repetiit: & quod eum ille non reddidit, ſolum exilii cauſa vertere iuſſus eſt. Vitæ quoque eius ita inſidiatus eſt, vt ex familiaribus Euphemii quidam nomine Paulus, vir procerus & humeris ipſis ſuperextans, quod aduerſus eum diſpoſitum circumferebatur ferrum, exceperit. Atq; hunc, ob eum modum & ob talem cauſſam, in exilium egit, quũ quidem id populus ægerrime ferret. Fecerat autem ea quæ dicta ſunt Euphemius, cum ob eas quas cõmemorauimus cauſſas, tum quod Manichæorũ hæreſim Anaſtaſius multis fouere viſus eſſet: quippe cuius etiam mater eam ardore ingenti conſectaretur: frater quoque eius, Anaſtaſii ſcilicet auunculus, Clearchus nomine, Arrianiſmi compertus fuerat. Quapropter & Manichæis & Arrianis purpura ſua Anaſtaſius lætitiam attulit, mutationem aliquam futuram expectantibus. Porro Anaſtaſius Macedonium (cui Euphemius ipſius Anaſtaſii ſtipulationis prædictæ ſyngrapham crediderat: nam ei ſacrorum quoque donariorũ cuſtodia commiſſa fuerat) in ſacram ſuſtulit cathedram. Ille, vbi epiſcopalem thronum conſcendit, ab eo quoque promiſſi ſui ſcriptum Anaſtaſius recipere contendit, cõtumeliam iniuriamq; ſibi fieri ratus, ſi libellum ſuum, qui vitam eius redargueret, poſt ſe relinqueret. Ceterum quum & ipſe itidem, vt Euphemius, conſtanter ei aduerſaretur, &

fidei omnino proditionem eſſe, ſi libellum ſuum traderet, exiſtimaret, fortiterque prorſus contra eum contenderet, varia Anaſtaſius iniit conſilia, vt & hunc è ſede deturbaret, tentauitque adeo omnia, vt quod conabatur efficeret. Sed quum quod faceret, non haberet, hæreticorum conſeſſu collecto, per vim Macedonium vt ſynodũ Chalcedonenſem dãnaret, cogere voluit. Quod vbi multitudo ſenſit, ad eum locum accurrit, & aperte exclamauit: Martyrii tẽpus adeſt, Nemo longius à paſtore abſiſtat. Et conuicia in Imp. coniecit: Manichæum, qui Imperio indignus eſſet, vocans. Et Anaſtaſius ſibi metuens, ad fugiẽdum paratus fuit, Macedoniumq; quæſiuit, quem antea ſe neq; reſpecturũ eſſe adiurauerat. Macedonius cum libertate multa Anaſtaſiũ, veluti rei eccleſiaſticæ hoſtem obiurgauit. Atq; ille cum in verbis eius acquieuit, ſeq; placabiliorem præbens, ſummiſit. Poſtmodum autem propter animi improbitatem, accuſatores aduerſus eum mercede conduxit. Et præſto fuere adoleſcentuli quidam, qui non minus ſeipſos quã Macedonium per ſycophantiam calumnioſe detulere, & flagitium obſcœnum & fœdum mendaciter produxere. Sed enim poſtquam in continenti illorum cõfictam calumniam Macedonius, tunica ſubducta, virilibus ſe carere oſtendens, conuicit, ad conſilium aliud fraudis plenum confugit. Nam per Celerem aulæ præfectum, libellum confici iuſſit, in quo duæ ſynodi, reliquis duabus omiſſis, conſcriptæ erant, eumque ſe recipere profeſſus eſt. Quæ res à Macedonio approbata, & quod præterea henotico Zenonis is ſubſcripſiſſet, reprehenſione non caruit. Quamuis poſtea quum in Dalmati monaſterio eſſet, in oratione quadam omnibus pietatem conſectantibus, offendiculum id & crimen obiectum diluit, diſertis verbis ſanctam quartam ſynodum comprobans: & eos, qui illam non reciperent, hæreticos vocans. Anaſtaſius Celere magiſtro ad ſe euocato, per eum clam Macedonium ex throno deduxit, & Euchaitem in exilium miſit. Senatus & populus Conſtantinopolitanus eam ob cauſſam in magno fuit mœrore. Nam &

viræ

vitæ ſanctitatem & doctrinæ ſynceritatem in Macedonio admirabantur, & pietatis ſtudio dignitateque ſacerdotali is valde enitebat, vt qui à Gennadio eductus atque doctus fuiſſet, cuius etiam ex fratre nepos fuit. Contra ſectatores eius poſtea grauis perſecutio orta. Quidam enim exilio, nonnulli relegatione, aliqui accuſationibus iniquis, aliqui bonorum publicatione afflicti ſunt. Multi etiam qui ſibi fuga conſuluerunt, Romam peruenerunt. Imperator illico Chalcedonenſium actorum libellum, quem Macedonius diſcedens in ſanctiore ara depoſuerat, per Calopodium quendam furtim ſublatum concidit, atque igni tradidit, & Macedonio, qui ſic abducebatur, condemnationis ſententiam miſit. Atque is interrogauit, an illi, qui ad eum ſententiam attulerant, id inficiati ſunt: ipſe, ſi (inquit) Arriani aut Macedoniani condemnationis libellum ad me miſerunt, num recipere eum poſſum? At ille ita Euchaitem ductus eſt. Quum autem Hunni, qui Saberi vocabantur, eruptione per Caſpias anguſtias facta, Orientem vaſtarent, Gangram inde metus cauſſa Macedonius ſeceſſit. Quod vbi Anaſtaſius cognouit, percuſſoribus ſummiſſis eum trucidauit. corpus eius in templo Callinici martyris, innumera miracula edens, repoſitum eſt.

ANGELITÆ.

Angelitæ (authore Niceph. libro 18. capit. quadrageſimo nono, hiſtor. eccleſ.) à quodam Alexandriæ loco, Angelii nomen habente, appellati ſunt: in quo ſcilicet qui primas apud eos ferunt, conuentus cogebant. Hi porro alio vocabulo, & Seueritæ à Seuero quodam acephalo, quem ferunt iſtius ſectæ ducem primum fuiſſe, & Theodoſiani à Theodoſio, qui apud eos Alexandriæ Papa factus eſt, & Damianiſtæ à quodam Damiano nomine, vocantur. Habent namque ſuos Epiſcopos, à quibus congruentia nomina accipiunt. Extiterunt autem iſti Anaſtaſii Imperatoris, & Sym-

machi Rom. Pont. temporibus, circa ann. Domini 494.

Alium porro eſſe dicunt Patrem, alium Filium, & alium peracletum, Spiritum videlicet ſanctum: non eſſe autem horum quenque per ſeipſum natura, ſed habere communem Deum ſiue deitatem in eis exiſtentem: atq; de ea deitate indiuiſibili modo participantes, quemliber eſſe Deum. Vnam autem ſubſiſtentiam opinantur eſſe, Patrem & Filium & Spiritum ſanctum: communem vero ipſum Deum ſubſtantiam & naturam. Hi etiam Sabellianiſtæ, & Tetraditæ nominantur. De his vide plura in Agnoetis, Contobabditis, Theodoſianis, Seueritanis, Petritis, & Conomitis.

ANGELICI.

ANgelici genus fuit Chriſtianorum, qui cum ſe nomina Chriſto dediſſe iactarent, & ideo edocti fuiſſent legem diuinam, idololatriã ſumme abominari, & vni Deo ſeruiendum eſſe, eumque vnice colẽdum, Angelos nihilominus adorabant, ex quo Angelici dicti fuere. Epiphanius tamen quam ob cauſſam hoc ſibi nomen vſurparint, ignorare ſe aſſerit. Siue enim ex eo, inquit, quod aliqui mũdum ab angelis factum eſſe dicunt, ſiue quod ſeipſos in ordine angelorum eſſe iactant, & vitam eminentiſſimam instar Angelorum degunt: ſiue etiam à loco quodam hoc nomen acceperunt, ignoro. Nam locus quidem eſt Angelina, vltra Meſopotamiam ſitus, ex quo appellari poſſunt. Hos diuus Auguſtinus inter hæreticos adnumerat tricesimo nono loco, libro quem de hæreſibus conſcripſit. Hæc porro ſecta & quamplurimæ aliæ, quæ aliud quam Deum colebant, & colendum eſſe ducebant, vt fuerunt Ophitæ, Caiiani, Sethiani, Heliognoſti, & Muſoritæ, de quibus dicetur locis ſuis, adeo quidem antiquatæ, & ex hominum memoria abolitæ temporum ſucceſſione & lapſu tandem fuerunt. Emerſerunt autem ſub Seuero Imperatore, & Victore Papa, circa annum Domini 199.

AN

Digitized by Google

ANNIANVS.

ANnianus, vt tradit diuus Hieronymus epiſtola ad Alypium & Auguſtinum, fuit pſeudodiaconus eccleſiæ Cælidenſis, Cæleſtii Pelagiani diſcipulus & conſors, vixitque Archadii Imper. & Innocentii I. Rom. Pont. temporibus, circa annum Domini 405. contra cuius libros ſcripſit idem Hieronymus, ex quibus complures variaſque eiicit blaſphemias. Et quamuis ex ea, quam in eadem epiſtola recenſet, cauſſa, eam primo non ſcripſerit, ſubiungit nihilominus in hunc modum: Nec grande eſt, impii hominis ineptiſſimis næniis reſpondere. Quare ſi Dominus vitam tribuerit, & notariorum habuerimus copiam, paucis lucubratiunculis ei reſpondebimus: non vt conuincamus hæreſim emortuam, ſed vt eius imperitiam & blaſphemiã noſtris ſermonibus confutemus. De eius hæreſi vide plura in Cæleſtio & Pelagio.

ANOMI, SIVE ANOMÆI.

ANomi, potius quam Anomæi, Latine ſine lege dici poſſunt, qui Conſtantii Imperatoris & Liberii Romani Pontificis tempore, circa annum Domini 358. eorum duce Eunomio, tanta arrogantia & impudentia fuerunt hæretici, vt præter alias impietates Dei ſe naturam cõprehendere blaſphemarent, quos aliquot homiliis aduerſus eos peculiariter editis & inſcriptis egregie conficit Diuus Chryſoſtomus: quorum princeps, vti iam diximus, ſuperciliosus ille Eunomius fuit, qui etiamnum Dei ſe naturam comprehendiſſe iactabat, vt Theophylactus habet in cap. 3. ad Epheſios, quamuis nihilominus (teſte diuo Auguſtino ad Paulinum de videndo Deo, epiſt. 112. cap. 9.) eam quæ in Deo habitat, plenitudinem diuinitatis, nemo de cœleſtibus etiam virtutibus conſpicere valeat, nemo mẽte aut oculis comprehendere. Maieſtas illa (inquit alibi) ſupra cuncta ſublimis, à ſpiritalibus cogitari poteſt, efferri non poteſt, multo minus comprehendi, ne quis de teme-

raria eius comprehēſione ſe iactet. Et rurſus idem: Etiamſi nos mortales & peccatores, corda mundiſſima & mentes ſimpliciſſimas gereremus, ſanctiſque angelis iam æquales eſſemus, non vtique nobis ita nota eſſet diuina ſubſtantia, ſicut ipſa ſibi. Itemque diuus Cyprianus tractatu 4. Non poteſt, inquit, videri, viſu clarior eſt: nec comprehendi, tactu purior eſt: aut æſtimari, ſenſu maior eſt: ideo ſic eum digne æſtimamus, dum inæſtimabilem dicimus.

ANTHIMVS CONSTANTINOpolitanus Epiſcopus.

ANthimus primum Trapezuntianus, poſt vero Conſtantinopolitanus epiſcopus extitit, tempore Zenonis Imperatoris, & Simplicii ſummi Romanorum Pontificis, circiter annum Domini 476. Hic in Eutychianam hæreſin lapſus, Chriſto duas naturas negabat, multis interim, teſte Platina, Pontificibus cauſſa exitii factus. Sed hoc videre erit facilius ex eius hiſtoria, quam eleganti ſtylo deſcribit Nicephorus hiſt. eccleſiaſticæ libr. 17. cap. 7. in hæc verba: Vbi Iuſtinianus, nepos Iuſtini ex ſorore, & qui in extrema iam conſtitutus ſenecta, atque ad rerum publicarum adminiſtrationem minus idoneus, eũdem ſummum ducem Imperii ſocium elegerant atque conſtituerant, quatuor menſibus exactis, quibus ambo ſimul imperauerunt, toto Imperio ſolus potitus eſt, Synodus Chalcedonenſis Iuſtini ſanctionibus in omnibus vbique eccleſiis locum obtinebat. Adhuc tamen in quibuſdam prouinciis res eccleſiaſticæ propter turbas, in ſtatu ſuo non erant. Potiſſimum vero id mali in vrbe Imperiali & Alexandria obuerſabatur: vbi etiam non ita libere prorſus iactabatur.

In vrbe Imperante, poſt Epiphanium qui eccleſiæ annis ſexdecim præfuerat, & Ioanni Scholaſtico (is autem annũ vnum epiſcopatum geſſit) ſucceſſerat Anthimus huc Trapezunte tranſlatus, nulla gloria epiſcopatum adminiſtrabat: Alexandriæ vero Dioſcori ſucceſſor Theodoſius ſacra curabat.

curabat. Vterque vero & Anthimus & Theodoſius, vnam naturam in Chriſto eſſe poſt vnionem, opinabantur. Verum Iuſtinianus magno animo Chalcedonenſem ſynodũ defendebat, ſanctionibuſque eius admodum addictus erat. Coniunx autem eius Theodora, eos qui vnam profitebantur naturam, idipſum magis veritati conſentaneum eſſe arbitrata, tuebatur.

Enimuero quod cum Imperatore Anthimus, Theodoſius, & Seuerus Antiochenæ ſedis epiſcopus (qui ab Auguſta fuerat ex Antiochia Conſtantinopolim iuſſu Imperatoris ab eadem perſuaſi euocatus) non conſentirent, ſed contra illius iuſſiones venirent, & Chalcedonenſem ſynodum non reciperent, vterque & Anthimus & Theodoſius è ſedibus ſuis deturbati ſunt. Idque in Alexandria Zoilus, in Conſtantinopolitana autem Menas ſucceſſit. Accidit tum, vt in eccleſiis omnibus ſynodus Chalcedonenſis clare prædicaretur, & vt nemo illam vel anathemate vel calumnia impetere auderet. Qui vero aliter facerent, omnibus modis adigebantur, vt pedibus in eandem ſententiam irent, in eaque conquieſcere cogerentur.

Illud autem notare conuenit, Anthimum Epiphanii ſucceſſorem, verbo quidem ſanctam quartam ſynodum recepiſſe, reuera autem abominatum eſſe atque damnaſſe. Et cum comprobare eam atque anathemate eos iugulare, quos illa reiiceret, adigeretur, & idipſum facere differret, alias ex aliis cauſſas more confingens: interea accidit, vt Agapetus veteris Romæ Hierarcha Conſtantinopolim veniret. Qui cum de Anthimi rebus inquireret, multoſque ab Archimandritis (quos Abbates vocamus) eius vrbis & ab aliis libellos oblatos acciperet, illi ne in conſpectũ quidem admiſſos, epiſcopatũ abrogauit. Cuius calculum Monaſteria etiã Palæſtinæ, & Petrus Hieroſolymitanus antiſtes, nec non reliqui eccleſiarum præfecti comprobarunt.

Hunc Anthimum poſt Agapeti obitum ſynodus Conſtantinopoli coacta, atque ipſe etiam Agathon. Agapeti in eccleſia Romana ſucceſſor, adhuc ſuperſtes, cohor-

tati ſunt, vt pœnitentiæ libellum exhiberet, eaque quæ in illum dicta eſſent, falſa eſſe probaret, atque ita ad priorem epiſcopatum ſuum Trapezuntem rediret. Porro cum ille latitaret, & ſynodus iterum atque tertio illum comparere, & cauſſam dicere, obiectaque ſibi crimina confutare, & priorem ſedem Trapezunte recipere propalam iuberet, atque ipſe propter timorem ſe occultans, copiam ſui non faceret, Synodus ſententia contra illum publicata, dignitate ſacerdotali omni eum priuauit. Poſt Anthimum autem Menas ad thronum epiſcopalem aſcendit, ſicut dictum eſt; cui Agathon Papa, quod antea nunquam factum eſt, manus impoſuit. De hoc vide plura in Seuero Antiochiæ, & Theodoſio Alexandriæ epiſcopis.

ANTIDICOMARIANITÆ, ſiue Antimariani.

ANtidicomarianitę, hoc eſt, Marię aduerſarii appellantur, vel qui (teſte Hoſio & Lindano) Mariam non ſuſtinent audire Dei genitricem, Chriſtum fingentes cum Adamæis hæreticis, vt vnius perſonæ, ita vnius quoq; naturæ: verbi vtique hypoſtaſin ſiue perſonam in Chriſto non agnoſcentes cum Paulo Samoſateno & Photio, vt inquit Caſſander Commentario quod edidit de duabus in Chriſto naturis. Vel qui Mariæ virginitatem calumniantur & abnegant, eam aſſerentes poſt Chriſtum natum viro ſuo Ioſeph fuiſſe commixtam, alioſque ex eo ſuſcepiſſe filios, quos Euangelium appellat fratres Chriſti. Vbi quidē mirandum non eſt, ſi Dei genitricis honorem hæretici conati ſunt imminuere, cum ipſius etiam Dei nomen nō ſint veriti polluere.

Ex his porro, qui in hanc inſipientiam veſaniamq; prolapſi ſunt, duo numerātur præcipui, diui Auguſtini & Hieronymi monimentis comprehenſi, Eluidius nimirum & Iouinianus: quamuis tamen Hieronymus duobus libris quos contra ipſius Iouiniani errores conſcripſit, hoc illi crimen non impingat, ſed Auguſtinus tantum lib. de hęreſibus.

ſibus. Quod ergo eos impulit vt dicerent, beatam Dei genetricem poſt Chriſtum natum à viro ſuo Ioſeph fuiſſe carnaliter cognitam, is fuit locus, qui ſic apud Matthæum habetur: Antequam conuenirent, inuenta eſt in vtero habens. Et rurſus: Non cognouit eam Ioſeph, donec peperit filium ſuum primogenitum. & iterum apud eundem Matthæum dicunt Iudæi Chriſto: Ecce mater tua & fratres tui foris ſtant, quærentes te. Verum Eluidius ex litera perperam intellecta, in hunc errorem lapſus eſt, vt aſſerere auderet, intactam, intemeratamq; Dei genetricem non ſemper virginem fuiſſe: cum tamen (vt de verborum ſignificationibus habetur, cap. Ioſeph) mos diuinarum ſcripturarum ſit, vt primogenitum non vocent, quem fratres ſequuntur, ſed eum qui primo natus eſt. Et illud 27. diſtinct. quæſt. 2. cap. Genuit: Cum audis virum non ſubeat ſuſpicio nuptiarum. Et Maximus in quodam ſermone de beata virgine inquit: Mater virgo vniuerſam prauitatem hæreticam ſola contriuit. Alius illam non de ſubſtantia ſuæ carnis Chriſtum edidiſſe dogmatizauit. Alius eam paruulum non peperiſſe ſimulabat. Alius partum viro genitum blaſphemabat. Alius Dei matrem audire non ſuſtinens, magnum illud nomen Theotocos, impiiſſime ſugillabat. Sed contriti ſunt inſidiatores, conculcati ſunt ſupplantatores, confutati derogatores, & beatam eam dicent omnes generationes.

Quod autem in Euangelio dicitur, Chriſtum fratres habuiſſe, hoc parum nos mouere debet, nempe quod ſacris literis ſit familiare, fratres appellari eos, qui aliqua cõſanguinitate coniuncti ſunt, quamuis non ſint ex eiſdem parentibus geniti: vt Loth vocatur frater Abraham, quem tamen eadem ſcriptura teſtatur fuiſſe filium fratris Abrahæ. De hac re vide fuſius in Heluidio, Iouiniano, & Neſtorio. Lege etiam Epiphanium contra hæreſes libr. 3. tomo 2. hanc hæreſim fuſius tractantem.

ANTHROPOMORPHITÆ, *ſeu Vadiani.*

ANthropomorphitæ, qui & Vadiani, primum exorti ſunt in partibus Ægypti, tempore Theodoſii maioris, qui cum Archadio & Honorio filiis, tribus annis imperium tenuit, & Siricii ſummi Pontificis, anno Domini 395. Ea quoque hæreſis reuelata eſt ſub Henrico primo, qui Auceps appellabatur, & Ioanne duodecimo Romanorum antiſtite, qui Agapeto ſucceſſit anno Domini 954. idque in Paduana prouincia, ſed parum ſucceſſit. Nam Bracherius Veronenſis epiſcopus vir cumprimis doctiſſimus & pius, cæterique comprouinciales epiſcopi, eidem hæreſi virili animo occurrentes, illam tandem exterminarunt.

Dicuntur autem Antropomorphitæ, quod ruſtica ſimplicitate Deum habere humana membra arbitrarentur, à ſuo errore nomen ſortiti: nam ἄνθρωπος Græce, Latine homo interpretatur. Aſſerebant enim Deum per omnia humanum corpus nobis ſimile habere, propterea quod in eius ſimilitudinem creati eſſemus, & quod in veteri Teſtamento variis in locis Deo membra tribuantur, ignorantes vtiq; quod à Domino dicitur: Spiritus eſt Deus. Eſt enim, vt teſtatur Iſidorus, incorporeus, nec membris diſtinctus, nec corporis mole diſtentus.

Huius hæreſis authorem primum quidam tradunt fuiſſe Tertullianum: licet hunc excuſet diuus Auguſtinus lib. de hæreſibus capite octogeſimo ſexto, aſſerens eum non ob hoc dicendum hæreticum, quia potuit ita de Deo ſentire, vt diceret eum eſſe corpus quoddam, non quidem tale, vt partes habeat, quarum aliæ maiores, aliæ minores exiſterent, quod etiam loco ſit circunſcriptum & certis limitibus concluſum: ſed ideo (inquit) potuit nominare corpus, quod videlicet non ſit inane, ſed ſit aliquid qui vbique totus ſit. At vero interea neſcitur, an res huiuſmodi quę partes non habet, ſcite & congrue poſſit appellari corpus. Verum (vt verbo Alphonſi de Caſtro vtar, lib. 5. adverſus hæreſes) beatus Auguſtinus mitiſſima vſus cenſura, excuſa-

Digitized by Google

excuſauit quod potuit. Conſiderauit nanque nullum eſſe acerbius & grauius crimen, quod homini Chriſtiano poſſit objici, quam crimen hæreſeos.

Cæterum de Anthropomorphitarum hæreſi ſic ſcribit Niceph. lib. 11. hiſt. eccleſ. cap. 14. Ea ætate quoque (hoc eſt, tempore Theodoſii ſenioris) Audæus quidam & genere & lingua Syrus, fuit nouorum dogmatum inuentor. Quæ enim mala dudum parturiebat, aliquando tandem peperit. Primum namque cum perperam illud intellexiſſet, Faciamus hominē ad imaginem & ſimilitudinem noſtram: Deum humana eſſe forma opinatus eſt, eundemq; corporalia membra habere exiſtimauit, ſacræ ſcripturæ ſententiam non ſatis aſſecutus, quæ diuini numinis operibus humanarū partium vocabula tribuit: quandoquidem eo modo qui res ſubtiliores percipere & audire nequeunt, facilius conſilium Dei intelligunt. Addidit deinde ad impietatem eam conſimilia alia. A Manete enim id mutuatus eſt, qui cōditorem vniuerſitatis huius Deum, neq; ignem, neq; tenebras creaſſe docuit. Verum hæc quidem & quæcunq; ſunt eiuſmodi, qui factionis eius ſunt, celant.

Dicuntur autem à publicis Eccleſiæ conuentibus ſegregaſſe ſe, propterea quod nonnulli pecuniam apud nos execrando fœnore locent: nonnulli cum mulieribus extra coniugium conſuetudinem habentes, impie viuant. Qui vero à talibus rebus ſint alieni, libere cum eis communicare. At ideo illos ſuo quodam more ab aliis ſeparatos viuere conſtat, quod dogmatum ſuorum occultent blaſphemiam & impietatem. Porro ficta hæc & aſſimulata ſanctitas, arrogantiæ eſt plena, quæ ſcilicet à doctrina Phariſæorum prouenit. Nam & illi animarum ſimul & corporum medicum accuſarunt, ad ſanctos Apoſtolos dicentes: Cur cum publicanis & peccatoribus cibum ſumit magiſter veſter? Et per Prophetam de talibus hominibus dicit Deus: Qui dicunt, Purus ſum, ne me attigeris; iſte fumus furoris mei eſt. Sed enim amentiam iſtorum refellere temporis iſtius non eſt. Hucuſque Nicephorus.

Digitized by Google

Rurſus idem lib.13.c.10. Eodem, inquit, tempore, hoc eſt, Honorii & Archadii Imperatorum, & Anaſtaſii ſummi Romanorum Pontificis, in Ægypto. quæ paulo ante extiterat, rurſum mota eſt quæſtio: opuſne ſit, Deum hominis forma & corporali ſpecie eſſe opinari, an ab humano habitu prorſus eſſe alienum credere. Et nõnulli quidem ſimplicitate imperita, ea quæ in ſcriptura ex conſuetudine eius dicuntur, excipientes, ita vt dici audiebant, faciem & manus & alia corporis membra Deo attribuebant. Alii autem abſtruſiorem, quæ in literæ receſſu latet, ſententiam eius conſiderantes, contrarium maxime ſentiebant: atq; aliter opinantes, impios eſſe. & plaſphemare in Deum dicebant. Inter quos præcipue Theophilus Alexandrinus fuit. Atq; is perſæpe in eccleſia etiam eos perſtrinxit, qui de Deo tam craſſe opinarentur, vt humana forma eũ eſſe exiſtimarent. Quam ſententiam in epiſtolam quoq; eam retulit, quam ex conſuetudine de paſchalibus feriis ſcribere ſolitus erat: Oportere ſcilicet Deum incorporeum, & ab humana forma alienum mente concipere, docens. Hoc vbi cognouerunt qui in Ægyptiis Aſceteriis viuebant monachi, illis relictis, quam celerrime Alexandriã venerunt, tantam eam ob cauſam ſeditionem concitantes, vt Theophilum veluti impium & blaſphemũ hominem ſublatum voluerint. Ille autem conſilio eo deprehenſo, arte quadam rem eam expediuit: atque in ſeditioſorum conſpectum veniens, aſſentatione eos fefellit: Sic, inquiens, vos vidi vt faciẽ Dei. Hoc verbum illis vt iram remitterent, perſuaſit. Proinde ſtatim intulerunt: Si quidem quod ore profers, corde etiam ſentis, Origenis libros te damnare oportet. Nam quia ex monachis nonnulli in eorum lectionem inciderunt, vt ita ſentiant, perſuaſi ſunt, nobiſq; aduerſantur. Sin id facere noles, pœnas nunc dabis, qui impiam & Deo repugnantem opinionẽ ſequaris. Tum Theophilus: Sed & mea dudum, inquit, hæc fuit ſententia: & quod vobis placitum eſt, id facere paratus ſum. Non minus namq; quam vobis & mihi Origenis ſcripta, quiq; ea recipiunt, grauem moleſtiam afferunt.

ferunt. Atque ille quidem tum monachorum turbam deceptam à ſe remouit, & ſeditionem compoſuit. Hæc Nicephorus. De his vide plura in Vadianis.

APELLITÆ.

APellitæ vel Apelliani, ab Apelle Marcionis hæretici diſcipulo dicti ſunt. Nam Marcionis ſecta in multas deſecta partes, monſtruoſas opiniones protulit ſub Marci Antonini Philoſophi Imperio, & pontificatu Soteri ſummi Romanorum antiſtitis, circa annum Domini 178.

1 Dicebant autem illi (vt teſtantur Euſebius lib. 5. ca. 13. Auguſtinus & Philaſtrius) Chriſtum carnem ſuam non de matre, ſed ex elementis accepiſſe, quam, reſurgens ex mortuis, mundo reddidit. & ita ſine carne in cælum aſcendiſſe. Qua ſententia quid fabuloſius dici poteſt? Proinde cum ipſo etiam Apelle ſepulta fuit.

2 Aſſerebant rurſus cum Gnoſticis, Manichæis, Cerdone, Marcione, & Valentino, duos eſſe Deos, vnũ quidem bonum, à quo omnia bona: alterum vero malum, à quo omnia mala procederent. Quanquã illos hac in re à Gnoſticis aliquantulum differre aſſerit Auguſt. lib. de Hæreſibus cap. 23. Nam Apellitæ, inquit ille, non dicebant illos duos deos eſſe (quemadmodum volebant Gnoſtici) duo rerum principia, ſed vnum tantum principium, Deum ſcilicet bonum, & ab illo factum alterum Deum, qui cum malignus eſſet, mundum in ſua creaſſet malignitate.

3 Impingebant quoque Prophetis mendacium, eos aſſerentes contradictionem in ſe implicare, & inde contrario ſpiritu fuiſſe inſpiratos. Quapropter dicebant prophetias eſſe falſas, nihilque in ſe habere veritatis, eo quod inter ſeipſas pugnarent, & ſibi inuicem aduerſarentur. Et cum contrarias ſibimetipſis docerent eſſe prophetias, & contra ab eodem vero eſſe non poſſent, vt hunc errorem facilius tueri poſſent, in alium peiorem lapſi ſunt, aſſeren-

tes duo eſſe rerum principia, à quibus duobus (vt iam diximus) inter ſe diuerſis aut diuiſis, prophetas dicebant eſſe inſpiratos, vt contraria dixerint. Hæc ex Euſebio lib. 5. hiſtor. eccleſiaſt. cap. 12.

4 Negabant denique cum Sadducæis, Simone mago, Baſilide, Hymenæo, Phileto Valentino, Marcione, Ophitis, Cerdone, Caianis, & aliis compluribus, carnis reſurrectionem.

5 Tanta autem peruerſitate præditi fuere, vt qui cum multis aliis hæreticis vellent Eccleſiæ vnitatem prauo dogmate ſeparare, hanc clauſulam ex epiſtola diui Ioannis, Omnis ſpiritus, qui non confitetur Ieſum Chriſtum in carne veniſſe, ex Deo non eſt, eraſerint, ne per omnia erroris conuincerentur. Adeo quidem, vt Theodocion vir eruditiſſimus, Apellem eiuſque aſſectatores, hæreticiſſimos per ſuperlatiuum appellitet, & ſuis ſcriptis eum apprime derideat.

APHTHARTODOCITÆ.

Aphthartodocitarum hæreſis, temporibus Iuſtiniani huius nominis primi Romanorum Imperatoris, & Felicis quarti ſummi eorundem Pontificis emerſit, circa annum Domini 536.

Dicebant autem illi, carnem, quam ex virgine Saluator Chriſtus aſſumpſit, ante paſſionem, incorruptibilem fuiſſe. Sed iſti (vt dicit Tertullianus aduerſus Praxeam) non ſatis perſpexerunt ſacramentum aſſumptionis hominis, (quod ſacramentum Dei vocat Hilarius) non item minorationem & exinanitionem verbi Dei, formamque ſerui: non exaltationem & glorificationem hominis Chriſti, eiuſdemque primogenitum ex mortuis. Pater quidem minorauit filium modice citra angelos, ad terras demittendo: gloria tamen & honore coronaturus illum, in cælos reſumendo: vt recedente infirmitate, (inquit diuus Ambroſius) agnoſceretur diuinitas. Et vt ait Irenæus libri tertii capite trigeſimo tertio, primogenitus mortuorum Dominus

Digitized by Google

minus, & in ſinum ſuum recipiens priſtinos patres, regenerauit eos in vitam Dei: ipſe initium factus viuentium, ſicut Adam initium morientium factus eſt. Propter hoc & Lucas initium generationis inchoans, in Adam retulit: ſignificans quod non illi hunc, ſed hic illos in Euangelium vitæ regenerauit. Et ideo (inquit Cyril. in Theſau. lib. 10.) primogenitus vocatur, quia in ipſo primo deificati ſumus.

De Aphthartodocitis autem ſic ſcribit Nicephorus libro decimoſeptimo, capite vigeſimonono: Nondum, inquit, multum à quinta Synodo (vniuerſali, Conſtantinopoli coacta ſub Iuſtiniano Imperatore) præterierat tempus, & vetus Zizaniorum ſator, quod nequaquam tranquillum eccleſiæ ſtatum cernere poſſet, vt eam perturbaret, deprauata rurſum dogmata quaſi quaſdam machinas ei admouit. Quum namq; Seueri doctrina ex eccleſia reiecta, & qui illam ſecuti fuerant, atq; etiam Origenis, & Didymi, & Euagrii, aliorumq; aliena atque abſurda dogmata, nec non ante hos Anthimi, & Petri, & Zooræ impiorum hominum opiniones, anathemate confoſſę eſſent: Seueritæ, à Iuliano Halicarnaſſeo & Gaino progreſſi, ſub pietatis prætextu cum quibuſdam fortiter congreſſi eis perſuaſere, quod ea, quam ex virgine Saluator Chriſtus aſſumpſit, caro ante paſſionem incorruptibilis fuerit. Quorũ iſta fuere verba: Nos quidem per neceſſitatem naturæ, affectiones eius, famem ſcilicet & ſitim, & reliquas, circunferimus: Chriſtus vero, vtpote qui ſponte ſua paſſus ſit, non itidem atque nos, naturæ legibus ſubſeruiit. Aduerſus quæ verba, pii homines retulerunt: Quamuis ſpontanea Chriſti paſſio fuerit, æqualem tamen noſtræ fuiſſe. Quomodo vero poſſet, quod qualicunque tandem modo pateretur, id incorruptibile proprie, & non corruptibile, perinde atque de nobis ipſis loquimur, dici? Ad quod illi rurſum: Quomodo vos corpus Chriſti incorruptibile poſt reſurrectionem, & nobis conſubſtantiale dicitis: eodem modo & nos incorruptibile id ante reſurrectionem dicentes, conſubſtantiale nobis eſſe confitemur. Contra hæc

noſtri rurſum intulerunt: Tametſi corpus Dominicum incorruptibile poſt viuificam reſurrectionem cõfitemur, non natura tamen id incorruptibile eſſe dicimus, ſed gratia. Atque vbi illi contradicerent, Quod etiam ante reſurrectionem per diuinam gratiam incorruptibile fuerit: Noſtri rurſum, Ea quæ de Chriſto dicuntur, hoc minime admittere, reſponderunt. Ante reſurrectionem nanque & eſuriiſſe, & ſitiiſſe, atque alia paſſum eſſe dicitur. Quomodo autem id quod talibus perpeſſionibus ſubditum eſſet, incorruptibile eſſet? Poſt reſurrectionem ſane nihil quicquam talium perpeſſum eſſe legitur. Quapropter ſatis inde manifeſtum eſſe, ante reſurrectionẽ corruptibile fuiſſe Domini corpus, poſt reſurrectionem vero extitiſſe incorruptibile. Quod nanque cibum poſt reſurrectionem ceperit, non id famis gratia, ſed per œconomiam ſiue diſpenſationem manifeſtæ ex mortuis reſurrectionis, ab eo eſt factum, vt exhiberet ſe eum ipſum, qui ex mortuis reſurrexit, eſſe. Quo nimirum modo clauorum etiam fixuras oſtendit, vt reuera ſe reſurrexiſſe, neq; ſpectrum eſſe probaret. Proinde ſcripturam non dicere, quod poſt reſurrectionem ex mortuis vel eſuriens manducauerit, vel ſitiens biberit: ſed quod ſimpliciter tantum ederit & biberit, propterea quod incorruptibilis poſt reſurrectionem fuerit.

Quod ſi forte ſanctorum etiam quorundam oracula illi adduxere, in corpus Domini corruptionem prorſus non cadere, de alia corruptione, quam quæ nunc propoſita eſſet, illos verba facere, noſtri dixere. Corruptionis enim vocabulum duo ſignificat. Eius enim nomine, naturales iſtæ & irreprehenſibiles carnis affectiones ſiue perpeſſiones veniunt, ſit is ſcilicet, fames, fatigatio, & angor, & aliæ. Ad quem modum corruptibile Domini corpus, vtpote conſubſtantiale nobis, dicimus. Eas quippe perpeſſiones omnes voluntate ſua DEVS Verbum, propterea quod homo proprie & vere factus ſit, ſuſcepit. Atq; hoc ipſo modo Domini corpus incorruptibile dicere, de Iuliani

Halicar-

Halicarnaſſei & Gaini ſententia, ſummæ impietatis eſt. Et corruptio quidem vna hæc eſt. Eſt autẽ & alia corporis ſcilicet in ea elementa, ex quibus compoſitum eſt, ſolutio, & carnis ipſius incarnatio. Iuxta quam ſignificationem & nos corpus Domini incorruptibile prædicamus, quòd inquinamentum nullum inuadere & pertingere potuerit. Poſt diuinam quidem reſurrectionem, etiam ſecundum priorem verbi corruptionis ſignificationem incorruptibilẽ carnis Domini aſſumptionem eſſe ſentimus: ſicuti & corpora noſtra poſt reſurrectionem, Deo dante, erunt: ante reſurrectionem verò, ſecus.

Atque hæc ipſa eſt Aphthartodocitarum hæreſis, quâ multi mortales ſunt corrupti, non ſolùm ex his qui honores & magiſtratus geſſerunt, ſed etiam Hierarchæ primarii, & Monachi vita illuſtres, & ex ſacerdotali ordine alii; atque adeò ipſe etiam Imperator Iuſtinianus. Et is plurimùm opinioni ei inhæſit, non quidem ille altiùs dogma tale inueſtigans, verùm verbi ipſius ſignificationi acriùs inſiſtens, videlicet qui haudquaquam tale quiddam de Chriſto, propter ſummum ipſius erga illum amorem & deſiderium, audire conſtituerit. Princeps etenim iſte tanto in Chriſtum pietatis ardore flagrâſſe, ab eis qui res illius memoriæ poſteritatis mandârunt, dicitur, quanto alius qui ante eum imperium obtinuerunt, nemo, ter maximo illo Conſtantino ſemper excepto. Itaque propter vehementem in Chriſtum amorem, illius gratia, multa etiam violenter fecit. Hebræos namque Paſcha ante Chriſtianos, celebrare paſſus non eſt. Et Samaritanos, quòd à ſententia ſua diſcedere nollent, afflixit. Plurimis quoque templis vbique terrarum numen diuinum honorauit, quæ magnificentiſſimè conſtruxit: quippe qui Deum honoribus eiuſmodi præcipuè colere voluerit. Alia inſuper hiſce conſimilia peregit, vt omnibus certò abundantem & veram, quam in intimo gerebat animo, erga Deum pietatis affectionem palàm faceret. Tum verò is Imperator à recta planaque & regia via dilapſus, atque inſuetum diuiniſque Apoſtolis & Patribus

Digitized by Google

noſtri rurſum intulerunt: Tametſi corpus Dominicum incorruptibile poſt viuificam reſurrectionem cõfitemur, non natura tamen id incorruptibile eſſe dicimus, ſed gratia. Atque vbi illi contradicerent, Quod etiam ante reſurrectionem per diuinam gratiam incorruptibile fuerit: Noſtri rurſum, Ea quæ de Chriſto dicuntur, hoc minime admittere, reſponderunt. Ante reſurrectionem nanque & eſuriiſſe, & ſitiiſſe, atque alia paſſum eſſe dicitur. Quomodo autem id quod talibus perpeſſionibus ſubditum eſſet, incorruptibile eſſet? Poſt reſurrectionem ſane nihil quicquam talium perpeſſum eſſe legitur. Quapropter ſatis inde manifeſtum eſſe, ante reſurrectionẽ corruptibile fuiſſe Domini corpus, poſt reſurrectionem vero extitiſſe incorruptibile. Quod nanque cibum poſt reſurrectionem ceperit, non id famis gratia, ſed per œconomiam ſiue diſpenſationem manifeſtæ ex mortuis reſurrectionis, ab eo eſt factum, vt exhiberet ſe eum ipſum, qui ex mortuis reſurrexit, eſſe. Quo nimirum modo clauorum etiam fixuras oſtendit, vt reuera ſe reſurrexiſſe, neq; ſpectrum eſſe probaret. Proinde ſcripturam non dicere, quod poſt reſurrectionem ex mortuis vel eſuriens manducauerit, vel ſitiens biberit: ſed quod ſimpliciter tantum ederit & biberit, propterea quod incorruptibilis poſt reſurrectionem fuerit.

Quod ſi forte ſanctorum etiam quorundam oracula illi adduxere, in corpus Domini corruptionem prorſus non cadere, de alia corruptione, quam quæ nunc propoſita eſſet, illos verba facere, noſtri dixere. Corruptionis enim vocabulum duo ſignificat. Eius enim nomine, naturales iſtæ & irreprehenſibiles carnis affectiones ſiue perpeſſiones veniunt, ſit is ſcilicet, fames, fatigatio, & angor, & aliæ. Ad quem modum corruptibile Domini corpus, vtpote conſubſtantiale nobis, dicimus. Eas quippe perpeſſiones omnes voluntate ſua DEVS Verbum, propterea quod homo proprie & vere factus ſit, ſuſcepit. Atq; hoc ipſo modo Domini corpus incorruptibile dicere, de Iuliani

Halicar-

Halicarnaſſei & Gaini ſententia, ſummæ impietatis eſt. Et corruptio quidem vna hæc eſt. Eſt autē & alia, corporis ſcilicet in ea elementa, ex quibus compoſitum eſt, ſolutio, & carnis ipſius incarnatio. Iuxta quam ſignificationem & nos corpus Domini incorruptibile prædicamus, quòd inquinamentum nullum inuadere & pertingere potuerit. Poſt diuinam quidem reſurrectionem, etiam ſecundum priorem verbi corruptionis ſignificationem incorruptibilē carnis Domini aſſumptionem eſſe ſentimus: ſicuti & corpora noſtra poſt reſurrectionem, Deo dante, erunt: ante reſurrectionem verò, ſecus.

Atque hæc ipſa eſt Aphthartodocitarum hæreſis, quâ multi mortales ſunt corrupti, non ſolùm ex his qui honores & magiſtratus geſſerunt, ſed etiam Hierarchæ primarii, & Monachi vita illuſtres, & ex ſacerdotali ordine alii, atque adeò ipſe etiam Imperator Iuſtinianus. Et is plurimùm opinioni ei inhæſit, non quidem ille altiùs dogma tale inueſtigans, verùm verbi ipſius ſignificationi actiùs inſiſtens, videlicet qui haudquaquam tale quiddam de Chriſto, propter ſummum ipſius erga illum amorem & deſiderium, audire conſtituerit. Princeps etenim iſte tanto in Chriſtum pietatis ardore flagrâſſe, ab eis qui res illius memoriæ poſteritatis mandârunt, dicitur, quanto alius qui ante eum imperium obtinuerunt, nemo, ter maximo illo Conſtantino ſemper excepto. Itaque propter vehementem in Chriſtum amorem, illius gratia, multa etiam violenter fecit. Hebræos namque Paſcha ante Chriſtianos, celebrare paſſus non eſt. Et Samaritanos, quòd à ſententia ſua diſcedere nollent, afflixit. Plurimis quoque templis vbique terrarum numen diuinum honorauit, quæ magnificentiſſimè conſtruxit: quippe qui Deum honoribus eiuſmodi præcipuè colere voluerit. Alia inſuper hiſce conſimilia peregit, vt omnibus certò abundantem & veram, quam in intimo gerebat animo, erga Deum pietatis affectionem palàm faceret. Tum verò is Imperator à recta planaque & regia via dilapſus, atque inſuetum diuiniſque Apoſtolis & Patribus

intactum iter ingreſſus, in ſpinas & tribulos incidit. Et quum Eccleſiam in ſententiam ſuam adducere vellet, conſilio opinioneque ſua falſus eſt: quod rectam publicamque viam ſepto firmiſſimo Dominus ita communiiſſet, vt non facilè quiuis inuadere eam & deſtruere poſſet.

Voluit namque tandem idem Imperator Iuſtinianus vi adhibita, omnem clerum in ſententiam ſuam adducere, ſed fruſtrà id conatus eſt, Anaſtaſio Antiocheno Epiſcopo, forti animo eidem reſiſtente. Scripſerat enim Imperator edictum, in quo Corpus Domini incorruptibile, & in quod irreprehenſibiles etiam perpeſſiones non caderent, vocauit: ita Dominum ante paſſionem ediſſe aſſerens, ſicuti & poſt reſurrectionem ederit, quod non minus ab ipſa corporis in vtero Dei genitricis conformatione id mutationis aut alterationis alicuius in ſpontaneis iſtis & naturalibus perpeſſionibus, quàm poſt reſurrectionem pro eo atque ſanctiſſimum eſſet, capax non fuerit: & quod idem corpus, incorruptibilitatem non poſt paſſionem tantum, id quod Eccleſia Catholica profitetur, verum etiam ante paſſionem, ab ipſa vſque diuina ſeminiſque experte conceptione obtinuerit. Vt verò in ſententiam ſuam ſacer ordo in Oriente ſimul & Occidente leuem & futilem iret, vi adhibita cogere cœpit. At vniuerſi oculis in Anaſtaſium Antiochenum coniectis, vt ab eo quid facto opus eſſet, diſcerent, cupidè expectabant. Per quam illi cauſam, primam eius conflictationem ſapienter repulerunt. In hunc enim perinde atque in propugnaculum quoddam Iuſtinianus impegit, omni illum arte aggreſſus, rectè hac ſecum, vt illi videbatur, ratione deliberata, eum ſi concuſſiſſet, non difficili opere ſe orbem omnem in poteſtatem ſuam redacturum, vera & Germana dogmata conuerſurum, & Chriſti gregem in captiuitatem abacturum.

Anaſtaſius verò fidei petra firmiter eſt nixus, & adeò aduerſus Imperatoris impetum diuina prorſus ſublatus mente ſubſtitit, vt propalam diſertis verbis, demonſtratio-

nes

nes quoque arte maxima compoſitas adhibendo, illi dixerit, corruptibile fuiſſe ante paſſionem Domini Corpus, naturalibusque & irreprehenſibilibus obnoxium perpeſſionibus. Idque ita & ſacros Apoſtolos tradidiſſe, & Diuos Patres ſenſiſſe atque prædicaſſe. Quæ ſanè omnia etiam ad Monachorum primæ & ſecundæ Syriæ ordinem, qui illum de eis conſuluerant, manifeſtè & liberè reſcripſit, omnes, vt ita ſentirent, confirmans, & quaſi quidam aliptes ad certamen pro pietate obeundum excitans. Dictumque illud quod vas electionis protulit, omnibus ſubiiciens atque proponens: Si quis vobis, præterquam accepiſtis, euangelizauerit, anathema ſit. Illi porrò omnes in eadem ſententiæ æmulatione perſtiterunt. Quam ob cauſam, vt ſibi ita reſiſtentem in exilium ageret, Iuſtinianus conſilium cepit. Id verò vt Anaſtaſius audiuit, compoſitam ſtatim orationem, in qua argumentis congrederetur, Antiochenis, vt ea ſe defenderent, ſi opus eſſet, obtulit. Ea autem verborum elegantia & enthymematum denſitate eſt confecta, nec non dictorum ex ſacris literis depromptorum vbertate ad rem ipſam ita accommodata, vt maximam author libri eius conſequutus ſit admirationem. Sed ſcriptum id, quod Deus meliori quadam ratione Eccleſiæ ſuæ conſultum voluerit, editum non eſt.

Iuſtinianus namque quum Anaſtaſii ſacerdotumque eius, qui eodem cum illo ardore flagrabant, exilii libellum dictaret, inuiſibili ictus plaga, ex vita hac exceſſit, triginta & octo annis, menſibusque octo in Imperio tranſactis, quum quidem Aphthartodocitarum opinionem non aboleuiſſet: quippe qui ſententiam eiuſmodi ad honorem Dominici Corporis magis facere exiſtimauerit. Nonnulli certè quidem veniam illi concedunt, neque eum ob talem opinionem, itidem vt hæreſes alias, ab Eccleſia proſcriptum eſſe dicunt. Id ex præfatione ſextæ Synodi magis liquet, quæ Iuſtinianum beata

quiete dignatur, verbis eiuſmodi: Quandoquidem ſanctæ & Oecumenicæ duæ Synodi, quæ in imperante hac & religioſa vrbe coactæ ſunt, altera quidem Iuſtiniani diuinæ quietis temporibus, altera verò ſub piæ memoriæ Imperatoris noſtri Conſtantini clementiæ tuæ parentis, &c. Sed enim acta quoque eius Concilii, quum mentio eius facienda eſt, ſemper eum qui in ſanctis eſt, Iuſtinianum dicunt. In quacunque verò ille demùm apud Deum & homines eſt exiſtimatione, cum quidem hanc etiam ob cauſam illum ſacrum Eutychium, atque alios plures throno expuliſſe aiunt. Cæterùm moriturus, ſicuti Diuus Conſtantinus Athanaſii, ita & hic Eutychii reſtitutionem in teſtamento, Iuſtino ſucceſſori ſuo mandauit. Equidem opinor, non autem decerno, propter alia ipſius egregiè & rectè facta, & præſtantem in diuinum numen æmulationem, piamque in omnibus religionem, interueniente quoque mirifico Dei verbi Sapientiæ templi opere, ſi quid tum in eo deſideratum, id infinita Dei miſericordia reſarctum & contectum iri.

Illud verò quod de eo idem ſcribit Nicephorus, ſummè annotandum venit, nimirùm, quòd cum fames Bizantii increbuiſſet rerum neceſſariarum inopia, ipſe Imperator ſecunda ſtatim ieiunii hebdomade, carnes in foro venales proponendas, promulgauit. Et hoc quidem ſic per vim actum. Populus autem, qui pietatem ſibi conſectandam ſtatuiſſet, neque eas emebat, neque edebat: mortem ſibi potius adeundam eſſe cenſens, quàm vt quicquam de patriis moribus & traditionibus mutaret. Hæc de Iuſtiniano & hæreſi Aphthartodocitarum dicta ſunt ex Nicephoro.

APOCRYPHI.

APocrypha hæreſis eorum eſt (teſte Philaſtrio) qui ſolùm Prophetas & Apoſtolos recipiunt, non autem reliquas ſcripturas Canonicas, id eſt, legem & Prophetas, veteris ſcilicet & nouum Teſtamentum. Adeò quidem, vt cum iſtius hæreſis ſequaces volunt ſolum illa Apocrypha ſtudioſè

Digitized by Google

dioſè legere, contraria ſcripturis Canonicis ſentiant, atque paulatim dogmatizent: contra legem & Prophetas, contraque conſtitutiones beatiſſimorum Apoſtolorum & eorum conſulta agentes: è quorum numero ſunt maximè Manichæi, Gnoſtici, Nicolaitæ, Valentiniani, & alii quàm plurimi, qui Apocrypha Prophetarum & Apoſtolorum, id eſt, actus reconditos ſeparatosque habentes, Canonicas legere ſcripturas contemnunt.

Apocrypha autẽ ea dicuntur, quæ quaſi recondita & occulta, ſeu ſeparata ſunt, falſitatibusque ſuſpecta, non editæ ab his, à quibus edita deſignantur, & quæ ideò legi publicitùs vetita ſunt ab Eccleſia, ſed priuatim ac domi, pro ſuo cuiusque animo & voluntate. Nam Apocrypha, inquit Diuus Hieronymus Ruffino ſcribens, neſcit Eccleſia. Quorum etiam deliramenta idem in Prologo in Pentateuchum & in libros Regum Galeato, inſectatur. Itemque coniicere iubet ſuper cap. 64. Eſaiæ, quæ teſtimonii ſcripturarum videlicet occaſione, Chriſti Eccleſiis ingeruntur, de quibus verè dici poteſt, quod ſedeat diabolus cum diuitibus in Apocryphis, vt interficiat innocentem. Et iterum: Inſidiatur in Apocryphis quaſi Leo in ſpelunca ſua, vt rapiat pauperem: per cuiuſmodi ſpinarum inculta, multæ deceptæ ſunt mulierculæ, vt hæreticorum nominum portenta ſuſciperent. Vigilantio itaque Apocrypha, quæ ſub Eſdræ & Salomonis nomine ab eo eiusque ſimilibus legerentur, proponenti, & de his teſtimonium quaſi pro ſe faciens, quod omninò Tynon ſcripſiſſent, ſumenti, legiſſe ſe negat. Quid enim, ait, neceſſe eſt in manus ſumere, quod Eccleſia non recipit: niſi fortè ridicula antiquorum hæreticorum nomina, & incredibilia portenta proſequeris, & proponis quod totius orbis authoritate damnatur: & ſi tibi placuerit, legito fictas omnium Patriarcharum & Prophetarum reuelationes, quas cum didiceris, inter mulierum textrinas cantato immò legẽdas propone in tabernis tuis, vt faciliùs per has nænias vulgus indoctum prouoces ad bibendum. Vnde Origenes: Scripturę, inquit, Apocryphę appellantur,

eò quòd multa in eis corrupta ſunt, & contra fidem inueniuntur tradita, & ſine authoritate pleraque dicta. Diuus item Hieronymus epiſtola ad Lætam, de eiſdem ſcripturis ſic ait: Caueat fidelis omnia Apocrypha: et ſi quando ea non ad dogmatum veritatem, ſed ad ſignorum reuerentiam legere voluerit, ſciat non eorum eſſe, quorum titulus prænotatur multaque his annexa vitioſa, & grandis eſſe prudentiæ, aurum in luto quærere. Rurſus Diuus Auguſtinus: Etſi in Apocryphis, inquit, aliqua veritas inueniatur, tamen propter multa aut falſa, aut ſuſpecta, nulla eſt canonica authoritas. Quæ idcirco Apocrypha appellantur, quod occulta eorum origo patribus non claruit, à quibus variarum ſcripturarum authoritas ad nos certiſſima & notiſſima ſucceſſione peruenit.

Ex quibus quidem liquet, quæ Apocrypha & quæ Canonica ſcripta appellentur. Canonica namque, teſte Cypriano & Ruffino ſunt ea, quæ intra Canonem Patres concluſerunt, & ex quibus fidei noſtræ aſſertiones conſtare voluerunt. Eccleſiaſtica autem ab eis appellata ſunt, quod ea quidem in Eccleſiis legi voluerint, non tamē proferri ad authoritatem ex eis fidei confirmandam. Non enim quia Hieronymus ſic vel ſic docet, non quia Auguſtinus, atque alius quiuis ex Patribus aſſerit, idcircò verum eſt & tenendum, ac ſi eſſet orthodoxæ fidei ſententia, canonicaque doctrina: ſed quia Hieronymus, Auguſtinus, ac cæterorum Patrum quiſpiam demonſtrauit, vel in ſcripturis canonicis ſic eſſe, vel vniuerſalem Eccleſiam & Apoſtolicam ab initio ſic tenuiſſe atque credidiſſe, idcircò tenendum eſt, tanquam fidei & de canonica Chriſtianæ religionis ſententia. Differunt itaque Eccleſiaſtica ab Apocryphis in hoc, vt inquit Diuus Hieronymus, quod non in Eccleſiaſticis, ſicut in Apocryphis, repertum ſit, fidei pietatem vacillare. Ideò Eccleſiaſtica non ſolum ſine periculo fidei, ſed cum ipſius incredibili lucro recepta ſunt, tanquam ſatis digna quæ in Eccleſia legantur, & piè ſatis credantur.

Digitized by Google

dantur. In Apocryphis verò vel comperta falſitas eſt, vel ſidei pietas nimiū ſuſpecta. Quare merito remota ſunt non à canonicis tantū, ſed à patrū etiā ſcripturis: quippe quę aut nō ſine periculo, aut non ſine irriſione fidei Chriſtianæ in Eccleſiis legantur. Nimium ſanè hæreticorū & infidelium hominum irriſioni exponitur Eccleſiæ fides, dum falſa quædam nos credimus, quæ ipſi occulte ſub nomine alicuius Apoſtoli aut Apoſtolici viri confinxerunt. Quamobrem Eccleſia iam ab initio curauit, ne quid publice legendum proponeretur, quod non certo authore ſub fidelium atteſtatione relatum ſciret.

Propter quod etiam (inquit Philaſtrius libro quem de hæreſibus conſcripſit) ſtatutum eſt ab Apoſtolis & eorum ſucceſſoribus, non aliud legi in Eccleſia debere Catholica, niſi legem & Prophetas, & Euangelia, & Actus Apoſtolorum, & Pauli tredecim Epiſtolas, & ſeptem alias, Petri duas, Ioannis tres, Iudæ vnam, & vnam Iacobi, quæ ſeptem, Actibus Apoſtolorum coniunctæ ſunt.

APOCARITÆ.

APocaritarum hæreſis à Manete natione Perſa exorta eſt, tempore Taciti Romanorum Imperatoris, & Eutychiani ſummi Pontificis, circa annum Domini CC. LXXVIII. Quæ hæreſis multas magnasque regiones & vrbes infecit ſua contagione & conturbauit. Tanto enim ſucceſſu propagata eſt, vt poſtea per annos ducentos ſopiri non potuerit. Vt cognoſcat lector pius nihil in rebus humanis peſtilentius eſſe praua doctrina: atque adeò etiam omnes hæreticos ſeditionis cupidos eſſe, neque affectare aliud, quàm vt errorem ſuum ſeditione & tumultu publico tueantur, & latiſſimè propagent. Nam Sathan author eorum, mendax pariter & homicida eſt. Vtrumque enim in omnibus ſchiſmaticis palàm eſt, qui ſimul falſa docent, & cædem

per ſeditiones & perturbationem rerum publicarum excitare ſolent.

Ab hoc ergo Manete numeroſa hæreticorum colluuies progreſſa eſt. Multi namque hæretici ſub eius hæreſi militârunt, quamuis alii aliis nominibus appellati. Ad Manichæos ſiquidem pertinent Audiani, Apocaritæ, Brachitæ, Dicartitæ, Taſcodrogitæ, Teſalitæ, & Tetraditæ. De quibus omnibus dicetur infrà, & eorum fit mentio C. de hęreticis & Manichæis.

Hi ergò Apocaritæ conueniunt in vnum cum Gnoſticis aduerſus Dominum, & aduerſus fidem Eccleſiæ, quam ille per Apoſtolos & Prophetas nos docuit, aſtruentes, animam hominis eſſe aut Dei ſubſtantiam, aut ex Dei ſubſtantia: contra illud Geneſeos 2. Formauit Deus hominem de limo terræ, & inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ: quod ſpiraculum nihil aliud eſt, quàm anima ipſa, quod & oſtenditur per id quod ſubditur. Et factus eſt homo in animam viuentem. Si ergo anima eſt illud ſpiraculum, quod ſpirauit Deus in faciem Adæ, facilè conſequitur, eam non eſſe ex Dei ſubſtantia, quemadmodum flatus ex hominis ore prodiens, non eſt de ſubſtantia hominis, ſed ex aëre circumfuſo. Hi rurſus alios ſequebantur errores, quos quære in Manichæis & Gnoſticis.

APOLLINARISTÆ.

APollinariſtæ, vel Apollinariani dicti ſunt, ab Apollinari viro Laodiceno, qui imperante Valentiniano Cæſare, & ſummum Romanæ Eccleſiæ Pontificatum agente Damaſo Hiſpano, circiter annum Domini 377. inſignis habebatur.

De hoc Apollinari in hunc modum tradit Socrates Tripartitæ hiſt. l. 5. c. 44. Per idem tempus (ſcil. quo Eunomius hæreſiarches factus, impietatis cumulo augebat Arrii blaſphemias, h. e. ſub Valentiniani & Valentis imperio) in Laodicea Syriæ duo erant viri, eodem nomine nuncupati, pater & filius: vterque dicebatur Apollinaris. Pater, Preſbyteri digni-

Digitized by Google

dignitate fungebatur: filius autem habebat Lectoris officium, Græcarum ambo Doctores literarum. Pater Grammaticus, filius erat Rhetor. Pater ſiquidem cum fuiſſet Alexandrinus genere, & prius docuiſſet Beryti, poſtea venit Laodiceam: & veniens duxit vxorem, filiumque habuit Apollinarem. Tum igitur ambo exercebantur cum Epiphanio Sophiſta: & cum eſſent eius amici, valdè fouebant eum. Hoc metuens Theodotus Laodicenſis Epiſcopus, ne frequenti confabulatione Sophiſtæ, laberentur in Paganiſmum, prohibuit eis ne ad eius ſcholas accederent. Qui paruipendentes Epiſcopum, Epiphanii amicitiam magis amplectebantur. Poſtea Georgius Theodoti ſucceſſor, cum eos prohibere non potuiſſet, ambos communione priuauit. Tum Apollinaris filius, putans eſſe iniuriam, & fretus eloquii tumore ſophiſtici, nouitatem & ipſe introduxit hæreſeos, quæ nunc fertur, nomen ab inuentore gerens. Aiunt enim quidam excitatos eos aduerſus Georgium, non tantum propter prædictam cauſam, ſed quòd viderent eum varia dogmata proferentem: & nunc quidem profitentem ſimilem patri filium, ſicut erat Seleuciæ conſtitutum: nunc autem in Arrianam declinare ſententiam. Quapropter velut opportunam ſumentes occaſionem, abſcedunt. Cumque nullus de eis curaret, ſub ſchemate religionis, peſtem hæreſeos introducunt.

Et primùm quidem dicebant, animam à Deo verbo in diſpenſatione incarnationis non aſſumptam, id eſt, Chriſtum corpus tantummodò ſine anima ſuſcepiſſe ex virgine.

Deinde quaſi pœnitentia ducti, corrigentes ſemetipſos, adiecerunt, animam quidem aſſumptam, quæ tamen non haberet mentem: ſed Deum verbum eſſe pro mente in homine aſſumptum. Circa hoc itaque ſolum dicuntur eſſe corrupti, qui nunc illorum nomine vocitantur. Nam Trinitatem conſubſtantialem eſſe profitentur. Neque diffitebantur Chriſtum carnem habuiſſe (vt Cerdon, Proclianitæ, Apellitę, Manichæi, Priſcillianus & Valentinus nega-

bant) ſed dicebant in ipſo incarnationis opere, aliquid verbi in carnem eſſe conuerſum.

De his item ſic ſcribit Nicephorus libro vndecimo, capite duodecimo. Eccleſiaſticæ hiſtor. Apollinares, inquit, duo fuerunt, pater & filius, vterque Græcis diſciplinis valdè eruditus. Hi permultos & vtiles Eccleſiæ libros edidère. Nam pater ſuâ ætate omnium facilè doctiſſimus atque eloquentiſſimus, Porphyrii veſaniæ, qua in Chriſtianos incredibili petulantia debacchabatur, triginta voluminibus reſpondit. Denique cum Iulianus Cæſar, fidei Chriſtianæ deſertor, interdixiſſet Chriſtianis diſciplina Græcorum, ne nihil ageret, Hebræorum hiſtorias vſque ad Samuëlis Regis tempora, heroico carmine conſcripſit in viginti quatuor Tomos, iuxta literarum Græcarum numerum opus illud (vti ferunt) partitus. Cæterum poſtea ingenii ac eloquentiæ fiducia fretus, nouum ac pernicioſum dogma in Eccleſiam inducere voluit, potiſſimumque Apollinaris filius. Qui multis ab Eccleſia abductis, ſuos ſibi conuentus egit, ſociumque conſtituendi dogmatis ſui Vitalim accepit Antiochenum, ex eorum numero qui Meletii Eccleſiam frequentabant, Preſbyterum.

Ex eo tempore in aliis quoque vrbibus ſub Epiſcopis ſuis conuentus habuère, & ritus ab Eccleſia Catholica alienos celebrauère: præter receptas ſacras cantilenas, numeroſa etiam carmina quædam ab ipſo Apollinari inuenta decantantes. Nam is præter eruditionem reliquam in Poëtica quoque varii generis verſibus componendis excelluit. Qua ille oblectatione multis, vt ſibi adhærerent, perſuaſit. Et viri in compotationibus manuumque laboribus, mulieres quoque in lanificio ſuo carmina [illegible] pſallebant. Ad ſtudii enim & laborem laxamentum, ad dies feſtos & ad res alias, prout tempus fert, poëmata elaborauit, quæ ad laudem Dei pertinent omnia.

Digitized by Google

Hanc hæreſim latius ſerpere, quum primus vrbis Romæ Epiſcopus Damaſus & Petrus Alexandrinus cognouiſſent, coacto Romæ Concilio, alienam eſſe ab Eccleſia vniuerſali ſtatuerunt. Apollinaris etiam ipſe itidem propter animi imbecillitatem, dogmate ſuo inſtituendo res nouas moli-tus eſſe dicitur. Huiuſmodi de cauſa Athanaſius Alexandrinæ Eccleſiæ Epiſcopus, ſub Conſtantio in exilium actus, quum in Ægyptum redire iuſſus eſſet, & per Laodiceam iter faceret cum Apollinari, quod amiciſſimus ei eſſet, familiariter verſatus eſt. Quod autem qui diuerſæ erant ſectæ, commercium & communionem eius veluti iuriiurandi ſacramento abnegatam auerſarentur, inter quos & Georgius Laodicenſis Epiſcopus fuit, Apollinarim eo nomine ab Eccleſia excludit, tanquam contra Canones & ſacras conſtitutiones cum Athanaſio fuiſſet. Et cum criminis loco id ei obiecit, tum rationem etiam & pœnam veterum atque pœnitentia obliteratorum erratorum cum conuicio ab eo exegit. Quum namque Theodotus ante eum adhuc Laodicenſem Eccleſiam regeret, maximè tum pollens Epiphanius Sophiſta, Hymnum in Bacchum recitauerat, quo præceptore iuuenis etiamnum Apollinaris vtebatur. Recitationi eius cum patre ſuo cognomine Grammatico inſigni affuit. Atque vbi Epiphanius orationem eam exorſurus, ſicuti eis qui ſpecimen aliquod talium ſtudiorum exhibent, mos eſt, non initiatos & prophanos exire, & procul eſſe iuſſiſſet: neque Apollinaris, neque eius pater, neque etiam alius quiſpiam, qui ibi aderant Chriſtianorum, ex auditorio ſeceſſit. Id poſtquam reſciuit Theodotus Epiſcopus, moleſtè tulit. Et alijs quidem ex populo aliquatenus obiurgatis, gratiam delicti fecit: Apollinarim verò vtrumque, cum eis propalam peccatum obieciſſet, ab Eccleſia ſegregauit. Erant enim Clerici, pater quidem Preſbyter, filius verò ſacrarum ſcripturarum adhuc lector. Interceſſerat aliquid temporis, & eos, poſtquam lachrymis & ieiuniis crimen admiſſum pœnitentes aboleuiſſent, Theodotus rurſum in gratiam recepit.

Vbi autem Georgius Epiſcopatum eſt adeptus, quod Apollinaris cum Athanaſio familiariter fuiſſet, quemadmodum diximus, excommunicatum eum Eccleſia exegit. Atque ille ſæpè Georgium dicitur, vt in communionem reciperetur, deprecando obſecrâſſe. Verùm vbi id illi non perſuaſit mœrore correptus Eccleſiam turbauit, & dogmate nouo hæreſim ſuam introduxit quoad potuit: compoſitis arte orationibus inimicum vlciſcens, & quòd ſe in ſacrarum literarum doctrina illo præſtantiorem exauthorâſſet arguens. Ad hunc modum ſcilicet priuatæ clericorum tempore quolibet inimicitiæ, maximo Eccleſiam detrimento affecere, & religionem in ſectas multas diſſecuêre. Id inde ſatis liquet. Si enim itidem vt Theodotus Georgius quoque pœnitentem Apollinarim ſuſcepiſſet, hæreſis quæ ab eo nomen habet, vt ego quidem puto, non extaret. Ingenia namque hominum ſi deſpici ſe videant, arrogantem audaciam concipiunt, & contendendi ſtudio res nouas moliuntur. At ſi id quod æquum eſt, conſequuntur, ad moderationem ſe dant, & ſorte ſua contenti ſunt.

Quales verò fuerint eorum opiniones, quiſque facilè cognoſcet ex epiſtola quadam Gregorii Nazianzeni Epiſcopi, quam ad Nectarium Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ Præſulem ſcribit in hunc modum: Incidi, inquit, in Apollinaris libellum, qui omnem hæreticam improbitatem longè ſuperat. Aſſeuerat enim carnem iuxta ſalutis noſtræ adminiſtrationem ab vnigenito filio, naturæ noſtræ tranſmutandæ gratia, non aduentitiam ſuſceptam eſſe: ſed à principio carnalem illam naturam in filio fuiſſe. Atque perperam acceptum dictum quoddam Euangelicum, tanquam teſtimonium tantæ abſurditati prætendit, dicens: Nemo aſcendit in cœlum, niſi qui è cœlo deſcendit filius hominis. Ita vt priuſquam deſcenderit, ipſe filius hominis fuerit & deſcenderit, ſuam illam deferens carnem, quam in cœlo habuerit anteſecularem & conſubſtantiatam. Et rurſus Apoſtolicam aliam profert vocem, ſecundum hominem è cœlo eſſe. Deinde

Deinde inſtituit, hominem illum qui è cœlo venerit, mentem non habere, ſed diuinitatem vnigeniti, naturam mentis adimplere, vt quæ pars tertia humanæ coagmentationis ſit facta, anima & corpore humanitus circa eam exiſtentibus, mente illis decollante, & verbo Dei locum eius obtinente.

Atque equidem nondum graue eſt ſpectaculum: verùm illud omnium longè grauiſſimum, quod ipſum vnigenitum Deum, iudicem omnium, authorem & ducem vitæ, & vaſtatorem mortis, mortalem inſtituit: ita vt paſſionem ille in diuinitate ſua ſuſceperit, & in triduana illa mortificatione corporis, ſimul etiam ea cum corpore mortua, & ſic à patre rurſum reſuſcitata ſit. Reliqua quæ importunitati tantæ ille adiicit, longum eſſet recenſere. Hæc omnia ex Nicephoro.

APOSTOLICI, VEL APOtactici.

APoſtolici, vt inquit Diuus Auguſtinus libro de hæreſibus capite 40. ſe hoc nomine arrogantiſſimè appellârunt, quòd in ſuam communionem non reciperent vtentes coniugibus & res proprias poſſidentes, quales habet Catholica Eccleſia & Monachos & Clericos. Vnde, authore Diuo Thoma libro tertio contra Gentes, cap. 127. ideo iſti habentur hæretici, quod ſe ab Eccleſia ſeparantes, nullam ſpem ſalutis putarent eos habere, qui quibus ipſi carerent, vterentur. Hæc nempe hæreſis Apoſtolos (à quorum falſa imitatione Apoſtolici dici volunt) nec habuiſſe, nec recepiſſe pecuniam aſſerit, nec aliud in craſtinum ſeruaſſe: & quod peius eſt, docet nihil horum Apoſtolis licuiſſe. Quapropter, vt diximus, ſpem ſalutis tollit omnibus pecuniam recipientibus, aut aliquid in craſtinum ſeruantibus. Quo vero tempore illi primum emerſerint, nuſquam adhuc legi, colligi tamen poteſt, eos erupiſſe Seueri Imperatoris & Victoris Papæ temporibus, circa annum Domini 199.

Huius hæreſis porrò refricatores extitiſſe quoſdam Pſeudoapoſtolos aſſerit Alphonſus de Caſtro, qui tempore Adolphi Cæſaris Germani, & Cæleſtini huius nominis quinti Romanorum Pontificis emerſerunt, circa annum Domini ∞. cc. xcv. Quorum Dux quidam nomine Gerardus Sagarellus Parmenſis patria fuit, qui huius erroris conuictus, viuus tandem publicè exuſtus eſt. Hunc velut diſcipulus magiſtrum ſequutus eſt Dulcinus Nouarienſis; qui cum vxore ſua Margaretha eiuſdem criminis conſcia & damnata, ſuo authori ſimilem mortem perpeſſus eſt. De his illud dici poteſt, quod in Diui Iohannis Reuelatione habetur: Tentaſti eos qui ſe dicunt Apoſtolos eſſe, & non ſunt, & inueniſti eos mendaces. Nam cum ſe iactarent vitam agere Apoſtolicam, illud Euangelicum prætexebant, quod Chriſtus magiſter omnium, Apoſtolis dicebat: Nolite poſſidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis veſtris. Et iterum: Nolite eſſe ſolliciti in craſtinum. Et alia huiuſmodi, quæ Dominum ſuis dixiſſe Apoſtolis referunt Euangeliſtæ. Cum contra Chriſtus illa prima ſententia nihil aliud intelligi voluerit, teſte Theophylacto; quàm poſſeſſione carentem ac mundo confixum, magnam oportere pauperum curam gerere: verbumque ipſius Chriſti de non portanda pecunia, inter admonitiones & conſilia eſſe computandum & non inter præcepta. Certiſſimum namque eſt, Chriſtum & eius Apoſtolos pecuniam ſecum portáſſe, quemadmodum Ioannis 4. & 13. capitibus liquidò oſtenditur. Quod verò aliquid in craſtinum ſeruauerint Apoſtoli, ex eo patet, quod cum apud eundem Ioannem Dominus ex quinque panibus & duobus piſcibus ſatiaſſet quinque millia hominum, ſuis poſtea dixerit Apoſtolis: Colligite quæ ſuperſunt fragmenta, ne pereant. Collegerunt autẽ duodecim cophinos fragmentorum. Vbi quidem aliquid reſeruatum manifeſtum eſt. Reliquas huius loci conuictiones vide apud Alphonſum de Caſtro, hęreſi ſecunda de Apoſtolis. Nam noſtri inſtituti

non

non eſt errores conuincere, ſed eos ſolum ad ſuam originem reuocare, quos tamen hoc pacto, teſte Diuo Hieronymo, confutare eſt.

Nullum præterea Apoſtolici, cum Priſcilliano & Flagellantibus, admittunt iuramentum: adeo ſanè, vt etiam periurium licere dicant, hanc ſemper in ore ver[illegible]ntes ſententiam: Iura, periura, ſecretum prodere nol[illegible] Huius hæreſis meminit Diuus Bernardus ſermone 65 & 66. in Cantica. Dicit idem Bernardus ibidem, eos nullam admittere purgatorium locum, in quo animæ ab hac luce migrantes, purgentur à ſordibus, quas in corpore contraxerunt, antequã in æterna tabernacula recipi mereantur: Græcos hac in re & Armenos, Waldenſes quoque & Lutheranos imitati, de quibus videatur l[illegible]cis ſuis.

Quo vero amictus ſigno quondam dignoſcebantur Apoſtolici, oſtendit Nicolaus Emericus lib. quem de hæreticorum inquiſitione edidit, in hæc verba: Induuntur, inquit, tunica alba longa, & deſuper mantello albo ad collum per modum pallii eleuato ſuper tunicam, funiculo adſtringuntur: crines longos deferunt: caput non cooperiunt: nudis pedibus incedunt: per mundum diſcurrunt, nulli obediunt, &c. Hos Diuus Auguſtinus Encratitis ſimiles eſſe aſſerit: Et Epiphanius eos auulſionem dogmatum Tatiani & Catharorum, qui legem non ſuſcipiunt, appellat. Nam & Apotacticos ſeſe appellare volunt a renuntiatione eorum quæ poſſidentur: ſed alia neſcio quæ, propria hæretica docere perhibentur. Euariantur autem apud ipſos etiam myſteria, & gloriantur de inopia. Scindunt ii fruſtrà ac lædunt ſanctam Dei Eccleſiam per vltroneam ſuperſtitionem, elapſi à benignitate Dei. Neque enim lapſi alicuius ampliùs ſuſceptio apud ipſos fit. Abominantur etiam nuptias velut Tatiani, Encratitæ, & Cathari. Et Cathari quidem receptis ſolum ſcripturis vtuntur. Hi verò actibus Andreæ ac Thomæ appellatis, vt plurimùm nituntur, omninò alieni à Canone Eccleſiæ. Hæc Epiphanius.

Digitized by Google

AQVARII.

AQuarii, teſte Diuo Auguſtino libro de hæreſibus, cap. 4. ab effectu dicti ſunt, nimirum quod in Calicis conſecratione ſolam aquam offerendam cenſerent, non autem vinum: contra illud, quod de conſecratione diſtinct. 2. cap. 1. habetur in hunc modum: Non debet in Calice Domini aut vinum ſolum, aut aqua ſola offerri, ſed vtrunque permixtim offeratur. Quam autem illi pro ſe rationem haberent, non refert Auguſtinus. Verùm ex Eccleſiaſtico dogmate conſtat, illos ſobrietatem adeò dilexiſſe, vt eius conſeruandæ cauſa, etiam pro Calicis conſecratione vinum euitandum putârint.

Quis verò huius hæreſis author fuerit, & quo tempore cœperit, nemo eſt qui indicet. Contra hos ſcribit D. Thomas tertia parte, quæſt. 74. Tu qui locum tenes, illum perlegendo, planius videre poteris.

Aduerſus hunc errorem (inquit Alphonſus de Caſtro) tres Euangeliſtæ pugnant, Matthæus, Marcus, & Lucas. Hi enim omnes modum referentes Dominicæ Cœnæ, aiunt, Chriſtum Calicem porrexiſſe diſcipulis: & vt oſtenderent, quem illis in Calice liquorem præbuerit, addiderunt verba Chriſti, dicentis: Non bibam amodò de hoc genimine vitis vſque in diem illum, cum illud bibam vobiſcum nouum in regno patris mei. Ex quibus verbis ſatis apertè oſtenditur, eum liquorem quem Chriſtus diſcipulis in Calice potandum dedit, fuiſſe genimen vitis, nempe vinum.

Quod ſi quis fortè pertinax contendat, de alio quopiam vitis fructu eſſe illa verba intelligenda, hoc plurimorum Conciliorum definitionibus reiicitur, quæ aſſerunt, vinum in Calice non minus eſſe neceſſarium pro ſanguinis conſecratione, quàm panis pro eadem corporis conſecratione. Concilium namque Lateranenſe ſub Innocentio III. celebratum, inter alia ſic definit: Vna verò eſt fidelium vniuerſalis Eccleſia, extra quam nullus omninò ſaluatur. In

qua

qua idem ipſe ſacerdos eſt ſacrificium Ieſus Chriſtus, cuius corpus & ſanguis in ſacramento Altaris ſub ſpeciebus panis & vini veraciter continentur. Hæc Concilium. Ex quo patet, ſub ſpecie vini, ſanguinem latere, & non ſub ſpecie aquæ. Concilium Carthaginenſe tertium in ſuorum decretorum cap. 24. ſic quoque habet: In ſacramentis corporis & ſanguinis Domini nihil amplius offeratur; quam ipſe Dominus tradidit, hoc eſt; panis & vinum aquæ mixtum.

Hoc autem ita faciendum eſſe, atque ita eſſe factum ab ipſis Eccleſiæ primordiis; plurimis edocemur teſtimoniis: Hinc enim Cyprianus libro 2. epiſtol. 3. quæ eſt ad Cæcilium; hæc ait: Quando autem in Calice vino aqua miſcetur; Chriſto populus adunatur, & credentium plebs ei, in quem credidit, copulatur & iungitur. Quæ copulatio & coniunctio aquæ & vini ſic miſcetur in Calice Domini; vt commixtio illa non poſſit ab inuicem ſeparari. Vnde Eccleſiam, id eſt, plebem in Eccleſia conſtitutam, firmiter & fideliter in eo quod credidit, perſeuerantem, nulla res ſeparare poterit à Chriſto, quo minus hæreat ſemper & maneat in diuina dilectione. Sic autem in ſanctificando Calice Domini, offerri aqua ſola non poteſt; quemadmodum nec vinum ſolum poteſt. Nam ſi vinum tantum quis offerat, ſanguis Chriſti incipit eſſe ſine nobis. Si verò aqua ſit ſola; plebs incipit eſſe ſine Chriſto. Quando autem vtrunque miſcetur, & adunatione confuſa ſibi inuicem copulatur, tunc ſacramentum ſpirituale & cœleſte perficitur. Hæc Alphonſus de Caſtro, ex Diuo Cypriano.

AQVILA.

AQuila Ponticus genere, ex Paganiſmo ad Chriſtianiſmum conuerſus, tandem Ebionis ſectam amplexatus eſt, Adriani Imperatoris; & Sixti huius nominis primi Romanorum ſummi Pontificis temporibus; circa annum Domini 132. De quo ſic ſcribit Epiphanius libro de Menſuris & Ponderibus.

Cum Aquila Hieroſolymitanæ vrbi extruendæ ab Ælio Adriano operis præfectus eſſet, ibidemque degens videret diſcipulos diſcipulorum ipſorum Apoſtolorum, florentes fide,& magna ſigna operantes ſanationum & aliorum miraculorum, mente compunctus, Chriſtianiſmo credidit: quumque petiſſet progreſſu temporis ſignaculum in Chriſto, idipſum aſſequutus eſt. Cum autem à primo ſuo habitu non diſcederet, à credendo videlicet vanæ Aſtrologiæ, quam exactè edoctus erat, ſed quotidie poſitionem natiuitatis ſuæ ſpectaret, redargutusque à Doctoribus & increpatus ea gratia, ſe non corrigeret, ſed potius contentioſè ſe illis opponeret, & non conſiſtentia confirmaret, fatum videlicet, & narrationes de ſeipſo, expulſus eſt ab Eccleſia velut inutilis ad ſalutem. Ex quo facto amarulentiam, velut ignominia affectus, mente concepit,& ad æmulationem elatus eſt,& abnegato Chriſtianiſmo, ipſiusque vita, proſelytus fit,& circunciditur Iudæus. Atque tunc laborioſo ſtudio tradidit ſeipſum ad diſcendum Hebræorum linguam, & ipſorum elementa. Vbi verò hanc ſummè didiciſſet, interpretatus eſt non recta ratiocinatione vſus, ſed quô aliqua ex receptis libris peruerteret, irruens in Septuaginta duorum interpretationem, vt teſtimonia de Chriſto in ſcripturis prolata aliter ederet, propter confuſionem quam ſuſtinuit ob temerariam ſuam excuſationem. Poteramus porrò etiam adulteratas ab ipſo dictiones recenſere, quæ ex interpretatione ipſius ipſum redarguunt: verum cum hîc de horum differentia longum eſſet meminiſſe, viſum eſt nobis hactenus ea ſufficere. Hæc Epiphanius.

De quibus ſic ſcribit Irenæus libro quinto operis, cui titulum fecit, Confutatio & euerſio falsò nominatæ ſcientiæ: Deus, inquit, homo factus eſt,& ipſe Dominus ſaluauit nos, deditque ſignum illud quod de virgine ſcriptum eſt,& non ſicut quidam eorum qui auſi ſunt aliter interpretari ſcripturas, dicunt, Ecce iuuencula in ventre concipiet & pariet filium, quemadmodum interpretatus eſt Theodotion Ephe-

Epheſius & Aquila Ponticus, ambo Iudæi proſelyti, ſicut Ebionitæ dixerunt Chriſtum de Ioſeph eſſe natum. Id quoque ex eodem Irenæo recenſet Nicephorus, Eccleſiaſticæ hiſt. lib. 4. cap. 14.

ARMACANVS.

ARmacanus Hibernicus natione florebat anno Domini 136 c. ſub Carolo IV. Imperatore, & Innocentio VI. ſummo Romanorum Pontifice. Vir quidem eruditus, ſed ſuam eruditionem contra Franciſcanos potiſſimum exercens, (vt author eſt Volaterranus 21. in ord. Franciſc.) docebat turpe eſſe Chriſtianis, ſua ſponte mendicos eſſe.

Dicebat etiam, minores ſacerdotes in abſentia Epiſcopi, exercere poſſe munus Epiſcopale, qualia ſunt, Conſecrationes Altarium, olei vel Chriſmatis benedictio, ordinum collatio, & huiuſmodi

Hunc errorem Iohannes Wicleff, & Lutherus poſtea tutati ſunt, de quibus dicetur infra. Aduerſus quem errorem, quinto capite (vt habet Alphonſus de Caſtro) decretorum ſecundi Concilii Hiſpalenſis dicitur in hæc verba: Quinto iudicio ad agnitionem noſtri examinis, Agabrenſis Diaconi relatu deductum eſt de quibuſdam ipſius Eccleſiæ Clericis, quorum dum vnus ad Preſbyteri, duo ad Leuitarum miniſterium ſacrarentur, Epiſcopus eorum, oculorum dolore detentus, Preſbyter quidam fertur manum ſuam ſuper hos tantum poſuiſſe, & contra Eccleſiaſticum ordinem, benedictionem eis dediſſe. Qui videlicet propter tantam præſumptionis audaciam poterat accuſatus præſenti iudicio damnari, ſi adhuc in corpore poſitus non fuiſſet mortis vocatione præuentus: ſed quia iam ille examini diuino relictus, humano iudicio accuſari non poteſt, hi qui ſuperſunt, & ab eo non conſecrationis titulum, ſed ignominiæ elogiũ perceperunt, ne ſibi licentiam talis vſurpatio faciat, decreuimus vt à gradu ſacerdotalis vel Leuitici Ordinis, quem peruerſè adepti ſunt, depoſiti, æquo iudicio abiiciantur. Tales enim meritò iudicati ſunt remouendi, quia prauè inuenti ſunt conſtituti. Hæc Concilium Hiſpalenſe:

ARABICI.

ARabici ab Arabia, in qua exorta eſt hæc hæreſis, nuncupati ſunt, teſte Euſebio libro ſexto hiſtor. Eccleſiaſt. cap. 26. Sed quoniam idem Euſebius nullum eorum authorem prodit, ideo Diuus Auguſtinus libro de hæreſib. capite 83. ait, nos eos poſſe nominare Arabicos; quo alio nomine à poſteris, qui de hæreſib. ſcripſerunt, ſemper nuncupati fuere.

Horum hæreſis cœpta eſt Seueri Imperatoris temporib. ſub Zephyrino ſummo Romanorum Pontifice, circiter annum Domini 207.

Dicebant autem, animam cum corpore mori, atque in nouiſſimo vtrunque reſurgere, quemadmodum dicitur diſtinctione 24. quæſtione tertia, cap. Quidam. Qui tamen Origenis præſentis, & eos alloquentis diſputatione (vt author eſt Euſebius) citò reſipuerunt. Nam cum hæreticorum omnium doctrina ſit fragilis & inanis, à veritate celerimè conteritur, & tanquam fumus diſſipatur ac euaneſc. Contra hos & alios quoſcunque, qui animas cum corpor. mori aſſerunt, duos libros compoſuit D. Ioannes Chryſoſtomus. De quibus item in Leuitici cap. 13. dicit Iſidorus: In carne, inquit, viua lepram geſtat, qui de anima, quę vita carnis eſt, aliquid falſum exiſtimat, ſicut Arabici, qui animam mori cum corpore putant.

ARCHONTICI.

ARchontici à Principibus, quibus mundi creationem tribuunt, appellantur. Dicunt enim hanc mundi vniuerſitatem non à Deo, ſed ab Archangelis conditam eſſe, contra illud quod 23. diſtinct. dicitur, cap. Quis Epiſcopus. Vnus Deus creator omnium quæ ſunt. Exorti ſunt autem Antonini Pii Imperatoris, & Pii huius nominis primi Romanorum Antiſtitis temporibus, circa annum Domini 160.

Hic

Hic error (teſte Alphonſo de Caſtro) prodiiſſe videtur ex officina Ariſtotelica. Nam quamuis Ariſtoteles negauerit mundum creatum, dixit tamen omnia quæ in iſtis inferioribus fiunt, fieri ab intelligentiis : quoniam quæ à Deo immediatè fiunt, dicit Ariſtoteles fieri neceſſariò : quapropter aiebat contingentia ab intelligentiis fieri. Ex quo quidem errore hæretici videntur hauſiſſe mundum factum ab Angelis.

Huius hæreſis primum fuiſſe authorem aiunt Simonem Magum : quem ſunt ſubſecuti Menander eiuſdem Simonis diſcipulus, Saturnius à quo Saturniani, Nicolaitæ, Carpocratiani, Cerinthus, & Archontici, de quibus hic à nobis ſermo in præſenti habetur.

Negabant quoque Archontici cum eodem Simone Mago, Baſilide, Hymenæo, Phileto, Valentino, Apelle, Marcione, Marco, Cerdone, * Caianis, & aliis cõpluſculis, qui his poſtea in eadem hæreſi ſucceſſerunt, carnis reſurrectionem eſſe futuram. De quibus vide locis ſuis. Quam hæreſim licet Auguſtinus lib. de hæreſibus, Archonticis impingat, Tertullianus tamen non eis tribuit.

Contra Epiphanius hoc illis aſſcribit : Carnis, inquit, reſurrectionem negant. Vetus Teſtamentum calumniantur. Vtuntur tamen & eodem Veteri & Nouo Teſtamento, vbi opus habent ad ſuam confirmandam hæreſim, ſingula verba ad ſuam ipſorum ſententiam falsò trahentes.

Verùm, inquit, hæc hæreſis non in multis locis apparet, ſed ſolum in Palæſtinorum Prouincia. Tranſtulerunt & venenum ſuum iam alicubi in magnam Armeniam. Sed & in parua quoque Armenia hoc zizanium iam conſeminatum eſt à viro quodam ab eadem Armenia ad Palæſtinorum terram profecto, temporibus Conſtantii circa obitum ipſius, cui Eutactus nomen fuit, quum Atactus potius appellandus eſſet ob incompoſitos mores. Qui ſanè ibi didicit hanc malam doctrinam, & deinde reuerſus ad propria, docuit. Tranſſumpſit verò hoc, ſicut dixi, in Palæſtina, velut

ab aſpide venenum à Petro quodam ſene, indignè Petro appellato, qui habitabat in vicinia Eleutheropolis Hieruſalem, tribus ſignis vltra Cherbon, Cabarbaricha eam ciuitatem vocant. Hic ſenex primum habuit indumentum admirandum, ſimulatione plenum. Forinſecus enim reuera pelle ouilla indutus erat, & intrinſecus lupus rapax eſſe ignorabatur. Anachoreta enim eſſe videbatur, vt qui ab hominibus receſſerat, in ſpelunca quadam deſidens. Qui multos profectò & ſuaſu & exemplo ad renunciationem congregauit. Et pater ſanè ob ſenectam ac habitum vocabatur, & bona ſua pauperibus diſtribuebat, & quotidie eleemoſynas faciebat. In prima autem ætate in multis ſectis examinatus eſt. Verum Aëtii Epiſcopi tempore accuſatus, ac tunc Gnoſticorum hæreſim exercere & ſequi conuictus, depoſitus eſt à Preſbyterio. Erat enim aliquando conſtitutus Preſbyter loci: ſed poſtquam de hæreſi conuictus fuit, ab Aëtio perſequutionem paſſus eſt. Et digreſſus habitauit in Arabia in Cochaba, vbi Ebionæorum & Nazaræorum radices pullulârunt. Poſtea verò velut modeſtus factus, ad priorem ſpeluncam ruiſus redit, afferens ſecum hanc veneni iaculationem occultè, & apud omnes ignotus, donec poſtremum ex verbis, quæ in aures quorundam inſuſurrauerat, talis conuictus à nobis excommunicatus eſt, & per noſtram tenuitatem confutatus. Et conſedit in ſpelunca. De cætero contemptus ab omnibus, & à fraternitate deſtitutus, & à pleriſque qui vitæ ſuæ curam gerebant. Ad hunc itaque ſenem perductus prædictus Eutactus, ab Ægypto profectus, & ſenis malæ doctrinæ particeps factus, hoc venenum velut magnam mercem acceptum, in patriam ſuam auexit. Erat enim, ſicut dixi, originis ex parua Armenia, ex locis prope Satelen. Reuerſus itaque ad ſuam patriam, multos eiuſdem paruæ Armeniæ polluit, corruptis quibuſdam diuitibus, & quodam Senatorii ordinis, & multis ſpectabilibus viris, per quos illuſtres homines multos illic perdidit. Verum Dominus citius ipſum è vita ſuſtulit, quàm zizanium ſuum integrum ſeminauit.

nauit Attamen ii quoque libros ſibiipſis confictos & Apocryphos ſcripſerunt: alterum quidem quem Symphoniam paruam, alterum quem Symphoniam magnam vocauerunt. Sed & alios quoſdam libros apud ſe accumulârunt, quibus in congreſſibus ſuis ſuum errorem videntur confirmare, & in medium afferre. Quin & alienigenis appellatis vtuntur. Sunt enim libri apud eos ſic appellati. Accipiunt autem ſuæ hæreſis occaſiones ab aſcenſu Eſaiæ, inſuperq; aliis quibuſdam Apocryphis.

In ſumma ex libro Symphonia dicto, octonarium quendam eſſe dicunt cœlum, & ſeptenarium. Eſſe autem in ſingulis cœlis principes, & hos quidem eſſe in ſeptem cœlis, ita vt in vnoquoque cœlo, vnus ſit princeps. Ordines autem eſſe vnicuique principi. Et matrem lucidam ſupernè in octauo eſſe: & multas quidem alias inducunt hæreſes, quas longum eſſet recenſere. Et aliqui ipſorum corpora petulantia polluta habent, alii verò ſimulatum ieiunium præ ſe ferunt. Decipiunt autem ſimpliciores homines habitu ſolitariè degentium, renunciationem quandam iactantes. Aiunt autem eſſe in vnoquoque cœlo, velut dixi, principatum & poteſtatem, & angelica quædam miniſteria, quum vnuſquiſque princeps ſibiipſi miniſterium generauit ac fecit. Non autem eſſe carnis reſurrectionem, ſed ſolum animæ. Execrantur ſacrum lauacrum, etiam ſi ſint quidam ex ipſis præoccupati ac baptizati. Myſteriorum quoque participationem ac bonitatem reprobant, velut quæ ſit aliena, & in nomen Sabaoth facta. Hunc enim volunt eſſe, ſecundum quaſdam alias hæreſes, eum qui in ſeptimo cœlo dominatur, & qui in alios imperium obtinet. Cibum autem principatuum ac poteſtatum eſſe dicunt animam, ſine ipſa verò non poſſe illas viuere, propterea quod ex humore ſuperno ſit ipſa, & vires illis præbeat. Vbi verò hæc in cognitione fuerit, & baptiſma Eccleſiæ fugerit, & nomen Sabaoth eius qui legem dedit: tunc per vnumquodque cœlum aſcendere, & excuſationem

Digitized by Google

apud ſingulas pôteſtates facere, atq; ſic eam ingredi ad ſuperiorem matrem, ac patrem vniuerſorum, vnde ſanè deſcendit in hunc mundum.

ARRABONARII.

ARrabonarii, ſunt ex Sacramentariorum noſtræ ætatis familia: qui, authore Staphylo, volunt Cœnam Domini, cum ea præbetur, dari tanquam arrabonem corporis, & quaſi inueſtituram donati prædii aut domûs alicuius. Ita Franciſcus Stancarus in Polonia docet, & in Tranſſyluania. Hæc Staphylus.

ARRIANI.

ARriani (vt inquit Philaſtrius) ab Arrio Alexandriæ ciuitatis Preſbytero, qui viguit ſub Alexandro eiuſdem vrbis Epiſcopo bonæ memoriæ, & Conſtantino Imperatore, atque Syluestro Romanorum Pontifice, circa annum Domini CCCXV. ſunt appellati. Dicebat autem ſceleſtus ille filium Dei Deo ſimilem nominetenus, & non conſubſtantialem. Cum verò eum diceret Deo ſimilem, & non Dei ipſius Patris diuinam crederet ſubſtantiam, hæreſim periculoſam incurrit. Nam & creatura ſimilis Deo dicitur, cum dicat ſcriptura: Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram. Non tamen eſt homo aut Angelus de Deo propriè ac naturaliter, id eſt, de diuina illa ſubſtantia patris inenarrata & ſempiterna genitus, vt vnicus filius, qui genitus eſt proprie de patre ſempiternus: ſed homo & angelus, facti ſunt ex nihilo. Filius autem cum ſit verus, oportet de diuina illa ſubſtantia patris genitus cognoſcatur. Verus enim Deus alio modo eſſe non poteſt filius vnicus, niſi ſit de patris illa diuina ſubſtantia propriè genitus. Sempiterna ſimilitudo itaque filii eſt ſecundum opera: quia ſicut facit pater, & filius ſimiliter facit omnia, & ex Dei ipſius eſt qualitatis diuina ſubſtantia genitus: quia de ipſo natus eſt propriè ſempiternus, non autem factus

ctus ex nihilo, vt homo & angelus aut creatura aliqua eſt. Hæc Philaſtrius.

Hic ergò Arrius cum Theologiæ Profeſſor eſſet in ſchola Alexandriæ apud Ægyptios, eius hæreſi & errore mirabiliter Eccleſiæ concordia diuulſa eſt. Cæterum quibus ad hunc errorem confirmandum perſuaſionem lenociniis vſus ſit, vt adſtrueret Chriſtum non eſſe verè & naturaliter Deum, fuſius hæc infrà ex Nicephori & Tripartita Caſſiodori hiſtoria, quam paulò poſt hic attexam, audies. Ita autem placuit hic error orbi, vt doctiſſimi Epiſcopi, & vniuerſa ferè Orientalis Eccleſia, plurimi etiam in Occidente, eum amplexi ſint. Fuit nempe huius impietatis tam incredibilis ſucceſſus, vt omnes ferè Romani Imperii Eccleſias hæc lues peruaſerit: magna nimirum facilitate ac plauſu id cunctis ſequentibus, quod Imperatoribus, quod Epiſcopis ferè omnibus probari videbant. Scribit enim Diuus Hilarius lib. contra Conſtantium Auguſtum, 105. Epiſcopos fuiſſe, qui Arrii perfidiam ſequebantur. Inter cæteros verò orthodoxos Patres, qui ſeſe huic errori infracta animi conſtantia opponebant, primus Alexander Alexandriæ Epiſcopus fuit, & qui à Conſtantino impetrauit, vt Nicenum Concilium cogeretur, in quo damnata eſt hæreſis Arriana. Proinde proſcriptus & eiectus à regno eſt Arrius. At mortuo Conſtantino, Preſbyter quidam apud Conſtantium ſumma familiaritate, & cui omnia ſua conſilia crediderat, effecit ſuo ſuaſu apud Imperatorem, vt reuocatus Arrius, priſtino ſuo officio fungeretur. Sopitum vtcunque incendium antea, iterum iam exardeſcere cœpit vehementius: adeò vt Cæſar Conſtantius etiam hunc errorem Arrii amplecteretur. Cæterum ſtatuto tandem die, à Conſtantio, quo Alexander & Arrius inter ſe publicè conferrent de ſcripturis, totam noctem in orationibus conſumpſit Alexander, in templo orans Deum, ne Arrianæ ſectæ contagium ſerperet latius. Quare manè ſub conſtitutam diſputationis horam, cum in auditorium pergeret Arrius, cœpit inter eundum ventris dolore laborare, &

exonerandæ alui cauſa cloacam ingreſſus eſt, vbi præter omnium opinionem fataliter ilicò periit. Verum extincto in hunc modum Arrio, non deſiit tamen peſtilens eius doctrinæ ſemen latius diffundi, vtpote quod coniurati eius ſectæ cœperunt multò etiam vehementius propagare.

Tandem & Alexandro mortuo, Athanaſius oppoſuit ſe Arrianis: ſed hic proſcriptus à Conſtantio, ex Ægypto ad vrbem vſque Treuirim profugit. Et quanquam longiſſima hæc fuga erat, tamen coactus eſt exul clam deliteſcere in octauum vſque annum apud Treuiros. Interea magna vi aucta hæc hæreſis, ſerpſit per totam Orientalem Eccleſiam: Adeo etiam, vt maxima pars Chriſtianorum, ad tempus Arrianorum ſectæ adhæreret: atque ex hac hæreſi, aliæ plures ſectæ ſuppullulârunt ſenſim. Tandem verò vbi multorum Conciliorum decretis nomen Arrianorum extinctum eſſet, tamen ſubinde iterum ſub aliorum nominibus eadem ſecta renouata eſt in Eccleſia. Erant vna in vrbe variæ opiniones, & ſectæ diuerſæ perſequebantur ſe mutuò, adeò vt alii in aliorum templa irruentes, tumultuarentur, & cladem committerent. Miſerabilis omninò & calamitoſa tum erat facies Eccleſiæ, quæ meritò offendiculi occaſionem non tantùm gentibus præbuit, quo minus amplecterentur verbum, ſed alios etiam offendit, vt à Chriſtianiſmo ad Gentium idololatriam deſciſcerent, inter quos & Iulianus Cæſar fuit. Hactenus Ioannis Carionis Chronicon, lib. 3. Monarch. 4. Ætate 3.

De Arrio rurſus eiuſque aſſectatoribus, ſcribit Nicephorus Eccleſiaſticæ hiſtor. libro octauo, capite quinto.

Verum vnde, quoue modo, & per quē, zizania hæc ſata ſint, re altius repetita, vt potero, exponā. Alexandriæ, quæ primaria & pcipua inter Ægypti, Thebaidis & Libyæ vrbes ciuitas eſt, ampliſſima ſanè & populoſiſſima, poſt Theonē Petrus, eximius veræ pietatis propugnator, Eccleſiā Alexādrinam

drinam gubernauit. Qui certaminis ſacri curſu ſplendidè ſub impiis tyrannis peracto, Achillam breui habuit ſucceſſorem. Atque huic, Eccleſiæ clauo dirigendo Alexander ſuffectus eſt, Apoſtolicæ doctrinæ generoſus defenſor: qui in ea, quam diximus, tranquillitate & pace, diuinis inſtitutionibus quotidiè Eccleſiam exhilarauit.

Arrius quidam erat, in rationem quidem ille ſacri ordinis relatus, ſed qui iam inde ab initio ſtudium ſuum ſemper dogmate ſuo ſatis declarauerat. Melitio namque res nouas molienti primum adhæſit: atque eo relicto, ſe poſtea ad diuinum, quem diximus, Petrum contulit, à quo etiam Diaconus eſt factus. Sed ab eodem rurſum Eccleſia exactus, eò quòd Petrus Melitium ſectatoresque eius excommunicauit, & baptiſmum eius non recepit neque admiſit, propter nonnullas quidem cauſas, potiſſimum autem quod ille perſecutionis periculo non perlato, cultum diuinum abiurârit, & dæmonibus ſacrificârit. Vbi verò Petrus accepta martyrii corona, vitæ curſum finiit, ab Achilla ſucceſſore eius Arrius veniam impetrauit: & rurſum Diaconi miniſterio fungi permiſſus, poſtea in Preſbyterorum quoque ordinem eſt allectus. Apud Alexandrum quoque, proximum ab Achilla Epiſcopum, honeſto loco fuit. Et quod cauillationum Dialecticarum non imperitus, atque in eiuſmodi diſciplinis probè exercitatus eſſet, ſcripturarum interpretatio credita ei fuerat. Enimuerò cum non benè ferret, Alexandrum Epiſcopi dignitatem obtinere, quod non ritè is quoque, neque ordine lectus eſſet, diſſidia aduerſus eum latenter & contentiones mouit. Quumquo non haberet quod in vita moribusque Alexandri carperet, neque per ſycophantiam facilè quicquam confingere poſſet, ea quidem in parte quietus fuit: quæ vero ille in Eccleſia pro concione piè recteque doceret, in eis repugnare illi inſtituit. Epiſcopus namque, filium cum patre ὁμότιμον, hoc eſt, eiuſdem honoris, atq; eiuſdem ſubſtantiæ, æqualemq; per omnia eidem qui eum genuit, eſſe, ex diuinarũ ſcriptu-

ꝛarum ſententia & traditione docuit. Arrius autem inter Preſbyteros primas tenens, verboque veritatis prorſus repugnans, creaturam facturamque patris filium vocauit, in abſurdas opiniones prouolutus. Ex non exiſtentibus ſiquidem genitum eſſe, & fuiſſe aliquando tempus, cum non fuerit, meraque ſeatentiæ & arbitrii libertate, vitii & virtutis capacem eſſe, aliaque huiuſmodi cenſuit, quæ opinari eum par erat, qui ſibi de huius generis rebus diſſerendum atq; inquirendum eſſe conſtituiſſet.

Et quum exiſtimaret Epiſcopum Libyci Sabellii dogma aſſerere, contendendi & aduerſandi ſtudio, in errorem ex diametro illi contrarium decidit. Sanè quidem permultos ad nouas eius dogmatis res pertraxit, & ex parui igniculi ſcintilla, ingens eſt & altum exortum incendium. Ab Alexandria enim doctrina hæc progreſſa, Ægyptum, Libyam, & ſuperiorem Thebaidem percurrit, mox etiam ad alias prouincias & vrbes peruenit. Quæſtione tali iam in controuerſiam vocata, Alexander eam diſſuadere eſt conatus. Sed iam non pauci Epiſcopi, & plurimi ex Clero rectè dicere Arrium affirmabant, ſententiamque eius complectentes comprobabant. Poſtquam autem inter ſe non conſenſerunt, ſeu potius Arrius furiis correptus, propalam impietatem ſuam docuit, Alexander illum, & cum eo qui partes eius ſequerentur, clericos omnes excommunicauit, & ſacro ordine mouit. Sentiebant porrò cum eo in Alexandrina parœcia, Aithalas, Achillas, Carponas, Sarmates, & alter Arrius, Preſbyteri: & Euzoius, Macarius, Iulius, Menas, & Helladius, Diaconi, multam etiam populi partem ſecum trahentes. In quo alii idem ſibi de Deo ſentiendum atque credendum eſſe quod Epiſcopus arbitraretur, putabant: alii verò, ſicuti multis euenire conſueuit, iſtos miſerabantur, veluti iniuria affectos, & indicta cauſa ab Eccleſia proſcriptos, &c.

Et quia longum eſſet, reliqua Arrii & eius aſſectatorum geſta hîc percenſere, qui ea videre & legere deſiderat, nimirum quomodo ille à ſanctorum communione fuerit reiectus

ctus, cum ab Alexandro, tum ab Athanaſio Alexandriæ Epiſcopis, & ab Imperatore Conſtantino in exilium miſſus, & ab eodem tandem in aulam reuocatus: quomodo repentina & horrenda morte obierit, quomodo eius profeſſio fidei in Niceno Concilio oblata, lacerata fuerit, & eius ſequaciumque libri publico Conſtantini edicto combuſti, illique excommunicati & proſcripti, & eorum Eccleſiæ incenſæ: quot turbarum cauſa eorum impia dogmata in Eccleſia extiterint, quomodo ſuos conuentus ſeparatim ſemper egerint, & infinitas alias diſſenſiones, impietates, criminationes, inſidias, conuicia, crudelitates, odia, animoſitates, tumultus, proditiones, doloſa conſilia in viros probos machinati fuerint, & non ſolum contra Nicena decreta figmenta, ſed fraudes etiam in ſuo ipſorum dogmate damnando commenti fuerint, quomodo denique Arrianiſmus tantoperè in Oriente fuit propagatus: ſi quis, inquam, hæc videre voluerit, legat Eccleſiaſticam hiſtor. Nicephori, lib. 8. cap. 5. 6. 7. 8. 24. Et Tripartit. Caſſiodori, lib. 1. cap. 12. 13. 14. 15. 16.

ARMENI.

ARmeni hæretici ſub Conſtantini III. filii Heraclii Imperio, & Pontificatu Theodori, ſummi Romanorum antiſtitis, viguêre, circa annum Domini 640.

Hi Aſiam incolunt ea in parte quæ eſt inter Taurum & Caucaſum montes conſtituta. Horum patria Armenia dicitur, à Cappadocia, vſque ad Caſpium mare protenſa. Cum autem illi Catholicam fidem fuiſſent primum edocti, tempore Iuſtini huius nominis II. Imperatoris, anno Chriſti DLXXII. tandem veram fidei regulam deſerentes, in varios errores ſunt prolapſi. Proprium habent Primatem, quem Catholicum appellitant, & cui velut ſummo Pontifici per omnia obtemperant. Romanum ſiquidem Antiſtitem contemnunt, eum dicentes non eſſe cæteris ſuperiorem. Quam verò ob cauſam ab Eccleſia defecerint, coniicere licet ex hiſtoricorum ſcriptis, nimirum propter

decreta Concilii Chalcedonenſis ſub Leone I. & Martiano Imperatore celebrati: quod videlicet in eo ipſo Concilio Eutyches Abbas Conſtantinopolitanus & Dioſcorus Alexandrinus Epiſcopus, quorum opinionem Armeni ſequebantur, damnati fuiſſent. Nam quod tempore Philaſtrii Brixienſis Epiſcopi & Beati Auguſtini, nondum ab Eccleſia ſeiuncti eſſent, ex eo conſtat, quòd neuter eorum, Armeniorum hæreſis mentionem faciat. Armeni itaq; his hæreticis fauentes, decreta Concilii Chalcedonenſis admittere contempſerunt.

1. Inter alios itaque Armenorum errores, is vnus eſt, quo aſſerunt Adamum & Euam nunquam carnali copula coniungendos, ſi in eo ſtatu, quo illos Deus condiderat, permanſiſſent, humanam ſpeciem aliter propagandam aſſerentes.

2. Ab omnibus etiam ſacramentis virtutem conferendi gratiam tollunt.

3. Rebaptizant eos, qui iam ſemel baptiſma ſuſceperunt in Eccleſia Romana, in ea dicentes non eſſe verũ baptiſma, propterea quod apud Latinos non eſſe veram & Catholicam Eccleſiam affirment, ſed ſolum penes ipſos: iuxta quod iam olim futurum prædixerat Chriſtus, venturos nempe quoſdam Pſeudochriſtos & Pſeudoprophetas, qui cum dicerent, Ecce hîc eſt Chriſtus, aut illic, non tamen illis credendum eſſet. Nam ſurgent, inquit, falſi Prophetæ, qui tam magna ſigna & prodigia ſunt daturi, vt etiam in errorem inducantur, ſi fieri poteſt, vel electi. Quapropter ſi vobis dixerint, Ecce in deſerto eſt, nolite exire: ecce in penetralibus, nolite credere.

4. Dicebant etiam baptiſmum alicui conferri non poſſe, niſi eidem conferatur & Euchariſtiæ ſacramentum.

5. Chriſma quoque, adeò neceſſarium ad verum baptiſma perficiendum, vt niſi baptizandus ipſo chriſmate vngatur, non baptizatum cenſerent.

6. Aſſerebant rurſus, pueros non egêre baptiſmo ad deletio-

ctionem peccati originalis, vtpote qui pueros negarent ante baptiſmum vllum peccatum originale habere.

7. Item beatos eſſentiam Dei non videre, ſed claritatem quandam illius eſſentiæ, in qua viſione aſſerunt ſupremam conſtare beatitudinem.

8. Nullam etiam animam ante diem iudicii extremi fore beatam, quod nullam dicerent animam ante illum diem, Deum videre poſſe.

9. Fatentur Deum eſſe mendacem, propterea quod cum Deus dixiſſet Cain, futurum vt à nullo homine occideretur, ſeipſum tamen occiderit: qua ex re conuincunt, Deum protuliſſe falſum, cum Cain fuerit ab homine occiſus.

10. Dicunt Spiritum Sanctum non à Filio, ſed à Patre ſolo procedere, hac opinione moti, quod in Euangelio eiuſdem Spiritus Sancti proceſſus non a Filio, (vt dicunt) ſed à ſolo Patre inueniatur & legatur. Et quod in Symbolo Niceno & Conſtantinopolitano ſolum ponatur proceſſus à Patre, & non à Filio: ex quo fit vt negent Spiritum Sanctum à Filio procedere.

11. Dicunt rurſus, Sacramentum Euchariſtiæ non poſſe confici in azymo pane, ſed præcisè in fermentato, à Romana Eccleſia hinc (vt aſſerunt) diuulſi, quòd in pane azymo ea conficiat. Ex quo Latinos etiam omnes Azymitas appellant, eosque anathematizant, non permittentes Latinos ſacerdotes in eorum Altaribus ſacrum myſterium conficere, quemadmodum D. Anſelmus quadam epiſtola de fermentato & azymo teſtatur. Adeò quidem, vt ſi ipſis neſciis aut inuitis Latinos celebrare contigerit, abluant Altaria in quibus celebrârint, quod ea credant eſſe polluta, ex falſo (vt aſſerunt) ſacrificio per ſacerdotem Latinum in azymo confecto.

12. Item negant illi verum Chriſti corpus realiter in Sacramento Euchariſtiæ ſub panis, & ſanguinem ſub vini ſpeciebus contineri.

13. Rurſus ſic vinum in Calice apponunt, vt nullam

penitus miſceant aquam, eam aſſerentes minimè miſcendam eſſe.
14. Aſſerunt etiam hunc ſacratiſſimum cibum nec prodeſſe quicquam, nec etiam obeſſe.
15. Item inferni pœnam non eſſe perpetuam, dicentes Chriſtum cum ad inferos deſcendit, omnes animas inde eduxiſſe.
16. Negant in nuptiis contrahendis aliquod eſſe Sacramentum, aſſeuerantes illam maris & fœminæ indiſſolubilem coniunctionem non eſſe ſacramentum, neq; per illam, aliquam gratiam conferri coniunctis.
17. Et quamuis dicant originale peccatum nullum eſſe, fatentur tamen Baptiſmum eſſe neceſſarium ad vitam æternam conſequendam. Paruulos verò qui abſque baptiſmo decedunt, negant vitam beatam poſſidere, ſed eos dicunt in paradiſum terreſtrem migrare, ſi filii ſint fidelium : ſi verò infidelium filii extiterint, illos dicunt deſcendere in infernum cum ſuis parentibus.
18. Docent rurſus, omnes homines ante paſſionem Chriſti fuiſſe damnatos ob primorum parentum peccatum atq; tranſgreſſionē. Dicunt enim, eorundem priorum patrum peccatum adeò fuiſſe exitiale & noxium, vt toti poſteritati vſq; ad Chriſti paſſionem nocuerit, eamq; poſteritatem in infernum abduxerit, nō quidem propter originale vitium, quod à primis parentib. contraxerunt naſcentes, (quia, vti iam diximus, nullum eſſe adſtruunt) ſed ob proprium primorum parentum peccatum omnes damnatos eſſe affirmant, etiam ſi ipſi in ſe nullum habuerint peccatum.
19. Dicunt item, nullum fuiſſe futurum peccatum, ſi dæmones non fuiſſent, qui homines ad tentationem impellerent: ex quo inferebant, peccatum eſſe ſimpliciter à dæmone, & nullo pacto à libero arbitrio.
20. Dicunt etiam, eſſe aliqua peccata ita prorſus irremiſſibilia, vt à nullo ſacerdote remitti poſſint, contra illud quod Chriſtus dixit Petro : Quodcunque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cœlis : & quodcunque
ſolueris

ſolueris ſuper terrā, erit ſolutum & in cœlis. vbi qui totum dicit, nihil excludit.

21 Aſſerunt præterea, nullum eſſe purgatorium locū, in quo animæ ab hac luce migrantes, purgētur à ſordibus, quas in corpore contraxerant, antequam in æterna tabernacula recipi mereantur.

22 Docent quoque Chriſtum ſurrexiſſe à mortuis die Sabbati poſt paraſceuen hora ſexta, cum tamen eum ſurrexiſſe tertia die omnes ſcripturæ teſtētur, iuxta quod ipſe Saluator promiſerat, Luc. 18. & Matth. 12.

23 Item omnes homines in ſexu virili reſurrecturos, nullumq; poſt reſurrectionem futurum eſſe fœmineum ſexum.

24 Negant denique vllum ſacramentum gratiam conferre poſſe ſuſcipienti, quātumlibet ad illius ſuſceptionem animam ſuam præparet. Hi ſunt Armeniorum errores, quos Guido Carmelita præter cæteros recēſet libro quem de hæreſibus edidit.

De his porro ſic ſcribit Niceph. hiſt. eccleſ. lib. 18. ca. 53. Iacobus, inquit, à quo nunc quoque Iacobitarum hæreſis denominata celebratur, Syrus genere, obſcurus prorſus & nulla gloria, Armeniorum ſectæ dux fuit. Ea ſane hæreſis multiplex eſt, & vt quiſpiam dicat, hæreſum omnium confluens ſentina. Nam illi cum Arrio aberrant in eo, quod Deum Verbum naturam mutationi obnoxiam, anima carentem, aſſumpſiſſe dicunt. Cum Apollinari autem, corpus Domini mentem non habere, eidemque diuinam naturam ſufficere, mentiſque vim operatricem perficere dicunt. Atque hæreticis multis laudatis, deprauatas ipſorum opiniones ſibiipſis arrogant. Magiſter horum Eutyches, Dioſcorus Alexandriæ patriarcha, & Petrus Cnapheus, Seuerufq; Acephalus, epiſcopi Antiocheni, Euchanius inſuper Mantacunes, fuere. Et quandoque illi Deum verbum, incorruptibile, & increatum, & cœleſte, & à perpeſſione alienum, atque ſubtile, nobiſque non cōſubſtantiale corpus recepiſſe, atq; ea quæ carnis ſunt, nobis in ſpeciem

tantum ſpectri more exhibuiſſe, executumq; eſſe opinantur. Quandoq; autem carnẽ eius in naturam Deitatis conuerſam, eidemq; conſubſtantialẽ factam eſſe dicunt. Multoties vero etiã Deum Verbum, humanum ex virgine corpus aſſumpſiſſe negant: ſed ipſum immutabili modo mutatum, & carnem factũ, tranſitum tantum per virginẽ feciſſe, & cruci diuinitatẽ, quæ circũſcribi & definiri nequeat, vnigeniti affixam, eandemq; ſepulcro traditam aſſeuerant. atque fidem etiam natiuitati Chriſti ſecundum carnẽ derogantes, & eam in ſpeciem tantum, phantaſmatis inſtar, factam eſſe dicentes, & non ſicut nos, per interualla particulatim, ſed ad 15. Ianuar. menſis diem, ieiunii tempus extendentes, annuntiationem ſimul & natiuitatem & Baptiſmum Chriſti celebrãt. Quin multa etiam diuini Euangelii dicta, ſuam ipſi opinionem adſtruere conantes, tollunt atq; inducunt, ac veluti Monophyſitarum & Theopaſchitarum, & Aphthartodocitarũ, & Monothelitarum hęreſim hæreditate creuerint, Cnaphæi Petri acceſſionem Ter ſancto hymno annexam, valde complectuntur: eccleſiam catholicam iam inde ab initio hymnum eum ita decantaſſe, poſt pueri autem illius raptum vt is aliter caneretur, cõſtitutum eſſe dicentes. Quem quidem raptum, tanquam falſum ſcil. omnino negant. Neque trium ſubſiſtentiarum Deitati, ſicuti diui patres docẽt, ſed vnigenito verbo Chriſto, carmen eiuſmodi concini dicunt.

Idem ipſi re diuina facienda, non vtuntur pane azymo: & ad eam vinum aqua non temperatum adhibent, vnam ea re in Chriſto naturam deſignantes: neque ſicuti nos, calicem miſcent, per quam miſtionem, duarum naturarũ vnionem declaramus. At erga Deum impii illi, Paſcha quoque Iudaico more celebrant, boues & oues iuxta ritum Iudaicum immolantes, & ſanguine agni ædium poſtes inũgunt. Non illi corpus & ſanguinem Domini percipientes, ſed agnum Iudaice ſacrificantes, atque igni torrentes, de eo participant.

Crucem non prius honore debito proſequuntur, quam perinde

perinde atque hominem baptizauerint. Atque in media ipſa cruce clauum figunt, eumque ſanguine victimæ vngunt. Hoc vero faciũt in Chriſti nomen, vnam ſanctæ Trinitatis perſonam crucifixam eſſe oſtendentes: nec interim intelligentes, quod eo modo ſimul etiam Patris & Deitatis naturam, clauum videlicet figentes in cruce, in nomine ſanctæ Trinitatis baptizata, concrucifigunt, quæ vna eſt & eadem. Tres vero cruces connectentes, ſanctam Trinitatem cognominant, eo pacto forte inſinuantes, S. Trinitatem crucifixam eſſe.

Imagines etiam Patris & Spiritus ſancti effigiant, quod perquam eſt abſurdum. Imagines enim corporum eorum ſunt, quæ videri & circumſcribi poſſunt: non eorum quæ inuiſibilia ſunt, & intelligentia comprehendi nequeunt. Imagines ſacras honorant illi quidem, ſed non oſculantur. Ac digito tantum eas contingentes, huic poſtea oſculum figunt.

Communionem noſtram nihil eſſe dicunt. Et oblationem oleo ſubigunt & vngunt.

Dicuntur vero conſtitutiones habere multifarias diuinorum miniſteriorum, præter eccleſiæ traditionem & cõſuetudinem. Atque vt Monophyſitas ſe eſſe ſatis oſtendant, digito vno à leua dextram verſus, ſeipſos cruce conſignant.

Et crucem ſanctam magno Paraſceues die ſub terra abſcondunt, vſque ad magnum Dominicum diem. Tum vero cum lumine per plateas & angulos circumeuntes, hinc & inde eam quærunt, & inuentam proferunt.

Tempore autem procedente, alias etiam ἀδιαφορίας, hoc eſt, ritus & ceremonias, quæ pietate ſalua vel obſeruari vel omitti poſſunt, complexi ſunt, peculiaria ieiunia inſtituentes, & Sabbathis atque diebus Dominicis magnæ ſanctæ Quadrageſimæ, lac, caſeum, & oua comedentes, & per panem azymum ſacrificium peragentes: atque id, quod Arziburi dicitur ieiunium, paulo ante eum diem, quo carnium eſus

interdicitur,ſeruãtes. Hactenus Niceph. De his vide latius in Chazinzariis,Staurolatris, Monophyſitis,Theopaſchitis,Aphthartodocitis, Monothelitis, Petro Cnaphæo, & Seuero.

ARNALDISTÆ.

ARnaldiſtæ ab Arnaldo Brixienſi quodam Italo natione dici videntur, qui ſub Cunrado III. huius nominis Cæſare Germano,& Innocentio II. Romanorum ſummo Pontifice,circa annum Domini 1140.ad Lateranum celebrata ſynodo,cum Petro Abailardo damnatus eſt.

Hic enim vnus è ſequacibus & cohæreticis ipſius Petri Abailardi Galli extitit,qui ſuo confiſus ingenio, omnium ſanctorum doctorum (vt author eſt Alphonſus de Caſtro, libro 3.aduerſus hæreſes) ſententias contemnere cœpit:& velut alter Iſmael manus ſuas contra omnes extulit. Ex quo iuſtum & æquum deinde fuit,vt omnium manus contra eum leuarentur. Quod animaduertens D. Bernardus Clarauallenſis abbas, (quod monaſterium in Burgundiorum prouincia ſitum eſt) cum vtriſque cõflictaturus, Rhemenſem vrbem profectus eſt. Sed illi veriti ne ab eodem vincerentur,cum eo congredi abnuerunt, ſicque tandem ſedem apoſtolicam appellantes,vrbe exceſſerunt. De quibus idem Bernardus epiſtola quadam ad eundem Innocētium,ſcribit in hæc verba: Procedit Golias iſte (nimirũ Petrus Abailardus) procero corpore,nobili illo ſuo bellico apparatu circummunitus. Ante ſe quoq; eius armiger Arnaldus de Brixia,ſquama ſquamæ coniungitur. Siquidem ſibilauit apis quæ erat in Francia, api de Italia, & venerunt in vnũ aduerſus Dominum & aduerſus Chriſtũ eius. Hi magnis efferunt laudibus philoſophos,adinuentiones eorũ & ſuas nouitates,catholicorum patrum doctrinæ præferunt & fidei. De eiſdem idem ad epiſc. Conſtantienſ. Homo eſt, inquit,neq; manducans neq; bibens, ſed cum diabolo ſitiens ſanguinē animarum, execratus à Petro Apoſtolo, adhæſerat Petro Abailardo, cuius errores in eccleſia damnatos, defendere pertinaciter conabatur, inimicus crucis Chriſti

Chriſti, ſeminator diſcordiæ, fabricator ſchiſmatũ. Et rurſus ad Guidonem legatum, Arnaldus de Brixia, cuius conuerſatio mel, & doctrina venenum: cui caput columbæ, cauda ſcorpionis eſt: quem Brixia euomuit, Roma exhorruit, Frãcia repulit, Germania abominatur, Italia non vult recipere.

Arnaldiſtæ ſingulis annis Romæ in cœna Domini excommunicantur: & in cap. Excommunicamus, extra de hæreticis. Itemque C. de hæreticis, l. Gazaros, perpetua damnantur infamia.

1 Dicunt autem cum Armenis.. Deum non videri per eſſentiam à beatis, ſed per claritatem quandam illius eſſentiæ, in qua viſione aſſerunt beatitudinem conſiſtere.

2 Rurſus, Deum nõ poſſe facere ea quæ agit, niſi propter ordinem iuſtitiæ & ſapientiæ ſuę, vel quod agat ex neceſſitate naturæ.

3 Item Deum non eſſe authorem omnium bonorum.

4 In Deo eſſe quippiam compoſitum.

5 Aliquid eſſe præter Deum, æternum.

6 Aliquid eſſe, quod nec creator, nec creatura ſit.

7 Angelos aliquid creare: & complures alios dicunt errores, de quibus vide in Petro Abailardo.

ARNOLDVS A VILLA Noua.

ARnoldus à Villa Noua, quæ ſita in agro Catellonenſi & qui ibi inſignis medicus habebatur, varios multipliceſque libros edidit: multis tamen erroribus ſcatentes & conſperſos, inter quos hi fuere præcipui.

1 Natura humana à Deo verbo aſſumpta, eſt æqualis Deo in omnibus bonis ſuis: adeo vt tanta ſit humanitas Chriſti, quanta eſt eius diuinitas, & tantundem poſſit & valeat.

2 Diabolus ingenioſe fecit vniuerſum populum Chriſti mum à veritate Domini Ieſu Chriſti deuiare: adeo quidem, vt eius fides nihil diſcrepet ab ea quæ dæmonum eſt,

Digitized by Google

ſicque totus populus Chriſtianus ad infernum deducitur.

3 Omnes clauſtrum incolentes, ſunt extra charitatem, & ideo damnantur: falſificantque, quotquot ſunt, doctrinam Chriſti.

4 Omnes Theologi, qui Philoſophiam immiſcuerunt ſuis operibus, non recte hac in re fecerunt. Damnabat enim omnem prorſus Philoſophiam.

5 Medicinæ opus gratius atque acceptius eſt Deo, quã altaris ſacrificium: Et quiſquis poſt mortẽ Miſſas celebrare facit, charitatis opus non perficit.

6 In altaris ſacrificio ſacerdos offerens, nihil Deo offert, nec ſuam quidem voluntatem.

6 Eleemoſynarum largitione, magis Chriſti repræſentatur & exhibetur paſſio, quam altaris ſacrificio.

8 In Decretis, canonibus, atque conſtitutionibus Papalibus, nulla ſubeſt ſcientia, ſed mera tantum humana ſunt opera.

9 Deus nunquam comminatus eſt peccantibus æternam damnationem, ſed iis ſolum qui ſunt aliis malo exemplo & offenſioni.

10 Anno ab incarnatione Dom. 1335. mundi finis futurus eſt.

Hæ ſunt Arnoldi hæreſes, damnatæ quidem Trachonæ per duos doctiſſimos & inſignes viros, Fr. Ioannem Longæum ordinis Prædic. atque Dominum Ganfredum Crudillium, Trachonenſis eccleſiæ vicarium, ſede vacante.

ARTEMON.

ARtemon, qui & Artemas hæreticus (authore Euſeb. lib. 5. cap. 28. Eccleſiaſt. hiſt.) Marco Aurelio Antonino Heliogabalo imperium, & Vrbano I. Romanum Pontificatum adminiſtrante, viguit, circa annum Domini 221.

Hic autem cum Ebione, Cerintho, Carpocrate, Theodoto & Montano, Chriſtum fuiſſe Deum negabat, ſed cũ ſolam naturam habuiſſe humanam, & ideo purum hominem

nem extitiſſe. De quo ſic ſcribit Niceph. lib. 4. cap. 20. hiſt. eccleſiaſt.

Hæreſibus, inquit, quas diximus (hoc eſt, Saturnini, Baſilidis, Valentini, Cerdonis, Marcionis, Marci, Tatiani, Seueri, & Encratitarum, hi nempe iam præceſſerant) diuinorum quos retulimus virorum, (id eſt, Dionyſii Corinthiorum epiſcopi, Theophili Antiochiæ præſulis, Melitonis Sardenſ. epiſcopi, & Irenæi Lugdunenſ. Apollinaris, Caii, & Tertulliani, qui his temporibus, aut paulo ante inſignes habebantur) virtute & doctrina, prorſus euulſis, zizaniorum ſator alias inſuper ſeminare non ceſſauit. Sed & priorum illarum multi adhuc reſtabant ſurculi, puræ agrorum Chriſti ſationi officiẽtes. Multæ enim derepente tum primum initium ſumentes, producebantur. Omnes tamen à Simone & Saturnino, atque ab abſurda & importuna ſcientia Cerinthi, ortum traxerunt. Artemon & Montanus tum primum pullulabant, & tanquam ſerpentes rubetæ interitum ſpirantes, venenatorum reptilium more, per Phrygiam in Aſia prouoluebantur.

Artemon igitur, qui & Artemas dictus eſt, ea, quæ nos, de Deo huius vniuerſitatis ſenſit, conditorem eum eſſe rerum omnium dicens, Dominum autem noſtrum Ieſum Chriſtum aſſeruit merum eſſe hominem, ex Virgine natum, & virtute prophetis præſtantiorem. Atque eadem hæc Apoſtolos quoque prædicaſſe aſſeuerauit, perperam exponens atque deprauans diuinarum ſcripturarum ſenſum. Succeſſores autem eorum, diuinitatem tribuiſſe Chriſto, quum antea Deus non fuerit, dixit. Hæc Nicephorus.

Epiſtola quoque Alexandri Pontif. Alexandrini ad Alexandrum Conſtantinopolitanum epiſcopum miſſa, ſic de Artemone & eius cohæreticis habet in Tripart. Caſſiodori hiſt. lib. 1. c. 14. Appetitus, inquit ille, potentiæ hominum peſſimorum, auaritiæq; propoſitũ, veritati, quæ creditur eſſe præcipua, ſolet inſidiari, per varias ſcilic. occaſiones reſiſtentes eccleſiaſticæ pietati. Impulſi namq; male-

uoli à diabolo in eis operãte, ad propoſitam ſibi libidinem, & ab omni reuerentia reſilientes, conculcant iudicii Dei timorem. De quibus mihi neceſſarium fuit patienti reuerentiæ veſtræ ſignificare, vt ab eiuſmodi caueatis, ne quis forte præſumat eorum in parœcias veſtras accedere, vel per ſe, vel per alios. Valent enim Magi ad ſeducendum figmentis vti, vel literis falſitate compoſitis, quæ poſſint facere præſtigium ſimplicẽ fidem puramq; reſpicientib. Arrius igitur & Achillas coniuratione nuper facta, Coluthi ſuperbiam, & multo deterius illo ſecuti ſunt: &c. Et rurſus: Multa dicturus, dilectiſſimi, tranſeo, onerosũ eſſe reputans, plurimis verbis vnanimes admonere doctores. Vos enim ipſi eſtis diuinitus eruditi, nõ ignorantes quia doctrina quæ nuper contra pietatem ſurrexit eccleſiaſticã, Hebionis eſt & Artemonis, & zelus Pauli Samoſateni, de Antiochia, ſynodali omnium epiſcopor. iudicio ab eccleſia pulſi. Cui ſuccedens Lucianus, extra Synagogas manſit 3. epiſcoporum, plurimo tempore. Quorum impietatis fæcem ſorbentes iſti, nunc nobis de non exiſtentibus, illorũ plantationes abſconſas pullulare fecerũt Arrius & Achillas, & cum eis conſilium malignantium. Hæc Tripartita hiſtoria ex Theodorito. De hac hæreſi vide latius in Saturnino, Baſilide, Valentino, Cerdone, Marcione, & Paulo Samoſateno, & aliis pluribus huius factionis.

ARTOTYRITÆ.

ARtotyritæ hæretici emerſerunt in Galatia, Commodi Imperatoris & Soteri Papæ temporibus, circa annum Do. 181. Hi nomine ex re ipſa eis impoſito, (nam teſte Auguſtino libro de hæreſibus ab oblatione nomen ſortiuntur) ſolum panem & caſeum Deo offerunt, non illud quod Eccleſia catholica & apoſtolica celebrando ſolet offerre: hac ratione, vt aiunt, ducti, quod à primis hominib. oblatio de fructibus terræ & ouium fœtura fuerit celebrata. Hos Pepuzianis adnectit Epiphanius: Quintiliani, inquit,

quit, qui & Pepuziani appellantur, Artotyritæque ac Priſcilliani, iidem ſunt cum Phrygibus, & ex ipſis originem duxerunt. Artotyritas autem ipſos appellant, eo quod in myſteriis ſuis apponunt panem & caſeum, & ſic myſteria ſua faciunt. Tota vero fraus hominum eſt in eo, quod defecerunt à recta fide, & conuerſi ſunt ad deſperationem, & ad differentias afflationum & actionum. Debacchantur enim ſemper mentes, veritatis ancoram non continẽtes, ſed ſeipſos vento permittentes, &c. Hæc Epiphanius. De his vide plura in Pepuzianis, Quintilianis, Priſcillianis & Cataphrygibus.

ASCLEPIADOTÆI.

Asclepiadotæi ab Aſclepiadoto, eiuſdem nominis authore, dicti ſunt, Theodoti Byzantii coriarii diſcipulo, & eorum impietatis principe, qui dicebant Chriſtum purum hominem eſſe: & qui ob hanc non minus impiam, quam ſtultam aſſertionem, ab eccleſiæ commercio & ſocietate, ab Vrbano Romano epiſcopo depulſus eſt, multis prius in ſuum errorem abductis, tempore Heliogabali Imperatoris, & eiuſdem Vrbani huius nominis primi Romanorum Pontificis, circa annum Domini 221. De quo lege plura apud Euſebium lib. 5. cap. 29.

ASCODROGITÆ.

Ascodrogitæ, authore Philaſtrio, quidam fuerunt hæretici, vel potius Phanatici & inſanientes homines, qui velut Artotyritæ, quorum paulo ſupra meminimus, Galatiam regionem incolunt: emerſeruntque Commodi Imperatoris & Soteri Papæ temporibus, circa annum Domini 181. vtrem quidem illi, hoc eſt, pellem hircinam, vino refertam & opertam linteis in ſuam inducentes eccleſiam, quam deinde velut ſupplicationes acturi circumeunt, immanis interim indulgentes potibus & vinolentiis, & Paganorum more cum Orgia Libero patri celebrabant, debacchantes atque impuris & obcæcatis mentibus furentes:

male vtique & carnaliter accipientes quod Saluator ait, Vtres nouos ſumendos, & in eos nouum vinum mittendum, & non in veteres. Et cum ſic ſuis cæcitatibus affectát inſeruire, modis omnibus alieni à Chriſtiana ſalute reperiuntur, cum Apoſtolus omnem illam reiiciat iuſtificationem Iudaicam, carnalemq; vanitatem, Chriſti autem veram & planam confirmet ſcientiam, dicens: Vetera tranſierunt, & ecce noua omnia per Chriſtum facta ſunt. De lege enim illud & vmbra dicebat Chriſtus: hoc vero de ſuæ gratiæ plenitudine, & duorum hominum differentia, de quibus idem ait Apoſtolus: Primus homo de terra terrenus, ſecundus homo de cælo cæleſtis, &c. Quod enim erat per vmbram, & futurum per Domini præſentiam maius & melius, hoc nunciabat & docendo, & rebus teſtantibus confirmando. Hæc ex Philaſtrio. Aliqui hos Aſtitas appellant.

ASSVRRITANI.

ASſurritani, ſunt ſecta Donatiſtæ, qui ſub Conſtantio Imperatore & Liberio ſummo Romanorum Pontifice circa annum Domini 358. in Aphrica eruperunt. Nam cum Donatiſtarum ſecta tunc temporis, ſicut aliæ omnes quotquot vnquam fuerunt, in multas variaſque diſſecta fuiſſet factiones & nomenclaturas, alii Aſſurani, alii (idque Romæ) Montenſes vocabantur: alii Circuncelliones, alii Parmenianiſtæ, alii Rogatiani, atque aliis item nominibus, iuxta huiuſce hæreſeos quemlibet aſſectatorem & adminiſtrum. Aſſurritani porro tempore Auguſtini in Concilio Bagarenſi, damnati & ſedibus ſuis deturbati fuere. De quibus idem Auguſtinus ſub finem tertii libri contra epiſtolam Parmeniani, ſic ait: Ecce Aſſuritani, ecce Prætextatus, ecce nomina eorum inter damnatos Bagarenſi concilio regeſtis proconſularibus allegata, &c.

1 Dicebant autem ii cum Donato, minorem patre filium, & minorem filio Spiritum ſanctum.

2 Rebaptizabant item eos, qui ab eccleſia catholica ad

eos

eos deficiebant Aiebant enim (quo ſuam prætexerent hęreſim) extra eccleſiā baptiſmum conferri non poſſe. Cumque ipſi eccleſiam penes ſe ſolos aſſererent eſſe, ab vniuerſali eccleſia defectionem facientes, rebaptizabant, dicentes eos prius non ſuſcepiſſe verum baptiſma.

3 Aſſerebant tertio, intra eccleſiam bonos & malos non contineri, ſed ſolos bonos ad eam pertinere.

ASTHARITÆ, ET ASTHAROthita.

ASthariturum hæreſis, Iudæorum eſt, & non Chriſtianorum: qui (teſte Philaſtrio, & Bibliorum codice variis in locis potiſſimum lib. 4. Regum, cap. 23.) Aſtharoth abominationem Sidoniorum, & Chamos abominationem Moabitarum, & Melchom abominationem filiorum Ammon, id eſt, idola virorum & mulierum venerabantur, eiſq; diuerſa offerebant ſacrificia: quarū rerum cauſa, vrbis Hieroſolymorum, regni denique totius regum Iuda & Iſrael ſubuerſio & captiuitas contigit per Nabuchodonoſorem Babyloniorum regem, Deo ita permittente, quemadmodum in Regum libris continetur. Nam quotquot Iſraelitarum Reges fuere, præter Dauidem beatum Regem, & Ezechiam ſanctum, & Ioſiam, & Ieſum filium Naue, omnes alii populum Iſraeliticum idolis ſacrificare permiſerunt, ac ſæpius ipſimet ad id facinus eum prouocauerunt & iuſſu, & exemplo, impietatis ipſi fautores, qui euerſores eſſe debuiſſent. Eumque idolorum cultum potiſſimum inſtituit poſt Salomonem, impius ille atque deteſtandus Hieroboam, tum deinde omnes reliqui reges Samariæ. Nam cum ſibi timerent illi, ne relaberetur populus ad regnum Iuda, à quo iam ſub Roboam filio Salomonis defecerat, quod diuinitus ordinatum erat, ſi ſubinde pro ſolenni more frequentaret Hieruſalem propter ſacrificia facienda, & audiendum verbum Dei iuxta præſcriptum legis, inſtituerunt proprium quendam cultum, doctrinam propriam & ſacrificia contra verbum Dei:

atque ita abuſi ſunt prætextu nominis diuini, ad priuatam potentiam regni ſui retinendam & conſeruandam.

Contra hunc cultum Dei ſubinde à Deo miſſi ſunt prophetæ, in ſalutem & conſeruationē plurimorum: interim autem potentiſſimi quique ſuum falſum cultum Dei mordicus retinuerūt. Proinde grauiter afflixit hos reges Deus bellis & ſeditionibus: adeo etiam, vt tandem & reges & populum abduci permiſerit Deus. Neque enim apud vllum genus hominum, diu huius imperii dominium durauit. Nam annos ducentos quadraginta quatuor hoc tantum ſubſtitit. Breuiſſimum ſane omnium hoc tempus fuit, præſertim cum hic populus adeo magnificas promiſſiones haberet, etiam de bonis externis: & interim tamen bellis & ſeditionibus nunquam caruit. Vſque adeo peruerſum ſui cultum Deus inultum non ſinit. Merito ergo nobis hoc exemplum terrorem debet incutere, vt diſcamus timere Deum. Nam ſi peculiari ſuo populo & poſteris Abrahæ, quibus tam præclaræ promiſſiones contigerant, non pepercit Deus, ſed regnum eorum tam ſubito euertit, & omnino eos abiecit: quis animo tam ſecurus eſt, qui credere poſſit impune nos euaſuros, qui quod illi idololatria, nos horrendis blaſphemiis & hæreſibus in Deum committimus? Quin vero, mea opinione, ea pars Samariæ, typum videtur præ ſe ferre Orientalis & Græcorum eccleſię: Quandoquidem vt Iſrael in Samariam abductus per Aſſyrios, nunquam reuerſus eſt, niſi pauci admodum, ita & Orientalis eccleſia per Saracenos & Turcam prorſus eſt deleta, & quemadmodum poſtea tribui Iuda accidit, ita valde metuo, ne & hæc pars occidentalis ſimile quiddam aliquando experiantur. Metuendum ſane eſt, ne atrocius etiam nobiſcum acturus ſit Deus, ob magnitudinem flagitiorum noſtrorum. Cæterū voluit tamen interim Deus benedicere Abrahę ſemini præ omnibus gentibus. Quamobrem pius lector exemplum hoc expendere ſecum debet, & precari Deum, vt in miſericordia nos caſtiget, & non plane abiiciat.

Quan-

Quantum vero ad Aſtharitas & Aſtharothitas attinet, à defuncto Moſe ad captiuitatem vſque Babylonicam, hoc ſcelus plerique ipſorum (vti iam diximus) mordicus retinuerunt. Nam Aſthar & Aſtaroth figuras colebant, quæ nomina regum Syriorum fuerunt & Ægyptiorum: quorum cum filii & filiæ à ſuis populis colerentur, eis poſtea templa dedicarunt, in quibus cum mortem obiiſſent, eos ſepulturæ mandabant, nomina deorum dearumque perperam ac falſo eis adſcribentes: ſicque ſacrificia perinde atque diis illis offerebant. Aſthar autem lingua Syriaca, beatum vel felicem ſignificat: Aſtharoth autem, idem ſonat quod opulentia, diuitiæ, vel grex. Quæ omnis impietas à gente Chananæorum, Moyſis & eius ſucceſſoris, Ieſu filii Naue temporibus, profecta eſt: ob quam cauſam iubet etiam Dominus eidem ſeruo ſuo Moſi, vt eos tandem eradicandos prorſus delendoſque è terra curaret.

Erat quondam apud Iudæos & alia hæreſis circa idolum Moloch & Rempham, de qua pleriſque in locis apud Prophetas conqueritur Dominus: & quam eiſdem Iudæis impingit & improperat in Actis Apoſtolicis D. Stephanus protomartyr in hæc verba: Conuertit ſe autem Deus, & tradidit eos ſeruire militiæ cæli, ſicut ſcriptum eſt in libro Prophetarum: Nunquid victimas aut hoſtias obtuliſtis mihi annis quadraginta in deſerto, domus Iſrael? Et ſuſcepiſtis tabernaculum Moloch & ſidus Dei veſtri Rempham, figuras quas feciſtis vt adoraretis eas. Propterea transferam vos trans Babylonem: hoc eſt, vltra Babylonios & Perſas & poſtrema loca terrarum omnium. Interpretatur autem Moloch idem quod regnans, vel conſiliarius: Remphani vero ſidus ſignificat, quod Luciferum vel veſperum vocant, quod & Venus dicitur, tertius ſeptem planetarum: cuius cultui Sarraceni mancipati erant, & quos Iudæi imitabantur.

Erat quoque apud eos & tertia hæreſis, Ara Thophet nominata, ſita quidem illa in valle filii Ennon, vbi Iudæi filios ſuos & filias dæmoniis immolabant ac deuouebant.

De quibus dicit Dominus per Prophetam Ezechielem: Ecce fili hominis, vide quid faciat populus Iſrael: Iſte filios & filias ſuas in valle Thophet immolat dæmoniis, quibus ego non mandaui hanc facere iniquitatem in populo Iſrael. Et Moſes in Cantico ſuo: Populus incraſſatus, impinguatus, dilatatus, dereliquit Deum factorem ſuum, & receſſit à Deo ſalutari ſuo. Prouocauerunt nanque eum in diis alienis, & in abominationibus ad iracundiam concitauerunt. Immolauerunt dæmoniis, & non Deo: diis quos ignorabant. Noui recenteſque venerunt, quos non coluerunt patres eorum. De hac abominatione lege plura 2. Par. 29. Pſal. 105. Eſa. 65. Oſeæ 11. & 13. 1. Cor. 10.

ASTERIVS SOPHISTA.

Aſterius Sophiſta genere Cappadox, Arrianæ hæreſis patronus, Conſtantini Magni imperatoris, & Marci Romani antiſtitis temporibus, eam quam ab Arrio magiſtro hæreſim diſcipulus didicerat, euulgare cœpit circa annum Domini 339. De hoc ſic ſcribit Niceph. Eccleſ. hiſt. lib. 8. cap. 53. Sub idem tempus (hoc eſt, ſub finem vitæ Conſtantini, & eo anno quo Euſebius & Theognis hæretici, noua fidei formula compoſita, Nicena Decreta retexuere) epiſcopi Conſtantinopoli congregati, Marcello quoq; Ancyræ minoris Galatiæ epiſcopo dignitatem, veluti qui noua inuexiſſet dogmata, abrogarunt. Aſterius nanque quidam ex Cappadocia ſophiſta, qui oſtentationis & quæſtus cauſa philoſopharetur & doceret, eo ſtudio poſthabito, Chriſtianam religionem ſe culturum profeſſus fuerat. Et libris aliquot compoſitis, Arrii opinionem adſtruere contendebat. Cum quo itidem Chriſtum Dei virtutem eſſe ſcripſerat, vti Moſes erucam & locuſtam, magnam virtutem Dei eſſe dixit. Aliaque hiſce ſimilia cauillans, Arrianis adhærebat, atq; in ſynodis eorum aſſiſtens plurimum eos adiuuabat. Illud autem in conſilio habebat, vt præclaræ alicuius vrbis epiſcopatum conſequeretur. Verum id quod conſtituerat, parum ei ſucceſſit. Perſecutione

tione enim non tolerata, diis ſacrificauerat: eamque ob rem, ſacrorum adminiſtratio ei eſt denegata. Porro quos compoſuerat libros, in Syria vulgauit. Aduerſus quos Marcellus ſcribens, ſiue ſciens, ſeu imprudens in errorem ex diametro illi contrarium eſt delapſus, & cum Paulo Samoſateno Chriſtum eſſe merum hominem dixit. Quod vbi intellexerunt qui Tyri & Æliæ coacti fuerant epiſcopi, Aſterio quidem ipſi nihil obiecerunt, quod ſcilicet ſacris eccleſiaſtici miniſterii initiatus non eſſet: Marcello autem epiſcopali dignitate prædito, quum plurima vitio verterũt, tum quod perperam ſcripſiſſet, dicam impegerunt, aboleréq; eum libros, qui nihil à Samoſateni ſcriptis differrent, iuſſerunt. Atque ille facturum ſe id pollicitus, minime tamen fecit. Sed de hoc Marcello fuſius loco ſuo dicetur. Idem habet Caſſiodorus ex Sozomeno, Tripart. hiſt. lib. 4. cap. 9.

ATHEI.

Athei ſunt, qui nullum eſſe Deum credunt, cæci & excordes, quique Dei prouidentiam è rebus humanis tollunt, omnia vtique agi fato, animaſque vna cum corporibus interire arbitrantes. Ex eorum numero fuerunt olim præter reliquos Diagoras, ſectatoreſque Diagoræ, Athei cognomento nuncupati, eo quod (vt inquit Theodoritus Cyrenſis Epiſcopus lib. 6. de curatione Græcarum affectionum) penitus Deum negarent eſſe. Eius porro aſſectatores fuere, Theodotus Cyrenæus, Euemerus Tegeates, Callimachus, Podicus, Cæus, Plinius, Lucianus, Lucretius, Doletus, & alii complures. Præter cæteros vero Epicurus Neoclis filius, in ea fuit ſententia, quæq; ab eo ſecta, ſocietaſq; deſcendit, Deum quidem eſſe dicentes, verum eum in ſeipſum conuerſum eſſe, neque ipſum curare quicquam negotii, neque item ſibi velle ab aliis exhiberi.

In qua opinione hoc noſtro ſeculo, impietate ſatanica, multi conquieſcunt. Deſideratã nẽpe (vt verbis Guilhelmi Lindani vtar, qb. in ſuo Dubitantio aduerſus hanc impro-

bitatem vtitur) ambitioſiſſime illam Dei optimi ſimilitudinem, cuius præpoſtera ſuperbiſſimaque cupiditate ex paradiſo cæleſtibuſque ſedibus eſt eiectus, etiamnum ambire non deſinit improbus ſuperbuſque ille ſpiritus. Adeo quidem, vt hac tempeſtate rebus ſuis pro voto confectis, hoc eſt, Chriſto per eorum quoſdam cælis extracto ac in tartara miſſo, Deo optimo maximo abnegato, ſeſe Deum eſſe illis non modo perſuaſerit, ſed colendum etiam, idque accuratius quam Catholici Deum colimus, præſcripſerit. Vt enim Catholici priſca de conſuetudine Deum vnum & verum per diem adoramus nouies: ita iſti ſatanici ſuum dæmonem Deum (ô cælum ô terra) decies inuocant atque colunt. Facti quidem illi ex Chriſtianis nō modo Antichriſtiani, Iudæi, Turcæ, & Mahometani, ſed & diaboli cultores atque adoratores. Immo, ſi verum mihi credere licet, veri athei atque impii, qui nec Chriſtum, nec Deum, nec denique Diabolum, nec cælum, nec infernum eſſe profitentur.

Porro cum pleroſque videre liceat, ſæpenumero admirari ſolere, quomodo fieri poſſit, vt in tantam cæcitatem ruant quidam Chriſtiani, vt dubitatione teneantur, an ſit Deus quiſpiam, qui videat, ſuſtentet, atque gubernet omnia, quum vel authore ethnico, omnibus innatum ſit hominibus, & quaſi inſculptum, eſſe Deum aliquem: nullaque gens in hominibus neque tam immanſueta, neque tam ferrea ſit, quæ non, etiamſi ignoret qualem Deum habere deceat, tamen habendum ſciat: non abſurdum mihi hoc in loco viſum eſt, eas rationes, quæ ad hanc rem adduci poſſunt, attexere, quas Ioannes Wigandus eo libro, quem his proximis diebus de Deo contra Arrianos nouos nuper in Polonia exortos edidit, recenſet, quæ ſunt huiuſmodi:

Cauſæ, inquit, cur mentes humanæ interdum dubitent, an ſit Deus, omnia videns, ſuſtentans atque gubernans, ſunt iſtæ:

1 Primo, ſpoliatio imaginis Dei in homine, & horribilis de-

lis deprauatio, obſcuratio & malitia mentis humanæ, in qua debuiſſent notitiæ de Deo illuſtres naturaliter flagrare.

2 Secundo, quod Deum non cernimus omnes corporalibus oculis in mundo, perinde vt perſonam regis, aut principis, aut iudicis alicuius coram intuemur.

3 Tertio, euentus mirabiles, quorum cauſas ſæpe ignoramus, & quos putamus longe alios eſſe debere, ſi Deus exiſteret, omnia cernens & curans: vt ſunt, felicitas impiorum, & ex aduerſo bonorum res infelices, quæ quidem ſæpe ſunt & grauiſſimę & diuturnæ. Item longanimitas Dei, qui atrociſſimis peccatis pollutos, non extemplo pœnis ſeueris afficit.

4 Quarto; mortis imperium & tyrannis, graſſans pariter tum in bonos, tum in malos: cuius quidem rei cauſam ignorant mentes humanæ, luce verbi diuini deſtitutæ.

5 Denique; diaboli vis ac potentia, qui hominibus varias præſtigias offundit, immo etiam obcæcat, & indurat eos tanta vi, vt non modo ambigant, an ſit Deus, ſed etiam penitus eius obliuiſcantur, & furioſe omnis generis ſcelera patrent.

Confirmandæ igitur ſunt mentes humanæ, firmis ac ſolidis rationibus & teſtimoniis, vt excuſſa omni materia dubitationum, certo ſtatuant, eſſe Deum omnia creantem & moderantem, eumque vera fide inuocandum & celebrandum eſſe. Rationes itaque, ex quibus homines præſtantia & ſagacitate mentis ſuæ, etiam abſque verbo diuino aliquo modo decernunt eſſe Deum, ſunt hæ:

Omnia Dei opera in tota hac mundi machina, euidentiſſime demonſtrant & conuincunt, eſſe Deum aliquem ſapientiſſimum & potentiſſimum, architectum & conſeruatorem perpetuum rerum omnium. Alias enim non poſſent iſta omnia, quæ ſunt in mundo, caſu exiſtere, aut perdurare. Sed iſta nonnihil euoluenda ſunt. Quod igitur ſit Deus, gentes etiam ſaniores ſenſerunt & fuerunt ipſis in conſpectu hæ rationes:

1 Primo, ipſa hominis admiranda & pulcherrima fabricatio, innumeris teſtimoniis Dei ornata, vt non immerito homo ſit appellatus μικρόκοσμος. Lucet enim in homine diſcrimen honeſtorum & turpium, quod eſt regula omnium actionum neceſſariarum in vita humana. Et nihil eſt tam minutũ in homine, quin de Deo luculentiſſimum teſtimonium dicat: ac deteſtandus eſt ille ſtupor hominum, quod tot ac tantarum rerum præſtantiam non expendant. Sed vberior explicatio ex Phyſicis petenda eſt, vbi ſingula membra hominis exactius conſiderantur. Diſſerimus enim hac in parte tantum de Ethnica Dei cognitione.

2 Secundo, conſcientiæ ſenſus. Nam in tetris facinoribus, vt in parricidio, inceſtu, & ſimilibus atrocibus peccatis cõſcientia in omnium hominum animis arcana quadam vi ſenſit, Deum, eſſe inſpectorem & vltorem ſcelerum, etiamſi immunes ſint facinoroſi à pœnis magiſtratuum.

3 Tertio, Pulchritudo, ordo, effectus, propagatio, cõſeruatio, & duratio rerum omnium in mundo. Vide de hac re Cicer. libr. 2. de natura deorum, ex Ariſtotele pulcherrimum locum.

4 Quarto, Diſtinctio & conſeruatio ſpecierum, quæ ſeſe in mundo multiplicant & propagant quotannis.

5 Quinto, ſocietates, regna & imperia hominum, quę non temere coeunt, confirmantur, ſuſtentantur, mutãtur.

6 Sexto, Pœnæ ſceleratorum admirandæ & graues, etiam ceſſante à ſuo officio magiſtratu ciuili. Nam hæc regula vniuerſaliter vera eſt. Atrocia delicta comitantur atroces pœnæ diuinitus: id quod non fieret, ſi non eſſet Deus executor ſuæ iuſtitiæ.

7 Septimo, Præmia recte factorum. Nam etiam diſciplina inter ethnicos habet ſua quædam præmia politica & mundana.

8 Octauo, Ordo cauſarum, qui in rerum natura non procedit in infinitum. Sed neceſſe eſt tandẽ ad tale aliquod numen

Digitized by Google

numen deuenire, quod gubernat omnia, in eoque conſiſtere.

9 Nono, Prodigia & ſigna, quæ res maximas portendunt, vt ſunt Eclipſes, Cometæ, Chaſmata, Traiectiones, Terræmotus & Hiatus, quibus totæ ciuitates abſorbeantur, inſulæ ſubſidunt, & obruuntur vndis: locuſtarum agmina, partus monſtroſi & ſimilia.

Hæ rationes animos, non prorſus monſtroſos atque à diabolo induratos, conuincunt; vt ſtatuere cogantur eſſe Deum. Sed & hoc ſciendum eſt, tantam eſſe peruerſitatem hominis, tantaſque in eo regnare tenebras, vt vel non cogitentur iſta argumenta, vel ſubinde mentes quaſi vndæ ventis agitatæ fluctuent, hæſitantes, an ſit reuera Deus; & an curet res humanas.

Sed vt multo luculentius & firmius Deum eſſe demonſtretur, ethnica argumenta relinquentes, eccleſiæ Dei fundamenta producamus, quæ ſunt huiuſmodi.

1 Verbum Dei expreſſe hunc articulum tradens & cõfirmans, ſicut in cæteris partibus huius loci explicabitur.

2 Patefactiones & apparitiones Dei in veteri & nouo Teſtamento multiplices & valde illuſtres.

3 Miſſio filii Dei in carnem, vt expiaret peccata generis humani. Item effuſio ſpiritus ſancti viſibilis.

4 Miracula illuſtria, inimitabilia vilis creaturis, vt quod ſol ſtetit in cælo ſpatio vnius diei pugnãte Ioſua. Item quod idem ſol retractus eſt in cælis per decem gradus ægrotante Ezechia. Quod vndæ inſtar murorum vtrinque ſteterunt in mari rubro, & in Iordane, tráſeuntibus Iſraelitis. Quod mortui ad vocem Chriſti & miniſtrorum ipſius, reſurrexerunt. Quod viui homines, ſpectantibus aliis, recepti ſunt in cælum; & ſimilia. Hæc nequaquam poſſunt caſu accidere.

5 Peculiaris eccleſiæ vocatio; repudiato & abiecto non exiguo mundi impio cœtu. Propagatio & conſeruatio ipſius eccleſiæ, cõtra furores diaboli & mundi omnib ſeculis.

6 Prophetiæ de rebus futuris, tum in eccleſia Dei, tum in

politia: & euentus, qui præfinito à Deo tempore, ſiue breui, ſiue longo, præclare reſpondent.

7 Experientia auxilii diuini in inuocatione. Item experientia fructuum qui ex Euangelii cognitione proueniunt, quales ſunt, remiſſio peccatorum, Conſolatio & pax conſcientiæ in ſummis mœroribus, Donatio ſpiritus ſancti, Inchoatio nouæ obedientiæ, & ſimiles.

8 Glorificationes ſanctorum, vt Elias igneo curru viuus in cælum vehitur: Lazarus recumbit in ſinu Abrahæ: contra diues lurco infernalibus flammis excruciatur: multi ſancti, Chriſto expirante in cruce, in monumentis reuiuiſcunt: & egreſſi, per dies quadraginta, donec Chriſtus in cælum viſibiliter aſcendit, multis piis apparent, cumq; ipſis familiariter de rebus diuinis colloquuntur.

9 Promiſſiones certæ de futuro iudicio, reſurrectione, & vita æterna, in qua impii, contemptores, & perſecutores verbi Dei, in infernum proiecti, æternas pœnas luent: pii vero, qui in Chriſtum crediderunt: æterno gaudio & honore, cum Deo patre, filio, & ſpiritu ſancto, & cum ſanctis angelis potientur.

10 Sacramenta, vt Baptiſmus, qui eſt lauacrum regenerationis: clauium adminiſtratio, quæ fit nomine, hoc eſt, mandato & efficacia Chriſti: corporis & ſanguinis Domini ſub pane & vino fruitio.

Hæc ſunt grauiſſima fundamenta, quæ eccleſia Dei, præter illas rationes, quas ipſa ratio humana, aut collectio ſeu ratiocinatio ex operibus Dei ſuppeditat, nouit, & conſiderat. Hiſce igitur argumentis mentes noſtras confirmari decet, ne cæcitati, dubitationi, aut ſecuritati nimiæ ſponte indulgeamus. Hæc Ioannes Wigandus.

AVDÆANI.

AVdæani ab Audæo quodam Syro natione, dicti ſunt: Qui Valentis Imperatoris & Damaſi ſummi Romanorum pontificis temporibus florens circa annum Domini 380. Deum putabat humana membra habere, authore Theo-

Theodorito eccleſiaſticæ hiſtoriæ libro quarto, capite decimo.

De hoc itaque ex eodem authore ſic habetur Tripartitæ hiſtoriæ lib, ſeptimo, cap. vndecimo: Inclytus igitur Imperator tanquam Apoſtolicis dogmatibus cum omni cura vacabat, Interea Syrus quidam & genere & lingua, Audæus nomine, illo tempore fuit dogmatum nouorum repertor. Qui primum quidem malignos habere conceptus cœperat, tunc autem cognitus eſt, Prius nanque ſtulte intelligens quod ſcriptum eſt, Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram: humanam formam putauit habere diuinitatem, & corporis circuniacere partes coniecit, diuinæ ſcripturæ ſenſum nequaquam perſpiciens, quę ſæpe diuinis operationibus humanorum membrorum nomina circumponit. Quandoquidem qui facile ſubtiliora intelligere nequeunt, per hæc Dei prouidentiam magis agnoſcunt. Adiecit autem huic impietati & alia his vicina. Ex veſania nanque Manetis adſperſus, neque ignis, neque tenebrarum Deum aſſeruit creatorem. Sed hæc quidem, & quæcunque his ſimilia, celant Manetis veſaniæ participes, at iſte palam prædicabat,

Aiunt autem hos ab Eccleſiaſtico ſeiunctos eſſe conuentu, quod hic reperiantur quidam, qui vſuras execrandas exigant: nec deſint qui abſque legitimis nuptiis, mulieribus cohabitantes, indecentem agant vitam. Atque horum cauſa aiunt ſeorſum ſe viuere, celantes hac occaſione ſuorum dogmatum blaſphemiam. Eſt autem hic prætextus arrogantiæ plenus, & phariſaicæ propago doctrinæ. Nam & illi animarum & corporum medicum accuſabant in templo, dicentes Apoſtolis: Vt quid cum publicanis & peccatoribus manducat magiſter veſter? Et per Prophetam de talibus dicit Dominus: Qui dicunt, mundus ſum, noli me tangere, iſti fumus erunt in furore meo, ignis ardens tota die. Sed horum ſtultitiam redarguere, præſentis temporis non eſt: quapropter ad narrationem reliquorum procedamus. De his habetur C. de hæreticis

& Manichæis, l. Arriani. de quibus etiam vide ſupra de Anthropomorphitis ſeu Vadianis.

AVGVRES.

AVgures ſunt, qui auguria & diuinationes & ſtellarum curſus inquirunt, & euentus ex eis futurorum rimantur: contra illud quod in Deuteronomio Moſes ſcribit: Non inueniatur in te qui obſeruet auguria. Horum vero auguriorum inuentio prima ex Ægyptiis profecta eſt. Idololatriæ ſiquidem Ægyptus mater eſt. Ad quæ ſi quis poſt ſuſceptum baptiſma recurrat, opprobrium Ægypti, diuino Hieronymo teſte, portabit, quemadmodum habetur 26. diſtinct. quæſt. 3. cap. Sed & illud. Nam quemadmodum inquit Iacobus Paradinus libro quem de poteſtate dæmonum edidit: Diuinatio, quæ fit ex garritu auium, illicita eſt: vtpote quæ fiat per dæmonum impulſionem, ſuaſionem & inſtinctum, quo animæ vanis impleantur opinionum illuſionibus, & credatur in huiuſmodi aliquid ineſſe diuini, & bruta honori ab hominibus & venerationi habeantur, indeque fides in Deum decreſcat & diminuatur, & multæ demum hæreſes per inſenſatos quoſdam & fatuos progignantur.

Fuiſſe autem augurandi ſacerdotium quondam penes Romanos ac reliquos gentiles & idololatras magnæ religionis, ne dicam ſuperſtitionis, conſtat. Nam hi velut interpretes internuntiique deorum, tantæ dignationis habiti ſunt, vt eum qui aruſpicinam fecerat, in ſenatum adſcribi, & inter patres legi, fas eſſe duceretur. Regibus quoq;, ſicut iura dare & ſapere, ita diuinare, regium munus erat. Itaq; à primo ortu vrbis, iidem reges & augures erant, qui futura prædicerent, & iura darent. Denique Romulus hoc ſacerdotio præditus, optimus augur fuiſſe traditur. Proditumque eſt, Romæ optimatum filios ſex, Hetruriæ populis, vt augurandi artem ediſcerent, ex decreto ſenatus in diſciplinam tradi ſolitos, vt Romæ augurandi ſcientia & ars innoteſceret.

Horum

Horum ergo proprium fuit, ex auibus vaticinia obſeruare, ſignaque rerum futurarum, & à diis monita contemplari. Si opportune euolaſſent, aut ſedes idoneas accepiſſent, obnuntiare: de prodigiis, ſomniis, auguriis, atque oraculis, portentiſque & extis reſponſa dare: Tum obſeruationes auſpiciorum, procurationes expiationeſque, vatum libros, portentorum explanationes, & monita deorum edicere, ſi quid ingruente fato caſurum foret, & quod ſaluis auſpiciis fieret: Quodve augurium lætum, quodve piaculare eſſet: quod minas cæleſtes ingruenteſque calamitates, aut fatale exitium afferret, præmonere & vaticinari. Hactenus de auguriis. Qui plura volet, legat Alexandrum ab Alexandro, Genialium dierum lib. 5. c. 19.

AVGVSTINIANI.

AVguſtiniani non à diuo Auguſtino denominati ſunt, ſed à quodam hæretico Bohemo nomine Auguſtinus. Hic præter alias, quas in Deum & eccleſiam protulit, blaſphemias, nugabatur cælum nondum reſeratum, ſed hominibus occluſum fore vſque ad extremam diem. Hæc ex Guilhelmo Lindano, dialogo 2. ſui Dubitantii.

AVXENTIVS MEDIOLANENSIS Epiſcopus.

AVxentius Mediolanenſis epiſcopus hæreſiarcha turbauit eccleſiam ſub Conſtantio Cæſare, & Iulio huius nominis primo Romano Pontifice, circiter annum Domini 340.

Hic Eluidii hæretici magiſter fuit, dignum ſane patella operculum. Nã qualis magiſter, talis & diſcipulus extitit. Quia vero Arrianum dogma anathemati ſubiicere renuit, ideo à ſanctis patribus in Concilio Ariminenſi hæreſeos condemnatus eſt. Contra hunc diuus Hilarius Pictauenſis epiſcopus elegantem librum conſcripſit. Idem fecerunt & ſancti Auguſtinus & Ambroſius, qui in eius locum ſubrogatus, tanta fide & doctrina enituit, vt eo docẽte, & ſcri-

bente, & egregio[r]u[m] morum exemplum præ ſe ferente, vniuerſa Italia ad rectam fidem tandem conuerſa fuerit.

De Auxentio ſic ſcribit Nicephorus, lib. 9. eccleſiaſt. hiſt. c. 13. Sardinenſi, inquit, conuentu peracto, domum ſe quiſque recepit. Ac deinceps Occidens ab Oriente per ſeceſſionem diuiſus eſt. Non amplius enim Occidentales cũ Orientalibus, haud eadem ſecum ſentientibus, negotii ſibi quidquam & coniunctionis eſſe voluere. Et communionis finis Occidentalibus fuit inter Illyricum & Thraciam, circa montẽ qui Sufacis dictus eſt. Vltra autem eum locum propter variantem fidem, minime inter ſe inuicem communicare voluerunt. Vt vero fieri ſolet, in eccleſiis calumniæ & diſſenſiones erant: & ingens turba & confuſio eccleſiam catholicam inuaſit. Antea ſiquidem, etiamſi diſſiderent, conſuetudine tamen inter ſe iungebantur, nec adeo eam rem grauem putabant, & conſuetudinem eiuſmodi, eundem de Chriſto ſenſum eſſe exiſtimabant. Et vt paucis dicam, eccleſia occidentalis omnis patriæ inſiſtens religioni, contentionis expers, & à ſtudio de dogmatibus nugandi aliena fuit, ſincere profeſſionem fidei Nicenam ſonans atque profitens. Quãuis etiam tum Vrſicius Pannonius & Auxentius Mediolanenſis conati ſunt eccleſias diſtrahere, & ad Arrianam opinionem traducere: efficere tamen id nequiuere, ſede Romana & aliis occidentalibus epiſcopis vigilantibus, & hæreſis eius ſurculos extirpantibus. Impotentibus autem animis illi pugnabant aduerſus verbum Conſubſtantialis, filium non eſſe ex ſubſtantia patris contendentes.

De ſancto vero Martino idem tradit Nicephorus, quod cum ipſe Mediolani monaſterium ſtatuiſſet, grauiſſime ab eodem Auxentio inſectatus, multiſque iniuriis affectum de ciuitate expulerit. Hæc ſunt eius verba: In Europa autem per Thraciam & Illyricum, etiam ſi homines monaſticam conſuetudinem ad id tempus ignorarent, non omnino tamẽ viris Chriſtianæ philoſophiæ peritis, regiones

iſtæ

Digitized by Google

iſtæ caruere. Floruit apud illos Martinus ille, qui Sabariam Pannoniæ patriam habens, quum generis, tum militiæ ſplendore adeo clarus fuit, vt honores etiam ſit meritus, & ordines duxerit. Sed ille Cæſareanam diuinæ militiæ poſthabuit. In Illyrico primum philoſophatus, atque inde variis perſecutionibus & inſidiis expetitus, ſecedere eſt coactus. Multos namque ex epiſcopis, qui Arrii contagionem conceperant, manifeſto deprehenſos coarguit. Ac deinde Mediolani ſecum ipſe vixit. Vnde Auxentii, eius vrbis epiſcopi non recte de Nicenis decretis ſentientis inſidias veritus, diſceſſit: & ſe in inſulam quandam, quæ vernaculo nomine Gallinaria dicebatur, abdidit. In hac alimento radicum herbarum vixit. Inſula autem ipſa exigua admodum eſt, & ædificiis carens, Tyrrhenum reſpiciens mare. Atque inde abductus, adminiſtrationem eccleſiæ Turonenſis ſuſcepit. Hæc Nicephorus.

LIBER SECVNDVS.

BAALITÆ.

BAalitæ, à Belo Phœnicum rege dicti, olim apud Iudæos hæretici, vel potius Idololatrę fuerunt, qui cum eiuſdem Beli Tyriorũ regis (vt author eſt Philaſtrius) viri militaris rei peritiſſimi nomẽ intercidi, ac ex hominum memoria aboleri nollent, propterea quod illis, eo viuente, nõ pauca beneficia præſtitiſſet, potiſſimumq; quod Cyprios Phœnicum littus piratica quadã infeſtantes, magna cum illorum clade ſubegiſſet, poſt eius mortẽ, ipſius idolum effigiãtes, & Baal nuncupantes, diuinis honoribus ſunt illud proſequuti, quemadmodum Regum libr. tertio

continetur. Vbi quidem quomodo Achab Iſraelitarum rex & Iezabel eius vxor, quotoquoque die illi idolo ſacra faciebant, habetur. Ob quam rem zelo ductus diuino beatus Helias Propheta, à Domino miſſus, his qui nomine Iudaiſmi legem profitebantur, impietati autem paganæ perniciosè ſeruiebant, ita locutus eſt: Quouſque tãdem vtrinque claudicatis? Si Dominus eſt Deus, ſequimini eum: ſi autem Baal, ſequimini illum. Fauentes nihilominus lucorum ſacerdotibus Rex atque Regina, diuerſis pœnis & cruciatibus perierunt. Populus autem non recedens ab idolorum cultura, ducentorum quinquagintaquatuor annorum ſpatio, crebris captiuitatibus agitatus, tãdem periit. Hæc porro ex Gentium ſuperſtitione, cum quibus cõmercium familiare habebãt Iudæi, profecta eſſe, nemo eſt qui hinc dubitare poſſit: quemadmodum etiam videre licebit ex his, quæ Alexander ab Alexandro Genialium dierum lib. 5. recenſet in hæc verba:

Quam impia, inquit, & falſa inter gentes olim de diis opinio fuerit, quamque multiformes deorum vanitates, & quam infandis ſacris priſci deos coluerint, dictu referre difficile eſt. Siquidẽ primi mortales, nulla doctrinæ ſchola, ratione aut lege, ſed ſuo quiſque ingenio, & prout impetus animi tulit, deos genioſque adoptãdo, numina coluerunt. Primos enim qui antiquiſſimi fuerunt, haſtas coluiſſe cœpiſſe, ac ligna delibrata corticibus, pro diis veneratos accepimus. Inde à Romanis religio fluxit, vt ſingulis deorum ſimulacris haſtas darent: tametſi antiquiſſimos Romanorum, centum ſeptuaginta annos ſine deorum imaginibus vixiſſe, nonnulli teſtati ſunt.

Indi quicquid colere cœperunt, præcipue maximas arbores, deos putauerunt, illaſque pro numinibus venerati ſunt, quas ferro violaſſe capitale fuit. Ex quibus nonnulli draconem quinque iugerum, velut Liberi patris ſimulacrum, coluerunt.

Perſæ & Maſſagetæ, cœlum & Iouem: Solem vero Deũ maximum dixerunt, equoſque illi ſacrauerunt: quibus interdi-

rerdictum erat, ne quem præter ſolem colerent. Quicquid vero quernis arboribus naſcebatur, è cœlo miſſum putabant: Iidem Soli, Lunæ, Telluri & Igni, Aquæ ac Ventis, ſacrum facere inſtituerunt: quos omnes, deos: ignem vero, præcipuum duxerunt. Quæ etiam Magorum opinio fuit, (cui Thales adſtipulatur) cur ignem tam religioſe coluerunt, vt cremare corpora ducerent nefas, ne contagio cadaueris, deorum maximum violarent.

Sunt qui arbitrantur, viſco, quod in querna arbore naſcebatur, nullum præſentius numen æſtimari. Hi fuerunt Druidæ, quorum vana ſuperſtitio inter mortales præcipua fuiſſe traditur. Alii mari porrectum collem velut præſentem deum coluerunt, quod eo occluſa vallis, æſtu Oceani non inundaret.

Mitto Ægyptiorum ſuperſtitionem, & falſarum opinionum ineptias, qui Apim præcipuo honore venerati, ſolum reſponſa dare, & proſperos euentus, aut futuras calamitates præmonſtrare fabulati ſunt: modo Iſim & Oſiridem, modo Serapim, & quod dicere piget, Crocodilos, à quibus hominem deuorari, tāquam à Deo expetitum, magni muneris habebatur loco: modo Ichneumones, Ibes, & fœda animalia, aliaque ludibria religionum, velut deorum numina colentes. Quinetiam Ægyptii, Solis ſimulacrum diplomatibus conſignatis adorant, quem Horum nuncupant, illudque precibus & votis frequentant aſſidue.

Arabes, Iouem & Bacchum: Æthiopes ex diis vnū mortalem, alterum immortalem putant: nonnulli Pœnam & Beneficium.

Aſſyrii & Perſæ, vnum bonorum largitorem, alterum malorum.

Numidæ Ammonem in deſertis arenis magnis honoribus frequentant.

Celtiberi cuipiam Deo, cuius etiam nomen ignorant, plena luna nocturnum ſacrum facere, & ante cuiuſq; fo-

res ſaltibus indecoris pernoctare didicerunt. Reliquas exteras & barbaras nationes mitto.

Quod ſi illarum ſacrificia & ritus externos eruere conamur, quam impios cultus & quam infanda ſacra, apud tot efferas nationes vario gentium ritu inueniemus?

Scythotauri primũ pro hoſtiis Dianæ, aduenas immolabant: Laodicæi, Palladi virginem: Arcades, Ioui Lycæo puerum. Plerique iuxta Boryſthenem, vecordi animo homines victimas dare, & in ſacrificiis deorum, humanis oſſibus adolere ſolebant.

Blemmyæ, Cimbri, Galli, Druidæ, & Germani, ſtatis diebus, humanis litant hoſtiis, & cruore captiuorum adolent aras: tunc propitiari Deum maxime arbitrati, quũ per cruciatum homines excarnificarent, ex pœnis hominum diuinationem & auguria captantes.

Fuit quoq; apud Phœnices & Carthaginenſes nimium diu ſeruatum, vt infantes principali honore inſignes, ſorte ductos, in regio ornatu Saturno immolarent hoſtias: & quem ſors morti deſtinarat, morti ſubtrahere non licebat: quare multorum ciuium largis fletibus deplorata funera fuere: à quibus ſacris cum deſiuiſſent, poſtea victi ab Agathocle, deos propterea ſubiratos arbitrantes, vt numẽ placarent, ducentos nobilium filios mactarunt ad aras. Adeo cæca mortalitas ſub nomine religionis ad infandas cædes agebatur præceps. Id quod à Rhodiis & Cretenſibus factitatum comperimus, vt hominem epulis grauatum, ac pueros impuberes feſtis diebus Saturno mactarent.

In Chio & Salamine mos multa ſecula viguit, vt Diomedi & Dionyſio homines diſcerptos iugularent. Eiuſdemque Dionyſii templum in Arcadia fuit, in quo puellæ ad aram flagellabantur ad necem: ſicut Spartę in ara Mercurii & Orthiæ Dianæ, pueri. Quin etiam alii ingenti ſimulacro viminibus intexto, & viuis hominibus oppleto, ac igne ſuccenſo, hominibuſq; fœdum in modum exanimatis, maximum holocauſtum diis offerre putauerunt. dies me deficeret, ſi Lacedæmoniorum, Galatarum, Maſſageta-

getarum, Cimbriorum, Gallorum, Luſitanorum, Thracum, Germanorum, Senonum, Perſarum, Græcorum, Leucadiorum, Albanorum denique ſpurcos atque nefandos ritus in ſacrificiis diis ſuis litandis recenſere pergerem: quos ſi quis fuſius noſſe deſiderat, eundem Alexandrum ab Alexandro legat vltimi libri cap. vltimo.

Hoc poſtremo addam ex eodem Alexandro, tantam fuiſſe (apud Græcos præcipue) quondam animorum inſipientiam, tamque præcipitem libidinem imperiti vulgi, vt omnes fere mortales in templis coire, & nefandis libidinibus immiſceri, ac pudendis genitalibus ſacrum facere, (quod procreationis ſeminarium forent) nefas non putarent: ita vt Britannis longo tempore mos inoleuerit, coniuges & nurus nudas, & ſucco herbarum delibutas, ad templa ducere, & ita ſupplicare, ac captiuorum ſanguine diis litare. Et Corinthi ſupra mille proſtitutas in templo Veneris aſſidue degere, & in flammata libidine, quæſtui meretricio operam dare, & velut ſacrorum miniſtras deæ famulari.

Piget (inquit rurſus idem Alexander) referre Romanos tunc rerum dominos, quibus fœdera, leges, & ſacra exteris dare nationibus imperium fuit: quanto in errore, & quam tetra caligine verſatus fuit victor ille gẽtium populus, & totius dominator orbis, omni ſuperſtitioni obnoxius, Iunones & Genios quotidie ſibi adſciſcendo, & noua numina adoptando: qui etiam extraordinaria ſacra ex fatalibus libris facere coacti, Græcum & Græcam, totidemque Gallos, in foro boario ad placandas deorum iras, ſub terras viuos defodere veriti non fuerunt. Licuitque diu, in ſacris hominem interimere, & diis immolare: adeo vt Saturnum & Latialem Iouem humana placarent hoſtia: cuius ſimulacrum, dum ſacrificant, humano ſanguine proluebant, donec Cneo Cornelio Lentulo, & Publio Licinio Craſſo conſulibus, Senatuſconſulto cautum fuit, ne nouam inducere religionem, neue hominem immolare, aut humano ſanguine litare liceret. Ac præter notiſſimos

deos, homini vix initiato, & nondum in lucem edito, turbas deorum tanquam pediſſequos & pædagogos, & tot vanitates præfecere: Proſam, Poſtuertam, Egeriam, Fluoniam, Lucinam, Pilumnum, Picumnum, Eduſam, Potinam, Maiam, quæ Fatua dicta eſt, quos ſibi deos finxit antiquitas: etiam Stabilinum, & Statanum, ac Fabulinum: aliosque magnos, alios Geniales, alios Indigetes, nonnullos Patrios deos venerati. Adeo ignara ſuperſtitio, hominum mentes deprauat, & nonnunquam ſapientum animos tranſuerſos agit. Huc uſq; Alexander ab Alexandro.

Hæc vero hoc in loco præter inſtitutum adiicere volui, quo pius lector facile perpendat, vnde gens Iudæa, ſuæ hæreſis vel idololatriæ potius, originem traxerit, nimirum ab iis, de quibus Dominus illis in hunc modum præceperat: Non ibitis poſt deos alienos cunctarum gentium, quæ in circuitu veſtro ſunt, quoniam Deus æmulator Dominus Deus tuus in medio tui, ne quando iraſcatur furor Domini Dei tui contra te, & auferat te de ſuperficie terræ. Non tentabis Dominum Deum tuum, ſicut tentaſti in loco tẽtationis. Tum deinde, vt noſcitet, quantũ debeamus Chriſto Domino, regi & doctori noſtro, quem verum Deum veneramur & ſcimus, quo præmonſtrante, exploſa ferarum gentium doctrina eſt: rituque immani & barbaro exibilato, veram religionem edocti, humanitatem & verum Deum colimus, euictiſque erroribus & infandis ineptiis, quas priſci coluere, quid quemque deceat, & quibus ſacris, quaque mente Deum colere oporteat. Si quis vero meram huius hæreſis & idololatriæ originis deſcriptionẽ noſſe volet, legat libri Sapientiæ Salomonis cap. 13. & 14.

BACVLARES.

BAculares ſunt ſecta Anabaptiſtæ, ad tertiam claſſem noſtræ tempeſtatis Euangelicorum pertinentes, alio nomine Stebleri appellati, quod (teſte Lindano) gladium, telum, aut arma præter baculum portare nefas habeant.

Sunt

Sunt & alii quidam huius ſectæ Clancularii nuncupati, à latendi ſtudio. Quidam Occulti occultorum. Quidã Manifeſtarii, à varia ſuæ perfidiæ profeſſione dicti. His adde qui ſe Scripturarios vocant, à diuinæ ſcilicet ſcripturæ profeſſione: ſicuti per Waterlandiam ſeſe Paulinos dictitant, à diui Pauli ſtudio. Fuerunt & Ollarii, ſic à Friſiis appellati, quod ſuos coniuratos non, niſi menſa belle inſtructa, inuiſerent, atque ita fratrum quos dicunt, bona abligurirent, quos inſtituti ſcopus, experientia notus, facile diſſipauit. Sed hi magis inter deliros ſunt deputandi.

BAGNOLENSES, ſeu Baiolenſes.

BAgnolenſes, ſiue Baiolenſes, & Concordenſes, vel Cozorenſes hæretici, exorti ſunt Conſtantini VI. Imperatoris, & Leonis III. Papæ temporibus, circa ánnum Domini 796. Hi (teſte Antonio IV. parte ſummæ, titul. 11. cap. 7.) multis in erroribus adſtipulantur Albanenſibus, licet in paucis ab eis diſſentiant. Hi ſiquidem velut illi, duo conſtituunt principia, vnum bonum, alterum vero malũ. ſed inter reliquos, quos Guido Carmelita illis impingit, errores, vnus eſt præcipuus, quo aſſerunt omnibus Chriſtianis eſſe interdictum iuramentum: adeo quidem vt nuſquam eis iurare liceat.

Hunc porro errorem hoc ſeculo noſtri reintegrarunt pſeudoapoſtoli, quemadmodum ſuis locis videre eſt. Reliqua vide ſupra in Albanenſibus atque Albigenſibus.

Quantum vero ad iuramentum attinet, hic referre nõ pigebit, quod in explicatione ſecũdi pręcepti docet doctus ille & pius Hoſius Varmienſis Epiſcopus in hæc verba: Primo loco (inquit) corde, ſecundo prohibemur ore tranſgredi præceptum de diligendo Deo. Sic igitur dicit Dominus: Non aſſumes nomen Domini Dei tui in vanum: nec enim habebit inſontem Deus eum, qui aſſumpſerit nomẽ Domini Dei ſui fruſtra. Qui diligit & colit aliquẽ, non

meminit illius niſi reuerenter, & cum quadam etiam honoris præfatione. Cum itaque præ cunctis aliis diligere nos & colere Deum oporteat, committere non debemus; quin & ipſi ſumma cum reuerentia nomen eius vſurpemus: neque id in alios, quam tantam decet Maieſtatem, vſus conferamus. Quare prohibetur hic omne iuſiurandũ, quod non vel Dei gloria, vel fratrũ vſus neceſſario poſtulet. Peccat igitur contra præceptum hoc quiſquis volũtarie iurat. Nam ſi quis iuret exigente magiſtratu, ſibiq; iuramẽtum deferente; modo id faciat in veritate & iudicio & iuſtitia, non peccat. Nam quod prohibuit Deus, ne iuretur, illud Auguſtinus libro de Mendacio, cap. 15. prohibuiſſe vult intelligi, ne quiſquam ſicut bonum appetat iuſiurandum, & aſſiduitate iurandi, ad periurium per conſuetudinem delabatur. Quamobrem non eſt appetẽda ſicut bona, iuratio; nec tamen fugienda tanquam mala, cum eſt neceſſaria. Cum igitur non in bonis, ſed in neceſſariis iuratio ſit habenda, refrenet ſe quiſque, quantum poteſt, vt ea non vtatur, niſi cum neceſſitas poſtulauerit: vt ſi quando videt difficiles homines ad credendum, quod eis expedit credere, niſi quod dicitur, iurando firmetur. Quoties autem vel ad Dei gloriam, vel ad proximi vtilitatem in veritate, iudicio, & iuſtitia iuſiurandum præſtatur, non modo contra præceptum hoc nihil fieri, verum illud magis impleri credendum eſt, quod in Deuteronomio ſcribitur: Deum tuũ timebis, & illi ſoli ſeruies, ac per nomen illius iurabis. Hæc Hoſius. Vbi quidem docet contra Baiolenſes ac ſimiles hæreticos, iuramentum non ſemper eſſe illicitum.

BALAAMITÆ.

BAlaamitæ hæretici à Balaam ariolo & pſeudopropheta ſunt appellati: qui, vt eſt in Apocalypſi diui Ioannis, docebant terrenos principes fornicari & edere de idolorũ ſacrificiis, h. e. qui peccatum luxuriæ & gulæ, nullum eſſe in Deum crimen aſſeuerarent. Eoque tandem apud Gentiles & Iudæos

Digitized

&Iudæos ventum eſt veſaniæ, vt nomine Balaam, ſibi idolum conſtituerint & coluerint, vt author eſt Philaſtrius libr. de hæreſib. Locus autem Apocalypſeos diui Ioann. ſic habet: & angelo Pergami eccleſiæ ſcribe: Hæc dicit qui habet romphæam vtraque parte acutam: Scio vbi habitas, vbi ſedes eſt Satanæ: & tenes nomen meum, & non negaſti fidem meam. Sed habeo aduerſus te pauca, quia habes illic tenentes doctrinam Balaam, qui docebat Balac mittere ſcandalum coram filiis Iſrael, edere & fornicari. Ita habes & tu tenentes doctrinam Nicolaitarum. Huius porro Balaam conſilium (inquit gloſſa in librum Numerorum c. 24.) effectu clarum eſt. Videns enim Iudæos ad luxuriam promptos, conſuluit Balac, vt pulchras mulieres adduceret, & poneret coram filiis Iſrael, quarum pulchritudine capti, ruerent in amplexus earum, & ſeducti comederent de ſacrificiis Beelphegor. Vnde Albertus hunc locum interpretans, dicit tempore diui Ioannis quoſdam in Eccleſia Pergami extitiſſe, qui fornicari & edere de ſacrificiis idolorum docerent, nullum id eſſe ſcelus aſſerentes.

Huius hæreſis videtur meminiſſe diuus Petrus Apoſtolus epiſtola ſecunda, cap. 2. cum inquit: Hi vero velut irrationabilia pecora, naturaliter nata in captionem & in perniciem, ea quæ ignorant, blaſphemãtes, in corruptione ſua peribunt, percipientes mercedem iniuſtitiæ ſuæ, voluptatem exiſtimantes, diei delicias, coinquinationis & maculæ: deliciis affluentes, in conuiuiis ſuis luxuriantes vobiſcum, oculos habentes plenos adulterii & inceſſabilis delicti, pellicientes animas inſtabiles, cor exercitatum auaritia habentes, maledictionis filii, derelinquentes rectam viam, errauerunt, ſecuti viam Balaam ex Boſor, qui mercedem iniquitatis amauit, correptionem vero habuit ſuæ veſaniæ. Nam ſubiugale mutum animal, in hominis voce loquens, prohibuit prophetæ inſipientiam. Hi ſunt fontes ſine aqua, & nebulæ turbinibus exagitatæ, quibus caligo tenebrarum reſeruatur. Superba enim vanitatis loquẽtes, pelliciunt in deſideriis carnis luxuriæ eos qui paululum effu-

giunt, qui in errore conuerſantur, libertatem illis promittentes, cum ipſi ſerui ſint corruptionis. A quo enim quis ſuperatus eſt, huius & ſeruus eſt. Si enim refugientes coinquinationes mundi per cognitionem Domini noſtri & Saluatoris Ieſu Chriſti, his rurſus implicati ſuperantur: facta ſunt eis poſteriora deteriora prioribus. Melius enim erat illis non cognoſcere viam iuſtitiæ, quam poſt agnitionem retrorſum conuerti ab eo, quod illis traditum eſt ſancto mandato. Contigit enim eis illud veri prouerbii, Canis reuerſus ad ſuum vomitum: & Sus lota in volutabro luti. Hæc diuus Petrus.

Cui ſententiæ accedit & beatus Iudas in ſua Canonica, ita inquiens: Væ illis qui in via Cain abierunt, & errore Balaam mercede effuſi ſunt, & in contradictione Core perierunt. Hi ſunt in epulis ſuis maculæ conuiuantes, ſine timore ſemetipſos paſcentes, nubes ſine aqua, quæ à ventis circumferuntur, arbores autumnales infructuoſæ, bis mortuæ, eradicatæ, fluctus feri maris, deſpumantes ſuas confuſiones, ſidera errantia. Quibus procella tenebrarum ſeruata eſt in æternum. Hi ſunt murmuratores, queruloſi, ſecundum deſideria ſua ambulantes & os eorum loquitur ſuperbiam, mirantes perſonas quæſtus cauſſa. Hæc ille. Vbi quidem Apoſtolus eleganti collatione confert non Balaamitas ſolum, ſed omnium fere ſeculorum ſeductores his ſceleſtiſſimis & perditiſſimis viris, Cain, Balaam, & Core. Quotquot enim ab orbe condito impoſtores extitere, qui docendi authoritatem ſibi vendicarunt, reiectis doctoribus veritatis, in viam Cain primo ingreſſi ſunt, à quo fratricidium & inuidiam didicerunt. Nam quemadmodum Cain fratri Abeli vitam puram inuidit, & ob hoc eundem occidit: ita hi blaſphemi, latrones, & furciferi, viros purioris vitæ & religionis Chriſtianæ ſtudioſiſſimos, inuidia perſequuntur, mores Cain ſui præceptoris imitati. Secundo in errore Balaam, mercede effuſi ſunt: Hoc eſt, illaqueati, decepti, & occæcati vitio ſui præceptoris Balaam, meruerunt ſua auaritia, donis & quæſtu in aliud ſcele-

ſceleris genus incidere: adeo quidem vt in omne facinus prolapſi, iam quod malum & crimen grande eſt, pro virtute ducant, non minus quam Balaam, qui donis & auaritia corruptus ab Ammonitis & Moabitis, vt populo cui Deus benedixerat malediceret prouocatus eſt. Vbi profecto qui nihil ſibi temperant, ſed ad omne ſcelus parati, in omne facinus prolabuntur, effuſi dicuntur. Et quemadmodum Core factioſus & ambitioſus, ſacerdotium vſurpare & præripere Aaroni voluit, ingentem concitans factionem aduerſus Moſen & eundem Aaronem, ſtatimque cum ſuorum curatorum exercitu, à terra dehiſcentè viuus abſorptus eſt, & ad inferos deſcendit: ita & veritatis oppugnatores, qui ſua impietate aduerſus ſanctos magiſtratus conſilia ineunt & parant, ab vnitate ſanctæ eccleſiæ reſiliunt, & maieſtatem regiam ambiunt, mores Core induerunt & ſequuntur. Sed qui maxime Balaamitæ dicantur, ex hiſtoria magis pateſcet, quæ Numerorum libro cap. 22. 23. 24. & 25. habetur. Et quam elegantiori planioriq; ſtylo proſequitur Flauius Ioſephus Antiquitatum Iudaicarum libro quarto, in hunc modum, poſt multa alia iam præfata:

Vos, inquit, ô Madianitæ, ſi aliquam victoriam aduerſus Hebræos iſtos, quibus me maledicere inſiſtitis, ad breue tempus lucrari deſideratis, eam quidem impetrabitis, ſi quæ moneo feceritis: Filiarum veſtrarum ſpecioſas, præcipue virgines, quibus ſubdi & deludi caſtitas poſſit, inſpicientium propter pulchritudinis honeſtatem, circa eorum exercitum proxime deſtinate: & ſupplicantibus eorum iuuenibus, vt earum amplexibus miſceantur, præcipite; quatenus dum eos concupiſcentia viderint obligatos, deſerant: rogantibuſque manere eas, non primitus annuant, quam eos patrias leges relinquere iubeant, ſimul & honorem Dei qui eas poſuit eis, & Madianitarum atque Moabitarum colere ritum cogant. Sic enim illis indignabitur Deus. Madianitę vero dū miſiſſent filias ſuas, ſicut ille monuerat, Hebræorum iuuenes decepti ſunt pulchritudinē

puellarum:& ad earum colloquia veniẽtes rogabant quatenus earum pulchritudine fruerentur,nec conſuetudinis proximitate recederent. At illæ libenter hæc verba audientes,conſenſerunt eis, obligantes eos amore ſuo. Quibus dum cõcupiſcentia creuiſſet, eos illæ cœpere deſerere. Dumque illos anguſtia de mulierum diſceſſione crudeliter inuaſiſſet,vberrimis fletibus exorabant, ne eos illæ deſererent,ſed futuras vxores & dominas omnium ſubſtantiarum ſuarum manere poſcebant. Hæc autem cum iuriſiurandi religione firmabant, Deumque mediatorem in promiſſione faciebant, flentes & vndique ſemetipſos miſericordia dignos mulieribus oſtendentes. Illæ vero dum eos ſeruitute iam captos eſſe cognoſcerent, & omni vinculo fidei conſuetudinis obligatos,eis talia cœperunt dicere: Nobis quidem ô fortiſſimi iuuenes, domus paternæ ſunt, & bonorum magna poſſeſſio, parentumque & domeſticorum fauor atque dilectio, nihilque horum egentes,venimus ad veſtrum alloquium: nec quæſtum ſpecioſi corporis requirentes, veſtram nobilitatem adiuimus: ſed viros bonos & iuſtos exiſtimantes, honorare vos xeniis, quibus indigeatis,aduenimus. Nunc vero quando dicitis, erga nos habere dilectionem, & noſtro contriſtari diſceſſu, neque nos veſtras preces abiicimus, ſed tantummodo fidem volumus fauoris veſtri percipere: per quam nos credere digniſſimum iudicamus, vt veſtram conuerſationem diligentes, vxores eſſe poſſumus. Formidamus etenim,ne, dum fueritis ſatietate noſtræ conſuetudinis adimpleti, deinceps contumeliis affectas, ad parentes nos proprios remittatis.

Rogantibus itaque illis, & vt vellent, fidem daturos ſe pollicentibus, & ob amorem in nullo contradicentibus, dixerunt illæ: Quoniam hæc quidem vobis placent, moribus autem & vita vtimini omnibus aliena, ita vt etiam cibos proprios habeatis, & pocula cum nullis communia: neceſſe erit volentibus vobis habitare nobiſcum,etiam & deos colere noſtros, nec erit indicium aliud circa nos veſtri fa-

ſtri fauoris, niſi eoſdem Deos, quos nos, adoretis: nulluſque culpabit vos, ſi terræ ad quam veniſtis, eius colatis & numina: vtique dum dii noſtri ſint communes omnibus, veſter vero in nullo ſit talis. Dicebantque eis, vt aut quę eſſent omnium, ea facerent; aut aliam quærerent terram, in qua poſſent legibus propriis conuerſari. Illi autem amore earum deuincti, optima illas dicere iudicantes, & ſemetipſos tradentes voluptatibus earum, patria iura tranſgreſſi ſunt: deoſque plurimos iam putantes, & immolare eis lege prouinciæ proponentes, cibis etiam extraneis congaudebant: & omnes ad libidinem mulierum contra leges proprias inſurgebant, ita vt iam per omnem exercitum iuuenes agerent contra legem, & ſeditio, priore multo peior incideret, cum omnino ſolennitates iam propriæ deperirent. Nam dum ſemel iuuenes mores attigiſſent extraneos, eos vberius appetebant. Sed & ſi qui priorum virorum propter virtutes patrum nobiles erant, cum eis vitio ſubiacebant. Hactenus Ioſephus. Ob quod crimen, vt habetur Numer. 25. occiſi ſunt vigintiquatuor milla hominum. Quapropter ſic diuus Paulus ſuos hortabatur Corinthios: Hæc autem in figura facta ſunt noſtri, vt non ſimus concupiſcentes malorum, ſicut & illi concupierunt. Neq; idololatræ efficiamini, ſicut quidam ex ipſis, quemadmodum ſcriptum eſt: Sedit populus manducare & bibere, & ſurrexerunt ludere. Neque fornicēmur, ſicut quidam ex ipſis fornicati ſunt, & ceciderunt vna die vigintitria millia. Neque tentemus Chriſtum, ſicut quidam eorum tentauerūt, & à ſerpentibus perierunt. Neque murmuraueritis, ſicut quidam eorum murmurauerunt, & perierunt ab exterminatore. Hæc autem omnia, in figura contingebant illis: ſcripta ſunt autem ad correptionem noſtram, in quos fines ſeculorum deuenerunt. Itaque qui ſe exiſtimat ſtare, videat ne cadat. Tentatio vos non apprehendat, niſi humana. Propter quod chariſſimi mihi, fugite ab idolorum cultura. Hæc diuus Paulus.

BALATIVS.

BAlatius, vt author eſt diuus Athanaſius in vita ſancti Antonii eremitæ, & quemadmodum in prima parte Vitaſpatrum recenſetur, fuit dux Ægypti, Arrianæ perfidiæ ſtudioſiſſimus fautor, Conſtantii Imperatoris, & Iulii ſummi Romanorum Pontificis temporibus circa annum Domini 352. adeoque Dei eccleſiam perſequebatur, vt animo veſano virgines & monachos nudos verberibus afficeret in publico. Qua re commotus diuus Antonius, ad eum literas ſcripſiſſe fertur in hanc ſententiam: Video, inquit, ô Balati, iram diuinam breui ſuper te venientem: quãobrem deſine quæſo ita Chriſtianos, vt facis, perſequi, ne te Diuina vindicta occupet, quæ ſane proximum iam tibi minatur interitum. Quam epiſtolam cum infelix ille legiſſet, ſtatim eam riſu excepit, atque in illam expuens, in humum proiecit, & eos qui eam detulerant, iniuriis afficiens, talia Antonio ſuo nomine deferri eis præcepit: Quoniam cura tibi tantopere monachorum eſt, ô Antoni, neceſſe eſt vt vel tandem ad te meæ ſeueritatis atque vigoris tranſiliat diſciplina. Sed minas intendentem confeſtim oppreſſit ſupplicium, & quinque diebus tranſactis, os eius effrene vltio diuina compeſcuit. Nam cum Neſterio Alexandriæ præfecto vrbem egreſſus, cum equis manſuetiſſimis ambo veherentur, & equi mutuo colluderent, mitior quo Neſterius portabatur, morſu repentino Balatium decuſſit in terram, eiuſque femora dentibus lacerauit & corroſit. Sicq; in vrbem relatus, poſt tertium diem è viuis ſublatus eſt, iuxta Diui Antonii vaticinium: magnum profecto hæreticam prauitatem ſpirãtibus præbens exemplum ſuæ perfidiæ & temeritatis, diuinæque vltionis patentiſſimum miraculum.

BALTHASAR PACIMONTANVS.

BAlthaſar Pacimontanus fuit inter primos author horrendæ illius Anabaptiſtarum ſectæ, quæ anno Domini

1534. in

1534. in principio Ianuarii vireſcere & creſcere cœpit in Weſtphalia, Caroli V. Germani Cæſaris, & Pauli III. Papæ temporibus.

Hic omittebat baptiſmum in paruulis, & eos non, niſi credentes, docebat baptizandos.

1 Docebat ergo impius iſte in partibus Germaniæ ſuperioris, paruulis non prodeſſe baptiſma, propterea quod ratione ac diſcretione carerent, ideoque non prius baptizandos quam diſcretionis annos attigiſſent, & qui antehac baptizati fuiſſent, tunc rebaptizandos eſſe: quod in multis feciſſe perhibetur, multoſque in ſuum impium errorem traduxiſſe; adeo quidem, vt huius factionis homines, Anabaptiſtæ, hoc eſt, rebaptizatores vocentur, quemadmodum prius dictum eſt in Anabaptiſtarum titulo.

2 Docebat legitimum ſacrificium & ſacerdotium abrogandum.

3 In Euchariſtiæ ſacramento, realem Chriſti præſentiam negabat, præter alia multa & blaſphema & ſeditioſa.

4 Publicum item verbi miniſterium prohibebat.

5 Deum humanam ex Maria naturam non ſuſcepiſſe contendebat, Chiliaſtarum errorem renouans.

6 Dominationem ſpernebat, nec legitimæ poteſtati ſubiectos homines eſſe volebat. Ex quo effectum, vt quocunque huius impoſtoris ſecta peruenerit, turbas & ſeditiones ingentes excitarit. Reliqua vide in Anabaptiſtis & Donatiſtis.

BARBAS ANTIOCHENVS Epiſcopus Arrianus.

BArbas Epiſcopus Antiochenus, fuit ſecta Arrianus, tempore Theodoſii iunioris Auguſti filii Archadii, & Cæleſtini I. ſum ni Romanorum Pontificis, circa annum Domini 427.

De hoc ſic ſcribit Nicephorus eccleſiaſticæ hiſtoriæ libro 14. capit. 13. Eo tempore, inquit, defunctus etiam eſt

Dorotheus, Arrianæ religioni Conſtantinopoli præfectus, quum ad centeſimum & vigeſimũ vitæ annum perueniſſet. Quem quod ſtrenue ſectam ſuam tueretur, Arriani ex Antiochia Conſtantinopolim tranſtulerāt. Cuius ſucceſſor fuit Barbas, ſub quo Arriana religio duos eximios habuit viros, presbyteros ambos; alteri Georgio, alteri Timotheo nomen erat. Georgius Græcorum magis diſciplinis pollebat, Timotheus diuinis literis plus delectabatur. Et ille in Ariſtotele & Platone ſemper verſabatur: hic Origenem ſpirans in ore habebat, & ſacras literas publice docens, in Hebræorum quoque lingua deſudabat. Timotheus promptus paratuſque fuit de ſacris literis reſpondere: & facile quæ in diuinis oraculis obſcura inuenirentur, ſoluere & explicare potuit, atque in locis omnibus Origene maxime teſte vſus eſt. Quapropter vtrumque admirari mihi in mentem venit, quomodo ſcilicet vt Arrii dogma ſequerentur, animum induxerint, cum alter Platonem, alter Origenem prorſus ſpiraret: quum & Plato ſecundam & tertiam cauſſam, vt ipſe nominare ſolet, initium eſſentiæ cepiſſe non dicat: & Origenes vbique in ſcriptis ſuis, verbis diſertis coæternum patri filium eſſe profiteatur. Nihilominus tamen in eorum Eccleſia permanſerunt, niſi quod Arrianorum religionem ſenſim & clam corrigendo, in melius traduxerunt. Multas namque Arrii blaſphemias in libris ſuis repudiarunt. Hæc Nicephorus. Idem habet Caſſiodorus Tripartitæ hiſtoriæ libr. 11. cap. 6. ex Socratis eccleſiaſt. hiſt. lib. 7. cap. 6.

BARBARA SIGISMVNDI Imperatoris vxor.

BArbara, Sigiſmundi Imperatoris Germani coniunx (qui an. Domini 14 1. in Imperium ſuffectus eſt, pōtificiam dignitatem agente Ioanne huius nominis vigeſimo tertio) ſtultas appellabat virgines, quæ pro Chriſti nomine paſſæ fuiſſent, propterea quod voluptatis gaudia non guſtaſſent.

Dice-

Dicebat etiam animas cum corporibus interire, nec futuram aliam vitam eſſe poſt hanc quam viuimus: licet matrimonio coniuncta fuiſſet principi, inter reliquos, qui eum præceſſerant, ſapientia, eruditione, & probitate clariſſimo; ſub quo Conſtantienſe concilium coactum & celebratum eſt. Quo cum ille veniſſet ſub natalem diem Domini, functus diaconi officio, in Miſſæ ſacro Euangelium cecinit, Exiit edictum à Cæſare Auguſto.

BARDESANISTÆ.

BArdeſanes Syrus genere, ex Meſopotamia ortus, patria Edeſſenus, vir eruditiſſimus, temporibus Marci Antonini Veri Imperatoris, & Pii huius nominis primi Romanorum antiſtitis floruit, circa annum Domini 163. A quo Bardeſaniſtæ ſeu Bardeſanitæ ſunt appellati eius hereſis aſſectatores.

Hic, teſte Auguſtino, libro de hæreſibus cap. 35. in doctrina Chriſti prius extitiſſe perhibetur inſignis, ſed poſtea in Valentini hæretici errores lapſus eſt, hoc rurſus addens de ſuo, vt diceret humana omnia fato adſcribenda eſſe. Attamen Euſebius Cæſareenſis hiſtor. eccleſ. libr. 4. cap. vlt. de hoc Bardeſane loquens, aliter quam Auguſtinus de illo ſentit. Dicit enim illum primo in ſchola Valentini nutritum fuiſſe, poſtea vero cum ſui magiſtri errores notaſſet, ad veram fidei regulam rediiſſe, quamuis non omnes illius errores reliquiſſe adſerat. Dicit quoque illum contra Marcionem & alios complures hæreticos ſcripſiſſe, & ad Antoninum Imperatorem dialogum de fato edidiſſe, in quo idem Euſebius nullum illi errorem impingit, ſed è contrario eum dialogum potentiſſimum appellat. Quod vero ita ſenſerit, vt idem Euſebius illi adſcribit, nimirum quod ex Valentini (cuius diſcipulus fuit) errore per contagionem non nihil ægritudinis contraxerit, id docet Nicephorus eccleſiaſticæ hiſtor. lib. 4. cap. 11. in hæc verba: Ea ipſa tempeſtate, inquit, quum Phrygum aliorumque etiam hæreſes in Meſopotamia exundarent, Bardeſanes Syrus, cum

linguarum aliarum, tum Syri ſermonis peritiſſimus, præterea vero hæreticis refellendis exercitatiſſimus, aduerſus Marcionem & alios quoſdam, quinque variantium inter ſe dogmatum authores, ſtrenue cum illis congreſſus, dialogos & inſuper alia plurima ſcripta. ſermone ſuo vernaculo edidit: quæ quod fortiter fidei verbum propugnarent, plures eius auditores in Græcam tranſtulere linguam. In iis liber eſt, quem ad Antoninum de fato conſcripſit, ſatis in eo patrem verbi exprimens. Sed & alia opuſcula, eum occaſione ex perſequutione accepta, edidiſſe ferunt. Atque hic quidem Valentini primum ſectator fuit: quem cum improbaſſet, fabuloſaſque eius doctrinas & opiniones ſatis refelliſſet, ipſe quidem ſibi ad perfectionem & finem rectæ fidei perueniſſe eſt viſus: non omnino tamen veteris opinionis ſuæ, quæ in habitum abierat, ſordes abſterſit. Hæc Nicephorus.

Epiphanius tamen Epiſcopus libro octoginta hæreſum, hæreſi quinquageſima ſexta, de hoc Bardeſane differens, aliter quam Euſebius, Auguſtinus, & Nicephorus, de illo ſentit. Sic enim ait: Poſt hos deinceps ſequitur Bardeſanes quidam, à quo hæreſis Bardeſaniſtarum orta eſt, qui ex Meſopotamia ſecundũ genus & ciuitate Edeſſenorum erat. Hic primum quidem optimus vir fuit, & libros non paucos ſcripſit quum eſſet ſanæ mẽtis: Nam ex ſancta Dei eccleſia prodierat, duarum linguarum Græcæ & Syriacæ peritiſſimus. Fuitque primum Augaro Edeſſenorum principi viro ſanctiſſimo valde familiaris, & ſimul eius adiutor, & ipſius eruditionis particeps. Poſt cuius obitum durauit vſque ad tempora Antonini Cæſaris: non Pii illius, ſed veri nuncupati. Multa vero in Abidan aſtronomum contra fatum collegit. Sed & alia eius ſcripta ſecundum piam fidem circunferuntur. Apollonio autem Antonini amico, ſuadenti vt ſe Chriſtianum eſſe negaret, contradicebat. Hic autem ferme in confeſſionis loco conſtitutus erat, pro pietate defenſionem viriliter ſuſcipiens, dicenſq; ſe mortem non formidare, vtpote quam neceſſe eſſet ei

aliquan-

Digitized by Google

aliquando ſubire, etiam ſi regi non contradiceret: Adeo quidem, vt hic vir per omnia magnopere ornatus erat, donec in errorem ſuæ ſectæ prolapſus eſt: factus inſtar pulcherrimæ nauis, cui onus incomparabile immiſſum eſt, tandemque à portu ſoluta, in littus portui proximum impingit & confringitur, ſicque vniuerſum perdit mercimonium, quo onuſta erat, & iis qui ea vehebantur, mortem inducit. Corrumpitur enim tandem hic vir doctiſſimus per Valentinianos, & ex ipſorum improbitate venenum haurit & Zizania. Multa autē & ipſe alia principia emiſſioneſque ac productiones enarrauit, & abnegata mortuorum reſurrectione, ſuam hæreſim diſſeminauit & docuit. Hactenus Epiphanius.

Dicebat itaque, omnium hominum conuerſationes fato imputādas eſſe, & non libero hominis arbitrio, nempe quod illud aſſereret ſubiici ſideribus. De hac hæreſi vide plura in Priſcilliano, Manichæo, & Valentino.

BARLAAMVS ET ACINDYNVS.

ADuerſus Barlaamum & Acindynum, nouum generale concilium coactum fuit & celebratum, in præſentia illius beati & celeberrimi Imperatoris Domini Michaelis Andronici, cognomento Palæologi, Imperatoris Græcorum, & Ioannis eius filii. ſub Henrico ſeptimo Cæſare Germano, & Ioanne XXII. huius nominis ſummo Romanorum Pontifice, circa annum Domini 1313.

Cenſebant enim iſti, modo nullum diſcrimen eſſe in diuina natura, ſubſtantia, & effectu, ſed idem eſſe nec diuerſum: modo differentiam eſſe profitebantur, ſubſtantiam tamen increatam. Eius autem eſſentiales actiones & naturales ſentiebant eſſe diuerſas, non tamen increatas, ſed creatas.

Præterea, id quod in Taborio monte effulſit diuinum illud lumen, phaſma, id eſt, ſpectrum duntaxat & creaturam, quæ ortum habet & interitum: Verum non diuinæ naturæ naturalem ſplendorem, & (vt ita dicam) deitatem & lumen quod eſt, quodque inacceſſum dicitur.

Itaque aduerſus iſtos qui iſta dicerent, collectum eſt hoc ſanctum concilium, quod refellendo eos deſipere ac mentiri in quouis genere orationis demonſtrauit, ac magis impios eſſe, quam cæteros hæreticos, ideoque ab eccleſia eiiciendos cenſuerunt. Contra quos in hunc modum decretum eſt: Accepimus quod Deus in ſe operantem declaret diuinæ naturæ effectum, nihil autem ex tribus effectus eſt. Accepimus, quod nullum poteſtatem aut effectum habeat, neque eſt: nec quicquam eſt eius adiectio vel diminutio: ſed quod habet, alienum eſt penitus ab eo quod habetur.

BARTHOLOMÆVS IANOVESIVS.

Bartholomæus Ianoueſius ex inſula Minorica oriundus, tempore Caroli quarti Cæſaris Germanici, & Vrbani Papæ V. circa annum Domini 1363. libellum quendam edidit, in quo has de Chriſto hæreſes protulit.

1 Præfixit primum, quo tempore Antichriſtus erat aduenturus, diem præfiniens quo eius diſcipuli erant per vniuerſum orbem apparituri, nimirum die Pentecoſtes anni Domini milleſimi trecenteſimi ſexageſimi. contra illud: Non eſt veſtrum noſſe tempora vel momenta, quæ pater poſuit in ſua poteſtate.

2 Item omnes Chriſtianos habentes vſum liberi arbitrii, per Antichriſtum peruertendos eſſe dicebat: adeo quidem, vt in ipſius Antichriſti perſtarent immobiliter erroribus: intantum, vt nulla ratione deinceps conuerti poſſent ad fidem Chriſti: & characterem, quem in eorum vel fronte vel manu eſſet Antichriſtus impreſſurus, tantam vim & efficaciam in eorum animis habiturum, vt in eius perdurarent erroribus: ſicque tandem certiſſime damnandos eſſe, & igne miſſo de cælo corporaliter morituros.

3 Aſſerebat tertio, non ſolum Chriſtianorum infantulos, ſed & Iudæorum quoque, & Saracenorum, & omnium poſtremo quorumcunque infidelium, tam paruulos quam adultos, qui per Antichriſtum eſſent ſubuertendi,

poſt ipſius interitum omnes eſſe conuertendos ad fidem Chriſti, ſed non ita futurum de adultis, Chriſtianorum ab eodem Antichriſto ſeducendis: ſicque tandem totam Dei eccleſiam conſtituendam, ex Iudæis & cæteris in fidelibus ad Deum conuertendis. Libellus vero Bartholomæi, ex quo hæ hæreſes deſumptæ ſunt, eo ipſo pœnitente, & errores publice adiurante, igni poſtremo traditus eſt, & in cineres cum authoris memoria redactus.

BASILIDIANI.

BAſilidiani à Baſilide Alexandrino, intemperantiæ magiſtro, dicti ſunt. Emerſit autem ille ſub imperio Adriani prænomine Ælii Cæſaris, & Alexandri Papæ huius nominis primi, circiter annum Domini 124.

1 Hic inter reliquas eius blaſphemias, cum Iudæis Chriſtum paſſum ac crucifixum fuiſſe abnegauit, ſed Simonem Cyrenæum, qui angariatus, eius crucem ſuſtulit, vt author eſt Euſebius Cæſarienſis libro 4. hiſtoriæ eccleſiaſticæ, capite octauo, & diuus Auguſtinus libro de hæreſibus.

2 Auertebat quoque homines à martyrio, aſſerens perſecutionis tempore Chriſtum negare, crimen non eſſe: Ideoque non paruam fore dementiam hac de cauſa mortem ſubire, cum citra crimen poſſit Chriſtus negari.

3 Cum Saducæis, Simone Mago, Hymenæo, & Phileto carnis reſurrectionem futuram eſſe negauit.

4 Docuit rurſum, virginitatem non eſſe apud Deum maioris meriti, quam coniugium, ſed pares eſſe nuptias virginitati. De qua re D. Hieronymus libro ſecundo aduerſus Iouinianum, circa finem ſcribit in hunc modum: Quadringenti fere anni ſunt, quod Chriſti prædicatio fulget in mundo, ex quo innumerabiles hæreſes tunicam illius conſciderunt. Vniuerſus pene error de Chaldæo & Syro & Græco ſermone proceſſerat. Baſilides magiſter luxuriæ & turpiſſimorum complexuum, poſt tot annos ita in Iouinianum quaſi in Euphorbum transformatus eſt, vt

Latina quoque lingua haberet hæreſim ſuam. Hæc Hieronymus. Ex cuius verbis conſtat, hanc hæreſim à Baſilide initium ſumpſiſſe. Epiphanius tamen libro primo contra hæreſes tomo ſecundo, de Baſilide diſſerens, omneſque illius errores enarrans, non dicit illum æquaſſe nuptias virginitati, ſed promiſcuum coitum & liberum, aliaſque nefandas libidinis ſpecies docuiſſe, quemadmodum eius magiſter Saturninus legitur feciſſe. Ex quo colligitur, diuum Hieronymum ideo dixiſſe Baſilidem transformatum fuiſſe in Iouinianum, quanuis ille nihil de virginitate dixerit.

Fuit hic vir acutiſſimo ingenio, adeo quidem, vt viginti tria volumina à ſe confecta poſt ſe reliquerit: de quo 1. quæſt. 1. ſic habetur: Marcion & Baſilides non habent Euangelium, quia non habent Spiritum ſanctum. Contra hunc Agrippa Caſtorius librum conſcripſit, ipſius Baſilidis confutationem validiſſimam complectentem, vbi quidem verſutia & calliditas viri ad decipiendum perquam apta detegitur. Dicit quoque gloſa ſuper præfatione Euangelii Lucæ, hunc Baſilidem & Apellem, ſub nomine Thomæ & Matthiæ & aliorum Apoſtolorum, multa falſa ſcripſiſſe. Quapropter venerabilis Beda aſſerit, Lucam Euangeliſtam ea de cauſa potiſſimum, ſuum edidiſſe Euangelium, ne eſſet, inquit, pſeudoeuangeliſtis facultas prædicandi, qui ſub nomine Chriſti Apoſtolorumque eius, conati ſunt ſectas perfidiæ inducere. Vnde diuus Ignatius ad Tralleis ſcribens: Fugite, inquit, Baſilidem, & totam collectionem indignitatis ipſius. Et Sanctus Auguſtinus libro de hæreſibus: Baſilides, inquit, in hoc diſtat à Simonianis, quod trecentos ſexagintaquinque cælos eſſe dicebat, mundumque iſtum vel hominem non à Deo factum, ſed ab ipſis trecentis ſexaginta quinque cælis. Et Hieronymus in librum Amos: Baſilides omnipotentem Deum portentoſo nomine appellat, eumque dicit in Solis circulo contineri. Idem aduerſus Luciferianos: Baſilides ſummum Deum, Abraxas cum trecentis ſexaginta quinq;

editio-

editionibus commentatus eſt. Rurſus: Abraxas eſt Deus fictitius Baſilidis, ex numeri ſupputatione.

Hic item cum Marcione (authore Tertull. libr. 5. in Marcionem) epiſtolas ad Timotheum & ad Titum reiiciebat, nulla ad hoc alia cauſa adductus cur Apoſtolicas non putaret, niſi quod (vt diuus ait Hieronymus in eam quæ eſt ad Titum) non erubeſcant hæretici ſua authoritate falſa ſemper ſimulare. Vnde ait Philaſtrius libro quem de hæreſibus conſcripſit: Baſilides, qui & Hæreſiarches dicitur à multis, de lege & Prophetis & Apoſtolis proponendo & loquendo, ſentiendo autem aliter quam decebat, [illegible]ra violabat Chriſtianæ veritatis. Qui cum in Ægyptum ve[illegible], docebat de innato & ſolo Deo natum fuiſſe intel[illegible]m, de intellectu verbum, de verbo ſenſum, de ſenſu a[illegible]em & virtute ſapientiam, de virtute autem & ſapientia p[illegible]ncipatus & poteſtates & angelos factos diuerſos. Ipſi enim angeli fecerunt, inquit, cælum primum: poſt hos alii angeli ſecundum crearunt cælum, & ita alii ex aliis prolati fecerunt tertium cælum, ſicque tandem ſecundum ordinem & alii trecentos ſexaginta quinq; condiderunt cælos: imponens vtique & virtutibus illis nomina angelica. Ex quo ſuis magiis & impoſturis ille multos imperitos decepit. Hominem autem ab angelis factum aſſerit. Dominum quoq; verum omnipotentem, audet angelum dicere, & genus Iudæorum in hæreditatem accepiſſe, eoſq; eduxiſſe de terra Ægypti. Hic ergo populus ea de re audacior factus & elatus eſt, inquit, aduerſus cæteros angelos: & volens alios ſibi ſubiicere, contrarias gentes habuit, quas commouerunt virtutes inimicæ eius. Ideo & contra Iudæos diuerſæ gentes, inquit, ſurrexerunt. Chriſtum autem dicit quaſi per vmbrã putatiue paſſum fuiſſe: Simonẽ vero Cyrenæum pro eo ad paſſionẽ veniſſe affirmat: ipſe enim, (inquit) portauit eius crucem. Hic etiam male viuere permittit, datq; licentiam vitiis ſecularibus inhærere. Prohibet etiam homines pati martyrium pro nomine Chriſti, ita dicens: Ignoras quid deſideras: non enim paſſus eſt Chriſtus,

neque crucifixus eſt. Quomodo itaque potes (inquit) confiteri hunc crucifixum, cum non ſit crucifixus, & ignoras quod paſſus ſit? Hæc Philaſtrius.

De hoc etiam ſic habet Nicephorus eccleſiaſticæ hiſtoriæ lib. 4. c. 1. Iam, inquit, verbum ſalutis per omnem peragrabat terram, orbemque ipſum, quoad eius fieri potuit, occupabat. Et fidei doctrina altius in piorum hominum cordibus radicibus actis, firmum habebat fundamentum, ex apoſtolica videlicet doctrina & vita & quę indé profluxerunt miraculis: tum autem ex Apoſtolorum ſucceſſorum ſermonibus & libris, qui propter veritatem eorum inexpugnabilem refelli non potuere: inſuper vero ex generoſiorum etiam martyrum certaminibus & luctis. Perſecutiones enim lætiorem quoque & florentiorem reddidere eccleſiam. Communis autem pietatis & religionis noſtræ aduerſarius & hoſtis quietus eſſe non potuit. Quū enim cerneret, per omnes paſſim regiones, Eccleſias luminarium inſtar, clare atque ſplendide, per eam quæ eſt per Seruatorem & Dominum noſtrum IESVM CHRISTVM fidem, relucentes, admodum florere atq; vigere, ſaluti hominum inimiciſſimus, quum iam dudum omnes expertus artes, exterius perſequutionibus funditus eas eſſet extirpare conatus, vbi cœptum ſuum, fortiter repulſus & martyrū ſanguine prope ſuffocatus, fruſtra eſſe vidit, alia rem via tentandam eſſe exiſtimans, dolum talem excogitauit, vt viri ſeductores & impoſtores, Chriſtianum ſibi vſurpantes nomen, ſimul & quos cepiſſent fideles, in foueam perditionis impellerent: & qui technas eorum ignorarent, eis ſani & ſalutaris verbi diſcendi ſtudium & deſiderium corrumperent & deprauarent.

Primum igitur contra eos excitauit Simonem, deinde Menandrum, Cerinthum, & Nicolaum, de quibus vide locis ſuis. Paruo deinde interuallo, monſtra alia exhibuit. A Menandro namque ambigue bicipitiſque contagionis viperina vis exorta, duarum hæreſum progenuit duces, Saturninum & Baſilidem. Quorum hunc Alexandria, illum

lum Antiochia produxit: & alter in Ægypto, alter autem in Syria exoſas Deo aperuere ſcholas. Irenæus Saturninum eadem; quæ Menandrum, ementitum eſſe dicit: Baſilidem autem portentoſas confinxiſſe fabulas, & arcanarum ineffabiliumque rerum præ ſe ferentem ſcientiam, latentem earum ſenſum & inuentionem in infinitum extendiſſe. Et quum eo tempore quamplurimi eccleſiaſtici viri obuiam illis, à recta ratione petitis argumentis, euntes, apoſtolica obtinerent decreta: fuere quoque inter eos, qui in libris ſuis contra inſidias talium hæreſum præſeruatiua præcepta reliquerint. In quibus & Caſtor Agrippa, reprehenſionem Baſilidis importunitatis edidit: præſtigiaſque eius & arcana proferens, in Euangelium viginti & quatuor libros eum compoſuiſſe ait: Barcabamque & Barcoph Prophetas, qui in rerum natura nunquam fuerint, ad barbarorum hominum terrorem ſibi conſtituiſſe, Pythagoricum ſilentium induxiſſe, & res nullo in diſcrimine ponere docuiſſe: perinde atque tempore exigente, abſque exceptione omni præciſe fidem abiurare, & guſtare quæ idolis ſint mactata, liceret. Atque equidem de Baſilide Irenæus itidem agens, pudendum errorem eius pulchre in apertum produxit. Nam cum Tertulliano aſſerit, eum inter cætera eius deliramenta, Chriſtum non à Deo qui creauit omnia, ſed ad Abraxas in phantaſmate, non in ſubſtantia carnis, miſſum, nec à Iudæis cruci affixum, ſed Simonem eius vicem paſſum, & proinde crucifixum, & propterea non adorandum eſſe blateraniſſe. Hæc Nicephorus.

BASSVS.

BAſſus, Cerinthi, Ebionis, & Valentini hæreticorum diſcipulus & ſucceſſor, paulo poſt Apoſtolorum tempora erupit, nequitiæ magicæ peritiſſimus, Imperante Antonino Pio, & Higino ſummum agente pontificium, circa annum Domini 150.

Hic (authore Philaſtrio) in vigintiquatuor literis, & ſo-

ptem aſtris rerum omnium perfectionem, vitam denique & generationem omnium hominum conſiſtere aſſerebat, non in Chriſti maieſtate & potentia, propterea, quod Chriſtus dixiſſet ſe eſſe Alpha & Omega, id eſt, principium & finem, eius ſententiam perperam intelligens: Ideoque non in ipſius Chriſti maieſtate aut præſentia corporali veram hominum ſalutem ſperandam eſſe. De hoc vide plura in Valentino & Secundo.

BAYRAS.

BAyras hæreticus de ſecta Iacobitarum fuit, à quodam Iacobo Syro genere, obſcuro prorſus & nulla gloria viro, ſic nuncupatorum: qui Iacobus Eutychetis, Dioſcori, & Cnaphæi, atque Petri Seueri dogmate recepto, id magnopere apud Syros propagare ſtuduit, ſub Heraclio Imperatore, & Honorio huius nominis primo, ſummo Romanorum antiſtite, circa annum Domini 614.

Hic porro Bayras, ſatanæ ductu, cum pleriſq; aliis hæreticis Mahometi (qui in Arabia apud Agarenos & Saracenos prophetam ſeſe venditabat & regem pariter) adhæſit, ſuæ perfidiæ propagandæ fautor & doctor egregius atque peruigil. Nam cum eſſet Mahometes literarum rudis & expers & pene idiota, Bayras illum in diuerſis erroribus, quibus imbutus erat, inſtruxit. De quo ſic ſcribit frater Ricoldus ordinis Prædicatorum, eo commentariolo quod contra ſectam Mahometicam edidit, cap. 13. Videns (inquit) diabolus fidem Chriſti in Orientalibus regionibus maxime præualere, idololatriam vero prorſus deficere, iamiam Coſdroe Perſarum atque Medorum rege idololatra ſuperato per Chriſtianiſſimum Heraclium Imperatorem, & per eundem cruce Chriſti exaltata, & magis atque magis deinceps exaltanda, cum ipſe diabolus non poſſet amplius deorum multitudinem defendere, nec omnino Moſis legem & Chriſti Euangelium excludere, quod iam per vniuerſum mundum promulgatum erat, figmento legis cuiuſpiam, quaſi mediæ inter nouum ac vetus teſtamentum,

mentum, mundum ſeducere excogitauit. Quod vt executioni demandaret, hominem quendam diabolicum, nomine Mahometem, religione idololatram, fortuna pauperem, mente ſuperbum, & maleficiis inſignem ſibi delegit. Qui cum talis exiſteret, in tantam demum prorupit ſuperbiam & arrogantiam, vt & rex Arabum fieri excogitauerit. Sed cum illi (quod is & genere & fama admodum vilis eſſet) in id muneris & dignitatis aſſumere dedignarentur ac recuſarent, ſe prophetam eſſe confinxit. Cumque comitiali morbo laboraret, ne quis illum ea infirmitate detentum eſſe arbitraretur aut crederet, continue cadens, ſe cum angelo colloqui mentiebatur. Sic enim illum corripiens aggrediebatur diabolus. Fingebat item cum ſic in humum decideret, ſe reſponſa quædam audire & accipere in modum campanæ ſuis auribus circunſonantis. Et quia (vt iam dixi) idiota erat illiteratus, quoſdam ſibi ſocios adnexuit diabolus, ſuæ perfidiæ & factioni congruentiſſimos, nimirum hæreticos, cum Iudæos tum Chriſtianos, qui illi adhæſerunt. Inter quos fuerunt Sergius quidam apoſtata, & Bayras Iacobitarum hæreſis aſſectator, qui cum eo ad mortem vſque perdurauit, tanta ſane veſania, vt eo mortuo, feratur Mahometes nihil poſtea feciſſe. Ex Iudæis autem dicuntur illi adhæſiſſe Phinees quidam nomine, & Abdias cognomento Salon; poſtea verò Audala dictus & Solem: & qui deinde ambo Sarraceni facti ſunt. Neſtoriani etiam quidam ei ſunt ſociati, vtpote qui cum Sarracenis maximè conuenirent in hoc, vt dicerent Deum non eſſe natum de beata Virgine, ſed hominem Ieſum Chriſtum. Hæc ex Ricoldo. De hac ſecta vide plura in Mahomete.

BEDRICVS.

Bedricus patria Stanicenſ. & natione Morauus, bellis aſſiduus, Orebitarum hæreticorum author fuit tempore Sigiſmundi Cæſaris Germani, & Martini V. Maximi Romanorum Pontificis, circa annum Domini 1418.

by Google

Hic (authore Ænea Syluio de origine Bohemorum, cap. 47.) ſpreta religione Chriſtiana, calcatoque pontificio iure, vxorem publice duxit, qua tandem emortua, alteram ex Polonia ſuperduxit, ex qua filios ſuæ nequitiæ ſectatores ſuſtulit. Male autem ſentiebant illi cum patre eiuſque ſectatoribus de incarnatione Chriſti, lacerantes eccleſiam, & catholicam fidem fraudulenter corrumpentes. Aduerſus quam hæreſim Martinus Quintus Pontifex Maximus, nominatim crucem decreuit, neque tamen in plures annos extirpari potuit. Huius ſectæ homines quoties ſacerdotes noſtros intercepere, aut igne cremauerunt, aut nudos rigente hyeme ſuper glaciem colligatos demiſere, eos parui momenti exiſtimantes, vel deſectis virilibus abire permiſerunt. Hæc Syluius. De hac hæreſi vide plura in Orebitis.

BEGARDI ET BEGVINÆ.

BEgardi, qui & fratricelli, ſeu fratres de paupere vita, vel Beſochi, ſunt quidam hæretici, Germaniam inferiorem incolentes, profeſſione monachi, cœnobia quidem habentes, & tria vota, vt alii monaſticam profeſſi, emittentes: cæterum varios diuerſoſque contra orthodoxam fidem errores ſequentes. Beguinæ vero ſunt mulierculæ, quæ cum honeſte & religioſe in ſua ſocietate & muliebri contubernio degant, nullum tamen expreſſum votum emittunt, nec huius ſeculi facultatibus renuntiant, ſed cum illis gratum eſt & huiuſmodi viuendi ratio diſplicet, liberam illinc recedendi libertatem habent, & in vniuerſum ſeſe abdicare ſocietate interim hæretica prauitate infectæ. Hoc genus hæreticorum emerſit tempore Ludouici Bauari Cæſaris Germani, & Ioannis huius nominis vigeſimiſecundi Romanorum Pontificis, circiter annum Domini 1314.

Hi demiſſa ac prominenti cuculla incedebant, lauta conuiuia quæſitabant, mulierum conſortium non reſpuebant nec aſpernabantur, in eccleſia humi ſedebant, vultu verſo

Digitized by Google

verſo ad parietem: oculos denique ad cælum non eleuabant. Hæreſes, quas hi maligni homines, procurante latore malorum operum, aſſerebant, ſunt iſtæ:

1 Dicebant primum, hominem poſſe in præſenti vita finalem cõſequi beatitudinem iuxta omnem gradum perfectionis, quem habiturus eſt in cæleſti patria: adeo quidem, vt hic reddatur impeccabilis, & tanta cumulatus gratia, vt amplius in ea proficere non valeat.

2 Item omnem intellectualem naturam, in ſeipſa naturaliter eſſe beatam, & non Dei gratia, cõtra illud D. Pauli: Gratia Dei vita æterna. Et iterum: Iuſtificati gratis per gratiam Dei. Si ergo gratis iuſtificamur, multo magis & gratis beatificamur. Et rurſus: Non eſt volentis neq; currentis, ſed Dei miſerentis. Ex quo conſequitur, quamlibet intellectualem creaturam in ſeipſa naturaliter beatam nõ eſſe: indeque adeo animam indigere lumine gloriæ ipſam attollente ad videndum Deum, & eo beate fruendum.

3 Docebant quoque mulierem deoſculari, cum ad hoc natura non impellat nec inclinet hominem, eſſe peccatum mortale: carnalem autem coitum, vrente carnis libidine ac impellente natura, non eſſe peccatum, maxime cum titillatur exercens.

4 Dicebant quarto, hominem in ſtatu perfectionis & ſpiritu libertatis conſtitutum, nulli humanæ obedientiæ ſubiectum eſſe oportere. Ex quo conſequeretur (authore Franciſco de Sarabellis) aliquos eſſe Acephalos, hoc eſt, ſine capite contra illud 93. diſtinct. Nulla ratione clerici aut ſacerdotes habendi ſunt, qui nullius ſub Epiſcopi diſciplina & prouidentia gubernantur. Tales enim Acephalos priſca conſuetudo nuncupauit.

5 Docent rurſus, hominem non obligari ad ieiunia eccleſiaſtica, nec orare Deum illum amplius oportere, qui ad perfectionis ſtatum peruenerit.

6 Item eſſe hominis imperfecti, in operibus virtutum ſeſe exercere, adſtruentes animam à ſe virtutes hoc pacto

reiicere: quapropter hominem cum ſupremum perfectionis ſtatum attigerit, nulla bona opera facere debere.

7 Dixerunt etiam, poſſe hominem tantam virtutis perfectionem in hac miſera vita conſequi, vt omnino ad peccandum reddatur impotens, vt ſupra attigimus.

8 Præterea in corporis Chriſti eleuatione, nullum debere aſſurgere, neque vllam quidem reuerentiam eidem exhibere docebant. Contra hos hæreticos eorumque errores, lege Alpharum lib. 2. de planctu eccleſiæ.

BELITÆ.

BElitæ à Belo rege Aſſyriorum & patre Nini, à ſole ita dicti, qui Aſſyriorum lingua Bel dicitur, ſunt appellati. Qui Belus cum Orientem potenti regimine multo tempore detinuiſſet, tandemque vita functus eſſet, ei templum erexerunt Babylonii, diuiniſq; eum honoribus ſunt proſequuti. Ex cuius cultu Belitæ ſeu Baalitæ ſunt nuncupati, qui aut ex tam impia progenie emerſerunt, aut eorum abominationem ſunt imitati. De qua re Iudæorum populus, talium impietatem ſequendo, multis in locis diuinæ ſcripturæ accuſatur, nimirum quod illi regi & eius filiis ac filiabus omnique eorum cognationi ſacra facerent: ex quo etiam tandem effectum, vt diuerſis captiuitatibus attriti, perierint ad internecionem vſque. De his vide ſupra in Baalitis.

BERENGARIVS.

BErengarius natione Gallus, archidiaconus eccleſiæ D. Mauritii Andegauenſis, vir quidem (Guidone archiepiſcopo Auerſano teſte) literis humanioribus & ſacris patrum eruditus, ſed dialecticis quibuſdam captiunculis prorſus deditus fuit, quibus fallacem huius ſeculi gloriam captare modis omnibus ambiebat. Qua de cauſa effectum tandem eſt, vt in hanc inſaniam prorumperet, vt verum corpus & ſanguinem Chriſti non eſſe in pane & vino poſt conſecrationem iuxta inſtitutum Chriſti docuerit. Qua occaſione motus Leo, hoc nomine nonus, ſummus eccle-

ſiæ

Digitized by Google

ſiæ Romanæ Pontifex, vir ſane omnium hiſtoricorum teſtimonio vitæ ſanctitate clarus, Vercellis concilium coegit, quo Berengarium accitum minimeque (vt Lanfrancus ait) venire volentem, cum ſuis aſſectatoribus, niſi citiſſime reſipiſcerent, perpetuo damnauit anathemate. Leo tamen, pauco poſt interiecto tempore, vita defungitur, atque Berengarius in ſua obſtinatione perſiſtens, venenum ſuæ hæreſis per totas diffudit Gallias. Quapropter Victor huius nominis ſecundus, qui Leoni nono ſucceſſit, concilium Turonis per Hildebrandum eccleſiæ Romanæ tunc temporis Cardinalem, ac illius vice concilio præſidentem, celebrauit: in quo Berengarius per quoſdam eruditiſſimos viros, & potiſſimum per Lanfrancum Cantuarienſem archiepiſcopum conuictus, ſed minime emendatus eſt. Nam inde exiens, ad vomitum velut canis rediit. Quam ob cauſam Nicolaus ſecundus huius nominis, qui Victori in eccleſiæ adminiſtratione ſucceſſit, Romæ concilium centum & tredecim epiſcoporum coegit, cui adfuit & Berengarius, in quo aut reſipiſcens, aut ſe reſipiſcere timore pœnæ ſimulans, ſuæ hæreſis palinodiam cecinit, qualis in Decretorum volumine recitatur, de conſecratione diſtinct. 2. cap. Ego Berengarius.

Hic tamen (vt teſtatur Hoſius, & contra Romantium de Roſa ſcribens Ioannes Gerſon) aliquanto poſt quam bis aut etiam ter errorem ſuum recantaſſet & abiuraſſet, cum graui morbo oppreſſus, ex hac vita migraturus eſſet, non mediocrem dolorem præ ſe tulit moriens, quod ita multos in tam fœdum errorem hunc adduxiſſet, ac ſuſpirando dixiſſe fertur: Deus meus, hodie mihi apparebis ad meam ſaluationem, vt ſpero, propter pœnitentiam meam: aut ad duram meam damnationem, ſicut timeo, propter eos quos peruerſa doctrina decepi, quos nequiui reducere ad veram viam tui Sacramenti.

Floruit autem ille temporibus Henrici tertii huius nominis Cæſaris Germani, & Leonis noni, Victoris ſecundi.

Digitized by Google

Stephani noni, Benedicti decimi, & Nicolai ſecundi, ſummorum Romanæ eccleſiæ pontificum: à quibus Concilia, Vercellenſe, Turonenſe & Lateranenſe, celebrata ſunt, ad reuocandũ quæ de ſacramento Euchariſtiæ impie idem Berengarius docuerat, circa annum Domini 1048. in quibus (vti iam diximus) eius error damnatus eſt.

BERYLLVS BOSTRENSIS Epiſcopus.

BEryllus Boſtrenæ vrbis in Arabia epiſcopus, florebat ætate Antonini Baſſiani Caracallæ Cæſaris, & pontificatu Caliſti Romani antiſtitis, circa annum Domini 214.

Hic (teſte Euſebio lib. 6. cap. 21. & 33. & diuo Hieronymo in Catalogo) cum aliquanto tempore Boſtrenam ſatis religioſe & pie rexiſſet eccleſiam, in hæreſim ad extremum lapſus eſt. Dicebat enim (authore Antonino prima parte ſpecul. hiſtor. titul. 7.) Chriſtum quo ad diuinitatem, ante Mariam non fuiſſe, nec propriam diuinitatis habuiſſe ſubſtantiam, ſed eam quæ patris eſt, deitatem in eo tantum habitaſſe. Quem eius errorem ita repreſſit Origenes, vt eum tandem ad meliorem mentem reuocauerit, & eius impium dogma ita ab eccleſia depulerit, vt emendarit, & id non perdiderit erroris authorem. De quo ſic tradit Nicephorus hiſtoriæ eccleſiaſticæ lib. quinto, cap. vigeſimoſecundo.

Beryllus, inquit, quem paulo ante Boſtrenſem in Arabia diximus fuiſſe epiſcopum, nouas quaſdam & ab eccleſiaſtico canone alienas protulit opiniones. Aſſeruit nanque, Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum non prius propriam eſſentiæ ſubſiſtentiam habuiſſe, quam ad nos venerit: neque propriam obtinuiſſe diuinitatem, ſolam autem paternam ſubſiſtentiam & Deitatem in eo apud nos verſante extitiſſe. De nouo hoc & maligno dogmate, multi cum homine eccleſiatum antiſtites per diſputationes congreſſi, auertere ab eo tam impiam ſententiam ſunt conati. Verum ille quam ſemel concepiſſet, pertinaci-

tinaciter retinuit, opinionem. Poſteaquam autem à multis excitatus, ad eum clariſſimus peruenit Origenes, primum ſermone cum eo collato, quænam haberet, quæue doceret dogmata, ab eo quæſiuit. Vt vero rem omnem ſatis cognouit, firmis atque irrefragabilibus argumentis eũ non recte ſentire conuicit: & vix tandem demonſtrationibus certis perſuaſum, ſenſim & humaniter cum eo agẽs, ad ſynceram veritatis reduxit doctrinam, priſtinumque ei ſanæ ſententiæ reſtituit habitum. Monumenta ſynodi epiſcoporum propter Beryllum coactæ, lõgo tempore ſunt aſſeruata, quæ ipſius atque Origenis quæſtiones ſimul & ſolutiones ordine continent. Hæc de Berylli reſipiſcentia ex Nicephoro.

BISOCHI.

BIſochi ſunt ii, quos ſupra Begardos nuncupauimus, & qui infra Fratricelli ſeu Fratres de paupere vita, appellantur. De quibus in Extrauag. Ioan. 22. quæ incipit, ſancta Romana, &c. dicitur in hunc modum: Nonnulli, inquit, profanæ multitudinis viri ſunt, qui vulgariter Fratricelli, ſeu Fratres de paupere vita, Biſochi, ſiue Begardi, vel aliis nominibus nuncupantur, in partibus Italiæ, necnon in Inſula Sicilienſi, qui contra Canones habitum nouæ religionis ſumpſerunt. Et quia in errorum barathrum faciliter ruunt, qui conceptus proprios Patrum diffinitionibus anteponunt, ipſorum quamplurimi, ſicut fide digna relatione percepimus, à veritate catholicæ fidei deuiantes, eccleſiaſtica ſacramenta deſpiciunt, ac alios errores ſtudent multipliciter ſeminare, &c.

BLASTVS.

BLaſtus & Florinus ambo hæretici, hæreſim ſuam inſtituerunt tempore Commodi Imperatoris & Eleutherii Nicopolitani ſummi Romanorum antiſtitis, circa annũ Domini 182. Aduerſus quos (vt teſtatur Euſebius Cæſarenſis libro quinto hiſtoriæ eccleſiaſticæ, capit. 20.) ſcripſit

beatus Irenæus: ad Blaſtum quidem, de ſchiſmate librum vnum: ad Florinum vero, de Monarchia, & quod Deus nõ ſit author malorum, librum alium.

1 Dicebant nempe illi, malum eſſe à Deo, & Deum facere mala.

2 Aſſerebant etiam (authore Tertulliano, lib. de hæreſibus) quartadecima luna Dominicũ paſcha inuiolabiliter & neceſſario celebrandum eſſe, quacunque die veniſſet: quod eo die ex lege veteri paſcha celebraretur à Iudaico populo.

De his ſic tradit Nicephorus ſuæ hiſtoriæ eccleſiaſticæ lib. quarto, cap. vigeſimo. Primis, inquit, hæreſibus, diuinorum virorum virtute & doctrina prorſus euulſis, zizaniorum ſator alias inſuper ſeminare non ceſſauit. Sed & priorum illarum multi adhuc reſtabant ſurculi, purę agrorum Chriſti ſationi officientes: multæ etiam derepẽte tum primum initium ſumentes producebantur. Nam quidam Romæ vigebant, vt Florinus & Blaſtus, qui & ipſi nouas opiniones de vero veritatis verbo induxerunt. Et Florinus quidem, quod in petitione presbyterii repulſam tulerat: Blaſtus autem, non ob diſſimilem quoque cauſſam. Quilibet vero eorum, officina ſeorſum contra veram pietatem inſtituta, permultos ex eccleſia in errorem ſuum pertraxit. Ad Florinum autem & Blaſtum, qui Romæ ſchiſmatis & diſſidii duces fuere, Irenæus cohortationes ſcripſit, vt nuntio vanis atque inanibus ſermonibus & concertationibus remiſſo, Apoſtolicis inhærerent traditionibus. Hæc Nicephorus.

BOGOMILES.

BOgomiles hæretici, ſic ab Euthymio ſecunda parte ſuę Panopliæ tit. 21. deſcribuntur: Sub Imperatore Conſtantinopolitano Alexio, inquit, & Friderico primo Cæſare Germano atque Alexandro III. huius nominis ſummo Romanorum Pontifice, circa annum Dom. 1179. ſecta vna emer-

na emerſit Bogomiles nominata, hoc eſt, lingua Sarazina, gens miſericordiam inclamans.

Hi contra eccleſias blaſphemabant, dicentes in eis habitare dæmones: & quod in templo Salomonis ſedem tenuerat magnus Satan ab euerſione Hieroſolymitanæ vrbis ad ſua ipſorum tempora vſque, quodque occupauerat magnam eccleſiam Conſtantinopolitanam, quæ ſancta Sophia dicitur.

Nefandi iſti vocabant etiam miſſam dæmonum ſacrificium.

BONOSIACI.

BOnoſiaci, teſte Philaſtrio, à Bonoſio quodam epiſcopo exorti traduntur, tempore Conſtantii Imp. & Liberii Papæ, circa annum Dom. 358.

Alii tamen non Bonoſiacos, ſed Monoſiacos, B litera verſa in M. legunt, ſeu Monoſolitas à Monoſo quodam hæreſis eorum authore, quemadmodum Aſtexanus lib. 4, tit. 5, aſſerit.

Hi Chriſtum, Dei filium adoptiuum, non autem naturalem & proprium, dicebant. Quod Ioannis quartodecimo reprobatur, cum Philippo eum roganti, vt patrem ſuum illis oſtenderet, reſpondit: Philippe, qui videt me, videt & Patrem. Non credis quia ego in Patre, & Pater in me eſt? Et extra de celebratione Miſſæ, cap. In quadam: Quidam dixerunt, ſed errauerunt, Chriſtum non fuiſſe verum Deum, ſed adoptiuum, vt miſeri Arriani. Gloſſa, Bonoſiani, & de conſecratione, diſt. 2. c. Hi vero hæretici: Bonoſiani non credebant Chriſtum eſſe filium Dei naturalem. Item in eodem capite: Iſti Spiritum ſanctum peruerſo ſenſu eſſe quendam paruum hominem montanum credunt. Et diſtinct. 1. quæſt. 1. ſub finem dicitur: Gregorius vocat Bonoſi ordinationem, damnationem. Huius porro hæreſis doctrinam ſequuntur Circumcelliones, quare vide plura in eorum titulo.

BONONATVS.

BOnonatus in Catalonica regione, Villafranca de Penades, Primicerius & hæreſiarcha fuit quam plurium Begardorum, Ludouici Imperatoris Germani, & Ioannis XXII. Papæ temporibus, circa annum Domini 1314. Quos cum prius abiurare recuſaret, indeque adeo traditus fuiſſet, vt impœnitens, ſeculari curiæ, & ab ea condemnatus ad ignem, cum iam, igne applicato ex vno latere aſſatus fuiſſet, timore pœnæ & mortis impendentis ſe finxit pœnitere. Sed tandem relapſus in eandem hæreſim, vt impœnitens, ignibus ad poſtremum fuit viuus conſumptus. Et exinde per dominum Ferrarium de Apulia Barginonenſem epiſcopum, & fratrem Guilhelmum de Coſta, fidei inquiſitorem, eorum cõuentus damnatus, & domus in qua hæc fiebant Villa Franca, ſolo adæquata. De ea vero, quam ſequebantur, hæreſi vide in Begardis.

BORBORIANI.

BOrboriani, ſeu Borboritæ, propter nimiam illam, quã in ſuis myſteriis exercere dicebantur turpitudinem, quaſi cœnõſi appellantur. Ab Auguſtino tamen Gnoſtici, ab aliis vero Caſtadogi nuncupantur. Exorti ſunt autem Adriani Imperatoris, & Xiſti ſummi Romanor. antiſtitis temporibus, circa annum Dom. 119.

Hi, authore Philaſtrio, implicati vitiis ſeculi, & malis concupiſcentiis ſeruientes, nõ ſperant iudicium futurum, ſed potius carnalem ſeculi concupiſcentiam laudant & approbant. Illi ergo in cœnum euntes, & inde obliti, eodemque cœno facies & membra ſua deformantes, ea ipſa re cunctis velut culpandam Dei creaturam demonſtrant: cũ illa vorago culparum & vitiorum perniciosa damnatio ex hominum voluntate, & non ex legis diuinæ promiſſione deſcenderit. Tanta nempe eſt cacodæmonis aſtutia in decipiendis hominibus, vt inde iſtis ſuggeſſerit nullum eſſe futurum iudicium, vt vel hac occaſione eos tanto facilius in quodlibet vitium pertraheret, quanto minus pœnam pro-

Digitized by Google

propter illud infligendam, ſibi ob oculos proponerent, & crederent. Hunc etiam errorem D. Auguſtinus impingit Florianis, Manichæis, & Proclianitis, quos ille vocat. Qui tamen Prodianitæ à Philaſtrio nuncupantur.

Dicuntur etiam Borboritæ, Deum bonum & Deũ malum in ſuis habere dogmatibus. Reliquos eorum errores vide in Gnoſticis & Manichæis.

BRACHITÆ.

BRachitæ ex numeroſa Manichæorum colluuie progreſſi ſunt, quæ duce Manete Taciti Imperatoris & Eutychiani Papæ temporibus exorta eſt, circa annum Domini 280. Multi namque hæretici ſub hac hæreſi militarunt, quamuis alii aliis nominibus ſunt appellati.

Brachitæ ergo conuenientes in vnum cum Gnoſticis aduerſus Dominum, & aduerſus fidem quæ eſt in eum, & quam ille per Apoſtolos & Prophetas nos docuit, dicebãt animam hominis eſſe Dei ſubſtantiam, aut ex Dei ſubſtantia. Reliquos eorum errores vide in Manichæis & Gnoſticis. De quibus omnibus fit mentio C. de hæreticis & Manichæis.

BVDDAS.

BVddas, qui & Terebynthus, Manetis hæretici fuit præceptor, temporibus Aureliani Imp. & Felicis huius nominis I. Papæ circa annum Dom. 273.

De hoc ſic ſcribit Suidas: Manes, inquit, qui & Scythianus dictus eſt, Brachmanus fuit genere, & præceptorem habuit Buddam, antea Terebynthum nominatum. Buddas in Græcis diſciplinis Empedoclis hæreſim eſt ſequutus, qui duo principia inter ſe contraria eſſe dixit, Contentionem & amicitiam. In Perſide Buddas è virgine ſe genitum, & in montibus educatum, mentitus eſt. Quatuorq; compoſuit libros, quibus nomina indidit Myſteriorum, Euangelii, Theſauri, Capitulorum. A dæmone autem tortus interiit. Eius libros cum reliqua hæreditate Vrbicus, qui ſe

Manetem poſtea nominauit, ab ea fœmina conſequutus eſt, & pro ſuis venditauit, quæ fœmina Buddam fouerat, & Vrbicum ſeptem annos natum ære & libra emit; libertateque deinde donatum hæredem inſtituerat. Hæc Suidas.

BVGAVRIVS DE MONTE *Falcone.*

BVgaurius cognomine de Monte Falcone, author fuit eorum qui in religione Catalonienſi auſi ſunt dogmatizare, nullum opus eſſe bonum, niſi ex puro ac ſyncero amore fiat, quacunque ex cauſſa fiat, etiam ſpe mercedis æternæ. Fuit autem iſte error tandem condemnatus publicè ac ſolenniter per Sancium Tarraconenſem Archiepiſcopum.

BVLGARI.

BVlgari ſunt, qui alio nomine Myſii appellantur, inter Iſtrum & Æmum montem habitacula ſortiti. Qui cũ Chriſtiani primum facti ſunt, multis annis ſub obedientia Romani Pontificis degerunt, excellentiſſimi Chriſtianorum propugnatores contra Turcam effecti. In ea porrò gente Nicolaus Papa tantum profecit, vt pulſo Photino hæretico, qui in his regionibus multos credulos & omni vento doctrinæ circumlatos ſuis technis & impoſturis fefellerat, Rex maiori natu ex filiis regno tradito, habitum ſuſciperet monachalem. Sed cùm ii ob locorum confinia cum Imperatoribus Orientis communicaſſent, cœperunt tandem in ritus Græcorum degenerare, in quibus hucuſq; permanent, quemadmodum ſcribit Blondus hiſtoriographus Romanus, antiquitatis ſcrutator.

De eorum hæreſi vide in Græcis.

LIBER

LIBER TERTIVS.

CAINANI, SEV CAIANI.

CAinani, ſiue Caiani, ſeu Caini, authore D. Auguſtino lib. de hæreſib. cap. 38. & Philaſtrio, ſunt ita appellati, quod Cain Fratricidã primogenitum patris noſtri ac beati Adæ protoplaſti, colant & venerentur, eum dicẽtes fuiſſe virtutis fortiſſimæ: & ex altera quidem virtute, nempe diaboli, Cain factum: ex altera autem, id eſt, Dei, Abel beatiſſimum natum, & virtutem maiorẽ, quæ erat in ipſo Cain, ita inualuiſſe, vt ſuum interficeret fratrem. Hos Tertullianus libello ſuo de hæreſibus Chaldæos appellat. Adorant ſimiliter Iudam proditorem, eum arbitrantes aliquid diuinum eſſe, adeo quidem, vt eius deteſtandum ſcelus, ingens beneficium reputent, eum aſſerentes præſciſſe quantum eſſet generi humano Chriſti paſſio profutura, ideoque illum Iudæis ad occidendum tradidiſſe. Perhibentur quoque & Sodomitas colere. Item Chore, Dathan & Abiron, propterea quod cum ſchiſma in primo Dei populo feciſſent, terra dehiſcente, perierint.

Adeo quidem vt quantumlibet aliqui fuerint aliquando ſceleſti aut flagitioſi, nunquam illis defuerint à quibus laudarentur, & eorum ſcelus commendaretur. Blaſphemant deniq; legem & Deum legis authorem, carniſq; reſurrectionem negant. Omnes denique Marcionis errores illis tribuunt Irenæus & Auguſtinus: ex quo facile creditu eſt, Caianos hæreticos à Marcione ortum habuiſſe, indeque adeo ſub Antonino Pio Imp. & Pio I. Papa, Eccleſiæ Dei inſultaſſe, circa annum Dom. 159.

CAMPATES.

CAmpates, ſunt ſecta Donatiſtæ, qui Romæ Montenſes quondam nuncupabãtur. Sed à diuo Hieronymo in epiſtola contra Luciferianos ſic appellantur.

1 Hi porro circumcellionibus & Donatiſtis in dogmate adſtipulantur. Dicunt enim in Eccleſia bonos & malos non contineri, ſed tantum bonos eam complecti.

2 Aſſerunt item, omnes qui mortem vltronei ſubeunt & patiuntur, eſſe martyres dicendos, ſiue huiuſmodi mortem ab aliis inflictam ſuſtineant, ſiue illam ſibiipſis cociuerint & inflixerint.

3 Dicunt etiam penes ſe ſolos eccleſiam eſſe. Quo fit, vt ad illos ab eccleſia deficientes, rebaptizent, eos dicentes prius non ſuſcepiſſe verum baptiſma, propterea quod eſſent extra eccleſiam Catholicam cum id ſuſciperent.

CAMPENSES.

CAmpenſes à Campe, quod flexum ſignificat, nomen ſortiuntur. Vnde etiam Ptolemæus, niſi fallor, Campas Ciliciæ partem facit eam, quæ inflexo littore Iſſici ſinus, deflectit ad Syriam.

Hi porro hæretici cum Tarſenſibus (teſte D. Hieronymo ad Damaſum epiſtola quæ incipit, Quoniam vetuſto, &c.) copulati, & cum Arrianis concurrentes, nihil aliud ambiunt, quam vt authoritate noſtræ communionis, tres hypoſtaſes cum antiquo ſenſu prædicent.

CARPOCRATIANI.

CArpocratiani ſeu Carpocratitæ, à Carpocrate quodã hæretico dicti ſunt. Emerſit autem Carpocrates tempore Adriani Imp. & Xiſti ſummi Romanorum antiſtitis, circa annum Dom. 119.

1 Hic (teſte Euſebio lib. 4. cap. 7.) docebat Chriſtũ non ex Maria virgine, ſed ex ſemine Ioſeph purum hominem natum: virum quidem bonum & ſanctum fuiſſe affirmans,

mans, & cuius anima poſt crucifixum corpus in cœlum ſit recepta, caro verò in terra dimiſſa. Nam animi ſalutem ſolum, carnis autem non fieri opinabatur, vt author eſt Philaſtrius cum Tertulliano.

2. Dicebat item, mundum eſſe creatum non à Deo, ſed ab angelis, aſſerens vnum quidem principium eſſe, de quo principio, id eſt, de Deo, prolationes factæ ſint angelorum atque virtutum, quæ nimirum virtutes creaturam iſtam viſibilem, vbi nos conſiſtamus, effecerint.

3. Carnis quoque reſurrectionem eſſe futuram negabat.

4. Totum denique vetus Teſtamentum reiiciebat: de qua re dicit gloſſa Leuitici 13. in hunc modum: In corpore leprā gerit, qui Eccleſiæ detrahit, ſicut Carpocratiani, qui negant reſurrectionem carnis.

Sectæ ipſius fuiſſe traditur ſocia, immo inuentrix & exhibitrix ſecundum Auguſtinum quædam Marcellina: quæ colebat imagines Ieſu, Pauli, Homeri, & Pythagoræ, eas adorans, & iis incenſum offerens.

De Carpocrate verò ſic ſcribit Nicepho. lib. 4. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ cap. 2. Carpocratem, inquit, æqualem fuiſſe tradit Irenæus Baſilidi, & eorum qui Gnoſtici appellantur, authorem & ducem facit: quem non puduit propalam artem Magicam exercere, quam pater eius Simon clam & ſubdolè profeſſus fuerat. Gloriam is aucupabatur, & ſeſe efferebat artibus curioſis, per eos quos ipſe conficiebat amores, per ſomniorum viſiones, & per aſſeſſores dęmones. Docebat quoque omnem eos oportere perpetrare turpitudinem, qui ad perfectionem arcanorum ſacrorum ſuorum peruenire vellent: neque fieri poſſe, vt quiſpiam eos effugeret, qui mundi principes apud eos appellarentur, niſi infandis fœditatibus omnibus ſatisfeciſſet. Hæc Nicephorus.

CATAPHRYGÆ, SEV CATAphrygii.

CAtaphrygis hæreticis Phrygiæ prouincia nomen dedit, quod ex ea eorum authores Montanus & Apelles, & ipſius Montani Propheteſſæ Priſca & Maximilla originem duxerint. Floruerunt autem temporibus Commodi Imperatoris, & Soteri Papæ temporibus, circa annum Domini 181.

1. Hi, teſte Philaſtrio, aſſerunt Sancti Spiritûs plenitudinem non per Apoſtolos Chriſto dante fuiſſe conceſſam, ſed per ſuos illos Pſeudoprophetas impartitam.

2. Non vtuntur in forma baptizandi iiſdem verbis, quibus Catholica vtitur Eccleſia, & quæ Chriſtus Apoſtolos ſuos docuit, nec in nomine Trinitatis baptizant, quemadmodũ nec Paulianiſtæ, vt habetur diſtinct. 1. q. 1. cap. Paulianiſtæ. Quò fit, vt in Niceno Concilio præceptum fuerit, vt cum ex iis aliqui ad Eccleſiam Catholicam redirent, rebaptizarentur, quod veram baptiſmi formam non tenerent, atque ideò nec verum baptiſma. Quali verò forma vterentur, nuſquam legi, neq; apud Philaſtrium, neq; apud Auguſtinum aut Guidonem Carmelitam, qui omnes de hac re loquuntur.

3. Baptizabant etiam eos qui morte functi eſſent.

4. Secundas nuptias loco fornicationis habent.

5. Sacramenta prohibentur funeſta habere.

6. Publicè myſteria celebrant.

7. Pepuzam vicum in medio Galatiæ & Cappadociæ ſitum, ex quo Montanus, Maximilla & Priſca ortum habuerunt, Ieruſalem appellant. Vbi & ab iis myſterium Cynicorum & infantis execranda celebratur impietas. Dicuntur enim infantis anniculi ſanguinem, quem de toto eius corpore minutis compunctionum vulneribus extorquent, farinæ miſcere, indeque panem conficere, quo Paſcha ſuum celebrant, ſuiſq; ita vbique mittere impiis ſatellitibus. Qui puer, teſte Auguſtino, ſi inde mortem obeat, penes eos pro martyre: ſed ſi ſuperuixerit, pro magno ſacerdote habetur.

8. Di-

8. Dicunt etiam mulierem poſſe ſacris ordinibus initiari, quod D. Thomas reprobat in Epiſt. ad Titum, c. 3.

Contra hos ſcripſit Apollinaris Hierapolites, & Melciades Papa, Rhodon quoq; Aſianus, & Apollonius Eccleſiaſticus ſcriptor, quemadmodum Euſebius Cæſareenſis lib. 7. c. 19. teſtatur.

Ea hæreſi paſſim vulgata, qui in Aſia fuère fideles, ſæpè multis in locis regionis eius conuentus egère, recens exortam peregrinamq; inquirentes doctrinam: & tandem ſectã eam, vt impiam & execrandam damnatam, è Catholica Eccleſia eiecerunt, atque à communione pepulerunt. Idem Montanus nouorum quoque ieiuniorum, præter Eccleſiæ conſuetudinem, author fuit: & de ſoluendis dirimendiſque coniugiis legem tulit. De diuina autem Trinitate, & mundi creatione, eadem nobiſcum docuit. Nonnulli tamen ex ſectatorib. eius poſtea, tres diuinitatis ſubſtantias vnum eſſe ſunt opinati, eundem eſſe Patrem & filium & ſpiritum ſanctum dicentes. Vnde etiam Sabellium ex Libya, principia hæreſis ſuæ ſumpſiſſe ferunt.

Porrò qui Montani diſciplinam ſecuti ſunt, Montaniſtæ ab eo dicuntur. Vocatur quoq; Cataphrygas, ſeu ſecundum Phryges hæreſis, ab ipſa gente ſcilicet. Appellantur etiam Pepuziani, à vico quodam, quem ille Hieruſalem vocare ſolitus erat. Priſcillæ verò & Maximillæ Prophetiam, fide & veneratione ſacroſancto præferunt Euangelio. De quibus ſanè eorum myſteriis nonnulli non pauca vulgârunt, quæ illi non agnoſcunt, ſycophanticè ea aduerſus ſe excogitata eſſe affirmantes. Hæc Nicephorus. De hac hæreſi vide plura in Montano, Priſca & Maximilla: lege etiam Euſebium Cæſareenſem lib. 5. c. 15. & c. 18.

CATHARI.

CAthari, Nouatiani ſunt, à Nouato Romanæ Eccleſiæ Preſbytero ortum ducentes, & qui Galieni Imperatoris, & Stephani I. Papæ temporibus circa annum Domini 256. emerſerunt.

Cathari autem appellari voluerunt, id eſt, ſanctuli & puri, propter munditiam, quam ſuperbiſſimè & arrogantiſſimè iactabant, vtpote qui ſeſe dicerent ſine peccato eſſe, cõtra illud Ioannis: Si dixerimus quod peccatum non habemus, noſipſos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt. Itcoque, teſte Lindano & Bullingero, omittebant illud orationis Dominicæ, Dimitte nobis debita noſtra, eò quòd nulla peccatorum venia opus haberent.

Hi aliorum quoq; orationes pro ſe non eſſe neceſſarias aiebant.

Infantes abſque peccato eſſe, ideoque non egére baptiſmo.

Docuerat autem eos Nouatus, poſt baptiſmum acceptum, relapſos in peccatum, redire ad ſalutem non poſſe. Quo impio errore multos ille ad deſperationem adegit, & Eccleſiarum concordiam diſſipauit, contra illud Ezechielis: Quacunq; hora peccator ingemuerit, &c.

Cum Aërianis notiſſimis Eccleſiæ hoſtibus, oblationes fieri pro defunctis negant.

Viduas, ſi nupſerint, tanquam adulteras damnant & execrantur.

Qui cum ſe cæteris mundiores prædicent, mundanos tamen ſe potius, quàm mundos vocarẽt, ſi ſe intimè agnoſcerent & perpenderent. De quibus Diuus Thomas tractatu contra impugnatores religionum cap. 6. ſic ait: Hic error Vigilantii, qui conſilium de paupertate Euangelica auſus eſt omninò deſtruere, per ſucceſſiones errantium vſque ad hodierna tempora peruenit, qui & in hæreticis quibuſdam, qui Cathari nominantur, permanſit. De his vide plura in Nouatianis.

CATHARIALII, SIVE CAtharistæ.

CAtharialii, ſeu Catharistæ non ſunt ii, quos Nouatianos infra appellabimus, ſed alii Nouatianis poſteriores, qui ad Manichæorum familiam pertinent, & quos Diuus

Diuus Auguſtinus non Catharos, ſed Chathariſtas appellat. Nam idem Auguſtinus lib. de Hæreſibus, cap. 46. de Manichæis diſſerens, illos ait in tres ſectas diſſectos. Quidam enim Manichæi nuncupantur, nomen authoris retinentes: alii Macarii: alii verò Cathariſtæ, hoc eſt, mundatores ſiue purificatores propter horrendas quaſdam & execrandas purificationes, quas faciebant. Emerſerunt autem hi ſub Aureliano Imperatore, & Felice huius nominis primo ſummo Romanorum Antiſtite, circa annum Domini 279.

1. Dicebant autem iſti, non licere veſci carnibus: alimenta omnia eſſe immunda aſſtruentes propter mali principii commixtionem: eamq; propterea, quibuſdam execrandis (vti iam diximus) purgationibus adhibitis, purificabant: Adeò quidem, vt farinæ, qua panis pro Euchariſtia conficiendus erat, humanum ſemen commiſcerent, dicentes ſemine admixto farinam purificari: atque ita (vt dicebant) per ſeminis commixtionem ea purificata, ſacramentum execrandum conficiebant.

2. Dicebant namque nullo pacto ex pane aqua & igne confecto, poſſe confici corpus Chriſti, eò quòd panem, creaturam diaboli eſſe confiterentur. Ideoque Diuus Auguſtinus propter has ciborum execrandas purificationes, eos non Catharos, quod Latinè ſonat mundos, ſed potius Cathariſtas, hoc eſt, purificatores, appellat. Quo nomine multi allucinati ſunt, cum nihil inter Manichæos & Catharos conueniat.

3. Aſſerebant item omnè iuramentum ita eſſe Chriſtianis interdictum, vt eis nunquam iurare liceat, quantumuis ad id iudicum iuſſu & coactione adacti.

4. Omnia denique Eccleſiæ ſacramenta negabant.

5. Cumq; vuis veſcerentur, vinum tamen non bibebant, id eſſe dicentes fel principum tenebrarum, vt author eſt Philaſtrius.

6. Adeoque ab ouorum eſu abhorrebant, vt cum ea frangerentur, expirarent.

CÆLESTIANI.

CÆleſtiani à Cæleſtio quodam (vt ex Gennadii Catalogo illuſtrium virorum colligere licet) Monacho dicti ſunt. Cuius autem is gentis aut patriæ fuerit, hic ille non explicat, nec notum eſt. Ex eius tamen deſcriptione conſtat, illum fuiſſe Pelagio coæuum atque contemporaneum, ſub Archadio Imperatore & Innocentio huius nominis primo Romanorum Pontifice, circa annum Domini 405. Quo alioqui tempore Concilium Mileuitanum in Africa celebratum eſt, & hæreſis Pelagiana & ipſius Cęleſtii ab eodem (præſide eo ipſo Innocentio) condemnata. De quo Cæleſtio D. Auguſtinus, lib. de perfectione iuſtitiæ ad Eutropiũ & Paulum Epiſcopos ſcribens, eum aſſerit idem ſentire quod Pelagius, vtpote quem magiſtrum diſcipulus ſit ſequutus. Et rurſus de fide Catholica idem inquit: Cum Cæleſtius atque Pelagius in Epheſina Synodo ſint damnati, quomodo poterunt illa capitula recipi, quorum damnantur authores?

Porrò Cæleſtius (ab aliis Cæleſtinus, ſed corruptè, appellatur) rationibus ſophiſticis nitebatur probare, nullum hominem peccare, ſi vellet: omnes eſſe iuſtos, ſi vellent: hominem deniq; ad perfectum ſtatum poſſe peruenire, ſi vellet. Tantumq; cum ſuo magiſtro Pelagio libero arbitrio tribuebat, vt diceret abſq; gratia Chriſti, hominẽ omnia præcepta Dei implere, & ſuis meritis vitam æternam conſequi poſſe. Cuius Diuus Auguſtinus, lib. de perfectione iuſtitiæ, ſexdecim refellit argumenta. Beatus item Hieronymus epiſtola ad Alypium & Auguſtinum, eidem Auguſtino gratulatur, quod eius operâ hęreſis Cæleſtiana oppreſſa ſit. Vnde in Oſeæ Prophetæ c. 5. dicit gloſſa in hunc modum: Hæretici ſæpè ſophiſmatibus & arte diabolica opprimunt Eccleſiã; qui non munditiam veræ fidei, ſed ſordes ſequuntur mendacii: adeò vt ipſi traditi diabolo & angelis eius, videantur ſibi calumniam pati, & in ſe iamiam factam eſſe diuini iudicii virtutem.

CER-

CERDONIANI.

Cerdoniani à Cerdone quodam mago & hęretico nuncupati ſunt, qui tempore Antonini Pii Cæſaris, & Hygini Romanorum Pontificis viguit, circiter annum Domini 144.

1. Hi, authore D. Hilario, libr. 6. de Trinitate, & Irenæo lib. 1. c. 18. aduerſus hæreſes, duos deos, vnum iuſtum, & alterum iniuſtum ſtatuunt, à quibus bona & mala prouenire omnia confitentur & aſſerunt.

2. D. item Auguſtinus lib. de hæroſib. cap. 21. refert, Cerdonem ita docuiſſe, vt dixerit Chriſtum neq; natum ex fœmina, neq; habuiſſe carnem, neque verè mortuum, neque quicquam paſſum, ſed ſimulaſſe paſſionem.

3. Dicebat etiam cum ſuo diſcipulo Marcione, legem veterem malam eſſe, & à malo principio procedere: quod & poſtea docuit Manichæus, qui eum in hac hæreſi ſequutus eſt.

4. Totum etiam vetus Teſtamentum reiiciebat cum ſacris Euangeliis, præter illud quod D. Lucas ſcripſit, quaſi in Prophetis & Euangeliſtis non fuiſſet Chriſti ſpiritus.

De hoc Cerdone ſic ſcribit Nicephorus lib. 4. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ cap. 3. Sub Pio Antonino, inquit, Eccleſiæ Romanæ Hygino præſidente, Irenæus Valentinum & Cerdonem hæreſum ſuarum authores fuiſſe ſcribit: qui Marcionis quoque erroris duces extiterint, & Romæ vterque domicilium inuiſi Deo dogmatis conſtituerint. Scribit autē ad hunc modum: Valentinus enim venit Romam ſub Hygino, inualuit autem temporibus Pii, durauitque vſque ad Anicetum. Cerdon verò qui ante Marcionem fuit, & ipſe ſub Hygino, qui in vrbe Roma nonus erat Epiſcopus, in Eccleſiam venit, & pietatem profitens atque reſipiſcens, ita ibi manſit, vt aliquando occultè doceret, aliquando autem rurſus ſe pœnitere confiteretur: nonnunquam etiam coargueretur de his quæ perperam doceret, atque etiam à fratrum cœtu excluderetur. Hæc in tertio aduerſus hæreſes libro.

In primo autem, de Cerdone etiam ita refert Irenæus: Cerdon verò quidam à ſectatoribus Simonis, impietatis ſuæ occaſionibus ſumptis, Romam venit ſub Higino, nonum locum Epiſcopalis ſucceſſionis ab Apoſtolis ſortito, ibique docuit, eum qui à lege & Prophetis prædicatus eſt Deum, non eſſe patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti. Hunc quippe noſci, illum eſſe ignotum: & alterum quidem iuſtum, alterum autem bonum eſſe. Cui Marcion ſuccedens, doctrinam eam adauxit, ſine pudore & verecundia omni blaſphemans. Hæc Nicephorus.

CHAZINZARII.

CHazinzarii hæretici, ſunt ex Armeniorum familia, cuius hæreſis radix extitit Iacobus quidam Syrus genere, obſcurus prorſus, & nulla gloria vir: exorti ſunt autem temporibus Conſtantini III. Heraclii filii, & Theodori maximi Romanorum Pontificis, circa annum Domini 640.

De his Nicephorus libro 18. cap. 54. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ ſcribit in hunc modum: Apud Armenos qui Chazinzarii nominantur, eorum impietates maximè retinent. Factio autem non minima hæc dogmatis eorum eſt, Staurolatræ ſcilicet. Chazus namque, crux ab eis dicitur: propterea quod crucem tantum adorare & colere dicantur. Qui ſanè illis per omnia cõſentientes, re eiuſcemodi maximè à ſectis talibus, & Iacobitis inprimis, diſſentire videntur. Quin & iſti non vnam confusè naturam, ſicut illi, in Chriſto eſſe opinantur, ſed duas: quemadmodum & nos. Cæterùm aliam peregrinam impietatem perperam inducunt: quia duas perſonas in vno Chriſto eſſe, fabulantium more, nugantur: iuxta Anthropolatram, id eſt, hominem adorantem Neſtorium: ita vt paſſionis tempore alteram perſonam in cruce paſſam, alteram autem ab ea ſegregatam, ſeorſim ſtetiſſe, paſſionisque ſpectatricem fuiſſe dicant. Inſuper alia quoque generis eiuſdem, impietate omni referta, deblaterant. Atque illi quidem nunc ex traditione, quæ ratione nulla

nulla nititur, hæc faciunt. Veteres autem eorum legiſlatores & doctores magnæ Armeniæ, Gregorium illum Antiſtitem ritus eiuſmodi eis per manus tradidiſſe, calumniosè iactant, maximè verò oblationem azymam, & abſque aqua poculum, propterea quòd in myſtica illa cœna, azymum etiam ſacrificium & vinum ſolum fuerit. Quarum rerum nullam Apoſtolica Eccleſia admittit, veterem traditionem legitimè ſeruans.

Porrò de ieiunio Arziburi, quod paulò ante eum diem, quo carnium eſus interdicitur, ſeruant, interrogati: quandoque propter Adami proſcriptionem, id ſe obſeruare: quandoque propter Niniuitas, dicunt. Nonnunquam verò eam eſſe traditionẽ referunt, qua olim ſe Armenii à cibis abſtinuerunt, quum baptizari à S. Gregorio debuerũt. Aliquando etiam celebrari id aſſerunt, propter Sergiũ quendam, qui olim apud eos martyrio ſit defunctus: veram eius originem & cauſam commemorare detrectantes, quæ eiuſmodi eſt: Sergius quidam apud eos doctor canem habuit, quo ille à dæmone agitato, plurimum aduentûs ſui deſignatore atque indice vſus. Huic Arziburi nomen indidit, quod Armeniorum lingua mandatorem ſignificat. Quum ergò in oppidis & vicis habitantes diſcipuli & ſectatores eius, canem præcedentem viderent, obuiam illi magiſtro ſuo ibant, eundemque præeuntes producebant. Euenit autem, vt canem lupus deuorârit. Et Sergius poſt eum diem, quo canem præmiſerat, ad eos quo ille miſſus fuerat, profectus eſt: & quum qui ei obuiam prodiret, inueniret neminẽ, grauiter eam rem tulit. At poſtquam certior factus eſt, à lupo canem deuoratum eſſe, Armeniis mandauit, vt quotannis diebus ſtatis, ob canis eius obitum ieiunarent, lugerent, atque mœrerent: quod videlicet tantum bonum è medio ſublatum eſſet. Nomenque canis ieiunio ei, Arziburum cognominans, impoſuit.

CERINTHIANI.

CErinthiani à Cerintho homine hæretico, & peſſimis moribus aſſueto, dicti ſunt. Qui cuius nationis aut gentis fuerit, memoriæ non prodiderunt hiſtorici. Ego tamen arbitror eum Iudæum & ex eorum numero fuiſſe, qui, vt eſt in Actis Apoſtolorum cap. 15. deſcendentes de Iudæa, docebant fratres. Quia niſi circuncidamini ſecundum morem Moyſis, non poteſtis ſaluari: & ob quorum diſſenſionem, primum Concilium ab Apoſtolis Hieroſolymis celebratum eſt. Conſtat autem, eum coæuum fuiſſe Diuo Iohanni Euangeliſtæ, Neronis Imperatoris & Petri Apoſtoli temporibus, circa annum Domini 69.

Quod verò contemporaneus ſancto Ioanni Euangeliſtæ fuerit, teſtatur Diuus Irenæus lib. 1. aduerſus hæreſes cap. 3. cum de Beato Polycarpo loquens, ait veniſſe aliquando, in balneum Ioannem, & illic reperiſſe Cerinthum hæreticum vnà cum conſortio ſuorum ſedentem, inter quos Cerinthus acerrimè diſputabat, impudenterque blaſphemus negabat Chriſtum Deum eſſe. Atque ſurgens Iohannes monuit amicos ſuos qui ei aſſidebant, vt vnà ſecum abirent: nam non velle Deum amplius ferre blaſphemias tam impudentes. Illicò verò cum egreſſus eſſet, collapſa domus, Cerinthum cum ſua cohorte extinxit. Ex quo licet videre horrendum exemplum diuinæ vltionis & vindictæ in eos, qui manifeſta impietate nomen Dei & eius ſanam doctrinam blaſphemant, non verentes ſectas perditionis introducere: & quam ira diuina illos non patiatur tandem inultos.

1. Docebat autem hic ſceleſtus inter alios errores, Chriſti regnum poſt reſurrectionem terrenum futurum, & homines in carne, concupiſcentiis & libidinibus ſubiectam vitam acturos. Qui error apud Iudæos quoque viguiſſe conſtat, qui omnia quæ à Prophetis de Chriſti regno dicuntur, carnaliter intelligebant: quo errore imbuta videtur fuiſſe mater filiorum Zebedæi, cum à Chriſto petiit, vt iuberet duos filios, vnum à dextris, alterum verò à ſiniſtris ſedere in

regno

regno ſuo. Et quia Cerinthiani mille annos homines futuros in voluptate carnis poſt reſurrectionem prædicabant, ideò græcè χιλιασαὶ, id eſt, Latinè Millenarii, ſunt appellati, vt infra in eorum titulo videre licet. Quod nihilominus Marci 12. reprobatur in hunc modum: In regno cœlorum neq; nubent, neq; nubentur.

2. Negabat cum Carpocrate & Ebione Chriſtum fuiſſe Deum, ſed ſolam naturam habuiſſe humanam: eundemque nondum reſurrexiſſe à mortuis, ſed aliquando ſurrecturum.

3. Aſſerebat legem veterem iuxta omnia illius præcepta eſſe ſeruandam vnà cum lege noua, ideoq; circumciſionem neceſſariam eſſe ad ſalutem conſequendam, contra illud D. Pauli præceptum: Si circuncidimini, Chriſtus vobis non proderit. Et extra de Baptiſmo cap. Maiores: Cum baptiſma ſucceſſerit circunciſioni, abſit, vt in illam damnatam hæreſim incidamus, quę perperam affirmabat legem cum Euangelio & circunciſionem cum baptiſmo ſeruandam. Hunc itaq; Cerinthum Philaſtrius lib. de hæreſib. primùm fuiſſe aſſerit, qui ſub Apoſtolis quæſtionem ſeditionis commouit, dicens debere circuncidi homines. Cuius cauſa contra illum & hæreſim eius decreuerunt in ſuis Actibus Apoſtoli ſententiam, non debere iam homines Iudaiſmo, id eſt, circumciſioni, aliiſque huiuſmodi ſuperſtitionis vanæ parere carnalibus, qui de Gentibus venientes, credebant in Chriſtum Dominum & Saluatorem noſtrum.

4. Dicebat rurſus cum Simone Mago & Menandro, mundum non creatum eſſe à Deo, ſed ab angelis.

5. Apoſtolum Paulum, & Actus Apoſtolorum non recipiebat, ſed illos conabatur auferre ex Catalogo ſacrorum librorum.

6. Euangelium quoq; ſecundum Matthæum, ſolum admittebat, reliqua tria contemnens.

7. Iudas proditor Chriſti, erat ei in honore maximo: & beatos Martyres blaſphemiis afficiebat.

Irenæus autem (vt ſupra meminimus) quum alia etiam plura vertiginis plena deliramenta eius in primo contra hæreſes libro propoſuit, tum in tertio eiuſdem operis de eo memoria dignam hiſtoriam recenſet, quam per traditionẽ Polycarpi Smyrnæi Epiſcopi ſe accepiſſe dicit. Quum namque aliquando Ioannem Apoſtolum balneo vti oporteret, atque is futurum cognoſceret, eo quoq; Cerinthum ingreſſurum, quanta potuit celeritate inde refugit, ne ſub eodem quidem tecto vnà cum illo manere iuſtum eſſe opinatus. Quod etiam iis qui cum eo erant, perſuaſit: Fugiamus, inquiens, ne balneum concidat, in quo veritatis inimicus Cerinthus lauat.

CHILIASTÆ.

CHiliaſtæ, Cerinthiani ſunt ſecta, eoſdem cum Cerintho obſeruantes errores, à chile gręca appellatione dicti, quod mille Latinè ſignificat. Chiliaſtæ nempe millenarii appellantur, quod mille annorum poſt mortuorum reſurrectionem fore dicant, Chriſti regnum corporaliter in hac terra producendum, ſanctosque corporaliter epulaturos cum Chriſto. Emerſerunt autem Adriani Imperatoris & * Xiſti huius nominis primi Papæ temporibus, circa annum Domini 130.

Dicunt verò ita, teſte Philaſtrio: Cum venerit Chriſtus de cœlo, mille anni erunt iterum nobis carnaliter ad viuendum, generandum & manducandum, ſicut fit nunc in hoc ſæculo quotidie: ignorantes interea eſcam cœleſtem, id eſt, immortalitatis illud præmium affuturum, non hoc caducum & tranſiens, cũ Dominus in Euangelio Iudęis quibuſdam hoc ſuſpicantibus dicat: Neſcitis ſcripturas, & virtutem earum ignoratis. Nam in die iudicii non nubent, neq; nubentur, ſed erunt ſicut angeli Dei. Et Apoſtolus, Non eſt regnum Dei eſca & potus, ſed iuſtitia, pax & gaudium in ſpiritu Domini ſempiternum.

Eorum author fuit Papias Hierapolitanus Antiſtes, Diui Iohannis auditor, vt inquit Irenæus, & Polycarpi ſodalis.

Sed

Digitized by Google

Sed qui(authore Nicephoro,lib.3.cap.20.Eccleſiaſt.hiſtoriæ) ignorans, promiſſiones arcano quodam myſterio eſſe editas,hæc craſſius acceperit: quippe qui mente acri non fuerit,id quod ex oratione eius conijcere licet. Multos tamen in eandem æmulationem, vetuſtatem viri admiratos, pertraxit,ſicuti Irenæus, & ſi quis præterea alius eiuſdem cum illo eſt ſententiæ & opinionis oſtendit. De hac hæreſi vide plura in Nepote, quem tradunt etiam huius Epicureæ opinionis authorem fuiſſe.

CHRISTOPHORVS SCHAPLERVS.

CHriſtophorus Schaplerus natione Germanus,vnus ex ducibus eorum ruſticorum fuit, qui anno Domini 1525 tempore Caroli V.Imperatoris,& Clementis VII.Romanorum Pontificis, & Franciſci I. huius nominis Regis Gallorum,emerſerunt. De qua re ſcribit Carion Chronicor.lib.4.in hæc verba:

Eodem hoc anno in Germania horribiles, & ante nunquam auditi motus à ſeruis ruſticis in Alſatia, Sueuia,Francia,Duringia,& in illis terris,quæ ad Rhenum ſitæ ſunt,excitabantur Motus hi magna vi & armis principum ſunt repreſſi: adeo vt intra menſes ferè tres,ſupra centena millia ruſticorum conciderint in conflictu, non aliter atq; pecora trucidati.

Porrò Chriſtophorus Schaplerus quidam cognomento,duodecim articulos conſcripſerat de libertate Chriſtiana,inter quos hic erat præcipuus, Tributa non eſſe pendenda Magiſtratui. Ex hac doctrina, ſpe libertatis acquirendæ,maxima pars ruſticorum accenſa, dicitur arma cepiſſe aduerſus legitimos Magiſtratus.In Mulhauſen Duringiæ oppido, Concionator Eccleſiaſticus erat Thomas Monetarius.Is palam docuit reſtauraturũ ſe collapſum Eccleſię ſtatum, gloriabaturque priuatim ſibi à Deo reuelationes fieri,& ad euertendam tyrannidem impiorum, gladium Gedeonis ſibi commiſſum eſſe. Eduxit turmatim cohortes vulgi,iuſſitque nobilium domos diripi, & Monaſteriorum

bona compilari. Cæterum dum deprædantur paſſim plebeiæ copiæ ſine ordine, deleuerunt eas Saxoniæ Principes, & Landgrauius Heſſorum. Monetarius & ſociorum eius plerique capti ſunt, & capite truncati, pœnas impii ſui inſtituti dederunt. Monetarius hic primus author extitit phanatici illius erroris Anabaptiſtarum, qui puerorum baptiſmum damnant, anabaptiſmum docent, iuramenta auferunt, omnia communia faciunt, etiam vxores, aliosq; infinitos errores ſub Euangelii prætextu paſſim ſeminant. De hoc infra in Munzericis.

CIRCVITORES.

Circuitores, alio nomine Circuncelliones, ſeu Scotopitæ dicti, Africani ſunt natione, genus hominum (authore Auguſt. lib. de hæreſib. c. 69.) greſte, & famoſiſſimæ audaciæ, non ſolum in alios immania facinora perpetrando, ſed nec ſibi eadem inſania & feritate parcendo. Nam per mortes varias, maximè præcipitiorum, aquarum & ignium, ſeipſos necare conſueuerunt. Et in iſtum furorem alios ſeducũt, vt ſeipſos occidant. Quod ſi facere ii renuunt, mortem ſibi minantur, hoc pacto illos dicentes martyres fieri.

Quis autem huius inſaniæ vel inſanæ hæreſis dux fuerit, aut quo tẽpore cœperit, nec D. Auguſtinus, nec Philaſtrius prodiderunt. Auguſtinus tamen illos pertinere ad Donatiſtas, & ſub illis militare, aſſerit. Ex quo colligi poteſt, illos fuiſſe Conſtantii Imperatoris, & Iulii Papæ temporib. circa annum Domini 349.

De quibus ſic idem ſcribit Philaſtrius: In Africa, inquit, ſunt qui Circuitores dicuntur. Hi circumeunt terras, & quos inueniunt in via, eos cogunt vt interficiantur ab illis, dicentes, ſe deſiderare pati martyrium: & ſub hac cauſa multi latrocinantur interdum. Quidam autem ex his velut Biothanati moriuntur, ſeſe dantes in præcipitium, diuerſumque ſubeunt calamitatis interitum. Qui cum ſine cauſa perire ita properant, honeſtæ mortis ſuſtinent detrimenta, & iudicio Dei futuro ſe potius implicant, quàm ſoluunt.

CLAN-

CLANCVLARII.

Clancularii ſunt ſecta Anabaptiſtica. Qui authore Staphylo, exiſtimant ſibi licere, ſi rogentur, an ſint Anabaptiſtæ, ſe eſſe negare. Satis omninò eſſe ſi ipſimet clam, quid credant, ſciant: palam confiteri non eſſe opus. Et hi ſunt frequentes in magnis vrbibus. Nulla templa intrant, domi ſe ſuosq; docent, aut in hortis conueniunt. Vulgò fratres Hortenſes vocantur. Hęc Staphylus.

De his rurſus Lindanus Dubitantii ſui Dialogo ſecundo: Sunt, inquit, quidam ex Monaſterienſibus Clancularii appellati, à latendi ſtudio, quidam occulti occultorum, &c.

CLAVDIVS TAVRINENSIS *Epiſcopus.*

Claudius, Taurinenſis Epiſcopus, Anglus genere, Ioanni Wicleffo, eiuſdem & nationis & hæreſis ferè coæuus (teſte Thoma Waldenſi, libri, quem de Sacramentalibus edidit, titulo 2. cap. 16 adducto pro rei confirmatione, teſtimonio ex Chronicis Iuonis Carnotenſis) dux & magiſter fuit eorum qui Crucem Dominicam nullo pacto eſſe adorandam dixerunt. Quo verò tempore viguerit, cum ille ſubticeat, apud alium neminem aliud reperire potui. Sed cum Wicleffo contemporaneus dicatur, hinc colligere datur, illum extitiſſe Caroli quarti Cæſaris Germanis & Innocentii ſexti Papæ ætate, circa annum Domini 1352.

Dicebat etiam baptiſmum eſſe nullum, ſi fronti ipſius baptizati ſignum Crucis non infigeretur. Qui error in hoc manifeſtus apparet, quod ſi in eo illa omnia peraguntur, quæ Chriſtus præcepit fieri, conſtat baptiſmum eſſe perfectum. Conſtat autem Chriſtum, cum baptiſmum conſtitueret, nunquam de ſigno crucis meminiſſe.

CLEOBIANI.

CLeobiani à Cleobio, qui inter primos hæreticos fratrum vnitatem ſcidit, dicti ſunt ſub Domitio Nerone, & Petro Apoſtolo circa annum Domini 51. De quo Ignatius epiſtola ad Tralicis ſcribit in hunc modum: Fugite ipſius nequiſſimi Diaboli nepotes Theodorum & Cleobulum, qui generant fructum mortiferum: de quo ſi quis gaſtauerit, moritur æterna morte. De hoc ſcribit etiam Euſebius lib. 4. cap. 8 Item Nicephorus hiſt. Eccleſ. lib. 4. cap. 7. Meminit itidem (inquit) Egeſippus initiorum hæreſum quarundam, ita inquiens Poſteaquam Iacobus Iuſtus martyrio eſt defunctus, ſicuti & Dominus idem ob verbum, in locum eius, patrui eius Cleophę filius Simeon eſt ſuffectus, quem omnes Domini fratrem patruelem ſecundum eſſe retulerunt. Propterea autem Eccleſiam vocauerunt virginem, quod nondum eſſet inanib. & vanis corrupta doctrinis. Primus eam deprauare cœpit, ꝙ in petitione Epiſcopatûs repulſam tuliſſet, Thebutes, vnus è ſeptem hæreticis, & plebeius: à quibus & Simon eſt, vnde Simoniani dicti: & Cleobius, vnde Cleobiani: & Doſitheus, vnde Doſitheani: & Gorthæus, vnde Gorthæani: & Maſbotheus, vnde Maſbotheni. Ab his autem & Menandriani, & Marcioniſtæ, & Carpocratiani, & Valentiniani, & Baſilidiani, & Saturniani. Hi pro ſe quiſque, proprias ſeorſim induxerunt opiniones. Ab his Pſeudochriſti, Pſeudoprophetę, Pſeudoapoſtoli, qui vnitatem Eccleſiæ diuiſerunt, perniciosis ſermonibus aduerſus Deum, & aduerſus Chriſtum eius. Scribit verò de Iudæorum quoque hæreſibus dicens: fuerunt autem variæ quoque in circumciſione inter filios Iſraël aduerſus tribum Iuda, & Chriſtum ipſum, ſententiæ & ſectæ: videlicet Heſſęorum, Galilæorum, Hemerobaptiſtarum, Maſbotheorum, Samaritanorum, Saducæorum, & Phariſæorum. Hæc Nicephorus ex Egeſippo.

COLLVTHIANI.

Colluthiani à Collutho quodam Ægyptio, Arrianis fauente, dicti ſunt, & exorti temporib. Conſtantini Magni Imp. & Syluestri Romani Pontificis, circa annum Domini 315.

Hic, authore D. Auguſt. lib. de hæreſib. cap. 65. & Philaſtrio Brixienſi Epiſcopo, Deum dicebat malorum non eſſe factorem: qua de re velut hæreticus damnatur, & meritò quidem, cum conſtet ex ſacris literis, afflictionem inferri à Deo, & hanc vocari malum. Scriptura enim (vt ait Philaſtrius) Deum facere bona, & nihilominus mala facere prædicat, cum dicat Propheta: Ego Dominus, & non eſt alter; formans lucem, & creans tenebras, faciens pacem, & creans malum. Et alius Propheta: Non eſt malum in ciuitate, quod Dominus non fecerit. Sed mala iſta non natura eſſe dixit ſcriptura à Deo facta, ſed cauſis id exigentibus hominum, ſcilicet in lege peccantium Domino. Quæ ſunt tentationes perſecutionis, diuerſæque anguſtiæ, quæ Deo permittente inſurgunt peccantibus, ſicut ſcriptum eſt: Quis dedit Iſrael in direptionem? nonne Dominus cui peccauerunt, & noluerunt in viis eius ambulare? & per Hieremiam Prophetam de Iudæorum populo: Ecce ego inducam ſuper eos mala, de quibus exire non poterunt. Clamabunt, inquit, ad me, & non exaudiam eos: & ibunt ciuitates Iuda, & habitatores Ieruſalem, & clamabant ad deos quibus libant, & non ſaluabunt eos in tempore afflictionis eorum. Quibus quidem verbis apertiſſimè oſtenditur; dictas afflictiones eſſe mala eà, quæ Dominus minatur ſe inducturum ſuper ciuitates Iuda, à quibus dicit eas non poſſe ſaluari deorum auxilio, quibus libabant.

Sic itaque illæ ſententiæ intelligendæ ſunt, non autem Deum malam naturam feciſſe, cum alibi dicat ſcriptura: Ecce autem omnia valdè erant bona, quæ fecit Deus, hoc eſt, mundi creaturæ. Et alibi ſcriptura dicit: Quoniã Deus malum non fecit, nec delectatur in perditione viuorum. Quia ergo nõ cauſa Dei creantis eſt mala naturaliter, ſed hominũ

voluntas, quæ obnoxia legi Dei vrgetur, & creatione conſtringitur, conuerſionis cauſa à Domino hæc inferuntur hominibus quotidie.

Cum ergò hæc dicuntur, quomodo dicta ſunt, à Colluthianis & huiuſmodi hæreticis, ignorantur. Quæ enim ab eis putantur in creatione hominum mala, hæc eruditionis & vtilitatis ſunt plena, quæ hominum voluntas peruerſa pati meretur, cum dicat Apoſtolus: Nunquid iniuſtus Deus, qui infert iram ſuam hominibus? Non tamen ſine vtilitate & emolumento futuro, hæc cuncta humano generi fieri permittuntur. Iuſtus enim in tribulatione ſuſtinenda, fidelior & iuſtior comprobatur: peccator autem aut peccare deſinit emendatus, aut perſeuerans de mundo tollitur, ne in corpore conſtitutus, amplius delinquere videatur. Ergò aut emendatus cum ſupereſt adhuc in corpore, bonum iam opus facere non retardabit, aut mens coërcetur, vt deſinat à peccato, id quod ait Apoſtolus: Qui mortuus eſt, iuſtificatus eſt à peccato. Hæc Philaſtrius.

COLORBOSII.

COlorboſii à Colorboſo, Menandri & Marci hæreticorum & Magorum aſſectatore nuncupati ſunt. Vixerunt autem ſub Antonini Pii principatu, & Hygini ſummi Romanorum Antiſtitis Pontificatu, circa annum Domini 152.

1. Hi (teſte D. Auguſtino de hæreſibus) omnium hominum vitam & generationem dependere ex ſeptem ſideribus affirmabant.

2. Omnes ſitientes ſalutem, in ſuo nomine baptizandos cenſebant.

3. Chriſtum non verum hominem fuiſſe docebant, teſte Euſebio lib. 3. c. 26.

4. Nec verè, ſed putatiuè paſſum.

5. Carnis reſurrectionem negabant.

Duo

6. Duo principia contraria opinabantur. Reliqua vide in Marco & Menandro.

COLLYRIDIANI.

COllyridiani, authore Epiphanio, inde dicti ſunt, quod ſtata quadam die anni, Gollyridem Virgini Mariæ offerrent in ſacrificium, illam vltra decorum glorificantes. Hoc enim ſacrificio, eam velut Deum adorabant, quum nulli niſi ſoli Deo ſacrificium offerre liceat. Emerſit autem hæc hæreſis Theodoſii primi Imperatoris & Siricii Papæ temporibus circa annum Dominii CCCXCV. Quæ hæreſis (inquit idem Epiphanius) in Arabia à * Thrace & ſuperioribus Scythiæ partibus emicuit, quæ ſanè ridicula eſt, ac ludibrii plena apud prudentes reperitur. Stoliditatis enim potiùs condemnationem incurrit, quàm vt aliquid ſapientiæ in ipſa eſſe iudicetur. Sicut enim Antidicomarianitæ per contumeliam in Mariam nociuas opiniones in cogitationes hominum ſeminabant, illam dicentes poſtquam genuit Saluatorem, ipſi Ioſeph copulatam fuiſſe: ſic etiam hi ad alteram partem inclinantes, in ſummo detrimento deprehenduntur: quum illi quidem vilipendant ſanctam Virginem, hi verò rurſus vltra decorum glorificent. Hi enim qui hoc docent, qui ſunt præterquam mulieres? Muliebre enim genus lubricum eſt, erroneumque, ac intellectu humili præditum. Etenim & ipſi Diabolo viſum eſt hoc à mulieribus euomere. Quemadmodum enim apud Quintillam & Maximillam ac Priſcillam ridicula ſunt dogmata, ſic etiam hîc. Quædam enim mulieres currum quendam ſiue ſellam quadratam ornantes, expanſo ſuper ipſum linteo, in die quadam illuſtri anni per aliquot dies panem proponebant, & offerebant in honorem Mariæ. Omnes autem eo pane participabant, eidem vt Deo ſacrificia libantes, quod ſanè idololatriam quandam ſpirabat.

Reuera ſanctum erat corpus Mariæ, non tamen Deus. Reuera virgo erat ipſa virgo & honorata, ſed non ad adorationem nobis data, ſed ipſa adorans eum, qui ex ipſius carne genitus eſt, de cœlis verò ex ſinibus paternis acceſſit. Hactenus Epiphanius, qui plura volet, eundem legat.

COMMVNIA HABENTES.

COmmunia habentes ſunt Secta Anabaptiſtæ, qui, authore Staphylo, & vxores, & liberos, & omnia ſibi in Republica communia eſſe debere arbitrantur, ſicut Plato in ſua Republica inſtituit, & olim Nicolaitæ, & nuper Monaſterienſes Euangelici Prophetæ. Concupiſcit ſpiritus meus, inquiunt, carnem tuam. Veni itaque, & faciamus mirabilia. Vide Sleidanum de bello Monaſter. Hæc Staphylus.

CONCORDENSES SEV Cozocenſes.

COncordenſes ſeu Cozocenſes iidem ſunt atq; illi, quos ſupra Albanenſes appellauimus, & quos Antoninus 4. parte ſummæ ſuæ, tit. 11. c. 7. cum eiſdem Albanenſibus in multis peſſimis erroribus conuenire, & in paucis diſcordare aſſerit.

1. Hi nempe duo principia rerum conſtituunt.
2. Deum item non creare, nec infundere nouas animas.
3. Chriſtianis eſſe omninò interdictum omne iuramentum, adeò quidem, vt his nuſquam iurare liceat. Reliquos illorum errores vide in Albanenſibus.

CONDORMIENTES.

COndormientes ſunt Secta Anabaptiſtæ: qui, authore Staphylo, iubent præ nimio noui Euangelii amore, debere viros & fœminas, iuuenes ac virgines vno in loco & conclaui viuere, & in eodem cubiculo dormire. Sic quondam in Burgundia & in Bohemia deinceps Grubenheimeri faciebant, qui extinctis luminaribus, dicebant ad omnes promiſcuè, Creſcite, & multiplicamini. Hæc Staphylus.

CONO-

Digitized by Google

CONONITÆ.

Cononitæ à Conone quodam Alexandriæ Epiſcopo nominati ſunt, qui tempore Mauritii Cæſaris & Pelagii huius nominis II. Romanorum Pontificis viguerunt, circa annum Domini 584.

De his ſic ſcribit Niceph hiſt. Eccleſiaſt. lib. 18. c. 50. Inſuper alia quoque quinta Seueritarum & Theodoſianorum Secta eſt, & Cononitarum, qui Seuerum & Theodoſium, & Epiſcopum præterea apud eos quendam Cononem, à quo etiam nominati ſunt, probant. Profitentur ſanè & iſti reuera Deum quidem eſſe & naturâ & eſſentiam quanque, Patrem videlicet, & Filium, & Spiritum Sanctum. Adhæc tres quoq; perſonas dicunt, ipſam nimirum ſanctam Trinitatem, & ſubſiſtentias tres. Tres autem numero ſubſtantias & naturas per omnia ſimiles ſecundum Deitatem dicentes, vnamq; ſubſtantiam ſiue naturam, & vnam Deitatem ſiue Deum, ſanctam & conſubſtantialem profitentes Trinitatem, non numero ſed per omnia ſimili Deitate, tres Deos, aut tres Deitates omninò dicere tergiuerſantur.

Iſti ſanè neq; Damianum, neq; Paulum, neq; adeò poſtremum apud eos Petrum receperunt. Quos ipſos Damianiſtæ, & Pauliani, & Petritæ, Tritheitas primi appellârunt. Diſceſſerunt autem ab eis, propterea quod illi tres Deos, ſiue tres Deitates dicere, Patrem, & Filium, & Spiritum S. renuentes, tres quoq; dicere numero ſubſtantias ſimiles, & nihil prorſus euariantes, detrectant. Hi autem tres quidem Deos ſeu tres Deitates dicere ſuperſedent: tres autem numero ſubſtantias, ſeu naturas quaſdam ſimiles, profitentur. Sed enim Cononitæ, quum primùm Ioannis Philoponi Alexandrini Grammatici ſcripta, quæ ab ipſo contra Græcos ſeu Ethnicos, & de aliis quibuſdam argumentis ab eo compoſita ſunt, comprobâſſent, poſtremò omnium & ipſum & lucubrationes eius reiecerunt, & anathemate confixerunt. Ioannes iſte Philoponus Alexandrinus, Tritheitarum hæreſis præfectus fuit: perinde atq; olim Themiſtius Philoſ.

Digitized by Google

ſub Valente primùm Agnoëtarum Sectæ præiit. Hucuſq; Nicephorus.

CONSTANTIVS IMPERATOR.

CONſtantius Conſtantini Magni filius fuit, & Conſtantis frater, qui leuitate quadam in Arrianam delapſus hæreſim, quoſdam in Deo gradus eſſe opinatus eſt. Imperabat ille anno Domini trecenteſimo quadrageſimo, Pontificatum Romanum agente Iulio huius nominis primo. De cuius impietate, fraude ac tyrannide multa ſunt in eo libro, quem Sanctus Confeſſor Hilarius Pictauienſis Antiſtes, vnicum id temporis ac præclarum Gallicanæ Eccleſiæ lumen, magna cum libertate aduerſus hunc ipſum conſcripſit, hominem (vt par erat) ſuis coloribus perpulchrè depingens. Grauiſſimam enim calamitatem Eccleſiæ Chriſti inflixit, & fortaſſe neutiquam minorem, quàm aut Nero aut Decius: quo nihil aliud agebat, quam vt orbem terrarum, (vt Hilarii verbis vtar) pro quo Chriſtus paſſus eſt, diabolo condonaret.

De hoc item ex Sozomeno hiſtoriæ Tripart. lib. 4. c. 38. ita habetur: Conſtantius igitur Imperator, pridem & ipſe Arrianorum Secta præoccupatus, omnia quæ paulò ante ei placuerant, in contrarium demutauit. Et primùm quidem Eccleſiæ Conſtantinopolitanę Pontificem Paulum deportari iuſſit in exilium: quem deducentes in Cucuſum Armeniæ, ſuffocârunt. Marcello autem denuò proiecto, Eccleſiam Ancyranam Baſilius rurſus inuaſit. Lucius autem Adrianopoleos ferro vinctus, in carcere moritur. Tantumq; valuerunt, quæ de Athanaſio dicebantur, vt in immenſum furorem cadens Imperator, eum, vbicunq; reperiretur, iuberet occidi: & cum eo Theodulum & Olympium præſules Eccleſiarum Thracenſium. Hæc Sozomenus. Ex quo colligere procliue eſt, quanta fuerit iſte Imperator crudelitate & impietate aduerſus pios Eccleſiarum Antiſtites. Vnde D. Hieronymus in vita Hilarionis Eremitæ eum Regem Arrianorum appellat, quod Dracontium & Philonem in exilium deportandos edicto conſtituiſſet.

CON-

CONSTANS IMPERATOR.

COnſtans Cæſar Conſtantini tertii huius nominis filius, & nepos Heraclii Imperatoris, Theodori ſummi Romanorum Pontificis temporibus, Græcorum Imperium tenuit, circa annum Domini 643.

Hic cum Secta Acephalita foret & auaritiæ addictiſſimus, in omnibus ſe crudeliſſimum aduerſus Catholicos præſtitit: adeò quidem, vt cum aliquando Neapoli Romam veniſſet, inuidia ciuium Romanorum percitus, eorum quàm plurima ingentia palatia demolitus eſt, & in Tiberim deiecit, multasq; vrbis plateas deſolatas effecit. Tandem à ſuis in balneo occiſus eſt Syracuſis. Quæ autem ſit hæc Secta, vide ſupra in Acephalis.

CONSTANTINVS QVINTVS, *Imperator*.

COnſtantinus V. Imper. Conſtantinopolitanus, Leonis tertii filius fuit, Imperatorum ſerie ſeptuageſimus quartus, ſummum Pontificatum agente Zacharia Græco, in poſſeſſione ſedis ſacerdotis maximi nonageſimo tertio, circa annum Domini 743.

Dictus eſt autem hic Imperator Copronymos, propterea quod infans baptiſmi lauacro admotus, mediis ſacris alimoniæ excremento aquam polluerit.

Hic non ſolum patris impietatem in abolendis diuorum imaginibus reddidit, verum etiam grauiori ſcelere reliquias eorum aut contempſit, aut combuſſit: Dicens idololatriam eſſe, imagines, & reliquias in templis habere, ſiue illæ ſint Chriſti, ſiue ſancti hominis cuiuſcunque. Ob quam cauſam aliaſque complures, Eccleſiam Dei longo tempore afflixit, indeque adeò diuinam ſententiam non euaſit. Nam ſuæ iniquitatis completo myſterio, elephantiæ morbo correptus, interiit, horrendo vlulatu exclamans, ſe igni inextinguibili traditum eſſe: Sicque animam exhalauit, inſenſatis Imperatoribus ſuæ veſaniæ relinquens exemplum.

De hoc Suidas Græcus ſcribit in hunc modum: Conſtantinus Imperator Romanorum, Leonis imaginum oppugnatoris Iſauri filius (Copronymus, nomine à ſtercore ſumpto, dictus) fuit. Ex Leone verò exorta eſt verſicolore pelle & more vario pardalis, ex ſemine ſerpentis aſpis perniciosa, & coluber volatilis, ex Dan Antichriſtus. Hic per ſucceſſionem Imperii, adminiſtratione & impietate à patre accepta, laſciuia, luxuria, & dæmonum inuocationibus, aliisq; prauis ſtudiis quibus operam nauauit, delectatus eſt, egregium atq; commodum valdè patris & magiſtri ſui diaboli inſtrumentum. Eo namq; dementiæ & vecordiæ peruenit, vt publicitùs populo ſanctionem vniuerſalem propoſuerit, ne quis omninò miniſtrorum Dei ſanctus diceretur, ſed vt reliquiæ eorum inuentæ deſpuerentur: neue interceſſio illorum, quod nihil poſſent, peteretur. Quin mortalium omnium impuriſſimus præcipere eſt auſus, ne quis Mariæ interceſſionem imploraret. Non enim, inquit, opitulari cuiquam poteſt. Et ne ea Dei genitrix appellaretur, ſanxit. Atq; acceptis in manus auro refertis loculis, eisque multitudini oſtenſis, quanti eos æſtimaret, interrogauit. Atq; vbi illa, plurimi, dixiſſet: ex eiſdem loculis auro effuſo, rurſus quanti illos faceret, quæſiuit. Et poſtquam populus, Nihili ſubintuliſſet: Ad eundem, inquit, modum Maria (neq; enim Dei genitricis nomine miſer eam eſt dignatus) quoadusque Chriſtum geſtauit in vtero, honore digna fuit: cum porrò vbi enixa eſt, nihil fœminis aliis dignitate præſtitit. Atqui Venerem ille coluit, & victimas humanas exaduerſo vrbi ſacrificans obtulit: vbi diuæ Mauræ templum fuit, quod ſolo æquatum, & per cædes profanatum, Mauram deinde locum ipſe appellauit: in quo noctu ſacra facere, & pueros mactare ſolitus fuit. Teſtatur hoc cæſus Flauii filius: quem quum in occulto ad aras ille mactaret, factum id Deus in apertum protulit. Hæc Suidas.

CON-

CONSTANTINVS VI. Imperator.

CONſtantinus VI. huius nominis Imperator, Leonis IV. filius fuit, Imperioque præfectus eſt cum Irene matre anno Domini 785. ſub Pontificatu Adriani huius nominis primi. Quæ Irene ſupra muliebrem captum prudentiſſimè imperauit, & ſumma cum laude omnium. Ea nomine filii, curam imperii gerens, Concilium in Nicena vrbe ſecundum congregari fecit; in quo à trecentis & quinquaginta Epiſcopis eodem conuenientibus definitum eſt, vt qui imagines ſacras delendas dicerent, perpetuo anathemate notarentur. Hanc tamen Eccleſiæ determinationem Conſtantinus VI. grandæuus factus, malorum hominum perſuaſione deceptus, recipere noluit. Quæ res vna fuit ex præcipuis cauſis, propter quas à Græcis Imperatoribus defecerunt Latini: & cur Conſtantinopolitani huius Imperatoris flagitia non ferentes, matre prius Imperio ab eodem eius filio deiecta, eaq; tandem ab eiſdem Conſtantinopolitanis ab exilio reuocata, oculos filio eruerit. De hac re vide plura in Iconomachis.

CONTOBABDITÆ.

COntobabditæ (ſcriptore Nicephoro libr. 18. cap. 49. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ) à loco quodam nomine hoc ſumpto appellantur. Hi primùm Seueritæ nuncupati ſunt à Seuero ipſorum Sectæ præduce: deinde Theodoſiani, à Theodoſio, qui apud eos Alexandriæ Papa factus eſt, quem videlicet potiſſimùm conſectati ſunt: licet tamen ſcriptum eius de Trinitate compoſitum, eorum quidam non receperint. Dicuntur & Angelitæ, & Damianiſtæ. vtpote qui Epiſcopos ſuos habeant, à quib. cõgruentia nomina accipiunt. Epiſcopos tamen ſoli Contobabditæ non recipiunt.

Porrò ii, ſiue Theodoſianos, ſiue Angelitas, ſiue Damianiſtas, vel generali nomine Seueritas appelles, alium eſſe dicunt Patrem, alium Filium, alium Spiritum ſanctum: non habere autem horum quenque per ſeipſum naturam, ſed

habere communem Deum ſiue Deitatem in eis exiſtentem: atque de ea Deitate, indiuiſibili modo participantes, quemlibet eſſe Deum. Vnam autem ſubſiſtentiam opinantur eſſe Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum: communem verò ipſum Deum, ſubſiſtentiam & naturam. Hæc Nicephorus.

Floruerunt autem ſub Mauritio Imperatore, & Pelagio huius nominis ſecundo ſummo Romanorum Pontifice, circa annum Domini 584.

COPTI.

COpti, authore Bernardo à Lutzenburgo, Chriſtiani quidem ſunt, ſed hæretici, variis in locis & circunfusè Indiam incolentes: Vtuntur autem ii in ſuis Eccleſiis libro quodam fabuloſo, quem Secreta Petri appellant: & in Miſſis ſuis legunt Euangelium Nicodemi. Hæc ille. Eſt autem hic animaduertendum, in India eſſe diuerſarum Sectarum Chriſtianos: vtpotè Copti, Iſini, Mandepoli, & Abaſini, qui & vulgari nomine Indiani nuncupantur. quære locis ſuis.

COSMIANI.

COſmiani à Coſma quodam hæretico dicti ſunt, qui authore Nicephoro hiſtoriæ Eccleſiaſticæ lib. 9. c. 1. Marcellianis aſſentientes, in ſecunda Synodo vniuerſali Conſtantinopolitana damnatis, ante ſecularem ſubſiſtentiam & diuinitatem Chriſti, & ſimiliter interminatum eius regnum abolent, eo modo (vt ipſis videtur) Monarchiam ſeu vnius imperium conſtituentes. Verbum enim ipſum Dei, tantum nudum & ſine ſubſiſtentia fictitiè vocant: in alio verò eſſentiam habens, aliquando ſanè vt vocale ſeu enuntiatiuum, aliquando verò vt internum ſeu mentale, à quibuſdam eorum dicitur.

Chriſtum autem ipſum & Dominum & Deum, & Mediatorem, & Imaginem Dei eſſe ante ſecula nolunt: ſed eum ex eo tempore Chriſtum eſſe factum, & filium Dei dicunt, ex quo noſtram ex virgine carnem aſſumpſit, ante trecen-

tos

tos quinquaginta annos. Ex eo enim tempore initium regni Chriſtum habuiſſe, & finem id habiturum eſſe poſt conſummationem & iudicium volunt. Tales autem ſunt Marcellus & Photinus Ancyrani in Galatia. Hæc Nicephorus ex epiſtola, quam Orientales Epiſcopi ad Occidentales miſerunt, & quam μακρόστιχον, hoc eſt, longiorem fidei formulam ſeu expoſitionem appellârunt, ſub Conſtantio Conſtantini Magni filio, qui in Oriente imperabat, & Iulio Romano huius nominis primo Summo Pontifice, circa annum Domini 350. De his vide plura in Marcellianis & Photinis.

CRESCONIVS.

CReſconius Grammaticus ex Secta Donatiſtarum fuit, qui tempore Conſtantii & Liberii Papæ Eccleſiam Dei maximè infeſtârunt circa annum Domini 358.

Hic cum Donato ſuo inſtitutore, filium patre minorem, & filio Spiritum ſanctum impiè aſſerebat.

Contra hunc D. Auguſtinus quatuor libros ſcripſit, in quibus Creſconium in multis reprehendit, maximè in hoc, quod Petilianum defendat, qui negabat Chriſtum eſſe Chriſtianorum originem, radicem, & caput.

CRISPINVS CALAMENSIS *Epiſcopus.*

CRiſpinus, teſte Poſſidonio in vita Beati Auguſtini, Donatiſta fuit, & in Calamenſi ciuitate & regione Epiſcopus, contra quem cum D. Auguſtinus trino conflictu diſputâſſet, fuit tandem Criſpinus pro Conſulari ſententia pronuntiatus atque declaratus hæreticus: moxque deinde lege cautum atque cenſitum eſt, nullo prorſus loco hæreticos Donatiſtas neque recipi aut tolerari debere. Ex quo tandem effectum, vt non parum ſancta creuerit Eccleſia, idque Archadii & Honorii Imperatorum, & Siricii ſummi Romanorum Pontificis temporibus, circa annum Domini CCCC.

CYNICI.

CYnici Philoſophi quidam fuerunt, ſectatores Antiſthenis, qui primus nouum hoc Philoſophiæ genus introduxit: ita dicti ſiue à Cynoſarge gymnaſio, in quo Antiſthenes profitebatur: ſiue à canina mordacitate, qua in hominum vitas nullo diſcrimine inuehebantur: aut (vt alii volunt) ab eo quod canum more in propatulo coire non dubitarent: quemadmodum de Crate & Hipparchia tradit Laërtius.

Hos carnales & beſtiales Philoſophos, dicentes licere cuique commiſceri fœminis inſtar canum, omni pudore ſublato, Waldenſes & conſimiles hæretici imitari non erubuerunt abhinc aliquot ſeculis: quorum luxurias multi deinde, iuxta D. Petri vaticinium, ſunt ſecuti, dominationẽ ſpernentes, & maieſtatem blaſphemantes, vt dicetur locis ſuis.

LIBER QVARTVS.

DADOES.

DAdoës vnus ex Maſſalianorum hæreſis ducibus extitit, quę tempore Iouiniani Imperatoris, & Liberii Papæ exorta eſt, circa annum Domini 367.

Hic dicebat, nullam vtilitatem ex ſacro baptiſmate baptizatis accedere, ſed ſolam ſtudioſam orationem, dæmonem inhabitantem effugare.

De his hæreticis Nicephorus hiſtoriæ Eccleſiaſticæ libr. 11. cap. 14. ſcribit in hæc verba: Eodem tempore, nimirum quo

quo Audæus emerſit, etiam Maſſalianorum pullulauit hæreſis. Euchitas, hoc eſt, precatores, hos nominant, qui eam vocem in Græcum tranſtulére ſermonem. Habent autem aliud quoque nomen ex re ipſa natum. Enthuſiaſtæ enim, hoc eſt, numine afflati nominantur, dæmone quopiam vim in eis ſuam exercente: quam rem Spiritûs Sancti præſentiã eſſe opinantur. Qui verò in hoc vitio perfecti ſunt, manuũ opus omne & laborem, perinde atque improbitatem, auerſantur. Itaque ſomnio dediti, ſomniorum viſiones & phantaſias, prophetiam vocant. Iſtius hæreſis duces fuére Dadoës, Sabbas, Adelphius, Hermas & Simeones, atque præterea alii. Qui quidem ſe ab Eccleſiaſtica communione non abſtinuerunt, nihil prorſus vel prodeſſe, vel obeſſe diuinam eſcam dicentes. De qua Dominus Chriſtus inquit: Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, habet vitam æternam. Hæc Nicephorus lib. 11. cap. 14. ex Theodorito Eccleſiaſt. ſuæ hiſtoriæ lib. 4. cap. 11.

DÆMONIACI.

DÆmoniaci ſunt ex famoſiſſima factione Anabaptiſtarum.

Vocantur autem Dæmoniaci, teſte Hoſio de hæreſibus noſtri temporis lib. 1. propterea quod decies per diem diabolum adorent. Credunt etiam, teſte Staphylo, dæmones, ſicut quondam Origeniſtæ, ſaluatum iri poſt finem huius ſeculi.

DAVIDICI, SEV Dauidgeorgiani.

DAuidici, qui & Dauidgeorgiani, à Dauidegeorgio nomen ſortiuntur. Suam autem hæreſim tueri aggreſſus eſt, Caroli V. Imperatoris Germani, & Clementis VII. Summi Romanorum Pontificis temporibus, circa annum Domini 1525.

De eo vide infrà in Georgiodauide.

DAVID DINANTIVS.

DAuid, cognomento Dinantius, ſeu de Dinanto, Deum eſſe primam materiam aſſerebat. Contra quem errorem beatus Thomas lib. 1. cap. 17. quem aduerſus Gentiles edidit, & prima parte, quæſtione 3. articulo 8. diſputans, aſſerit, fieri non poſſe, Deum aliquo modo in compoſitionem alicuius rei venire. Dicit nempe Diuus Dionyſius de Diuinis nominibus cap. 2. nullum eſſe Dei tactum, neque vllam eius ad partes commiſcendi communionem. De aliis eius erroribus vide ſupra in Almarico, cuius opinionem in omnibus ſectabatur.

Huius Dauidis libri, teſte Cæſareo Dialog. 5. perpetuò damnati ſunt & exuſti. De qua re vide ibi plura. Emerſit autem (vt colligere licet ex Almarici hiſtoria) Imperante Philippo Barbaroſſę filio, & ſummum Pontificatum agente Innocentio III. circa annum Domini 1204.

DEISTÆ.

DEiſtæ, qui & Trinitarii, ſeu Arriani noui, in Polonia nuper, hoc eſt, anno Domini 1564. exorti ſunt, & in Galliam penetrantes, hoc anno, id eſt, 1566. apud Lugdunum ſuas execrandas diſſeminauerunt hæreſes. Horum caput (teſte Ioanne Wigando) & ducem ſeſe profitetur quidam Gregorius Pauli, Miniſter Cracouienſis. Hi effreni maledicentia, vindictæ cupiditate, craſſa & affectata propemodum inſcitia armati, (vt ille inquit) edita monſtroſa tabula & Turri Babel, ex putrida ambitione veluti Scarabæi ex aſinis mortuis pullulârunt.

Tres autem habent iſti hypotheſes, ſicuti ex tabula ipſorum monſtroſa ex Turri Babel, quam conflant, & ex epiſtola ad Tigurinos ſcripta, & ex reliquis ipſorum libris, colligitur.

1. Tres eſſe, Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum, ſed nõ eſſe tres perſonas.

2. Vnam

2. Vnam eſſe naturam ſeu Deitatem, communem tribus illis, ſed non eſſe vnam eſſentiam.

3. Vnum eſſe Deum, ſed tantum Patrem dici vnicum & verum Deum: Filium verò & Spiritum Sanctum, non dici vnicum illum Deum.

4. Hinc poſtea naſcuntur ipſis & aliæ quædam locutiones. Etſi enim fatentur, Filium Dei eſſe Deum ex Deo genitum, tamen nuſquam dicunt, vnicum illum Deum, eſſe Patrem & Filium & Spiritum Sanctum: & Spiritum Sanctum quidem nuſquam Deum nominant. Hæc non obſcurè portendunt, quonam iſti præſtigiatores contendant. Dicunt enim eſſe tres, eoſque nominant Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum: ſed hoſce contendunt non eſſe perſonas.

DESIDERIVS LONGObardus.

DEſiderius Longobardus ſuam hæreſim inſtituit Conradi IV. Germani Cæſaris, & Alexandri IV. ſummi Romanorum Pontificis temporibus, circa annum Domini 1250.

Hic dicebat voluntariam paupertatem non ſolum inutilem, ſed etiam noxiam, illicitum eſſe contendens omnia pro Chriſto relinquere, niſi quiſquis fuerit ille, talem religionem intret, quæ poſſeſſiones & prouentus habeat: vel niſi ſit ille talis, qui manuum labore victum ſibi comparare valeat. Sua quidem aſſertione damnans paupertatem, ſecundum quam aliquis renuntiat omnibus quæ poſſidet, vt liberiùs Deo ſibi ſeruire liceat.

De hoc Diuus Thomas libro quem contra religionem impugnantes edidit, cap. 6. meminit in hunc modum: Deſiderius (inquit) hæreſiarcha Longobardus noſtri temporis, edidit quendam tractatum contra Catholicam veritatem, in quo inter cætera condemnat ſtatum eorum, qui relictis omnibus, egere volunt cum Chriſto, &c.

DEVTERIVS ARRIANVS EPISCOPVS, *baptiſmi verborum præuaricator.*

DEuterius Epiſcopus Arrianus vixit tempore Anaſtaſii huius nominis primi in Oriente Cæſaris; & Symmachi Romani Pontif. circiter annum Domini 495.

Ab hoc baptiſmi forma præuaricata fuit, ſicut noua ratio ab Eunomio Cyzici Epiſcopo inducta. Nam Eunomius, teſte Nicephoro lib. 11. c. 11. non in Trinitatem, ſed in Chriſti mortem baptizandum eſſe docebat. Deuterius verò, vt ait Sigiſbertus in ſua Chronic. in nomine Patris per Filium in Spiritu Sancto baptizabat.

De hoc ſic tradit idem Nicephorus lib. 16. c. 35. Eadem, inquit, tempeſtate, hoc eſt, Anaſtaſii Imp. temporibus, Epiſcopus quidam Arrianus, cui nomen Deuterii fuit, in vrbe Conſtantinopolitana, Barbam quendam cum baptizaret, veluti Domini traditionem abolens; præter morem receptum dicere auſus eſt: Baptizatur Barbas in nomine Patris per Filium in Spiritu Sancto. Ecce tibi autem: vnda, quæ in ſacro lauacro erat, derepentè diſparuit. Et Barbas inde profugiens, miraculum id omnibus promulgauit.

DICARTITÆ.

DIcartitæ ſunt ex Manichæorum familia, de quibus fit mentio C. de hæreticis & Manichæis. Hi totum ſuum virus euomentes, contra honorem creatoris omnium, machinati ſunt, & propagines ſuas longè lateq; extenderunt, Taciti Imperatoris & Eutychiani Papæ temporibus; circa annum Domini 279. pro quorum extirpatione Eccleſia multos agones ſubiit.

Hi ergò cum Gnoſticis in vnum conuenientes aduerſus Dominum, & aduerſus fidem, quam ille per Apoſtolos & Prophetas nos docuit, dicebant, animam hominis eſſe aut Dei ſubſtantiam, aut ex Dei ſubſtantia. De his vide plura in Manichæis, Audianis, Apocaritis, Taſcodrugitis, Teſalitis, & Tetraditis, qui omnes eandem hanc factionem ſunt ſecuti.

DIMOE-

Digitized by Google

DIMOERITÆ.

DImœritæ, authore Epiphanio, appellantur, qui duas quidem partes humanæ naturæ in Chriſto confitentur, corpus videlicet & animam, tertiam vero partem, hoc eſt, ipſam mentem in carne aduentu Chriſti negant. Quorum aliqui coeſſentiale

1 Corpus Deitati dicere auſi fuerunt, quidam vero animam ipſum accepiſſe negabant.

2 Aliqui autem propter hoc dictum, Et verbum caro factum eſt, huic dicto innitentes, negabant à creata carne, hoc eſt, Maria, ipſum carnem accepiſſe: & contentioſe ſolum verbum carnem factum eſſe dicebant.

3 Poſtea vero, haud ſcio, quo conſilio, mentem ipſum accepiſſe dixerunt.

Emerſerunt autem Valentiniani Imperat. & Damaſi Papæ temporibus, circa annum Domini 377.

De hac hæreſi vide plura in Apollinariſtis.

DIMOPHILVS CONSTANTINOpolitanus Epiſcopus Arrianus.

DImophilus, vel (vt aliis placet) Demophilus, ſecta Arrianus, in Concilio Ariminenſi hæreſeos damnatus & confoſſus anathemate fuit, propterea quod Arrianorum dogma anathematizare noluiſſet. Viguit autem ſub Valentis, qui Orienti præfuit, ſicut Valentinianus Occidenti, Imperio; & Liberii ſummi Romanorum antiſtitis Pontificatu, circa annum Domini trecenteſimum ſexageſimum octauum.

De hoc Nicephorus lib. 11. cap. 15. ſcribit in hunc modum: Imperator Valens Conſtantinopoli ſoluens, Antiochiam ad Orontem adire properauit. Et quum Nicomediam perueniſſet, ibi hac de cauſa reſtitit. Eudoxius Arrianæ ſectæ Epiſcopus ſtatim poſt diſceſſum Imperatoris, Conſtantinopoli vita defunctus fuerat, conſulatu Valentiniani & Valentis tertio, quum quidem Clauum eccleſiæ Conſtantinopolitanæ annis vndecim rexiſſet. Eius in lo-

cum Arriani ſubrogarunt Demophilum quendam. Profeſſores autem ὁμοουσίου conſubſtãtialis, commodum ſe tempus, vt ſedem epiſcopalem recuperarent, nactos eſſe rati, Euagrium ſuæ factionis presbyterum, epiſcopum deſignarunt. Cui manus impoſuit Euſtathius Epiſcopus aliquando Antiochenus, qui à Iouiniano quidem ab exilio non ita pridem fuerat reuocatus: tum autem Conſtantinopoli priuatus latebat, vt ſua ſaltem præſentia conſubſtantialis profeſſores confirmaret. Ita factum, vt Arriani perſecutionem aduerſus noſtros renouarent. Ea res poſtquam eſt ad principem delata, veritus ille ne ſeditione & tumultu ciuitas turbaretur, militarem manum Nicomedia Conſtantinopolim miſit, cum mandato eiuſmodi, vt ſimul & ordinator, & ordinatus comprehenderetur, atque alius alio exulatum mitteretur. Euſtathius igitur Bizyam, quod Thraciæ oppidum eſt, Euagrius in locum alium deportatus eſt. Proinde Arriani, quod pleriq; omnes in rebus ſecundis faciunt, magis magiſque efferati, orthodoxos & recte ſentientes admodum vexare, cædere, contumeliis afficere, in vincula coniicere, pecuniis etiam ſpoliare, intoleranda omnia aduerſus eos facere.

DIOSCORVS ALEXANDRINVS *Epiſcopus.*

Dioſcorus, à quo Dioſcoriani hæretici dicti, Cyrillo in epiſcopatu Alexandrino ſucceſſit, Theodoſii iunioris Archadii filii & Martiani Imperatorum, atque Leonis primi huius nominis Romani Pontificis temporibus circa annum Domini 453.

Hic cum conſorte ſuo Eutychete Conſtantinopolitano abbate, dicebat vnam naturam eſſe verbi Dei & carnis. Quia licet illi faterentur verbi incarnationẽ, poſt illam tamen vnionem aſſerebant carnem fuiſſe conuerſam in deitatem: & idcirco vnam carnis deitatiſque factam ſubſtantiam: adeo quidem, vt coactus fuerit concedere, Chriſtum paſſum fuiſſe ſecundum naturam diuinam, quod per incar-

incarnationem, carnis ſubſtantia fuiſſet in ſubſtantiam diuinitatis conuerſa.

Hanc hæreſim quum Flauianus Conſtantinopolitanus Epiſcopus damnaſſet cum Eutychete illius authore, hac de cauſa non paruum inter Chriſtianos orientales diſſidium exortum eſt, aliis quidem Eutychetem defendentibus, aliis vero eum velut impium damnantibus. Quapropter iubente Imperatore Theodoſio iuniore, Synodus Epheſina 2. indicta fuit: in qua præſide Dioſcoro Alexandrinæ vrbis epiſcopo, eodem Eutychetis (vt poſtea liquido patuit) errore infecto, Eutyches velut inſons abſoluitur, inque locum priſtinum & dignitatis gradum reſtituitur; & Flauianus damnatur. Et hæc ſecunda Epheſina Synodus Prædatoria appellatur, quæ à catholicis omnibus, velut execranda & maledicta reiicitur: quoniam nec ſummi Romanorum Pontificis authoritate celebrata eſt, nec ex eccleſia catholica factus eſt ad eam generalis conuentus: ſed ſolis hæreticis illuc conuenientibus aduerſus Dominũ & aduerſus fidem eius, hoc exitiale dogma ab his definitum eſt. Vnde ſancti Patres poſtea apud Chalcedonem congregati, Dioſcorum damnarunt, non tantum propter hæreſim, ſed quod auſus fuiſſet ſanctum Leonem Romanum antiſtitem maiorem ſe excommunicare, quemadmodum habetur diſtinct. 21. cap. Intantum. & diſtinct. 13. cap. Canones ſunt ſecuti, & 24. quæſt. 2. cap. Sane exiſtunt qui etiam eidem Dioſcoro. Et C. de hær. l. Quicunque Apollinaris famoſiſſimam ſectam. Contra Dioſcorum D. Hilarius ſcripſit librum vnum ad præfectum Salutium. Et Theodoritus Epiſcopus Cyri, dicta fortia contra eundem fecit. Sed eius hiſtoriam latius videre licebit ex eccleſiaſtica Nicephori, lib. 14. cap. 47.

DIOTREPHES.

Diotrephes (Venerabili Beda teſte in epiſtolas Canonicas commentariis) Apoſtolorum temporibus extitit, ſuperbus quidẽ ille & inſolens, malens vtique noua do-

cendo primatum vſurpare ſcientiæ, quam antiquis ſanctæ eccleſiæ, quæ Ioannes Apoſtolus prædicabat, humiliter parere atque auſcultare mandatis. Vnde ſcite Diotrephes, inſulſus, ſiue decor inſanus dicitur, vt perfidiam cordis etiam nomine ſignificet. Hæc Beda. Vixit autem ille Neronis Imperatoris & Petri ſummi Romanorum Pontificis temporibus circa annum Domini 70.

Hic primas vſurpabat in ea Republica, in qua degebat Caius, Ioanni Apoſtolo & chariſſimus & familiariſſimus: quem vtique collaudando, de eodem Diotrephe ad eum ſcribit in hunc modum: Chariſſime, fideliter facis quicquid operaris in fratres, & hoc in peregrinos, qui teſtimonium reddiderunt Charitati tuæ in conſpectu eccleſiæ, quos benefacies deducens digne Deo. Pro nomine enim eius profecti ſunt, nihil accipientes à gentibus. Nos ergo debemus ſuſcipere huiuſmodi, vt cooperatores ſimus veritatis. Scripſiſſem forſan Eccleſiæ, ſed is qui amat primatum gerere in eis, Diotrephes, non recipit nos. Propter hoc, ſi venero, commouebo eius opera quæ facit, verbis malignis garriens in nos, & quaſi non ei iſta ſufficiant, neque ipſe ſuſcipit fratres, & eos qui ſuſcipiunt, prohibet, & de eccleſia eiicit.

DISCALCEATI.

DIſcalceati ſunt, (teſte Auguſtino & Philaſtrio libro vtriuſque de hæreſibus) qui docent non licere homini calceamenta portare, nec ſancta loca intrare, aut locum orationis niſi excalceato, illo verbo moti, quod Moyſi dixit Dominus in Exodo: Solue calceamentum pedum tuorum, quia locus in quo ſtas, terra ſancta eſt. Et quod Eſaias ita iuſſus fuerit ambulare tribus annis. Quæ ſane magis humanæ ac vanæ ſuperſtitionis ſunt, quam ſanctorum traditionis, aut Domini noſtri Ieſu Chriſti iuſſionis & imperii, eiuſque poteſtatis. Ritum quidem illi Saracenorum imitantes, qui cum perfidum ſuum Mahometem adoraturi diebus ſingulis & certis horis, Meſquitas ſuas intrant, id nu-

id nudis & lotis pedibus exequi conſueuerunt, quemadmodum in Clementina dicitur quæ incipit: Cedit quidem de Iudæis & Saracen. &c.

Damnantur itaque hæreſeos huiuceſmodi, non quod calceamentis non vtantur, quod vtiq; macerando corpori & libidini prauæ coercendæ atque refrenandæ ſalubre admodum eſt & meritorium: ſed quod credant & opinentur, non licere vti calceamentis. Itaque quod nunquam denegatum reperitur, intelligitur eſſe conceſſum. Si ergo calceamenta portare nunquam fuit omnibus prohibitum, inde conuincitur eſſe nobis permiſſum: Et licet Chriſtus apud Matthæum ſuis Apoſtolis præcepit, cum eos ad ſuum Euangelium per vniuerſum orbem circunferendum mitteret, vt neque peram in via, neque duas tunicas, neq; calceamenta, neq; virgam ſecum deferrent, cum hoc tamen dicit, ſolis illis Apoſtolis, & non vniuerſis, eum dixiſſe intelligendum eſt.

DONATISTÆ.

DOnatiſtæ, ſeu Donatiani à Donato quodam Caſenſio, qui contra Cæcilianum bellum mouit, primum dicti ſunt, vel ab alio Donato Carthaginis epiſcopo, qui tempore Conſtantini Imperatoris & Liberii Papæ floruit, circa annum Domini 358.

Is capitis ſui ſomnium ſequutus, ſolum Chriſti eccleſiam in Aphrica eſſe dicebat, neque vſquam alibi, niſi iſthic verum eſſe baptiſmum, cuius veſaniæ multi adhærentes, magnam calamitatẽ Aphricanis eccleſiis attulerunt: quum impii & crudeles homines non minus ferro, quam impiis vocibus circunquaque in obſiſtentes deſæuirent: vt quos ratione non poterant, terrore ac pœnis in ſuam ſentẽtiam pertraherent. Cum cum hoc pernicioſo ac pertinaci malo quam atrox & longa D. Aurelio Auguſtino pugna fuiſſet, tandem id profligauit, excidit, extinxit.

Aſſerebat autem impius ille minorem patre filium, & minorem filio Spiritum ſanctum, rebaptizans ea de cauſa

Catholicos, qui ab eccleſia ad eius ſectam deficiebant, dicens eos prius non ſuſcepiſſe verum baptiſma.

Hoc porro ſchiſma (teſte Auguſtino lib. de hæreſibus) primum illi excogitarunt, propter Cæcilianũ, contra ſuam ipſorum voluntatem eccleſiæ Carthaginenſis ordinatum epiſcopum, ei crimina obiicientes quæ probare non potuerunt. Sed poſtmodum falſitatis rei deprehenſi, ſchiſma in hæreſim pertinaci defenſione conuerterunt, tanquam eccleſia Chriſti propter crimina Cæciliani, ſiue vera, ſiue falſa, toto terrarum orbe periiſſet, vbi futura promiſſa eſt, atque in Aphrica Donati parte remanſiſſet, in aliis autem terrarum partibus quaſi contagione communionis extincta fuiſſet.

DOROTHEVS SECTÆ ARRIANÆ Præfectus.

DOrotheus tempore Theodoſii Imperii conſortis cooptati à Gratiano, & Siricii Romani Pontificis, Arrianæ religionis præfectus fuit apud Conſtantinopolim, circa annum Domini 395.

De hoc ſic ſcribit Nicephorus eccleſiaſticæ ſuæ hiſtoriæ lib. 12. cap. 14. Paulo vero poſt quum & Demophilus, qui Conſtantinopoli Arrianæ præfuerat religioni, vitam morte commutaſſet, qui factionis eius erant, adminiſtrationem eam Marino cuidam Thraci, qui alii epiſcopatui præfectus fuerat, commiſere. Sed is quum ibi non ita diu duraſſet, diſceſſit. Sub quo etiam Arrianorum ſecta in duas factiones eſt diſſecta. Et Dorotheus, qui Antiochiæ in Syria, vt hæreſi ei præeſſet, electus fuerat, tanquam illo ad id munus obeundum magis idoneus Conſtantinopolim inde venit, & ſectæ ſuæ præiit.

Rurſus libr. 14. cap. 13. idem Nicephorus: Eo tempore (quo nimirum Alexandriæ & Romæ Nouatianorum eccleſiæ clauſæ, & donaria ornamentaque earum publicata ſunt, & eccleſiis eis ademptis, in locis obſcuris conuentus ſuos agebant, hoc eſt, anno quinto Imperii Theodoſii iunio-

iunioris, & tempore Innocentii Papæ huius nominis primi) defunctus etiam eſt Dorotheus Arrianæ religioni Conſtantinopoli præfectus, quum ad centeſimum & vigeſimum vitæ annum perueniſſet: quem quod ſtrenue ſectam ſuam tueretur, Arriani ex Antiochia Conſtantinopolim tranſtulerant. Cuius ſucceſſor fuit Barbas, ſub quo Arriana religio duos eximios habuit viros, preſbyteros ambos, alteri Georgio, alteri Timotheo nomen erat. De qua re vide ſupra in Barba.

DOSITHEVS.

DOſitheus, à quo Doſitheani hæretici, Iudæus genere, vnus fuit de adulterinis & primis corruptoribus fidei, ſub Domitiano Nerone & Apoſtolo Petro circa annum Domini 52.

De hoc contra Luciferianos ita ait Diuus Hieronymus: Doſitheus Samaritanorum Princeps, Prophetas repudiauit. Hic nempe, teſte Philaſtrio, auſus eſt dicere, ſecundum carnem ſolum eſſe viuendum in lege Domini: deque ea non ſperans reſurrectionem futuram: nec Dei ſpiritum, nec angelum eſſe credens, nec futurum iudicium de lege atque prophetis expectans. Hæc Philaſtrius.

DVLCINVS.

DVlcinus, à quo Dulciniſtæ, tempore Henrici ſeptimi Cæſaris Germani, & Clementis Quinti Romanorum Pontificis, circa annum Domini 1309. veterum & nouorum errorum integrator & inuentor fuit.

Hic, authore Bernardo Lutzenburgo tam pudendæ ac effrenæ libidinis extitit, vt ad ſex millia vtriuſque ſexus ſub charitatis ſpecie cohabitare docuerit, & blandiloquentia quadam atque ſuadela impulerit: qui Alpes incolentes, in omnem luxuriam prolabebantur: Adeo quidem, vt hæc peſtis per duorum aut trium annorum ſpatium multos corruperit: tanta quidem vi, vt ſummus Pontifex Clemens huius nominis Quintus, coactus fuerit ordinis præ-

dicatorum Inquiſitores illuc mittere, qui hunc Dulcinum & ſuos complices à tam nefario ſcelere aut reuocarent, aut diligenti & accurata diſquiſitione facta ad eum referrent, num ita res haberet vt compluribus nuntiis inaudierat. Qui vbi redierunt, & retuliſſent quæ viderant & audierant, aduerſus tantam impietatẽ cruciada ab eodem ſummo Pontifice indicta fuit, indulgentiæ promulgatæ, quas conſequerentur qui ſe prælio contra tam nefandos homines accingerent, & exinde collectus & illuc miſſus exercitus cum Apoſtolico legato. Qui tam alacri & repentino bello eos partim inedia & frigore, partim armis oppreſſerunt, vt Dulcinus cum Margareta vxore ſua itidem hæretica, & maxima pars huiuſce ſceleratæ atque contaminatæ factionis capti fuerint. Qui prius membratim conciſi, ad poſtremum exuſti ſunt, & in cineres redacti.

Verum hæc peſtis omnino deleri & extingui non potuit, ſed in Tridentinis montibus, vbi Dulcinus ſuæ hæreſis initium dedit, eius reliquiæ remanſerunt: quæ & hac noſtra ætate variis in locis & Germaniæ & Galliarum reuiguerunt.

DVRANDVS DE VVALDACH.

DVrandus de Waldach, Henrici V. Cæſaris Germani, & Paſchalis ſecundi huius nominis Romanorũ Pontificis temporibus, circa annum Domini 1117. in partibus Arragoniæ cum alio quodam ſibi fauente & aſſectatore, hæreſes quaſdam inſtituit: Inter quas aſſerebat, Matrimonium nihil aliud eſſe, quam occultum meretricium. Sed tandem Domino Iacobo Rege Aragonum præſente, eius hæreſes damnatæ fuerunt per Epiſcopum Gerundenſem & Arnoldum Burgenſem fidei inquiſitorem, & illi velut impœnitentes ignibus traditi & exuſti.

LIBER

LIBER QVINTVS.

EBIONITÆ.

EBionitæ à quodam Ebione facundo viro orti ſunt, circa annum Domini 80. Imperante Tito, & Anacleto ſummum Romanæ eccleſiæ Pontificatum agente.

1 Hi, teſte diuo Hilario libr. 1. de Trinitate, Chriſtum ex viro & muliere purum hominem natum aſſerebant, illum Deum fuiſſe denegantes, ſed ſolam naturam habuiſſe humanam. Contra hunc Ebionem ea de cauſſa (quemadmodum diuus Hieronymus lib. de Eccleſiaſticis ſcriptoribus eſt author) Ioannes omnium nouiſſimus ſcripſit Euangelium, rogatus ab Aſiæ epiſcopis. Et ideo compulſus eſt diuinam edicere natiuitatem.

2 Docebant quoque, legem veterem iuxta omnia illius præcepta eſſe ſeruandam vna cum lege noua. Ideoq; diuum Paulum legis apoſtatam appellabant, eo quod circũciſionem & cætera legalia poſt acceptum Euangelium amplius ſeruanda non eſſe diceret.

3 Hi rurſus, teſte Irenæo lib. 1. aduerſus hæreſes, ca. 26. ex quatuor Euangeliis, ſolum recipiebant Euangeliũ Matthæi, reliqua tria contemnentes.

4 Eodem authore Irenæo, omnes Pauli Apoſtoli epiſtolas nullius eſſe momenti docebant, quo ſuum tutarentur errorem, cum dicebant omnia legalia eſſe cum noua lege ſeruanda, Paulus autem huic peſtiferæ doctrinæ pluribus in locis ſuarum epiſtolarum reluctaretur ac repugnaret.

ECEBOLVS SOPHISTA.

ECebolus, quem Nicephorus Hecebolium appellat, Iuliani Imperatoris, qui à fide Chriſtiana in Græcorũ ſuperſtitionem defecit, præceptor fuit, circa annum Dom. 365. De qua re ſic ſcribit idem Nicephorus libr. 10. cap. 1. Iulianus, inquit, Conſtantinopoli in Baſilica docentes præceptores audiuit, tenuique in publico vſus eſt veſtitu, Mardonii Eunuchi ductu. Grammaticen cum docuit Nicoclas Lacon: Rhetoricen autem Hecebolius, qui tũ Chriſtianam complexus fuerat religionem. Prouiderat enim hoc Conſtantius, veritus ne ad ſuperſtitionem, ſi Græco vteretur magiſtro, declinaret.

Rurſus idem Nicephorus libro eodem, cap. 23. de Imperio Iuliani apoſtatæ, deque ipſo Hecebolio verba faciẽs, ita loquitur: Quicunq; vero non animo recto ſacra Chriſtianorum colebant, & veram beatitudinem honoribus caducis & pecuniæ poſthabebant, abſque timore ad ſacrificandum & Imperatori gratificandum procurrere: qualis etiam fuit ſophiſta Conſtantinopolitanus Hecebolius, qui veluti quidam Euripus, Imperatorum moribus ſeſe accommodauit. Sub Conſtantino enim ardore ingenti Chriſtianam religionem coluit: vbi autem Iulianus animum ad Græcam ſuperſtitionem appulit, horrendo prorſus modo animum mutauit, Græcaſque ineptias & ſuperſtitionem, ſi quis alius, & ipſe quam maxime eſt complexus. Poſt hunc porro rurſus Chriſtianum ſe eſſe profeſſus eſt. In faciem enim ſupinus pro eccleſiæ foribus prouolutus, mixtis cum clamore lachrymis, miſerabiliter eſt vociferatus: Proculcate me ſalem fatuum.

EIVLANTES.

EIulantes ſunt ſecta Anabaptiſtæ, qui teſte Staphylo, putant nihil eſſe deuotionis, quod perinde gratum ſit Deo, atque lachrymari & eiulare perpetim. In Belgio ſuperiori horum ingens prouentus eſt.

ELCE-

ELCESÆI, SIVE Elcheſaitæ.

Elceſaitæ, vel (vt Nicephoro & Philaſtrio placet) per adſpirationem Helcheſaitæ, à quodá pſeudopropheta, Helcheſae nomine dicti ſunt, ex cuius genere duas mulieres tanquam deas ab eis Epiphanius perhibet adoratas: à quo etiam Epiphanio Sampſæi & Elceſæi appellantur, eoſque Ebionitarum dogma in vniuerſum amplexatos eſſe aſſerit: adeo quidem, vt (teſte D. Auguſtino) Sampſæos & Elcheſæos Ebionitis copulet, tanquam vna eademque ſit eorum hæreſis. Hi porro ætate Origenis, à quo & eorũ hæreſis conuicta eſt, ſunt exorti, hoc eſt, Iulii Maximini Imperatoris, & D. Fabiani Roman. Pontificis temporibus, circa annum Dom. 239.

1 Aſſerebant cum Cerintho, Ebione, & Nazaræis, legẽ veterem iuxta omnia illius præcepta eſſe ſeruandam vna cum Euangelio.

2 Quædam de ſcripturis refutabant, & quædam rurſus nouæ ac veteris legis teſtimonia admittebant.

3 Apoſtolum Paulum, velut illis per omnia aduerſantem, prorſus reſpuebant.

4 Dicebant etiam (authore Euſebio lib. 6. cap. 28.) negare Chriſtum perſecutionis tempore, ideo peccatum nõ eſſe, quod qui in corde ſuo fixus eſſet, ſe tunc temporis in fide permanſurum, eum poſſe pro neceſſitate Chriſtum lingua negare. Ideoque docebant, talem ſic ore negantem, non peccare, cum Deus cor magis perpendat & intueatur, quam linguam ipſam: cum contra dicat Auguſtinus in Pſ. 118. pactum videlicet Dei eos non obſeruaſſe: qui perſecutionem tolerantes, à teſtimoniis Dei negando ſemel declinauerint.

Hi porro librum quendam circumferebant, quem dicebant de cœlo lapſum: cuius verba ſi quis audiſſet, delictorum veniam, præter illam quam Chriſtus exhibuit, cõſequerentur. Sed hęc fuſius videre licebit ex hiſt. eccleſiaſt. Nicephori lib. 5. cap. 24.

ELEVSIVS CYZICENVS Epiſcopus.

ELeuſius Cyzicenus Epiſcopus, Macedoniorum eccleſiæ præfuit, tempore Theodoſii huius nominis I. Imper. & Siricii ſummi Romanorum Pontificis, circa annum Domini 396.

Hic, teſte Socrate, cum Imperator Theodoſius & Epiſcopi partis eius numero centum quinquaginta laborarēt, vt eccleſiæ Orientales vnirentur, eiuſdem Imperatoris monita, apertaque conuicia, cum ſuis ſequacibus, qui erāt numero triginta ſex, paruipendens, elegit ſequi potius Arrianam peſtem, quam conſubſtantialem dicere Trinitatem: Adeo quidem, vt qui hæc faterentur, Conſtantinopoli egreſſi, ſcriberent alterutris, ne quis eorum Niceni concilii dogmati conſentiret. Hæc ex Tripartitæ hiſtoriæ lib. 9. cap. 12.

De eo ſic ſcribit Nicephorus lib. 9. cap. 42. In Oriente, inquit, priuſquam Synodus Seleuciæ coiret, non minores erant turbæ. Arrianę enim hæreſis propugnatores ingenti confidentia ex Imperiali inclinatione concepta, effrenato atque impotenti erant animo, ſemperque nouis ſtudebant rebus. Proinde Acacius Cæſareenſis & Patrophilus Scythopolitanus, Maximo exauthorato, Cyrillo Hieroſolymitanæ curam eccleſiæ commiſere. Et Macedonius Cōſtantinopolim, vicinaſque ei præfecturas & vrbes miſcēs turbabat: Epiſcopos eis, quos rebus ſuis idoneos eſſe ſciebat, deſignans, nam Eleuſio Cyzicenam attribuit eccleſiam, qui antehac loco ſplendido in Imperiali aula ſtipendia fecerat.

In Seleucena autem Synodo hunc ab eiſdem damnatū fuiſſe idem teſtatur lib. eodem, cap. 45.

Quomodo vero Macedonii hæreſis ſectator fuerit, idē Nicephorus tradit lib. 10. cap. 8. in hunc modum: Eadem vero tempeſtate Macedonii ſectatores, Conſtantii morte freti, in quibus erant Eleuſius Cyzicenus, Euſtathius Sebaſti-

baſtienſis, & Sophronius Pompeiopolitanus, aperte Macedoniani vocari cœperũt. Et temporis opportunitate arrepta, frequentes libere diuerſis in locis conuentus, eis, qui Seleuciæ cum eis conſenſerant, conuocatis, egerunt, & ſectæ ſuæ factionem inſtituerunt. Tum autem, qui aduerſæ partis erant, Acacianos videlicet, excommunicauerunt: fidemque Arimini editam irridentes, formulam Antiochenam promulgarunt, ſuffragiiſque ſuis comprobarunt: quæ poſtea Seleuciæ quoque confirmata fuerat. Verum enimuero quum à nonnullis propter eiuſmodi diſſidium reprehenderentur, eiſque obiiceretur, qui nunc tandem ſe per diſſidium ab Acacianis ſeiungerẽt, cum quibus antea & conſenſiſſent & communicaſſent? tale per Sophronium reſponſum dedere: Occidentales epiſcopi non ſanam de Conſubſtantiali habuere opinionem: Aetius autem in Oriente diſſimilem ſubſtantia patri filium eſſe docuit, & vtrique recta exciderunt ſententia. Illi enim per conſubſtantialis verbum, ſubſiſtentiam patris & filii in vnitatem vnam redigentes, confuderunt: hic vero è diuerſo à natura patris, proprietatem filii nimium ſegregauit. Nos igitur vtrorumque lapſum vitantes, mediam abſque periculo omni viam delegimus, pieque magis ſentimus, æqualem ſcilicet patri filium ſubſiſtentia docentes. Sic illi quidẽ reprehenſi, defendere ſe conati ſunt. Sed deprehenduntur veritatem cauillatione deprauare, quod non Acacium, ſed Aetium, vt inæqualitatis authorem incuſant. Videntur illi etiam aliqua ex parte & Arrianos & Conſubſtantialis aſſertores vitare: & per vtroſque ſuis ipſorum vocib. conuincuntur, aliud quicquam noui afferre conſtituiſſe, ſicut & Sabinus inquit, qui Latine acta Synodalia conſcripſit. Hactenus Nicephorus.

ELYMAS MAGVS.

Elymas Iudæus genere, Simonis Magi doctrinam inſecutus, & eius maleficiis imbutus, magus quoq; & pſeudopropheta fuit, Apoſtolorum temporibus, diuo Paulo

per omnia reluctans, cum Sergium Paulum Cypri inſulæ proconſulem, à vanitate gentilium auocare niteretur, & Chriſti ſacram doctrinam eum amplecti perſuaderet: de quo in actis Apoſtolicis ſcribitur in hæc verba: Saulus & Barnabas miſſi à Spiritu ſancto, ab erunt Seleuciam, & inde nauigauerunt Cyprum. Et cum veniſſent Salaminam, prædicabant verbum Dei in Synagogis Iudæorum. Et cũ perambulaſſent vniuerſam inſulam vſque ad Paphum, inuenerunt quendam virum magum, pſeudoprophetam Iudæum, cui nomen erat Barieu, qui erat cum proconſule Sergio Paulo viro prudente. Hic accerſitis Barnaba & Saulo, deſiderabat audire verbum Dei. Reſiſtebat autem illis Elymas Magus, (ſic enim interpretatur nomen eius) quærens auertere procõſulem à fide. Saulus autem qui & Paulus, repletus Spiritu ſancto intuens in eum, dixit: O plene omni dolo & omni fallacia fili diaboli, inimice omnis iuſtitiæ, non deſinis ſubuertere vias Domini rectas? Et nunc ecce manus Domini ſuper te, & eris cæcus, non videns ſolem vſque ad tempus. Et confeſtim cecidit in eum caligo & tenebræ, & circũiens quærebat qui ei manum daret. Tunc proconſul cum vidiſſet factum, credidit, admirans ſuper doctrina Domini.

ELPIDIVS.

ELpidius Hiſpanus natione, Agapetarum hæreſis cum vxore ſua nomine Agape, dux fuit, ætate diui Hieronymi, qui eandem conuicit hæreſim variis in locis ſuorum operum, & potiſſimum eo libro, quem aduerſus Pelagianos ad Cteſiphontem ſcribit, in hæc verba: In Hiſpania, Agape (quæ dilectam ſignificat Latine) Elpidium, mulier virum, cæcum cæca duxit in foueam, ſucceſſoremque ſuum Priſcillianum habuit, Zoroaſtris magi ſtudioſiſſimum, & ex mago Epiſcopum: cui iuncta Galla, non gente, ſed nomine, germanam huc illucque currentem, alterius & vicinæ hæreſeos reliquit hæredem. De peſte autem Agapetarũ, quomodo Eccleſias inuaſerit, habet idem Hiero-

Hieronymus ad Euſtochium de Cuſtod. virg. vide ſupra in Agapetis.

ELVIDIVS.

ELuidius, vel, vt alii per adſpirationem ſcribunt, Heluidius, à quo Heluidiani hæretici, Auxentii hæreſiarchæ Mediolanenſis epiſcopi diſcipulus fuit, & Hieronymo coæuus, Theodoſii huius nominis primi Cæſaris, & Syricii ſummi Romanorum Pontificis temporibus, circiter annum Dom. 395.

Hic Mariam virginem Chriſtum peperiſſe virginem, & poſt cũ marito congreſſam, protuliſſe fratres Domini, impie aſſerit. Ad quẽ errorem docendum eo motus eſt, quod apud Matthæum dicitur: Antequam conuenirent, inuenta eſt in vtero habens. Et iterum: Non cognouit eam Ioſeph, donec peperit filium ſuum primogenitum. Ex quibus locis Eluidius colligit Dei genitricem, poſtquam Chriſtum peperit, à Ioſeph ſuo marito cognitam fuiſſe carnaliter, eumque filios alios ex ea ſuſcepiſſe, quos Euangeliũ fratres Domini appellat. Dicunt enim Chriſto Iudæi apud Matthæũ: Ecce mater tua & fratres tui foris ſtant, quærentes te. Ex quo effectum, vt Eluidius ex litera perperam intellecta, in hunc errorem lapſus ſit. Quod etiamnum Chriſti perfectioni derogat, & Spiritui ſancto iniuriam facit, cuius ſacrarium fuit vterus virginis. Derogat item non ſolum dignitati ac ſanctitati matris Dei, ſed & ipſi Ioſeph tanta præſumptio imputaretur. Derogat denique illi ſententiæ propheticæ, quæ apud Ezechielem habetur: Porta hæc clauſa erit, & non aperietur. & vir non tranſibit per eam: quoniam Dominus Deus Iſrael ingreſſus eſt per eam. Hos ea de cauſſa Antidicomaritas Epiphanius appellauit.

Docebat quoque hic impius teſte Hieronymo, virginitatem non eſſe apud Deum maioris meriti, quam coniugium, ſed pares eſſe nuptias virginitati. Quam inſanam opinionem confutat idem Hieronymus. vide plura in Antidicomaritis.

EMERITVS CÆSAREENSIS *Mauritaniæ vrbis Epiſcopus.*

EMeritus, authore Poſſidonio in vita beati Auguſtini, Cæſareenſis Mauritaniæ ciuitatis epiſcopus fuit. Donatiſtarum ſectæ fautor præcipuus, tempore Arcadii Imperatoris, & Syricii Romani Pontificis, circa annum Domini 400.

Hunc, vt idem author teſtatur, occaſione quadam venerabilis memoriæ Auguſtinus reperiens cum quibuſdam aliis epiſcopis ſedis Apoſtolicæ, diſputatione inter eos habita ſuperauit. Cuius rei geſta Carthagini inter eos ipſos epiſcopos confecta habentur.

ENCRATITÆ.

ENcratitarum hæreſis (authore Diuo Irenæo libr. 1. aduerſus hæreſes, cap. 30. & beato Hieronymo in commentariis ſuper Prophetam Amos, atque beato Epiphanio lib. 1. contra octoginta hæreſes ſub finem tertii tomi) à Tatiano quodam Iuſtini Martyris diſcipulo exorta eſt, Marci Antonini Imp. & Soteri Romanorum Pontificis tẽporibus, circa annum Dom. 178. Dicuntur autem Encratitæ quaſi continentes.

1 Dicebant vero ii, primos parentes eſſe damnatione perpetua in infernum detruſos ac plectendos, propter ipſorum primum inobedientiæ crimen.

2 Item non licere cuiquam veſci carnibus.

3 Nuptias quoque fore illicitas, omneſque illos peccare, qui nuptiarum fœdera inter ſe iungerent.

4 Reſpuebant etiam, teſte Euſebio Cæſareenſi hiſt. eccleſiaſticæ lib. 4. cap. 26. omnes diui Pauli epiſtolas, eas aſſerentes nullius eſſe momenti.

5 Docebant rurſus vinum nullo pacto bibendum eſſe, fabuloſa quadam vanitate eluſi, qua dicebant (teſte diuo Auguſtino) vitem è Satana & terra illud germinaſſe. Item quod lege cautum eſſet ne Nazaræi biberent vinum, accuſen-

cuſenturque ab Amos Propheta & culpentur ii, qui Nazaræis vinum propinarent.

De his Nicephorus eccleſiaſticæ hiſtoriæ libr. 4. cap. 4. ſcribit in hunc modum: Poſt Saturnini & Marcionis Encratitarum hæreſim conflatam eſſe tradũt, cuius princeps fuiſſe fertur Tatianus, qui diſcipulus Iuſtini martyris fuiſſe perhibetur: Sed tantiſper dum cum illo erat, nihil rerum huiuſmodi protulit. Poſtquam vero ille martyrio eſt defunctus, tumore diſciplinæ inflatus, tanquam aliis ſcientia ſuperior, peculiarem cœpit promulgare doctrinam: itidẽ vt Valentinus ſecula inuiſibilia producens: & eadem quæ Saturninus & Marcion de nuptiis, corruptione, & fornicatione, nugando effutiens: à ſeipſo quoque cauſſam nouam ſalutis Adæ eſt commentus. Cuius ſucceſſor Seuerus, hæreſin illius magis etiam adaugens, cauſſam arripuit, cur ſectatoribus illius ad ſe pertractis, à ſuo ipſe nomine Seuerianos eos vocaret. Legem quidem, Prophetas, & ipſa Euangelia ii quoque recipiunt: propriis quibuſdam interpretationibus, prout eis eſt viſum, ſacras ſcripturas accommodantes, Apoſtolum autem Paulum maledictis & conuiciis proſcindentes, epiſtolarum eius librum, & item Apoſtolorum acta prorſus reiiciunt.

ENERGICI.

ENergici ſunt noſtri temporis Sacramentariæ factionis: qui, authore Staphylo, docent non ipſum corpus, ſed virtutem corporis, eſſe in Cœna Domini. Ita Caluinus in diuerſis libris, & nuper contra Ioachimum Weſtphalum in ſua Admonitione vltima, & Philippus Melanchton, vt idem Caluinus teſtatur, & in Heidelbergenſi iudicio licet perſpici. Hæc Staphylus.

ENTHVSIASTÆ.

ENthuſiaſtæ, qui & Euchitæ, ſiue Meſſaliani, vt diuus Cyprianus refert in ſuo opere de hæreſibus, Valentis Imperatoris & Damaſi ſummi Romanorum antiſtitis

temporibus exorti ſunt, circiter annum Domini 380.

1 Hi porro inprimis dicebant, animas hominum ab angelis creatas eſſe, & factas ex igne & ſpiritu.

2 Tantā vim orationi tribuebant, vt illam ſufficere dicerent, ad omnia peccata delenda. Qua de cauſſa ipſi etiam baptiſmo derogabant, adſtruentes nullam vtilitatem ex ſacro baptiſmate baptizatis accedere, ſed ſolam ſtudioſam orationem dæmonem inhabitantem effugare.

3 Sacramenti quoque Euchariſtiæ non ſubſtantiam, ſed virtutem & efficaciam oppugnantes, aſſerebant: hunc ſacratiſſimum cibum nec prodeſſe quicquam, nec etiam obeſſe.

4 Dicebant etiam nullum manuum laborem eſſe monachis licitum, etiam ſuſtentandæ vitæ cauſſa, ſed orationi illis ſemper inſiſtendum.

5 Quapropter aſſerebant eam orationem ſolam ſufficere ad vitam æternam conſequendam, etiam ſi reliqua omnia deeſſent, & baptiſmus etiam. De qua re vide plura in Adelphio & Maſſalianis.

EPICVREI.

Epicurei, ab Epicuro, qui nomē illud voluptatis, in qua ſummum bonum ponebat, effecit, vt ab eo homines voluptuarii Epicurei dicerentur, ſunt appellati.

Hic authore Cicerone lib. 3. Tuſc. quæſtionum, cum ſolum eſſe beatum contendebat, qui præſentibus voluptatibus frueretur, confideretque ſe fruiturum aut in omni, aut in magna parte vitæ, dolore non interueniente: aut ſi interueniret, ſi ſummus foret, futurum breuem: ſi productior, plus habiturum iucunditatis quam mali. Hæc cogitantem fore beatum, præſertim ſi ante perceptis bonis cōtentus eſſet, nec mortem nec deos extimeſceret. Hæc Cicero. Ea porro ſecta ſectatores habuit infinitos, vtpote quæ delicata ſit & amabilis: quum homines natura ſua illuc libentiſſime concurrant, vbi audiunt laudari voluptatem, quærentes libidinibus ſuis patrocinium aliquod &

vela-

velamentum. Aduerſus hunc & eius ſectatores non pauci philoſophi (vt teſtatur Nicephorus lib. 10. cap. 26.) qui non longe à cognitione Dei abfuere, præſtantibus libris pugnarunt: vt qui nullos deos eſſe aſſereret, omniaque fortuito & ſua ſpõte exiſtere cenſeret, & mundum nulla prouidentia regi aperte doceret.

ERACLITÆ.

ERaclitæ ab Eraclio quodam, authore Iſidoro, exorti ſunt, qui monachos tãtum recipiebant, reliquos abominabantur: coniugia reſpuebant, & regna cœlorum paruulos conſequi non credebant. De quibus habetur diſtinctio. 24. quæſtio. 3. cap. Quidam.

ESSÆI.

CVm iam ob tyrannidem & bella Antiochi, lacerari & diuelli cœpiſſet principatus & ſacerdotium apud Iudæos, & gentium reges, qui eis dominabantur, pro ſuo arbitrio principes & ſacerdotes aut ſtatuerent, aut deponerent, quibus quiduis potius, quam religionis ſtudium curæ erat: fieri non potuit, quin ſectæ & variæ diſſenſiones in Iudaica religione exorirentur.

Sectæ ergo apud eos exortæ, triplices fuere, Phariſæi, Saducæi, & Eſſæi, quos Philaſtrius Eſſenos appellat. De Phariſæis & Saducæis, dicetur infra locis ſuis: nũc de Eſſæis agendum. Iſti igitur cum conſiderarent & Phariſæos & Saducæos ſub honeſto prætextu titulorum ſuas cupiditates abunde ſectari, neque fere quicquam facere quod dignum eſſe poſſet eorum profeſſione, viſum ipſis eſt, factis vitæ ſeueritatem declarare, & dici ſe Eſſæos, hoc eſt, operarios, voluerunt. Aſſa enim, vnde Eſſæi dicuntur, operari ſignificat: perque omnia fere Anabaptiſticam vitam egerunt: abſtinuere à matrimoniis, & omnia inter ſe communia voluerunt eſſe. Fuit omnino hæc ſtulta quædã & craſſiſſima ſuperſtitio, & quæ longo tẽpore durare non potuit,

Hos ſic ſcribit Philaſtrius: Eſſæni, inquit, ſunt qui monachorum vitam exercent, eſcas delicioſas non ſumentes, nec ſtudium in veſtimentis gerentes, nec poſſidentes aliquid: lectioni autem & bonis operibus inſiſtentes, in locis ſeparatis habitant. Chriſtum autem Dominum Dei filium non expectant, nec in Lege aut Prophetis eum Dominum agnoſcunt annuntiatum, ſed vt Prophetam, aut iuſtum hominem ſolum credentes præſtolantur. Hæc ille. De his vide plura apud Ioſephum lib. de antiquitatib. Iudæorum, & apud Egeſippum.

EVCHITÆ.

EVchitæ ſunt ii, quos prius Enthuſiaſtas diximus appellari, qui & Maſſaliani nuncupantur. Qui quod precibus erant toti dediti, quibus mala omnia putabãt ſe poſſe auertere, Orantes interpretantur. Vnde & omnia media tollebant, vt ſoli Deo relicti, in ipſo, vt aiebant, toti conſiſterent, ſeque totos illi permitterent. De his vide ſupra in Enthuſiaſtis, & infra in Maſſalianis.

EVDOXIVS GERMANICIENSIS Epiſcopus.

EVdoxius, prauæ prorſus contra nomen ſuum opinionis, Germaniciæ vrbis Syriæ primum epiſcopus fuit, deinde Antiochiæ, & inde poſtea Conſtantinopolim eſt tranſlatus. Fuit autẽ primo Aetianæ, & exinde Arrianæ ſectæ, Valentis principis (qui & ab eodẽ Eudoxio Arrianorũ Epiſcopo baptizatus eſt, cum idem Imper. Orienti præeſſet,) & Damaſi ſummi Romanorum Pontificis ætate, circa ann. Do. 370. Quomodo vero cum Aetianam hæreſim ſequeretur, arte aulica ſub Conſtantio Imperatore epiſcopatum Antiochenum inuaſerit, refert Nicephorus libr. 9. cap. 36.

Quomodo vero Eudoxius Conſtantinopolitanum epiſcopatum, Antiochenſi relicto, fuerit poſtea adeptus, vel

potius

Digitized by Google

potius in illum irrepſerit, idem refert Nicephorus lib. 9. cap. 45.

EVNOMIANI.

EVnomius, à quo Eunomiani hæretici, genere Cappadox, corpore quidem & anima leproſus, ſed artis dialecticæ callentiſſimus, diſcipulus Arrii fuit, & in omnibus inimicus veræ fidei, viguitque tempore Conſtantii Imperatoris, & Liberii Romanorum Pontificis, circa annum Domini 358.

1 Hic tametſi plures fateretur perſonas in diuina natura ſubſiſtentes, eas tamē dicebat eſſe inæquales, aut diuerſæ qualitatis ſubſtantias: vt auri, argenti, & æris. Patrem quidem feciſſe filium, eundemque filium, qui ſit creatura, feciſſe Spiritum. Aiebat enim filium minorem eſſe Patre, neque ideo eiuſdem eſſe ſubſtantiæ cum Patre, ſed meram fore creaturam. Neque Spiritum filio eſſe ſimilem, eo quod à Filio factus eſſet. Magis quidem ille hac in re impietati paganæ, & iniquitati Iudaicæ conſentiens, quam Chriſtianæ doctrinæ ac fidei catholicæ parere volens.

2 Dicebat item (authore D. Auguſtino lib. de hæreſib. cap. 54.) omnes qui fidem, quam ille docebat, tenerent, fore ſaluos, quantumlibet grauia peccata committerent, & in illis perſeuerarent. Quæ vox impia quidem eſt, & totius nequitiæ fomentum.

Sunt authores quidam, qui Eunomium iſtum primum auſum fuiſſe dicunt inſtituere, vt diuinus baptiſmus merſione vna perageretur: & eam quæ ab Apoſtolis per manus accepta, hodie quoque vbique ſeruatur, traditionem adulteraſſe, & ritum alium in eccleſia Cyzicena, accuratiore ſanctioreque grauitate nouitatem ſuam obtegentem, inueniſſe.

EVPSYCHIANI.

EVpſychiani ab Eupſychio, ſecta primum Eunomiano dicti ſunt: à qua tamen poſtea ille reſiliens ob frigid

quandam & nullius pene momenti quæſtionem (vt familiare eſt omnibus fere hæreticis) ab eiſdem Eunomianis tandem ſeiunctus eſt, & ſuam propriam hæreſim inſtituit, ſub Valentiniano Imperatore, & Liberio ſummo Romanorum Pontifice, circa annum Domini trecenteſimum ſexageſimum octauum. Sed ex Nicephori libro duodecimo, capite trigeſimo hæc planius diſces, quæ ſic habet: Sectatores autem Eunomii, in diuerſas poſt eius obitum diſceſſere ſectas. Nam non multo poſt Eupſychius quidam nomine, in vrbe Conſtantinopolitana, propter frigidã quandam quæſtionem ab Eunomianis ſeiunctus, ſuæ ipſe quoque hæreſis author extitit. Quum namque quæſtio orta eſſet, an filius extremam horam norit, & plurimi Euangelica dicta proferentes, ne ipſum quidem horam eam ſcire dicerent: Eupſychius ſententia ſua in ſcriptum relata, confirmauit, filium non expertem eius cognitionis eſſe, qui à patre omnia locupletiſſime acceperit. Quum autem qui hæreſi ei præibant, dicta eius non admitterent, à communione eorum deſciuit, & ad Eunomium exulantem ſe contulit. Quo etiam alii ex vrbe Conſtantinopolitana Eunomianæ ſectæ venere, vt ibi eum calumnioſe arguerent: atque etiam, ſi vſus ita ferret, de cauſſa cum eo diſputarent. Quod vbi Eunomius cognouit, ea quæ Eupſychius proferret, laudauit, & ad communionem eum admiſit: quum quidem id cõſtitutio vetaret, quæ nefas eſſe decernit, peregre aduenientes, ad communes preces admittere, ſi literas ſecum non afferant, quę ab eiuſdem opinionis populares, per Notas ita ſcriptæ, vt ab aliis ita legi non poſſint, dantur.

Poſtquam autem breui Eunomius è vita migrauit, hæreſis eius poſt Eunomium Conſtantinopolis præſes Eupſychium minime admiſit. Aegre enim tulit, quod æmulatione quadam ducebatur, ſe contraria Eupſychio, qui nondum clericus erat, ſentientem, quæſtionem propoſitam ſoluere non poſſe. Quapropter aduerſandi ſtudio ille, quum multi ad eum opinioni ſuæ ſuffragantes confluerẽt, ab Eu-

ab Eunomianis ſegregatus, hæreſim ſuam induxit. Hæc Nicephorus. De hoc vide in Theophronio & Eunomianis.

EVSEBIVS NICOMEDIENSIS Epiſcopus.

EVſebius authore Nicephoro libro 8.cap.7.vir præclarus, atque in vtraque diſciplina ſumme verſatus, inq; imperiali palatio plurimum honoratus fuit: nempe quod Nicomediam, cuius hic erat epiſcopus, Diocletianus, & qui ante eum fuere principes, Imperatorum domicilium conſtituiſſent. Viguit autem is Conſtantini Magni Imp. & Syluestri Romani Pontificis temporibus, circa annum Domini 315.

De hoc, epiſtola Alexandri Alexandrini epiſcopi, quam ad omnes epiſc. catholicos miſit, ex Socratis lib.1.c.6. & Nicephori lib.8.c.8. ita habet: Euſebius, qui nunc Nicodemiæ eſt, in ſe eccleſiæ res ſitas eſſe exiſtimans (quoniam in eum, quod Beryto relicta, oculis cupiditatis in Nicomedienſem eccleſiam cõiectis, eam aſſectatus eſt, legitime vindicatum non eſt) præire deſertoribus iſtis, & ad loca quæuis ſcribere, eos commendans, cœpit, ne forte ignorantes aliquos in extremam & Chriſti inimicam hæreſim pertrahat: neceſſe habeo, id quod in lege ſcriptum eſt memoria tenens, amplius non ſilere, ſed vobis eam rem omnibus annuntiare, vt & defectores ipſos atque inauſpicata eorum verba cognoſcatis: Et quum Euſebius ſcripſerit, animum ad literas eius non attendatis. Dudum namque maleuolentiam ſuam tempore occultatam, nunc tandem per hos renouare volens, præ ſe fert ille quidem tanquam pro his ſcribat: reuera autem pro ſe ipſo id ſe ſtudioſe facere declarat. Et deſertores quidem ſunt, Arrius, Achillas, Aithales, Carponas, alter Arrius, Sarmates, Euzoius, Lucius, Iulius, Menas, Helladius, Caius, & cum eis Secundus & Theonas, aliquãdo epiſcopi dicti. Quæ vero contra ſcripturas adinuenta docent, hæc ſunt:

Non ſemper Deus pater erat,ſed erat quum Deus pater non erat:non ſemper igitur Dei verbum erat, ſed ex non exiſtentibus factum eſt. Qui enim erat Deus,eum qui nō erat,ex non exiſtente fecit. Itaque aliquando erat,quum non erat: ſiquidem creatura & factura eſt filius. Neque vero æqualis ſubſtantia eſt patri, neque verum & naturale verbum patris eſt,neque etiam vera ſapientia eius:ſed vnus quidem ex creatis & genitis eſt: abuſiue autē verbum & ſapientia factus. Et ipſe in proprio ſeu natiuo Dei verbo, & in Dei ſapientia eſt, in qua & omnia & ipſum quoque fecit Deus. Propterea etiam mutationi & alterationi natura obnoxius eſt, ſicuti omnia etiam rationalia. Peregrinum quoque & alienum, ſegregatumque eſt verbum à ſubſtantia. Et inenarrabilis eſt pater filio:neque enim perfecte cernere poteſt Verbum Patrem, neque perfecte & certo eum cognoſcere. Etenim ſuam ipſius quoque ſubſtantiam, vti eſt, filius non nouit:propter nos namque factus eſt, vt nos per eum , veluti inſtrumentum, crearet Deus:neque is ſubſtitiſſet, niſi nos Deus creare voluiſſet. Rogauit igitur eos quidam, poſſetne verbum Dei mutari, ſicuti diabolus mutatus eſt? Atque illi reſpondere non reformidarunt, poſſe. Mutabilis enim naturæ eſſe, generationi & mutationi obnoxium. Hæc dicentes,atque his impudenter ſeſe venditantes Arrianos, ſectatoreſque eorum, nos quidem cum Ægyptiis & vicinis Libycis centum numero epiſcopis,conuentu acto,anathemate iugulauimus. Euſebius vero receptos complexus eſt, qui mendacium veritati,& impietatem pietati commiſcere ſtudet. Sed nihil aget. Vincit enim veritas. Nulla enim eſt communio luci cum tenebris: nulla concordia Chriſto cum Belial. Quis enim vnquam audiuit talia?quis ad rem tam peregrinam & inſolentem, eam audiens , non obſtupeſcit, aureſque obturat,ne verborum iſtorum ſordes auditum pertingant? &c. Hæc Alexander Alexandrinæ eccleſiæ Epiſcopus.

Quæ vero idem Euſeb. Paulino Tyri Epiſcopo de Filii perſo-

perſona Arrianizans ſcripſerit, itidem refert Nicephorus eodem libro, cap. 10.

Quas vero turbas idem ille ab exilio reuocatus in eccleſia concitauerit, ſcribit rurſus Nicephorus eodem lib. c. 44.

De hoc vide plura in Arrianis & Theognide Niceno Epiſcopo.

EVSEBIVS ARCHIEVNVCHVS CONſtantii Imperatoris.

DE hoc Euſebio Arrianorum anteſignano, qui Conſtantii Imperatoris & Liberii Romani Pontificis temporibus, circa annum Domini 357. Eunuchus eiuſdem Imperatoris cubiculariis præfuit, ſic ſcribit Nicephorus lib. 9. c. 2. Viuente adhuc Conſtantino, inquit, nemo aperte cõtra Nicenam fidei profeſſioné niti audebat: quamuis nonnulli clam eam non receperint. Poſtquam autem is deceſſit, qui in cordis receſſu hæreſis venenum occultum antea habuerant, & ob id tum quoq; ſuſpecti fuerant, confeſtim alicunde progreſſi clandeſtinis colloquiis poſthabitis, nudo (vt dicitur) capite cum omnibus congrediebantur, vt Arrii maxime opinio obtineret, laborantes. Quorum duces erant epiſcopi Bithynii Euſebius & Theognis. Facilius autem conſilium ſuum ad optatum exitum peruenturum putabant, ſi Athanaſii ad vrbem Alexandrinam reditum impedirent. Et quum eis ſic eſſet inſtituta ratio, tum veluti manu quadam in rebus omnibus vſi ſunt adminiſtro quodam preſbytero, qui author etiam vt Arrius reuocaretur, extitit, non apud Conſtantinum tantum, ſed etiam apud Conſtantium maxime glorioſus, quod per eum res pleraſque ex voluntate ſua peragebat. Dudum enim Orientis Imperio potiri voluerat, quod ei tum ex teſtamento patris, à preſbytero quodam illi in manus tradito, permiſſum erat. Quam ob rem hominem in honore habuit, & libertatem ei multam, ſimulque apertum ad Imperialem aulam aditum dedit. Quæ res notitiam ei apud omnes conciliarunt, & gratum vereque charum Imperatoris coniugi, &

qui Imperatorio cubiculo præerant, eunuchis effecerunt: quorum Princeps tum fuit Euſebius nomine, maximam quoque in tota Imperatoris domo poteſtatem obtinens. Hic ex preſbyteri iam dicti de rebus ſacris inſtitutione, Arrii rabie imbutus, acerrimus ſectatorum eius laudator fuit, pluresque in aula Imperiali celeriter in ſententiam ipſe ſuam adduxit. Quin ipſam quoque Imperatoris coniugem, per mulierculas quæ in gynęceo erant, & per preſbyterum ipſum in impiam opinionem pertraxit. Et malum hoc paulatim per omnem ſerpens aulam, ad ipſum quoque tranſiit Imperatorem. Et breui per aulæ interiora vagatum, extra quoque aulam aperte progreſſum, omnem vbique percurrit vrbem. Ibi tum bellum quoddam dialecticum atque diſputatorium eſt exortum. Et in vicis, congregationibus, cauponis, conuentibusque adeo omnibus, mulieres quoque & pueri non aliud ſtudio habuere, quam de dogmatibus blaterare: his videlicet Arrii opinioni velut honeſtæ & bonæ addictis, his autem decreta magis Nicena complectentibus, vnde rixæ, æmulationes, & inimicitiæ excitatæ. Hic rerum ſtatus in vrbibus Orientis erat. Hactenus Nicephorus.

EVSTATHIVS SEBASTIENSIS Epiſcopus.

EVſtathius primum monachus, deinde Sebaſtienſis Armeniæ regionis, quæ Sebaſta Ponti appellatur, epiſcopus fuit. Conſtantini magni Imperatoris & Syluestri ſummi Romanorum Pontificis temporibus, circiter annum Domini 320.

Hic dicebat inter alia, ſanctos non eſſe ab hominibus honorandos, nec oportere illos orare.

Cumque Macedonii impietas eo proceſſiſſet, vt Spiritum ſanctum vnam eſſe perſonam Trinitatis denegaret, immo eum eſſe creaturam diceret: Euſtathius (vt inquit Socrates eccleſiaſt. hiſt. lib. 2. cap. 45.) illo paulo æquior: Ego,

Digitized by Google

Ego, inquit, neque Deum Spiritum ſanctum nom ine cenſuerim, neque creaturam vocare auſus fuerim.

Docebat quoque templa nullius eſſe vtilitatis, neque aliquo pacto prodeſſe in eccleſia Dei: propterea euertenda, fœdanda, & conſpurcanda ducebat, inſtar Nabuchodonoſori regis Babylonis & Antiochi illius impii Græcorum regis. Propter quos errores & quamplurimos alios in Concilio Gangrenſi damnatus eſt. De quo Niceph. lib. 9. cap. 16.

EVTYCHIANI.

EVtychiani, vel Eutychetæ, ſeu Eutychianiſtæ, ab Eutychete vel Eutychio Conſtantinopolitano abbate dicti ſunt, qui Theodoſii II. Imperatoris, & Leonis huius nominis primi Romanorum Pontificis temporibus emerſerunt, circa annum Domini 443.

Hic (teſte Volaterrano) cum Timotheo & Dioſcoro poſt Manetem & Apollinarem impie docebat, carnem Chriſti non fuiſſe noſtræ ſimilem, nec reuera illum de virgine natum, quanquam appareat, quod de cælo deſcenderit. Aiebat nanque ipſum Chriſti corpus è cælo deſcendiſſe in virginis vterum, ipſumq; tanquam ſolis radios penetraſſe. Duas itaque in Chriſto naturas eſſe inficiebatur; ſed in ipſo incarnationis articulo carnem fuiſſe commutatam in diuinitatem aſſeuerabat: Adeo quidem, vt (eo dicente) vna facta fuerit & carnis & Deitatis ſubſtantia, indeque adeo Chriſtum fuiſſe paſſum ſecundum diuinam naturam.

Dicebat etiam corpus noſtrum poſt reſurrectionis gloriam futuram impalpabile & inuiſibile, immo futurum aerem & vento ſubtilius, contra illud Iob 19. Quem ego viſurus ſum ipſe, & oculi mei conſpecturi ſunt, & non alius.

EVZOIVS.

EVzoius eccleſiæ Alexandrinæ diaconus fuit, Arrii ſocius eiuſdemq; doctrinę, & propter eam exilii temporalis & æternæ damnationis conſors & particeps, & ab Ale-

xandro eiuſdem eccleſiæ Epiſcopo exauthoratus, quum Arrio preſbyteri dignitas ob ſuam hæreſim adêpta eſt. Hi cum à Conſtantino Imperatore eam ob rem in exilium fuiſſent acti, & poſtea preſbyteri cuiuſdam Arriana ægritudine laborantis, apud eundem Imperatorem & Conſtantiam Imperatoris ſororem, quam Licinius in matrimonio habuerat, fraudulenta perſuaſione ab exilio reuocati eſſent, & in eiuſdem Imperatoris conſpectum fuiſſent admiſſi: iam fide in concilio Niceno promulgatæ aſſentirentur, rogauit. Atque illis id aſſeuerantibus (vt author eſt Nicephorus eccleſiaſticę ſuæ hiſtoriæ lib. 8. cap. 47.) libellum eos offerre iuſſit, qui eorum de Deo ſententiam complecteretur. Tum illa declinata priore via, quam ſententiis quibuſdam inueniendis inierant, ſimplicibus aliis notiſque diuinitus inſpiratæ ſcripturæ, verbis, nouam formulam & expoſitionem texuere: iureiurando confirmantes, ita ſe ex animo credere & ſentire, neque aliter vnquam ſenſiſſe.

Hoc ſcriptum nonnulli inſidioſe compoſitum dicebant. Illos namque verbis quidem eccleſiæ conciliari, nihilominus tamen prioribus opinionibus ſuis inhærere, verborum ipſorum ſignificatione id ſatis declarante, ambigue in vtranque partem inclinantium, & ad ancipitem ſenſum vergentium. Imperator autem exiſtimans eos Nicenis decretis aſſentire, ſupra modum lætitia efferebatur. Veruntamen ante legitimam, pro recepto more, explorationem atque inquiſitionem eorum, qui ſummam rei eccleſiaſticæ tenebant, ſibi hoc non ſumpſit, vt illos ad communionem admitteret: ſed ipſos ad eos qui tum Hieroſolymis conuenerant, epiſcopos miſit, quibus ſignificauit, vt nouam illorum formulam expenderent: humaniter perſpicere iubens, ſiue illi recte ſentientes per inuidiam circumuenti inſidias pertulerint, ſeu male opinantes per pœnitentiam in rebus iudicatis tandem acquieſcerent. Euſebiani porro commodum nacti tempus, imperialium literarum prætextu, Synodo nondum acta, ad communio-

nem

nem eos admiſere. Atque hoc cum feciſſent, Imperatori rem eam inſinuarunt: & eccleſiæ Alexandrinæ, Ægypto, & Libyæ omni, epiſcopiſque & clericis earum ſcripſerunt, vt non grauate eos reciperent: quorum & Imperator ipſe piam fidem eſſe teſtaretur: cuius etiam fidei formulam epiſtolæ ſuæ adiunxerunt, imperiali iudicio Synodi calculum addentes. Hoc modo Arrius & Euzoius Alexandriam venerunt. Lege reliqua apud eundem Nicephorum. De hoc vide plura in Valente Imperatore Arriano.

LIBER SEXTVS.

FAVSTVS MANICHÆVS.

FAuſtus natione Aphar, ſecta Manichæus, viguit Archadii Imperatoris & Innocentii primi Papæ temporibus, circa annum Domini 407. Vir alioqui doctus, & qui libros in orthodoxam fidem conſcripſit quam plurimos: contra quem diuus Auguſtinus multas habuit diſputationes, varioſque ſcripſit tractatus.

1 Hic porro cum præceptore ſuo Manichæo docebat, animam hominis eſſe aut Dei ſubſtantiam, aut ex Dei ſubſtantia conſiſtere.

2 De Chriſto etiam aſſerebat, nec naſci, nec mori potuiſſe: ideoque illi ex virgine nullam natiuitatem contigiſſe, & eius mortem in cruce falſam fuiſſe.

3 Legem veterem & prophetas blaſphemabat, Deum veteris Teſtamenti malum fuiſſe aſſerens.

4 Senſibilia etiam templa (vt contra eum libr. 20. author eſt Auguſtinus) altaria, incenſa, vaſa, luminaria, veſtes, ſimulacra, ſacrificia demum ipſa negabat. De hoc vide plura in Manichæis.

FELIX MANICHÆVS.

FElix Manichæus, quanuis (vt ait Auguſtinus) eſſet artium liberalium inſcius & ineruditus, fuit tamen Fortunato hæretico verſutior, qui ad ciuitatem Hipponenſem accedens, ibique ſuos diſſeminans errores, tandem cum eodem beato Auguſtino in eccleſia, præſente populo, diſputationibus congreſſus, ab eo conuictus eſt. Contra quem etiam duos libros idem Auguſtinus conſcripſit. Exortus eſt autem Archadii Imperatoris, & Innocentii primi Papæ temporibus circa annum Domini 405.

1 Hic dicebat ſuum præceptorem Manichæum, de promiſſione Spiritus ſancti, apoſtolum Chriſti fuiſſe.

2 Item, terram eſſe Deo coæternam.

De actis cum hoc Felice duo fuere libri editi, qui inter diui Auguſtini opera circunferuntur, in quorum primo de hac hæreſi fit mentio.

FELIX ALIVS.

FElix à quo Feliciana hæreſis dicta, ſub Conſtantino ſexto huius nominis Imperatore & Adriano primo Romanorum Pontifice viguit, circa annum Domini 783.

Huius hæreſis Platina in vita eiuſdem Adriani Papæ meminit, dicens ſub hoc Pontifice habito concilio Franconiæ, eam abrogatam fuiſſe, de tollendis imaginibus. Cum eam tamen appellauerit Felicianam, non aperuit, à quo Felice ſumpſerit exordium. In vita nihilominus Conſtantini Papæ, dixerat prius Felicem quendam Rauennatem Archiepiſcopum, à Iuſtiniano Imperatore in Pontum relegatum, qui poſtea à priſtina hæreſi diſcedens, ſub Theodoſio Imperatore in patriam reuerſus eſt. Verum hoc etiam in loco ſubticet, qualis fuerit huius Felicis hæreſis. Quod ſi ex his duobus locis quis coniicere velit, ab hoc Felice hanc hæreſim appellatam fuiſſe Felicianam, non reluctor: quanquam ſcio ante hunc Felicem non defuiſſe, qui hunc errorem docuerit. Nam ante Conſtantinum Papam, cuius temporibus fuit hic Felix, per centum annos & eo amplius, conſtat fuiſſe beatū Gregorium ſummum

Ponti-

Pontificem huius nominis primum. Hic epiſtola quadam, Serenum Epiſcopum Maſſilienſem reprehendit, quod inconſiderato zelo diuorum imagines fregerit, metuens ne à populo adorarentur.

Feliciana hæreſis dicit etiam Chriſtum eſſe filium Dei adoptiuum: ponitque in Chriſto duas hypoſtaſes. De qua re lege beatum Thomam tertia parte, quæſtione vigeſimatertia, articulo quarto.

FELICIANVS.

FElicianus Arrianus fuit ſecta, diuo Auguſtino coæuus, ſub Theodoſii huius nominis primi Cæſaris Imperio, & Siricii ſummi Romanorum antiſtitis pontificatu, circa annum Domini 395.

1 Dicebat hic, rationibus potius, quam ſcripturæ teſtimoniis, in fidei diſciplina agendum eſſe.

2 Negabat Homouſion, id eſt, patris & filii conſubſtantialitatem, filiumque non patri coæternum, ſed eſſe meram creaturam dicebat. Contra quem publice diſputatione habita decertauit idem pater Auguſtinus, & librum compoſuit, in quo eius argumenta decem & octo capitibus refellit: Quæ diſputatio in ſexto tomo operum eiuſdem Auguſtini habetur, quare ne plus æquo hac in re longiores ſimus, illuc lectorem remittimus.

FLAVITAS CONSTANTINOPOlitanus Epiſcopus.

FLauitas Conſtantinopolitanus Epiſcopus, ſed ſubrepticius, Arrianus ſecta fuit tempore Leonis ſecundi Imperatoris & Simplicii Romanorum Pontificis, circa annum Domini 476.

De hoc ita ſcribit Nicephorus hiſtoriæ eccleſiaſticæ libro decimoſexto, capite decimooctauo. Poſt Acacium, inquit, illum, qui primus Papæ nomen è ſacro albo eximere auſus, breui poſt communem omnibus ingreſſus eſt viam, mente ſenſuque omni captus Flauitas (hunc Euagrius

Phranitam nominat) Conſtantinopolitanum ſuſcepit epiſcopatum: vir, qui quidem presbyter eſſe viſus ſit, ſed vſque adeo ad audaciam & improbitatem ſummam peruenerit, vt id quod dicturus ſum facinus, ſatis, qualis fuerit, indicare poſſit. Zeno Imperator chartam puram in ſacro repoſuit altari, atque in charta alia per ſcriptum Deo ſupplicauit, vt per angeli manum, quæ in hominum conſpectum non veniret, nomen eius adſcriberet, quem cæleſti calculo Conſtantinopolitanæ eccleſiæ hierarcham præfectum vellet. Atque ob hanc rem quadraginta dierum ieiunium indixit: & Deum omnes orare, vt qui illi placitus eſſet, oſtenderet, iuſſit. Hæc vbi Flauitas cognouit, auro multo templi cuſtodem, qui idem princeps imperialium cubiculariorum erat, corrupit, vt in charta pura nomen eius annotaret, eamque rurſum Imperatoris ſigillo obſignaret. Hoc vbi factum eſt, atque vbi conſtitutum ieiunii præteriit tempus, ſigillo in charta ſublato, derepente Flauitas ingenti gloria, perinde atque à Deo deſignatus eſſet, afferens, correptus eſt, & magnifico ſaltu in Patriarchæ thronum is conſcendit. Verum enimuero piaculum id omnipotens prouidentia non diu latere paſſa, illuſionem eam ſcenicamque actionem quamprimum in apertum produxit. Infelix enim ille quum non totos quatuor menſes in ſede ea tranſegiſſet, morte repentina ex hominibus ſublatus eſt: quum ne dimidiam quidem partem muneris eius, quo epiſcopalem dignitatem redemerat, corradere potuerit. Quapropter argentarii hæredibus eius inſtitere, & pecuniam nuper admodum mutuo datam exegere. Atque illi quod ſoluendo non eſſent, Zenonem adiere: eique vt eos ab acerbis illis creditoribus liberaret, ſupplicarunt, & rem ipſam ſecreto ei ipſi qui de illa inquirebat, indicarunt. Zeno ea audita, obſtupuit: & poſtquam non Chriſtum, ſed Chryſum, hoc eſt, aurum potius, Flauitæ nomen in libello illo aſſcripſiſſe cognouit, iudicium reuera & iuſtitiam (iuxta Pſalmum) fecit: atque eunuchum quidem, qui ſibi diuinam exiſtimationem & glo-
riam

riam arrogaſſet, tolli; pecuniam autem creditam ex ſubſtantia eius diſſolui argentariis iuſſit.

FLAGELLANTES.

Flagellantium hæreſis in Italia primum orta, per Galliam & Germaniam vagata tandem eſt, Rudolfi Cæſaris Germani, & Gregorii decimi huius nominis ſummi Romanorum Pontificis temporibus, circa annum Domini 1273. Deinde ea hæreſis, maxime inualuit anno Domini 1313. ſub Imperio Ludouici Bauari Germani Cæſaris, & Pontificatu Ioannis huius nominis vigeſimi ſecundi. Qua tempeſtate Viennenſe etiam concilium in præſentia Michaelis Palæologi Imperatoris Græcorum celebratum eſt; pro recuperanda Palæſtina, & contra Græcos de proceſſione Spiritus ſancti.

Hi porro oberrantes paſſim, ſeipſos virgis ac nodoſis flagellis concidebant, in quibus aculei inſerti erant, ad oſtentationem. Quorum multi (teſte Carione) circa annum Domini milleſimum treceuteſimũ quadrageſimum tertium, Spiram venerunt in ipſis Comitiorum diebus, magnam religionis ſpeciem præ ſe ferentes. Nomine cuius ſanctimoniæ quamplurimi à ciuibus ad prandia ſunt inuitati. Cuius alioqui erroris fucus vt nihil differebat ab Anabaptiſtarum opinione religioſa, ita ſecta non minus pernicioſa erat illis temporibus. Tandem vero damnata eſt, igne & gladio extincta. Homines iſti rudes erant, cruces in ſuis veſtimentis deferebant, vrbes gregatim triſtes & mœſti ingrediebantur, liuentes ex crebris ictibus ſcapulas præferentes. Neminem rogabant aliquid, oblata ſponte ſumebant. Ex qua ſecta nihilominus multi graues & pernicioſi errores pullularunt circa fidem & ſacramenta eccleſiæ. His nempe religioſis ſignis plurima vitia tegebant, & alebant occulte.

1 Dicebant primo, aquam benedictam, quam luſtralem vocamus, nihilo plus habere virtutis aut efficaciæ, quam quæ conſecrata aut exorcizata non ſit.

Digitized by Google

2 Item baptiſmum aquæ iam ceſſaſſe, mutatumq; eſſe in baptiſmum ſanguinis. Quod quidem (vt author eſt Alphonſus de Caſtro aduerſus hæreſes lib. 3.) ex quadam inepta allegoria ſcripturæ comprobabant. Dicebant enim quod quando Chriſtus in Cana Galilææ ſub finem nuptialis conuiuii aquam mutauit in vinum, deſignauit circa finem mundi baptiſmum aquæ in baptiſmum ſanguinis mutari debere. Et quemadmodum vinum rubeum omni vino prius diſcumbentibus apposito, eis magis placebat, pluſque ab illis commendabatur: ita nouam legem Baptiſmi ſanguinis, præ cunctis ante latis legibus Deo acceptiorem fore. Quapropter dicebant ab eorum in mundum aduẽtu, neminem potuiſſe ſaluari, & verum exiſtere Chriſtianum, niſi in proprio ſanguine de eorum corpore flagello excuſſo baptizetur. Quod ſane non ſolum hæreſis, ſed ineptia aut dementia potius cenſenda eſt.

3 Docebant etiam ab aduentu ſuæ ſectæ, Euangelium deſiiſſe. Quem errorem non niſi idiotæ & indocti homines, quales fuere Flagellantes, docere potuiſſent: cum ſint tam aperta ſcripturæ ſacræ teſtimonia, Euangelium in perpetuum, hoc eſt, in finem vſque ſeculi duraturum teſtantia, vt nulla hic comprobatione aut alia confirmatione, quam ſola fide catholica, opus ſit.

4 Hi denique ſic admittebant iuramentum cum Priſcillianiſtis & Apoſtolicis, vt etiam periurium licere aſſererent, hanc ſemper in ore verſantes ſententiam:

Iura, periura, ſecretum prodere noli.

De his lege Ioannem Gerſonem, tractatu quem contra illorum ſectam edidit.

FLORINVS.

FLorinus, à quo Floriani ſiue Carpocratiani, qui & Milites, teſte Philaſtrio, quod ex ordine militarium maxima pars eorum extiterint, nuncupantur. Hic Florinus, vt dicit Euſebius libro quinto, capite decimo quinto, in vrbe Roma gradu presbyterii collapſus vna cum Blaſto ſocio

ſocio criminis & furoris, plurimos de eccleſia in ſuum barathrum deduxerunt, temporibus Commodi Imperatoris & Soteri maximi Romanorum Pontificis, circa annum Domini 182.

1 Negabant autem ii extremum iudicium atque reſurrectionem futuram, omnemq; reſurrectionem (authore Philaſtrio) in filiorum procreatione nefando coitu æſtimantes conſiſtere. Adeo vt in eccleſia ſua talem habuerint conſuetudinem, vt poſt occaſum ſolis, lucernis extinctis miſceri cum mulierculis non dubitauerint, hoc ritu legis præceptum ſeſe implere putantes, quo Deus in principio homini ſic præcepit: Creſcite & multiplicamini, & replete terram. Iudaiſmo potius & paganitati parere nefandæ, quam Chriſtianæ veritati acquieſcere properantes, pecudumq; vitam potius & amentiam eorum retinentes, quos ſcriptura vitæ pecudum comparauit.

2 Chriſtum etiam natum de virgine non credebant.

3 Dicebant denique, malum à Deo eſſe, & Deum facere mala effectiue, nedum permiſſiue.

FORTVNATVS.

Fortunatus, à quo Fortuniani dicti ſunt, de quibus C. de hæreticis & Manichæis habetur, viguit Arcadii Imperat. & Innocentii huius nominis primi Romanorum Pontificis temporibus, circa annum Domini 405.

Hic cum Manichæorum preſbyter eſſet, & apud Hipponem longo tempore conuerſaretur, ingenti fama ibidem celebratus, quamplurimos inde in ſuam opinionem pertraxit. Contra quem à diuo Auguſtino ſolennis diſputatio indicta fuit. Quæſtio vero illic propoſita, à cauſa mali ortum habuit, nimirum vnde ſit malum. Auguſtinus porro malum in homine ortum fuiſſe ex proprio liberoque ipſius voluntatis arbitrio contendebat. Fortunatus contra, dicebat mali naturam Deo eſſe coæternam. Cum ergo ibi longa diſputatio inter vtrunque

per vnius diei ſpatium agitata fuiſſet, & Conſule ac notariis ibidem conuenientibus, ea diſputatio eo die terminata non eſſet, diſtulerunt in ſubſequentem. In qua cum ab eodem Fortunatus fuiſſet publice conuictus, tandem ab Hipponenſi ciuitate diſceſſit, contra quem Auguſtinus librum conſcripſit.

FORTVNATIANVS AQVILEgienſis Epiſcopus.

FOrtunatianus, authore D. Hieronymo libro de viris illuſtribus, fuit natione Afer, Aquilegienſis Epiſcopus Imperante Conſtantio: qui & breui ac ruſtico ſermone in Euangelia ſcripſit commentarios. In hoc vero deteſtabilis habetur, quod Liberium Romanæ vrbis Epiſcopum pro fide in exilium pergentem, primus ſolicitauit ac fregit, & ad ſubſcriptionem hæreſeos compulit. Hæc Hieronymus. Vixit itaque Arcadii Imperatoris, & Siricii Papæ temporibus, circa annum Domini 400.

FORTVNATITÆ.

FOrtunatitæ dicuntur, qui apud Iudæos fortunam ſeu Reginam cæli (quam & cæleſtem vocant Africani) adorabant, eique ſacrificia offerebant. Adeo quidem, vt cum Propheta Ieremias Iudæos eam ob rem durius increparet, admoneret nihilominus ab huiuſmodi nefanda cultura recedere, & Domino ſoli ſeruire, ſolumque adorare, irati eidem obluctabantur.

Cur vero ab his Fortuna ita coleretur, hanc ab eiſdem cauſam præcipue obſeruatam tradit Alexander ab Alexandro Genialium dierum lib. 1. nimirum, quod qui illam religioſe colerent, magnis ſæpe incrementis ſe auctos eius meritis fuiſſe crederent: qui vero minimo cultu aut deſpectui habuiſſent, pluribus incommodis fuiſſe dehoneſtatos. Quo ſane referendum illud, quod eius cultores prætexebant Ieremiæ, tam nefandæ rei repugnanti: Ex eo (aiebant) tempore, quo ceſſauimus ſacrificare Reginæ cæli, & li-

Digitized by Google

li, & libare libamina, indiguimus omnibus. Vbi quidem per Reginam cæli D. Hieronymus intelligi putat Lunam, aut militiam cæli, id eſt, omnes ſtellas, nempe quod Luna inferiora corpora regat ac moderetur, paruiſque momentis magnas faciat mutationes, ac res inferiores i[illegible]m veſtigio nunquam diu ſtare permittat. Quo fit, vt à Græcis etiam τύχη ἄυρωπος quaſi æſtuans appelletu.

FRATRICELLI.

FRatricelli, ſeu Fratres de paupere vita, in partibus Italiæ ortum habuerunt, Alberti primi Cæſaris Germani, & Benedicti huius nominis vndecimi ſummi Romanorum Pontificis temporibus, circa annum Domini 1304.

Hi plane Anabaptiſtarum more, qui noſtra hac ætate in incertum vagantur, ſenſerunt, promiſcuos docentes cõcubitus. In locis nempe abditis tale ab eis perpetrabatur ſcelus, vt vocatæ & de induſtria ab eiſdem ſeductæ ſpecioſiores quæque viduæ vel virgines, cum in ea ipſa antea venirent, ſacerdotes & eius ſectæ clerici, ianuis clauſis, diuinas laudes ad comparãdam fidem, ex Chriſtiano ritu cantabant. Quibus circa noctis medium peractis, ſacrifici alta voce commonebant binos debere, maſculum videlicet & fœminam, ſancto Spiritu inuocato, in copulam carnalem commiſceri. Quo dicto, & luminibus extinctis, quilibet ſibi proximam mulierem proſternebat: & ſi ex tali cõcubitu mulier concepiſſet, infans genitus in eam ſpeluncam deferebatur, & per ſingulas manus tandiu totieſque tradebatur, quouſque animam exhalabat: iſque in cuius manibus expirabat, inde Maximus Pontifex creatus habebatur.

Dicebant etiam nihil proprii habendum, nec reſpublicas eſſe adminiſtrandas a Chriſtianis.

Item viſionem animarum ſanctarum differri vſque in nouiſſimum diem, contra illud Chriſti ad latronem: Ho-

die mecum eris in paradiſo. Et ſimiles phanaticas opiniones habuere.

Hanc autem hæreſim Bonifacius octauus damnauit, & vbique perſecutus eſt, cuius author fuit quidam Italus, Hermannus nomine, de quo infra latius dicetur ſuo loco.

FVLGENTIVS.

FVlgentius, Donatiſta factione, duo eſſe principia & duo baptiſmata affirmabat, reis & peccatoribus ſacramentum baptiſmi nihil conferre aſſerens, cum dicat Salomon, Fons vitæ in manibus iuſti. Huius errores fuſius recenſet D. Auguſtinus libro quem aduerſus eum edidit: quare ibidem quære, ſi libeat. Vixit autem Arcadii Imperatoris & Siricii Papæ temporibus, circa annum Domini 400.

LIBER SEPTIMVS.

GAINITÆ.

GAinitæ à Gaino quodam dicti ſunt, qui Zenonis Imperatoris & Simplicii ſummi Romanorum antiſtitis temporibus per populi peruerſi electionem vno die electus eſt Epiſcopus, circa annum Domini 476.

Hic cum Anthimio Conſtantinopolitano epiſcopo & quodam Theodoro viro eloquente in Eutychianam hæreſim lapſus, multis aliis pontificibus fuit cauſa exitii. Nam cum Chalcedonenſe concilium reſpuerent, dum ex duabus vnam in Chriſto naturam aſſerebant, quam Theodoriani corruptam, Gainitæ incorruptam contendebant, dicentes Chriſtum compoſitum eſſe ex natura diuina & humana: ſicque ſemper immortalem eſſe, corpus corruptibile iam inde à natiuitate habētem. Quod beatus Thomas Quodlib. quarto, quæſtione prima, articulo octauo reprobat.

GAINAS.

GAinas iſte (vt author eſt Nicephorus eccleſiaſticæ hiſtoriæ lib. 13. cap. 5.) barbarus genere fuit, ex Scythis, qui ad Iſtrum colunt, ortus, ſub Arcadio Imperatore militaribus copiis præfectus, Chriſtianus quidem, ſed Arriana peſte infectus, circa annum Domini 405. ſummum Pontificatum agente Innocentio huius nominis primo. Sed ex eiuſdem Nicephor. eccleſiaſtica hiſtoria quis hic fuerit, vnde in Romanum Imperium peruenerit, quomodo Arrianis fauens, diuo Ioanni Chryſoſtomo negotium faceſſerit, vt motus contra Imperium concitans, quo magnus ille vir legatione apud eum fungeretur, effecerit: & tandem è medio ſublatus, interierit, apertiſſime intueri licebit.

GALLA.

GAlla, non gente, ſed nomine ſic appellata, maga fuit & hæretica, Priſcilliani hæretici adiutrix, Valentiniani ſecundi, & Siricii Papæ temporibus, circa annum Domini 388. De qua Hieronymus ad Cteſiphontem aduerſus

Pelagianos in hunc modum ſcribit: Priſcillianus, cui iuncta Galia, germanam huc illucque currentem alterius & vicinæ hæreſis reliquit hæredem, &c. De hac vide plura in Agapetis, Elpidio, & Priſcillianiſtis.

GALATÆ.

DIuus Hieronymus ſtultitiæ inſimulatos fuiſſe ab Apoſtolo Galatas putat, quoniã ſtoliditatem quandam barbaram redoluerint, & ad intelligentiam fuerint tardiores. Qua cauſa & Hilarius ipſe Gallus, & Pictauis genitus, Gallos in Hymnorum carmine indociles vocarit. Beatus Hieronymus author eſt, vel ſua ætate dogmatum impuritate quadam laborauiſſe Galatiam, & veſtigia apparuiſſe veteris ſtultitię. Cuius etiam diuus Paulus illos arguit, cum ad eos ſcribens ita inquit: O inſenſati Galatæ, quis vos faſcinauit vt non obediretis veritati, ante quorum oculos Ieſus Chriſtus proſcriptus eſt, & in vobis crucifixus? Quod perinde eſt ac ſi diceret: O vere ſtulti Galatæ, quibus res vſque adeo abſurda perſuaderi potuerit, vt cum Iudæos ab onere legis liberaret Euangelii fides, vos liberi nati, vltro dareris vos in ſeruitutem? Quis fuit ille, qui veſtræ inuidens felicitati, qua hactenus fruebamini per libertatem euangelicam, faſcino vos læſit, & iſtam incantauit dementiam, vt veluti Chriſto diffiſi, ad frigidæ legis pręſidia confugiatis? Vbi nunc illa veſtra præclara fiducia, qua per mortem Chriſti ſperabatis perfectam iuſtitiam ac ſalutem abſque legis auxiliis?

GAVDENTIVS DONATISTArum Epiſcopus.

GAudentius Donatiſtarum Epiſcopus fuit tempore Auguſtini, circa annum Domini 405. ſub Imperio Arcadii, & Innocentii primi Pontificatu.

Hic contra eundem Auguſtinum cum duas ſcripſiſſet epiſtolas, eidem duobus libris reſpondet Auguſtinus, in quibus ſuas abunde confutat inſanias falſas & impios errores. Aduerſus quem etiam & alios ſui ſimiles Donatiſtas, quidam tribunus imperialium mandatorum execu-

tor

tor tum miſſus fuit, qui eoſdem comprehenſos & damnatos ferro & igni è medio tolleret. Vide hoc planius apud eundem Auguſtinum.

GENSERICUS
Aphricæ Rex.

GEnſericus Vandalus, cum à Vandalis Aphrica occupata fuiſſet, in eaque illi ad maximas vires perueniſſent, & ingens terræ atque maris ibidem ſibi ſubieciſſent, Regē ſe primus renuntiauit, deteſtanda Arrii doctrina adprime infectus, Theodoſii Iunioris Archadii filii, & Cæleſtini ſummi Romanorum Pontificis temporibus, circa annum Domini 427.

Ea namque tempeſtate (vt horum hiſtoriam perſequēs teſtatur Nicephorus lib. 14. cap. 56.) plurimæ maximæque Gotthicæ gentes, in ſeptentrionali parte ad Iſtrum paſſim diſperſæ erant, Inter quas præcipue quatuor, iudicio ipſarum celebres fuere, Gothites ſcilicet, Viſſegotthi, Gepides & Vandali, non alia re quam nominibus ſolis inter ſe diſſidentes. Omnes enim lingua vna, & eodem viuendi inſtituto vtebantur, deteſtandam, vt iam diximus, Arrii doctrinam ſequentes, ſicuti in hiſtoria Gotthorum & Valentis infra monſtrabimus.

GEORGIVS ALEXANDRIÆ
Epiſcopus.

GEorgius iſte ſecta Arrianus, in locum Athanaſii per Conſtantium Arrianis fauentem in exilium extruſi, ſubrogatus eſt, Liberii ſummi Romanorum Pontificis, qui & ab eodem Conſtantio, quod hæreſi Arrianæ virili & indomito animo reſiſteret, profligatus etiam fuerat, temporibus, circa annum Domini trecenteſimum quinquageſimum octauum. Sed eius hiſtoriam ex Nicephoro Calliſto haurire operæpretium fuerit, quam ſuæ hiſtoriæ eccleſiaſt. lib 9. c. 29. deſcribit.

GEORGIVS LAODICENSIS *Epiſcopus.*

HIc cum Acacianis Arriana Aetianaque prauitate infectis, in conciliabulo Antiocheno ibidem Euzoio Arrii olim familiariſſimo eccleſias gubernante, & Imperatore Conſtantio præſente, in fidei formula primum Arimini, deinde Conſtantinopoli edita, æqualitatis nomen inducere atque abolere conſtituit, ſub Liberii Papæ pontificatu, circa annum Domini trecenteſimum quinquageſimum ſeptimum. Tunc enim illi (authore Nicephoro libro nono, capite quadrageſimo nono) non occulte, ſed propalam, citra pudorem, per omnia ſubſtantia ſimul & voluntate inæqualem patri filium, & ex non exiſtentibus genitum eſſe docebant & prædicabant, ſicuti & Arrius à principio opinatus eſt. His autem maxime ſuffragabantur, quicunque Aetii ſententiam comprobarunt: qui primus poſt Arrium eiuſcemodi nomina in publicum produxit, & libere cum magna confidentia promulgauit.

Sed enim Arriani hi ab Homouſianis ſeu Conſubſtantialis profeſſoribus interrogati, cur nam, cum antea in profeſſione fidei ſuæ, filium Deum ex Deo dixerint, inæqualem nunc, atque ex non exiſtentibus profiteri auderent: Propterea, reſponderunt, quod & Apoſtolus Paulus: Omnia autem ex Deo, inquit. Proindeq; vnum etiam eſſe rerum omnium filium: & ob eam cauſam in fidei formulis addi illud, Secundum ſcripturas. Huiuſcemodi illi cauillationibus reſponſiones & refutationes ſuas inſtituere. Quarum author Georgius Laodicenſis fuit, qui non bene loquutiones eiuſcemodi aſſequutus, ſuperioribus temporibus hæc Origenem inueſtigaſſe, & Apoſtolicas verborũ proprietates fuſius interpretatum eſſe ignorauit. Cæterum tametſi arroganter iſta in reſponſionibus ſuis iactarent, conuicia tamen multorum tum perferre, & per interrogationes eos vrgentibus ſatisfacere non potuerunt. Et

quum

Digitized by Google

quum quod in aduerſarios crimen regererent, non habe-rent, confirmata denuo, quam Conſtantinopoli ediderāt, formula, conciliabulum ſuum ſoluerunt, & ſe domum receperunt. Hæc Nicephorus.

GEORGIANI.

Georgiani ſunt ii, quos Iberes appellant Coſmographi. Gens barbara & bellicoſa, & quæ (authore Pio ſecundo Romanorum Pontifice) Armenico & Medico cultu vtitur, Scytharumque more viuit, quorum cognati ſunt & contermini. Habitat enim hæc natio in interiore Armeniæ parte, ad Septentrionem & Euxinum verſus: quam magnus Pompeius Romano imperio ſubiecit: ſed ſub Conſtantino Cæſare Helenæ filio & Syluestro Papa, verbi Dei fœdera & fidem futuri regni ſuſcepit, circa annum Domini 325.

Qui licet hodie Chriſtum colant, procul tamen ab Apoſtolica ſede, veritatis magiſtra, colunt: & barbaris circumfuſi gentibus, non omnem Euangelii puritatem ſeruant. Nam in ſacramentis & aliis pleriſque rebus, Græcorum errores ſequuntur, de quibus vide infra. Eorum clerici rotundas circumferunt coronas more noſtro, laici vero quadratas. Illuſtriores illorum mulieres, Amazonum inſtar, armis in prælis vtuntur. In officiis eccleſiaſticis & ſcriptis, quidam eorum lingua Græca, alii Chaldaica vtuntur.

Georgiani vero appellantur, à diuo Georgio, quem velut præcipuum patronum & in ſuis præliis contra paganos velut ſigniferum & propugnatorem ingenti honore venerantur. Quocunque tendunt, turmatim incedunt, vexillum diui Georgii imagine inſignitum circumferentes, cuius ope & auxilio ſe in bello maxime iuuari credunt. Archiepiſcopum habent, qui in monte Sina clauſtrum Diuæ Catharinæ incolit, cui per omnia, vt nos ſummo Romanorum Pontifici, obtemperant. Cur vero tanto in honore diuum illum Georgium habeant, ſit inde, quod ille

ille primus ad fidem Chriſti Armenos Ibereſque conuerterit, diuinumque dogma apud eos diſſeminauerit: quamuis Ruffinus & Sozomenus lib. 2. cap. 6. & ſeq. & poſt eos Nicephorus libr. 8. cap. 34. mulierem captiuam tanti boni illis cauſſam præſtitiſſe aſſerant.

GEORGIVS DAVID.

Georgius Dauid, ſeu Dauidgeorgius, in Friſia nouus propheta emerſit, anno Domini milleſimo quingenteſimo vigeſimo quinto, ſub Carolo V. Imp. Germano, & Clemente VII. Pont. Max.

1 Se Dei nepotem nuncupabat: & quod cum feris & auibus quęcunque lingua colloquebatur, ab iis victum accipiens.

2 Aſſerebat cœlum eſſe omnino vacuum, ſe autem ad id miſſum, vt filios regni cœleſtis hæredes adoptaret.

3 Mortuorum reſurrectionem, extremum iudicium, tum bonos & malos ſpiritus, vitamq; æternam cum Saducæis negabat.

4 Matrimonium quoq; cum Bohemis & Adamitis improbabat, volens omnes mulieres eſſe communes cum Atheis.

5 Aſſerebat ſtultum eſſe, ſi quis putaret eſſe peccatum, abiurare Chriſtum coram hominibus: & ideo ſtolid.os vocabat Apoſtolos & martyres, quod ob eam querelam ſe occidi permiſiſſent.

6 Dicebat item cum Epicureis, nō animum, ſed ſolam carnem, peccatum contrahere.

7 Quodq; animæ eorum, quos infideles nūcupamus, æque ſaluabuntur, atq; fidelium: & Apoſtolorum corpo[ra] æque damnabuntur, atq; infidelium.

8 Se quoque iactabat tertium Dauidem eſſe, qui ſup[er] terram regnare deberet. Aliaque multa plane abſurda & vana deblaterans. De quibus & aliis circa hunc hæretic[iſ]ſimum iactis, videatur appendix Laurentii Surii Chro[n]

cis Naucleri adiecta, interimque ſeorſim aliquoties excuſa.

GILBERTVS PORRETANVS *Pictauenſis Epiſcopus.*

GIlbertus cognomento Porretanus, Pictonum epiſcopus fuit: vir quidem admodum eruditus, vt qui ſex vltimorum prædicamentorum author extiterit: & in ſacrarum literarum palæſtra plurimum exercitatus: ſed ſubliniora ſe ſcrutans, ad inſipientiam decidit, Cunradi tertii huius nominis Cæſaris Germani, & Eugenii tertii ſummi Romanorum antiſtitis temporibus, circa annum Domini milleſimum centeſimum quadrageſimum ſeptimum.

Hic de ſanctæ Trinitatis vnitate, & diuinitatis ſimplicitate, non ſimpliciter vt ſentit eccleſia, columna & firmamentum totius veritatis, ſentiebat, aſſerens relationes in diuinis non eſſe perſonis, ſed eas à foris exiſtere. De quo lege diuum Thomam prima parte, quæſtione trigeſima nona, articulo ſexto. Cum vero ſuper hoc non minimum ſcandalum iamiam inualeſceret, Lutetiæ primo, deinde Rhemis concilium coactum eſt ab Eugenio ſummo Pontifice, ad quod accitus ille & euocatus, biduana diſputatione cum diuo Bernardo Claraualleñſi archimandrita habita, tãdem hæreſeos conuictus ab eo fuit. Sed quoniã nulla criminis aut ignominiæ nota ipſi inuſta eſt, ſed cauſſam ſuam ad iudicium & arbitrium concilii & Papæ permiſit, erroremque ſuum in eo concilio retractauit, & palinodiã cecinit, ideo inter hæreticos habitus non eſt. Sæpe enim cordis oculis nube erroris obductus, ita ſupernæ illuſtrationis lumine fit ſerenus, vt author ſchiſmatis ad vnionem redeat veritatis.

GNOSTICI.

GNoſtici ab excellentia ſcientiæ, quam iactabant, ita ſe appellari voluere. Horum authorem alii Baſilidem, vt

diuus Hieronymus de viris illuſtribus, alii Valentinum fuiſſe volunt. Philaſtrius autem & Auguſtinus libro de hæreſibus, aſſerunt illos à Nicolao diacono, de quo in Actis Apoſtolicis fit mentio, exortos eſſe. Irenæus tamen libro primo aduerſus hæreſes, cap. 24. eorum principem fuiſſe Carpocratem adſtruit. Cui magis crediderim, quam alii cuiuis, quod vicinior temporibus, quibus emerſerunt Gnoſtici, extiterit. Exortos tamen diuus Hieronymus aſſerit, Adriani Imperatoris & Xiſti huius nominis primi Romani Pontificis temporibus, circa annum Domini 129. Hi quibuſuis aliis hæreticis vaniores & turpiores fuere: adeo quidem, vt cum ab aliis per diuerſas terrarum partes aliter atque aliter nuncupentur, nonnulli eos Borboritas vocitent, quaſi cœnoſos, ob nimiam vtique illam, quam in ſuis ſacris dicebantur exercere, fœditatem atque turpitudinẽ: de quibus vide ſupra, in Borborianis ſeu Borboritis, & Epiphanium, qui lib. 1. tom. 2. aduerſus hæreſes, hæreſi 26. eorum execrandas turpitudines ad viuum deſcribit.

1 Dicebant autem Gnoſtici, animam eſſe aut Dei ſubſtantiam, aut ex Dei ſubſtantia: quod diſtinct. 32. quæſt. 2. cap.. Moſes, reprobatur in hunc modum: Contemplemur facturam Adæ: in Adam enim exemplum eſt datum, vt ex eo intelligamus, quia iam formatum eius corpus ſuſcepit animam. Nam eam poterat Deus limo terræ admiſcere, & ſic formare corpus.

2 Docebant etiam, authore Philaſtrio, omnia bruta rationis eſſe capacia, eaque æque atque hominem, non ſolum ſentire, ſed etiam intelligere.

3 Item aſſerebant creaturas factas eſſe à malo Deo. Hi enim duos ponebant deos: vnum quidem bonum, qui nihil harum rerum creaſſet: alterum malum, à quo omnes creaturas proceſſiſſe dicebant. Hæc vero (vt inquit Philaſtrius) quę ſequuntur, dogmata proponebant, quibus ſua deliramenta fulcire nitebantur. Ante erant ſolum tenebrę (dicebant) & profundum ex aqua, atque terræ diuiſio facta

eſt in

eſt in eorum medio, & ſpiritus ſeparauit hæc elementa. Tunc ergo tenebræ intuentes in ſpiritum, genuerunt quatuor Æonas, & hi quatuor genuerunt item alios quatuor Æonas. Hi autem dextra atq; ſiniſtra (inquiunt) lux ſunt. Quandam vero etiam concubuiſſe cum illa mulierem & virtutem dicunt, ex qua nati ſunt dii, & homines, & angeli, & ſeptem ſpiritus dæmoniorum. Addũt etiam prophetas quoſdam natos de ea ſpecioſo nomine, & Barrabam. Alii autem Euangelium conſummationis, & viſiones inanes & plenas fallaciæ, & ſomnia videre diuerſa aſſerunt delirantes. Hæc Philaſtrius.

4 Dicebant rurſus nullum futurum eſſe iudicium, vt vel hac occaſione tanto facilius in quodlibet vitium ruerent, quanto minus pœnam propter illud infligendam crederent.

5 Docebant deniq;, aliquas creaturas ex ſe malas, vtpote productas non à Deo ſummo bono, ſed à quodam (vt iam diximus) alio omnium malorum principio, quod ſummum malum eſſe contendebant.

GORTHÆVS.

GOrthæus vnus fuit ex ſeptem hæreticis, qui (teſte Egeſippo & Euſebio libro quarto, capite decimooctauo) primi eccleſiam adhuc virginem inanibus & vanis corruperunt doctrinis, ſub Domitiani Neronis imperio, & diui Petri Apoſtoli Pontificatu circa annum Domini quinquageſimum tertium. Quorum tamen (authore eodem Euſebio) vnuſquiſque diuerſis corruptionibus fidei ſeorſum ſchiſma componens, propriam ſectam & proprios habuit eiuſdem ſectatores. Horum primus, vt dicit Egeſippus, Thebutes plebeius fuit, ꝙ in petitione epiſcopatus repulſam tuliſſet: à quib. & Simon eſt, vnde Simoniani dicti: & Cleobius, vnde Cleobiani: & Doſitheus, vnde Doſitheani: & Gorthæus, vnde Gorthæani: & Masbathæus, vnde Masbathæni. Ab iis autem & Menandriani, & Marcioniſtæ, & Carpocratiani, & Valentiniani, & Baſilidiani, &

Saturniniani. Hi pro ſe quiſque proprias ſeorſim induxerunt opiniones.

GOTTHI.

Gotthi, qui primum vltra Iſtrum domicilia habuere, & aliis ibi barbaris imperauere, ab Hunnis inde expulſi in Romanorum fines tranſierunt, Valentis Imperatoris temporibus, qui in Oriente imperabat. Sunt autem Hunni iſti, quos veteres Nebros appellarunt, Riphæorum montium accolas: vnde Tanais fluuius ortum trahens, vndas ſuas in Mæotidem paludem prouoluit. Cum itaque Gotthi fuiſſent ab his ſedibus ſuis pulſi, Iſtro tranſmiſſo, ad Romani imperii terminos conſedere: & ad Imperatorem Oratores, qui ſe belli ſocios perpetuo Romanorum fore, iureiurando confirmarent, miſere. Petebãt autem illi, vt eis quo viſum eſſet loco, domicilia habere permitteretur. Legationis eius princeps fuit Vlphilas, eorum qui inter illos Chriſtiani erant, epiſcopus. Re ex ſententia eorum confecta, Thraciam colere iuſſi ſunt. Et aliquamdiu ſimul & inter ſe ipſos, & erga Romanos quieti pacatique fuere. Deinde vero per ſeditionem inter ſe diſſidẽtes, in duas diſceſſere factiones: quarum alterius Athanaricus (alii hunc Alarichum vocant) dux fuit: altera Fridigernis auſpicia ſequuta eſt. Et pugna inter ſe commiſſa acri, Fridigernes victus, auxiliares à Romanis copias per legationem petiit. Imperator ei auxilium ferre, quæ tum ibi erant, copias iuſſit. Quibus fretus Fridigernes, prælio rurſus cum aduerſariis contendit, eoſque victor profligauit. Vt autem is gratiam Valenti referret, & pignore aliquo, ſe illi modis omnibus ſincere fidum & amicum fore confirmaret, eandem cum Imperatore de Deo opinionem ſuſcipere, atque in eandem ſententiam, qui ſub eo eſſent, barbaros adducere ſtatuit. Id quod ſtatim, ſicuti volebat, confecit. Nam cum exercitu ſuo vniuerſo ad Arrianiſmum tranſit. Atque hanc opinor cauſſam fuiſſe, cur gens ea omnis Arrii fidem ſit ſequuta: eandem ab initio, quam Valens, opinionem

nem profeſſa. Non hanc vero ſolam: ſed Vlphilas quoque acceſſit, qui apud eos epiſcopatum gerebat. Nam is primum cum eccleſia catholica, in nullo ab ea diſſidens communicauit. Et quum in ſynodo Conſtantinopolitana ſub Conſtantio (nulla tum conuentione intercedente cum Eudoxio & Acacio) eſſet; nihilominus in communione cum epiſcopis Nicenam fidem propugnantibus permanſit. Poſtea vero Conſtantinopoli verſanti; quum Arriani de dogmate ſuo diſſererent, & legationem ſe ei ex ſententia apud Imperatorem confecturos eſſe, ſi idem cum ipſis ſentire in animum induceret, pollicerentur; vtilitate ea illectus: aut etiam fortaſſe, quod melius eſſe, ſi ita de Deo opinaretur, cenſeret, cum Arrianis communicauit, & gentem vniuerſam hoc modo ab Eccleſia vniuerſali abduxit.

Gotthi namque, quod ipſo authore atque duce, ad veriorem pietatem ſe contuliſſent, & illius beneficio, humaniore manſuetioreque viuendi inſtituto vterentur, facile admodum ei parebant, & quocunque ille duceret, ſequebantur: nihil mali eſſe; ex animo perſuaſum habentes; quicquid ille vel diceret, vel faceret: omnibuſque id adeo æmulari volentibus, in commodum prorſus atque vtilitatem ceſſurum eſſe arbitrantes. Quinetiam ingens ille perſæpe virtutis ſuæ ediderat ſpecimen; multis fortiter pro Chriſtiana doctrina prius toleratis periculis, quam gens ea, quæ tota ex Græca ſuperſtitione pendebat, ad Chriſtianiſmum eſt conuerſa. Primus etiam ipſis literas inuenit, & ſacras ſcripturas eis tranſlatas propoſuit. Atque equidem quam ob rem barbari plerique omnes Iſtrum accolentes, Arrii dogma ſequerentur, cauſſa & occaſio hæc fuit. Hucuſque Nicephorus.

GRÆCI.

GRæci licet in primitiua eccleſia famoſi ac celebres in fide fuerint, præclaraſque ciuitates & inſignes eccleſias atque doctores per multa tempora ſub eccleſiaſtica

obedientia poſſederint: duræ tamen ceruicis & ſupercilioſi atque arrogantes ſemper fuerunt: & vſque adeo ſanctæ Romanæ eccleſiæ infeſti & rebelles, vt nec illi, nec ſacrorũ ſuorum conciliorum determinationibus atque decretis obtemperare vnquam voluerint. Summum autem Pontificem Chriſti vicarium omneſque Latinos pro excommunicatis habent. Quorum vniuerſus error, teſte D. Hieronymo lib. 2. contra Iouinianum, ex Græco, Chaldæo, & Syro ſermone procedit.

1 Sicut autem negant beatitudinem conferri iuſtis ante diem iudicii, ita quoque negant pœnam infligi peccatoribus ante illum diem.

2 Damnant eos qui ſuffocata edunt, aut alias carnes in lege veteri prohibitas.

3 Dicunt ſimplicem fornicationem nõ eſſe peccatum, contra illud Chriſti: de corde exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, & his ſimilia, quæ coinquinant hominem.

4 Negant Spiritum ſanctum procedere à Patre & Filio: Adeo quidem, vt hæc fuerit vna ex præcipuis cauſſis, propter quas à Rom. & Catholica eccleſia deſciuerint.

5 Aſſerunt ſacramentum Euchariſtiæ confici non poſſe in azymo pane, ſed præciſe in fermentato. Itaque inter alia peruerſa dogmata, propter quæ ab Eccleſia Romana diſceſſere, hoc vnum tuentur: Romanam ac Catholicam eccleſiam ſugillantes, quod in pane azymo conficiat. Latinos omnes hac de cauſſa (vt D. Anſelmus in quadam epiſtola de azymo & fermentato teſtatur) Azymitas vocant, eos anathematizant, &, teſte Guidone Carmelita, non permittunt Latinos ſacerdotes in eorum altaribus ſacrum myſterium conficere. Quod ſi ipſis inſciis aut inuitis eos celebrare contigerit, lauant altaria, quod ea credant eſſe polluta ex falſo (vt aſſerunt) ſacrificio per ſacerdotem Latinum in azymo confecto.

6 Hi rurſus ſic vinum in calice apponunt, vt nullam penitus miſceant aquam, aſſerantque eam minime eſſe

miſcen-

miſcendam. Hac in re Aquariis hæreticis aduerſantes, qui in calicis conſecratione non eſſe apponendum vinum, ſed ſolam aquam affirmant.

7 Aſſerunt quoq; hoc pręſtantiſſimū ſacramentum, in die cœnæ Domini, feria videlicet quinta maioris hebdomadæ confectum, eſſe excellentioris virtutis & efficaciæ, quam alio quolibet die conſecratum: Adeo ſane, vt (quemadmodum Guido Carmelita ait) hac occaſione nulla alia die totius anni, quam die Cœnæ Domini, hoc ſacramentum conficiant, confectumque hoc die per totum annum conſeruent, vt inde infirmis miniſtretur.

8 Item eſſe neceſſario ſub vtraque ſpecie, panis ſcilicet & vini, communicandum: adeo quidem, vt qui ſub vna ſpecie tantum communicat, etiamſi laicus ſit, peccare dicatur: quod (vt aiunt) contra Chriſti præceptum agat, qui ſub vtraque ſpecie communicare præcepit.

9 Dicunt quoque eos, qui aliquibus peccatis fuerint obuoluti, etiamſi ad Dominicam menſam accedant, & à ſacerdote conſecratum panem accipiant, non recipere corpus Chriſti.

10 Dicunt licitum eſſe inimicum decipere: nec eſſe peccatum aliquod, ſi quis ſuo inimico damnum inferat, etiam ſi ad id agendum periuriis aut alio quouis mendacio iuuetur.

11 Primas nuptias admittunt, ſecundas tamē damnant.

12 Docent nuptiarum fœdus & vinculum poſſe pro coniugum arbitrio diſſolui.

13 Docent nullum eſſe Purgatorium locum, in quo animæ ab hac luce migrantes purgentur à ſordibus, quas in corpore contraxerant, antequam in æterna tabernacula recipi mereantur.

14 Aſſerunt non eſſe neceſſariam rei furto ſublatæ reſtitutionem, vt quis vitam poſſit aſſequi ętermā: Adeo quidē, vt eorū ſacerdotes, teſte Guidone Carmelita, pro furto, vſura, rapina manifeſta, nemini iniungant, vt quibus illa ſuſtulerint, ſatisfaciant aut reſtituant: ſed oleo ſim-

plici inungant raptorem, quem adſtringunt vt aliquam eius pecuniæ portionem illis diſtribuat, quo illi abſolutionē impartiantur: ſicque tandem ea pecunia à fure aut raptore recepta, ipſum raptorem abſoluunt.

15 Cumque tollant Purgatorium, dicunt etiam nihil prodeſſe defunctis orationes, ſacrificia, eleemoſynas, & huiuſmodi pia opera, quæ à viuis pro illis fiunt.

16 Dicunt etiam, extremæ vnctionis ſacramentum ægrotantibus non prodeſſe ad ſalutem corporis.

17 Dicunt denique, peccatum non eſſe, aliquid dare ad vſuram.

18 Sacramentum altaris paruulis ſuis mox poſt baptiſmum conferunt per ſimplices ſacerdotes, contra Dei & eccleſiæ determinationem.

GVIDO DE LACHA.

IN hiſtoria ordinis Fratrum Prædicatorum legitur, (vt habet Bernardus Lutzenburgus) in epiſcopatu Brixienſi virum quendam fuiſſe tanta ſanctitate & vitæ puritate præditum (vt pleriſque videbatur) vt alter Ioannes Baptiſta ab illis haberetur. Adeo quidem vt eius nominis fama & celebritate plerique omnes eius prouinciæ allecti, ad eum velut ad ſanctum Dei hominem gregatim cōfluerent, qui tamen hæretica prauitate infectus erat: ſed qua hæreſi, & quo tempore id acciderit, ſubticet Bernardus. Cum autem ille vita functus & honorifice ſepulturæ demandatus eſſet, poſt aliquod tempus, fidei inquiſitor per teſtes fideles examine diligenti peracto, reperit illum fuiſſe hæreticum: ideoque de conſilio epiſcopi & aliorum prudentium virorum ſancitum eſt, vt eius cadauer effoderetur, & oſſa igni cremarentur. Populo itaque circumſtante, eius oſſa in ignem coniecta ſunt, quæ mox dæmones ex eodem igne in aerem attollentes, ea ſuſpenſa ſuper ignem tenebant, non tamen illi videbantur. Ex quo effectum, vt populus exclamaret, Epiſcopum cum ſuis eſſe necandum, qui inuidia moti, ſanctum Dei virum exurere præſumpſiſſent, id Deo nolen-

nolente neque permittente. Qua re exterritum epiſcopum, ſui bono animo eſſe deprecati ſunt, in hæc verba prorumpẽtes: Domine epiſcope, ne vlla re frangaris quæſumus, quandoquidem hic pro fidei tuitione adſumus: ſed ad ſacrum peragendum te potius præpara, viſuri experientia ipſa, num Deus aliquod miraculum ſuper hac re exhibiturus ſit, ne fides in diſcrimen veniat ac periclitetur. Miſſa ea fuit de beata virgine: cumque corpus Dominicum ſurſum ab epiſcopo leuaretur, dæmones in aere exclamare auditi ſunt in hunc modum: O Guido & Lacha, te hucuſque, quantum potuimus, defendimus, ſed amplius non poſſumus, quia maior nobis adeſt: moxque in ignem oſſa ceciderunt & combuſta ſunt, & fides ab omnibus exaltata. Ex quo diaboli dolus facili negotio perpendi poteſt, qui hæreticum hominem vita functum defendit, quo plures animas decipiat.

GVILHERMVS CORNELIVS Antverpienſis.

GVilhermus Cornelius Brabantinus natione, in vrbe Antuerpienſi (vt Catalogus hæreticorum habet) in maxima ſimulatione & hypocriſi diutius cõuerſatus, præbendæ beneficiũ ſub paupertatis prætextu reliquit, quamuis eſſet totus luxuriæ deditus.

Hic autem adeo paupertatem extollebat, vt ea ſola omnia peccata, perinde atque rubiginem igne, conſumi, & ante Dei oculos nulla habere adſtrueret.

Ideoque meliorem eſſe publicam meretricem pauperem affirmabat, quouis caſto quantumlibet continenti, dũ tamen aliquid in ſui retineat ſubſidium & iuuamen. Quibus argumentis inferre volebat, omnem prorſus religioſum damnatum eſſe. Contra quam opinionem illud eſt, quod Dominus in Exodo ait: Pauperis non miſereberis in iudicio. Si pauperem Dominus damnari præcepit in iudi-

cio, hinc colligere licet, fieri poſſe vt quis pauper ſit & reus.

De hoc porro certiſſima relatione & experientia cognitum eſt, quod cum mortem obiiſſet, & cum honore in templo Diuæ virginis ſepultus fuiſſet, quidam die tertia eandem ædem ſacram introgreſſus, corporeis oculis ipſius Guilhermi mauſoleum apertum & vacuum intuitus eſt, manifeſtiſſima ſignificatione præſagiens, ipſius damnationis euentum. Nam quatuor poſt annis elapſis, reprobata nequiſſimæ hæreſis eius malitia, conuictaque per venerabilem patrem Nicolaum Cameracenſem epiſcopum, eius cadauer ceu ſtirps inutilis (quemadmodum Iſaias de Nabuchodonoſore loquitur) de ſepulchro proiectum, & in cineres redactum eſt.

GVILHELMVS *de ſancto amore.*

GVilhelmus de ſancto amore, mendicantium monachorum acerbiſſimus hoſtis, ſuas hæreſes inſtituit atque promulgauit ſub Alexandro Papa huius nominis IV. à quo & damnatus eſt per bullam quæ incipit, Romanus Pontifex, Cunradi IV. Germani Cæſaris temporibus, circa annum Domini 1250.

1 Hic monachos ex eleemoſyna in otio viuentes, non ſaluari dicebat: aſſerens eos omnes citra vllum diſcrimen ad laborem manuum aſtringi, vt ex illo ſibi victum compararent: nec poſſe illos alio pacto victum parare, quam per laborem manuum.

2 Dicebat quoque, hominem ſaluari non poſſe in ordine mendicantium.

3 Aſſerebat denique paupertatem habitualem eſſe licitam, non autem actualem, hoc eſt, licitam eſſe animi promptitudinem ad relinquendum omnia pro Chriſto cum vrget neceſſitas: hac tamen neceſſitate ſecluſa, illicitam

eam eſſe paupertatem, per quam quis renuntiat omnibus quæ poſſidet, quo liberius illi Deo ſeruire liceat.

LIBER OCTAVVS.

HAMSTEDII.

HAMSTEDII ab Adriano Hamſtedio (vt author eſt Lindanus Dubitantii ſui dialogo ſecundo) habent originem.

1 Hic in Selandia, & inde profugus in Anglia (quemadmodum ex actis publicis Londinenſium colligitur & videre licet) vnde & ſententia Edmundi Londinenſis Epiſcopi ab officio ſuſpenſus, & ad publice in eccleſia die Dominico reuocandum compulſus, ac poſt contumaciam excommunicatus, & in exilium deiectus, ſentit cuique liberum eſſe infantes ſine Baptiſmo ſeruare ad aliquot annos, nec vllius conſcientiam hac in re ad certum tempus adſtringi poſſe.

2 Item affirmabat, credere Chriſtum Dominum ex ſemine mulieris natum, ac humanæ carnis noſtrique generis participem factum eſſe, non fundamentum eſſe religionis Chriſtianæ, ſed ipſius fundamenti circumſtantiam quandam. Atque idcirco, qui Chriſtum ex mulieris ſemine eſſe negat, is non fundamentum negat, ſed vnam ex fundamenti circumſtantiis negat.

Habuit & alia ad Anabaptiſtas inclinantia.

HARMONIVS.

HArmonius filius fuit Bardeſanæ Syri, magni illius Ephraimi ambo diſcipuli: qui cum eſſent facundia maxime præſtantes, deinde lapſi ſana excidere fidei doctrinâ, Antonini Philoſophi Imp. & Pii huius nominis I. Romanorum ſummi Pontificis temporibus circa annum Domini 165.

De his ſic ſcribit Nicephorus hiſtoria eccleſiaſt. libro nono, capit. decimo ſexto, Diuini Ephraim, inquit, multi fuere diſcipuli, qui inſtitutionem & philoſophiam eius ſunt æmulati: in quibus celebriores extitere Abbas, Zenobius, Abraham, Maran, & Simeon, apud Syros ingenti gloria viri: & alii quibus cum præterea hunc vitæ modum illi communicauere. In locis vero eiſdem, facundia maxima præſtantes, Paulonas & Anarad extitere, qui poſtea lapſi ſunt à ſana fidei inſtitutione. Alii inſuper apud Oſroenos fuere, eodem præclari modo, Bardeſanes, & filius eius Harmonius. Et pater quidem nominis ſui hæreſim inſtituit: filius autem Græcis diſciplinis ſatis eruditus, patriis vocibus legitimis modis muſicisque numeris incluſis, ordine circulari, eas cani inſtituit, quos ex eo tempore hucuſque Syri pſallentes vſurpant: non illi quidem carminibus ipſis, ſicuti ſunt ab illo prodita, ſed ſonis tantum eorum vtentes. Nam ille ad paternam delapſus hæreſim, eandemque cum Græcis de animæ generatione & corporis interitu, necnon de futura regeneratione opinatus, lyricis modulis doctrinas eiuſmodi adſperſit. Quibus multi ex Syris propter verborum venuſtatem, & ſonorum numeros demulſi, paulatim opinionibus talibus recipiendis ſunt aſſuefacti.

Cæterum diuus Ephraim ea re cognita, quamuis Græcarum artium expers, Harmonii numeros moderatus eſt: atque

Digitized by Google

atque eiuſdem modulis, carminibus eccleſiaſticæ ſententiæ conſonis, adiectis, Syris ad hoc vſque tempus ea canenda dedit. Nam diuinos hymnos plurimos, quibus Deũ inprimis celebrabat, & laudes præterea virorum, qui instituto Deo placuere, cecinit, & ad Harmonii carminum leges compoſuit: à quibus, vt equidem puto, per æmulationis ardorem, poſteriores eccleſiæ cantores modulorum formulas mutuati magis etiam atque magis augere atque propagare eas ſunt aggreſſi.

HELCHESAITÆ.

HElcheſaitarum hæreſis irrepſit ſub Gordiano Imperatore & diuo Fabiano ſummo Pontifice, circa annum Domini 240.

Hi (teſte Euſebio Cæſareenſi lib. 6. cap. 38.) diui Pauli ſcripta, & alia quædam à Spiritu ſancto tradita negabant. Quorum hæreſim tandem deuicit Origenes. De his vide plura in litera E titulo de Elcheſæis, ſiue Elcheſaitis.

HELIOGNOSTICI.

HEliognoſtici, qui & (authore Philaſtrio) Deuictiatici dicuntur, apud Iudæos idololatræ erant, qui Perſarum & Maſſagetarum gentilium more, à quibus etiam hoc didicerant, Solem colebant ac venerabantur, propterea quod illum omnia quæ Dei ſunt, ſcire dicerent & arbitrarentur: per illum ſolum homines lumine circunfundi & illuſtrari: per illum homines ſpirare: corporiſque & animæ vires poſſidere: illum ſolum gignendarum rerum vim habere: illum denique omnia huic vitæ neceſſaria miniſtrare. Vnde & Solem Deorum maximum eſſe credebant, equoſque illi ſacrificabant.

HELVIDIANI.

HEluidiani ab Heluidio hæretico dicti ſunt, qui Mariam Chriſtum peperiſſe virginem quidem aſſerebat, at poſt cum marito congreſſam, protuliſſe fratres Domini,

contra illud Ezechielis vaticinium, cum ſub portæ templi inuolucro, de eius intemerata virginitateediſſereret in hæc verba: Et conuerti me ad viam portæ ſanctuarii exterioris, quæ reſpiciebat ad Orientem, & erat clauſa. Et dixit Dominus ad me: Porta hæc clauſa erit: non aperietur, & vir non tranſiet per eam: quoniā Dominus Deus Iſrael ingreſſus eſt per eam, eritque clauſa principi: &c. De quo vide in litera E titulo de Eluidio, & in Antidicomaritis.

HEMEROBAPTISTÆ.

HEmerobaptiſtæ apud Iudæos hæretici fuerunt, qui & ſe, & ſua veſtimenta quotidie abluebant, quemadmodum author eſt Crinitus, vnde & cognomen Hemerobaptiſtarum acceperunt. Sentiebant enim aliter non poſſe viuere hominem, niſi ſingulis diebus in aqua mergeretur, quo ita abluatur & ſanctificetur ab omni culpa. De quibus (teſte Nicephoro lib. 4. cap. 7. eccleſiaſticæ hiſtoriæ) ſcribit Egeſippus, aliiſque Iudæorum hæreſibus, dicens: Fuerunt autem variæ quoque in circunciſione inter filios Iſrael aduerſus tribum Iuda & Chriſtum ipſum ſententiæ & ſectæ: videlicet Eſſæorum, Galilæorum, Hemerobaptiſtarum, Maſbothæorum, Samaritanorum, Saducæorum, & Phariſæorum.

HENRICIANI.

HEnriciani ab Henrico quodam genere Franco, natione & patria Toloſano dicti ſunt, anno Dom. 1128. ſub Lothario ſecundo Cæſare Germano, & Honorio ſecundo ſummo Pontifice. Hic non eas ſolum quas Petrus de Bruis (à quo nuncupati ſunt Petrobruſiani hæretici) hæreſes inſtituerat, amplexatus eſt, ſed multiplices alias ſuperaddidit. Quo vero tempore hic vixerit, & qualis fuerit, ex quadam epiſtola diui Bernardi, quam ad Ildefonſum Comitem ſancti Ægidii ſcripſit, liquido conſtat, quæ eſt in ordine ſuarum epiſtolarum 148. in qua hæc dicit: Baſilicæ ſunt ſine plebibus, plebes ſine ſacerdotibus, & ſine

Digitized by Google

ſine Chriſto deinde Chriſtiani. Eccleſiæ, Synagogæ reputantur: ſanctuarium Dei, ſanctum eſſe negatur: ſacra non ſacramenta cenſentur: dies feſtiui feſtiuis fruſtrantur ſolenniis. Moriuntur homines in peccatis ſuis, non ſacra communione muniti: paruulis Chriſtianorum, Chriſti intercluditur vita, dum baptiſmi negatur gratia. Ad vocem vnius hæretici ſiluerunt omnes propheticæ & apoſtolicæ voces. Homo apoſtata eſt, qui relicto religionis habitu (nam monachus extitit) ad ſpurcitias carnis & ſeculi, tanquam canis ad ſuum vomitum, eſt reuerſus. Præ confuſione autem habitare inter cognatos & notos non ſuſtinens, vel potius non permiſſus ob magnitudinem criminis, ſuccinxit lumbos ſuos, & iter qua neſciebat arripuit, factus gyrouagus & profugus ſuper terram. Cumque mendicare cœpiſſet, poſuit in ſumptu Euangelium: nam literatus erat. Et venale diſtrahens verbum Dei, euangelizabat, vt manducaret. Si quid ſupra victum elicere poterat à ſimplicioribus populi, vel ab aliqua matronarum, id ludendo aleis, aut certe in vſus turpiores turpiter effundebat. Frequenter ſiquidem poſt diurnum populi plauſum, nocte ſubſequuta cum meretricibus inuentus eſt prædicator inſignis, & interdum etiam cum coniugatis. Hactenus Bernardus.

Hic cum Petro de Bruis eius commilitone & comparticipe aſſerebat, paruulis vſu rationis carẽtibus nihil prodeſſe Baptiſma: quod paruuli rationis expertes, fidem habere non poſſent, nec credere Dei verbo quod illis fuerit prædicatum. Hoc porro ſumme dicebant neceſſarium cuique baptiſma ſuſcipienti: adeo quidem, vt ſi quis ſine præuia fide baptiſma ſuſcepiſſet, nihil illud ei proficere impie adſtruerent.

HERACLEONITÆ.

HEracleonitæ ab Heracleone quodam ſecundi hæretici diſcipulo dicti ſunt: qui Valentini, Cerdonis & Marcionis, & idcirco Baſilidis corũ præducis hæreſim cõ-

plexus, emerſit Antonini Philoſophi Imperatoris & Pii huius nominis primi maximi Romanorum antiſtitis temporibus, circiter annum Domini 154.

Hic porro, teſte Philaſtrio libro de hæreſibus, principium eſſe vnum dicebat, quem Dominum appellabat: deinde de hoc natum aliud, deque his duobus generationem multorum principiorum fore aſſerebat, cum ſuis itidem delirans doctoribus. Alii Hierarchitæ dicuntur, quos imperite cum his confundit F. Bernardus de Luxemburgo in ſuo catalogo hæreticorum, quare de his infra ſuo loco dicetur.

HERMAS.

HErmas, vel, vt aliis placet, Hermias, vnus fuit ex ducibus Maſſalianorum hæreticorum, qui Valentis & Valentiniani Imperatorum, & Siricii Papæ temporibus in mundum irrepſerunt, circa annum Domini 388.

1 Hic dicebat nullam vim aut vtilitatem ex ſacro baptiſmate baptizatis accedere, ſed ſolam ſtudioſam orationem dæmonem in homine habitantem effugare.

2 Baptizabant Hermiani non in aqua, ſed in igne, inde occaſionem ſumentes, quod Ioannes Baptiſta apud Matthæum de Chriſto loquens dixiſſet: Ipſe vos baptizabit in Spiritu ſancto & igne.

3 Malum dicebant aliquando eſſe à Deo, aliquando à materia. Quem errorem apertiſſime damnat ipſe veritatis magiſter, dicens: Non poteſt arbor bona fructus malos facere. Aut ergo Deus bonus non eſt, aut mala producere non poteſt. At Deus bonus eſt: immo ille ſolus bonus eſt: quoniam ex ſe & à ſe bonus eſt: ergo ille mala facere non poteſt.

4 Docent præterea materiam elementorum, ex qua factus eſt mundus, non eſſe factam à Deo, ſed eſſe Deo coæternam.

HERMANVS RISSVICH.

HErmanus Riſſuich, quemadmodum refert Bernardus de Luxemburgo, Batauus fuit natione, quem

Hollan-

Hollandinum vulgari nomine nuncupamus. Hic cum in multos errores lapſus fuiſſet, indeque admonitus, & tandem pœnitentia motus, palinodiam ceciniſſet, à Magiſtratu miſericordiam conſecutus; ad perpetuos carceres damnatus eſt, anno Domini 1499. ſub Maximiliano Imperatore Germano & Alexādro VI. Papa. Verum cum poſtea carceres euaſiſſet; in priorem dementiam relapſus, multa etiam longe peiora, quam antea, effutiuit. Propter quæ iterum captus anno Domini milleſimo quingenteſimo duodecimo, per hæreticæ prauitatis inquiſitores damnatus, & curiæ ſeculari traditus, eiuſdem iudicio viuus exuſtus eſt.

1 Inter eos itaque errores, vnus eſt, quo aſſerit angelos, ſiue boni ſiue mali ſint, à Deo creatos non eſſe, quod nuſquam (vt ait) hoc ſcriptura aſſerat.

2 Dicebat etiam, animam per hominis mortem ſimul cum corpore interire: nullamque poſt hanc vitam, aliam fore particularem: vt mortuo Socrate, moritur anima eius, ſicut cum corpore incepit.

3 Dicebat itidem nullum eſſe infernum, & proinde noſtros irridebat, qui hunc exiſtimarent eſſe.

4 Item materiam ex qua elementa facta ſunt, non eſſe à Deo factam, ſed eidem eſſe coæternam: ideoque dicebat eam non incepiſſe per creationem, fabricatam à ſtulto Moſe, vt indiſtincta prodit Biblia.

5 Chriſtum item (ô horrendam & inauditam blaſphemiam) fuiſſe ſtultum aſſerebat, & ſimplicem phantaſticum, & ſeductorem ſimplicium hominum: quinimmo ipſum damnaſſe vniuerſum mundum, & neminem ſaluaſſe. Quot nanque homines (dicebat impius ille) propter ipſum, ſuumque fatuum Euangelium interfecti ſunt?

6 Rurſus omnia quæ Chriſtus geſſit, humano generi & rectæ rationi eſſe omnino contraria. Quapropter ipſum Chriſtum, filium Dei omnipotentis eſſe aperte negabat.

7 Moyſen à Deo, modo viſibili legem ſuſcepiſſe, eidemque facie ad faciem loquutum fuiſſe, inficiabatur.

8 Dicebat quoque, fidem noſtram fabuloſam eſſe; vt probat (aiebat) noſtra fatua ſcriptura, & ficta Biblia, & delirum Euangelium.

9 Item Euangelium noſtrum falſum eſſe, quod qui potuit creare mundum ſine incarnatione, eundem quoque ſaluare ſine incarnatione potuerit.

Omnes ergo iſtos articulos & conſimiles, imputus hi: ore proprio & ſana mente coram inquiſitore, notario & teſtibus, confeſſus eſt, cum horum verborum adiectione: Ego quidem Chriſtianus natus ſum, ſed iam à Chriſtianiſmo deſciui, quod omnes Chriſtianos amentiſſimos eſſe iudicem. Hæc ex fratre Bernardo Lutzenburgo.

HERMANNVS ITALVS.

Hermannus patria Italus, author fuit hæreſis Fratricellorum, quorum prius meminimus. Huius corpus apud Ferrariam, iam viginti annis ſepultum, & qui pro diuo quodam colebatur, exhumari fecit & in cineres redigi Bonifacius octauus ſummus Romanorum antiſtes circa annum Domini milleſimum ducenteſimum nonageſimum ſeptimum, ſub Adolfo Cæſare Germano, diligenti & accurata ſuper hac re habita prius inquiſitione. Nec tamen ob hoc hæreſis ea exterminari valuit, dicebantq; eiuſdem aſſectatores, nec Bonifacium, nec quenquam eius ſucceſſorem, iure & ordine creatum eſſe Pontificem. Vnde & clam conuenticulis initis, ſummis Pontificibus aduerſari cœperunt: quanquam magis luxuriæ & libidinis blandimenta ſequi viderentur, quam iuris Pontificii quatere fundamenta.

HERMOGENIANI.

Hermogeniani ab Hermogene quodam Afro, Sabellii aſſecla, dicti ſunt, qui alio nomine Patropaſſiani, & Praxeani à Praxea quodam appellantur: Qui omnes idem ſentientes & diuerſa ab eccleſia Catholica, ab eadem abiecti ſunt. Emerſerunt autem Galieni Cæſaris, & Stephani huius nominis primi temporibus, circa annum Domini 260.

Hi

Hi vnam Patris, & Filii, & Spiritus ſancti perſonam eſſe a ſtruebant, perſonas confundentes, & quaſi de tribus vnam facientes.

Filium Dei negabant fuiſſe Chriſtum, nec primogenitum omnis creaturæ: ſimul & Spiritus ſancti tollentes intellectum, quemadmodum Euſebius libro ſeptimo, capite quarto, & quinto, & Hilarius libro ſexto de Trinitate teſtantur. De his vide plura in Patropaſſianis, & Sabellianis.

HERODIANI.

HErodiani, authore Philaſtrio, ab Herode rege Iudæorum ſunt ita appellati. Hi reſurrectionem quidem confitebantur, legem & prophetas recipiebant: ſed Herodem Regem Iudæorum percuſſum ab angelo, vt Chriſtum ſperantes expectabant. Hæc Philaſtrius.

De his habetur apud Matthæum & in Actis Apoſtolicis.

HERON APOSTATA CVM ALIIS eiuſdem perfidia.

HEron Thebarum apud Ægyptios creatus Epiſcopus, caſu quodam ad Græcam ſuperſtitionem à Chriſtianiſmo defecit, tempore Iuliani Imperatoris itidem apoſtatæ, & Liberii Papæ, circiter annum Domini trecenteſimũ ſexageſimumquintum.

De hoc Herone, & aliquot aliis, vtpote Iuliano ipſius deſertoris Imperatoris auunculo, & Felice imperialiũ theſaurorum curatore, & Elpidio imperatoriæ domus præfecto, quem lingua Latina rerum priuatarum Comitem vocat, qui cum gratioſi maxime apud Imperatorem eſſent, vt ei amplius adhuc gratificarentur, veram pietatem abiurauerant, ſcribit Nicephorus eccleſiaſticæ hiſtoriæ libro decimo, capite vigeſimo nono.

HIERARCHITÆ.

HIerarchitæ ab Hierarcha hæretico appellantur, qui Taciti Imperatoris, & Eutychiani ſummi Romanorũ

Pontificis temporibus floruit; circa annum Domini ducenteſimum ſeptuageſimum nonum.

1 Hi (teſte diuo Auguſtino libro de hæreſibus; capite quadrageſimoſeptimo) carnis reſurrectionem eſſe futuram negabant.

2 Dicebant etiam extremæ Vnctionis ſacramentum à Deo inſtitutum non eſſe.

3 Item ad regnum cælorum non pertinere paruulos; quod eis non ſint vlla certaminis merita, quo vitia ſuperét.

4 Lucernam inſuper (vt author eſt Hilarius, libro ſexto de Trinitate) de lucerna, & lampadem de lampade in duas diſtinguentes, errabant in diuinis circa filii Dei natiuitatem.

5 Monachos item & monachas, & qui coniugio addicti non eſſent, in ſuam communionem non recipiebant.

HILARIVS.

Hilarius Arrianus fuit ſecta, vixitque diui Auguſtini Hipponenſis Epiſcopi temporibus, ſub Theodoſii & Archadii Imperio, & Siricii Pontificatu, circa annum Domini quadringenteſimum.

Hic, vt idem Auguſtinus libro ſecundo Retractationum, capite vndecimo refert, cantibus ſacris eccleſiæ detrahebat, illoſque irridebat, & ea potiſſimum quæ inter Miſſarum ſolennia, ante & poſt oblationẽ corporis Chriſti concinuntur, quod in illis Chriſti, quem maxime deprimere cupiebat, vt Arrii dogmatis vehementiſſimus aſſertor, laudes & encomia celebrari audiret. Vnde diuus Ambroſius in quadam oratione, quæ epiſtolarum ſuarum libro quinto inſeritur, contra Auxentium hæreticum de baſilicis tradendis, in Arrianos inuehens, ſic ait: Itaque & hodie cum laudatur Chriſtus, Arrianorum amentia verberatur. Geraſeni præſentiam Chriſti ferre non poterant: iſti peiores Geraſenis, nec laudationem Chriſti ſuſtinere poſſunt. Vident pueros Chriſti gloriam concinentes, quia ſcriptum eſt: Ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem: irrident iſtam ætatulam

fidei

ſidei plenam, cum dicunt, Ecce quid clamant? Sed reſpondet eis Chriſtus: Si hi tacuerint, lapides clamabunt, hoc eſt, fortiores clamabunt, clamabunt & iuuenes, clamabunt & maturiores, clamabunt & ſenes. Hæc Ambroſius. Ex cuius verbis liquidò patet, Arrianos laudibus Chriſti in Eccleſia decantatis detrahere ſolitos fuiſſe: non ſanè (vt credere dignum eſt) quod laudes cantarentur, ſed quod eiſdem laudaretur Chriſtus, & vt verus Deus extolleretur, quem putam ſolum ac meram creaturam credebant eſſe.

HONORICHVS VANDALO-rum Rex.

HOnorichus quartus Vandalorum Rex, quem alii Honorium appellant, Zenonis Principis temporibus in Libya occidentali regnauit, Arrianorum perfidia mirandum in modum deprauatus, circa annum Domini quadringenteſimum ſeptuageſimum ſextum ſub Simplicii ſummi ſacerdotis Romanorum Pontificatu.

Hic, authore Diacono hiſtorico, quum maximè Arriana hæreſi infectus eſſet, ideoque Catholicorum perſequutor acerrimus, trecentos triginta quatuor Epiſcopos orthodoxos Aphricæ in exilium ablegauit, hæreticorum ſuaſu & inductione. Hi enim quondam Principibus perſuadere conſueuerant, vt Catholicæ Eccleſiæ defenſores in exilium pellerentur, quô deſolatam Chriſti plebeculam, & ſuo paſtore orbatam, facilius ſeducerent. Sed huius Honorichi & Vandalorum hiſtoriam per Nicephorum Calliſtum ad viuum deſcriptam legite libro decimo ſeptimo, capite vndecimo.

HYMENÆVS.

HYmenæus Apoſtolorum temporibus circa fidem naufragium fecit, ætate Domitii Neronis & Petri Apoſtoli, circa annum Domini 56. factuſq; Apoſtata & hæreticus, multos à veritate ſectanda auertit: iamiam reſurrectionem factam eſſe aſſerens, nec amplius futuram. De quo D. Paulus ad Timotheum.

Tertullianus lib. de reſurrectione carnis, refert quoſdam adhuc ſuo vixiſſe ſeculo, qui aſſererent, reſurrectionem eſſe factam. Nam reſurrectionem mortuorum, quam dicimus futuram, diſtorquebant in imaginariam ſignificationem: nullamque aliam futuram prædicabant, quàm eam quæ iam fit, factaque eſt, nimirum cum quis Dei ignorantiam habet, mortuus eſt Deo, & in errore ſepelitur, à quo redanimatus & reuiuificatur, Deo reſurgit, diſcuſſa morte & ſepulchri foſſa. Ex quo videre licet, quàm perniciosum & cancetis naturam ſapiat, ſeu quàm contagioſum ſit, profanas cõcertationes inquirere, relicta pura & ſimplici veritate. Meritò ergò ab Apoſtolis arguuntur hæretici, qui relictis his quæ ab eis audierunt, noua inducebant, & inde fraternæ charitatis fœdera diſſipabant.

Sunt autem, qui hodie huius Hymenæi & Phileti hæreſim approbant, de quibus ſic ait Lindanus Dubitantii ſui dialogo ſecundo: Hymenęus, inquit, & Philetus aſſerebant carnis reſurrectionem iam eſſe factam, aliamque non eſſe corporum expectandam. Sic ſanè quondam Antwerpiæ ſtolidus ille Loiſtarum Paterculus. Idem Libertini in Galliis docent, teſte Caluino in actis Serueti.

LIBER NONVS.

IACOBITÆ.

IAcobitæ, ſiue Iacobini à quodam Iacobo, genere Syro, nuncupantur, qui tempore Mauritii Imperatoris, & Pelagii huius nominis ſecundi Romanorum Pontificis emerſerunt, circa annum Domini 584.

1. Hi ſe primum à Diuo Matthæo Apoſtolo ad fidem Chriſti conuerſos eſſe iactant: ſed tandem inimico ſuper ſeminante

Digitized by Google

minante zizania in medio tritici, in hæreſim prolapſi ſunt. Dicebant namque, non eſſe neceſſarium ſacerdoti confiteri peccata ſua, ſed Deo ſoli.

2. Paruulos ſuos (vt ait Bernardus à Luxemburgo in Catalogo hæreticorum) circuncidebant aduſtione quadam in fronte vel in genis impreſſa, hinc putantes originale peccatum expiari, huic Chriſti dicto innixi, quod apud Matthæum habetur in hunc modum: Ipſe vos baptizabit in Spiritu ſancto & igne: hoc ſolum ad literam exponentes.

3. Vnam tantum in Chriſto naturam profitentur.

4. Paruulos adhuc ad vbera pendentes, ſub vtraque ſpecie communicant, inſtar Græcorum.

5. Non credunt ſanctam Trinitatem, ſed vnitatem ſolum: in cuius rei ſignificationem, crucis ſignaculo vno digito ſe ſignant & muniunt.

6. Horum Preſbyteri, Diaconi. & Subdiaconi omnes ſimul altari adſtant, ſimulq; communionem recipiunt: ea occaſione, quod tres Reges ſimul ad præſepium Domini, eidem munera obtulerint.

JACOBVS JVSTVS.

JAcobus Juſtus inter Begardos, qui Germaniam inferiorem incoluiſſe dicti ſunt, Primicerius & Anteſignanus fuit, tempore Ludouici Cæſaris Germani, & Ioannis huius nominis vigeſimi ſecundi Papæ, circa annum Domini 1314.

Hic cum aſſeclis & collegis dicebat, præ Begardorum hæreſibus omnes condemnatos, ſiue religioſi, ſiue laici eſſent illi, tam per ſummum Pont. in curia Romana, quàm alibi per fidei inquiſitores, beatos fore, & eſſe martyres Chriſti. Sed eorum hæreſes fuerunt tandem Valentiæ damnatæ per fratrem Nicolaum Roſellium Prædicatorii Ordinis inquiſitorem, qui poſtea Cardinalitiam dignitatẽ pro meritis aſſecutus eſt, & per Epiſcopum Hugonem Souelletonem. Horum hæreticorũ tres iam vita defuncti, excommunicati per eoſdem fuére, & vt impœnitentes damnati,

Guilhermus videlicet, Gilibertus, & Bartholomæus Fauſtus, & quidam alius, cuius nomen ignoratur. Iacobus verò Iuſtus, ſeptis murorum incluſus fuit, vbi & miſeram vitam finiuit. Hæc ex Bernardo à Luxemburgo.

IBAS EDISSENVS Epiſcopus.

IBas Ediſſenus Epiſcopus fuit & hæreticus tempore Zenonis Imperatoris & Simplicii Romani Pontificis, circa annum Domini 476.

Hic in quinta Synodo Conſtantinopolitana ſub eodem Iuſtiniano coacta, cui affuerunt patres 165. cum Theodoro & Anthemio eiuſdem factionis hominibus, hæreſis damnatus eſt, quod epiſtola quadam ad Marim Perſam ab eo ſcripta denegaret Domini verbum de ſancta genitrice ſemperque Virgini Maria incarnatum hominem factum. Dicebant nempe impii iſti, Mariam Virginem hominem tantum, non Deum, peperiſſe, ideoque illam non Theotocon, ſed Chriſtotocon, appellandam, purum hominem ex ea natum eſſe, quem templum appellabant, ſolummodò adſtruentes, tanquam alio Deo verbo, & alio homine exiſtente.

Sanctum quoque Cyrillum Hieroſolymorum Epiſcopum illis refragantem, velut hæreticum reprehendebant, culpabantq; Epheſinam ſanctam primam ſynodum, quod tanquam ſine præiudicio & indicta cauſa Neſtorium gradu mouiſſet, & anathemati ſubieciſſet.

ICONOCLASTÆ, SEV Iconomachi.

ICONOCLASTÆ, ſiue Iconomachi, Imaginum demolitores, vel ruptores appellantur. Hæc porrò hæreſis primum cæpta eſt circa annum Domini 719. tempore Gregorii ſecundi huius nominis Maximi Romanorum Pontificis, & Leonis tertii Imperatoris, qui & Iconomachus appellatus eſt, hoc eſt, imaginum Impugnator, proptèrea quod imagines

&

Digitized by Google

& ſtatuas Sanctorum è templis auferri & incendi mandâ-rit. Aduerſus quam hęreſim ſeptima Synodus Nicena à trecentis & quinquaginta Epiſcopis celebrata fuit: de qua prolixè ſcripſit Photius.

Fuerat autem iam antea damnata hæreſis hæc Iconomachorum à Gregorio tertiò, qui Leonem etiam Imperatorem, per quem euerſæ fuerant imagines & eiectæ, ſicuti ſuprà diximus, percuſſit anathemate. Quod idem ſtatuit contra filium eius Conſtantinum, qui ſui patris impietatem fuerat imitatus, Stephanus Papa tertius. Leo enim Imperator inuito Pontifice Romano, (vt author eſt Carion lib. 3. Chronicorum) Concilium Bizantii 1319. Epiſcoporum celebrauerat, vbi ſtatutum fuit, è templis imagines tollendas & comburendas eſſe. Quod videns Gregorius tertius ſummus Pontifex, Romæ aliam Synodum celebrat, præſentibus Italiæ prælatis, in qua ſtatuitur, maiore, quàm vnquam antea, cultu imagines Sanctorum obſeruandas eſſe: & Pontifex Imperatori Leoni id facere recuſanti, ſacris interdixit. Quæ res vna fuit ex præcipuis cauſis, propter quas à Græcis Imperatoribus defecerunt Latini. Nam ſummus Pontifex (teſte Platina & Sabellico) Leone Imperatore neglecto, Carolum Martellum Franciæ magnum Principem contra Longobardos, qui iam pacem cum Romanis, reiecto Imperatore, ſancierant, in Italiam vocat, à quo ea contra eiuſdem Imperatoris inſultus ſeruata eſt, & parêre ſummo Antiſtiti Eccleſiæ coacta.

IGNOITÆ.

IGnoitæ (authore Iſidoro lib. 8. Etymologiarum, cap. 5.) ab ignorantia dicti ſunt, propterea quod ignorantiam & inſcitiam Deo impingant. Dicunt enim Filium Dei diem vltimum ignorare, verbo Chriſti moti, quod apud Matthæum dicit in hunc modum: De die illa & hora nemo ſcit, neque Angeli cœlorum, niſi ſolus Pater. Et apud Marcum expreſsè nominatur filius, vbi ſic dicitur: De die autem illo

vel hora nemo ſcit, neque Angeli in cœlo, neque filius, niſi pater. Quod perinde eſt ac ſi diceret, Alphonſo de Caſtro interprete aduerſus hæreſes lib. 5. Nulla ſolicitatio vos angat de diei illius notitia, quoniam illam nullus habet: neque à meipſo petatis, quoniam nec ego etiam ſcio. Non quod ipſe ſimpliciter & abſolutè neſciret, ſed quia tametſi ſciret, non tamen vt illis reuelare deberet: quemadmodum ſi quid tibi ita ſecretò commiſſum eſt, vt nulli alteri reueles, & poſtea quiſpiam eadem de re à te ſciſcitetur: reſpondebis, & meritò, te id neſcire: quoniam etſi ſcias, non tamen ſic ſcis, vt reuelare debeas & poſſis. Sacra porro ſcriptura cum pro hominibus erudiendis facta ſit, eodem more loquendi vtitur, quo homines loqui ſolent. Quapropter (vt ait beatus Auguſtinus in libris de doctrina Chriſtiana) eiſdem tropis, figuris & metaphoris vtitur, quibus noſtra communi loquendi formula vtimur. Filius ergo Dei fatetur ſe neſcire diem illum, quia etſi ſciat, non ſic tamen vt reuelare debeat. Quod manifeſtè oſtendit illa ſententia: Non eſt veſtrum, noſſe tempora vel momenta quæ pater poſuit in ſua poteſtate. Noluit autem illis apertè dicere, ſcio, ſed nolo vobis reuelare, ne illos hoc reſponſo triſtes & mœſtos redderet, aut minus erga ſe ipſum affectos hac occaſione efficeret. De qua re longius diſputat D. Hilarius ſub finem libri noni de Trinitate.

Quis autem fuerit huius hæreſis primus inuentor, aut quo tempore cœperit, non prodit Iſidorus, neque apud alium quempiam inuenire adhuc potui.

INDIANI.

INdiani, qui & Abaſini dicuntur, ad ditionem Preſbyteri Ioannis, quem vulgo dicunt, ſpectant: Chriſtianos quidem ſeſe profitentes, & per beatum Thomam Apoſtolum ad Chriſti fidem conuerſos, ſed qui ab erroribus prauis nō ſint alieni. Hi nempe circuncisionem recipiunt, & adurunt paruulos ſuos in frontibus calamo ferreo in modum crucis. In fermento conficiunt: Sub vtraque ſpecie communicant.

nicant. De quibus vide etiam in Coptis, Iſinis, & Mandepolis.

INSABBATATI.

INſabbatati ſunt ex factione Waldenſium, ſic appellati, quod qui inter eos perfectiores ſunt, ſignum quoddam in ſuperiore parte ſui ſotularis, quem ſabbatem appellant, deferre ſolerent.

Emerſerunt autem Friderici I. Imperatoris Germani, & Alexandri III. ſummi Romanorum Pontificis temporibus, circa annum Domini 1160.

1. Hi iuramentum quodlibet quocunque caſu reſpuunt.

2. Nullam orationem, præter eam quam Dominicam appellamus, admittunt.

3. Omne humanum iudicium ſubterfugiunt.

4. Carnes omni die, ſine vllo diſcrimine aut delectu comedunt; omni libidini prorſus dediti.

5. Quando menſæ accumbunt, ſic eam conſecrare ſolent: Qui benedixit quinque hordeaceos panes, & duos piſces in deſerto diſcipulis ſuis, benedicat hãc menſam nobis. Quando verò ab eadem menſa ſurgunt, illud Apocalypſeos dicere conſueuerunt, Benedictio, & claritas, ſapientia, & gratiarum actio, & virtus, & fortitudo ſit Deo noſtro, in ſecula ſeculorum, Amen.

IOACHIMVS ABBAS.

IOachimus, Florenti Cœnobii, quod eſt in Calabria, Abbas, indeque oriundus, & Monachus Ordinis Sancti Benedicti, floruit ſub Henrico ſexto huius nominis Imperatore Germano, & Cœleſtino tertio ſummo Romanorum Pontifice, circa annum Domini 1195.

Hic (Guidone Carmelita teſte) multa ſcripſit, in quibus quàm leui eſſet ingenio, plus ſatis oſtendit, quoniam in

omnibus ferè libris ſuis, quo ſe futurorum præſcium commonſtraret, conſueuit miſcere prognoſtica, quod maximæ leuitatis & gloriam affectantis indicium eſt, potiſſimumq́; cum aliter ſe in poſterum rei euentus habuerat, quàm ipſe prædixit. Nam, vt reliqua taceam, Fridericum Imperatorem, hoſtem Eccleſiæ futurum, cum vigilando ſomnians prædixiſſet, omnes tamen hiſtoriæ illum ad mortem vſque in pace & tranquillitate Eccleſiæ permanſiſſe tradunt.

Hic ergò Ioachimus inter cæteras fabulas, quas populo Chriſtiano ingerere ſolebat, vna eſt, qua tres hominis ſtatus eſſe dicebat. Primum quidem, in quo homines ſecundum carnis ſtatum vixerunt, quem ab Adamo ad Chriſtum vſque deducit. Secundum verò, in quo mediam inter carnem & ſpiritum vitam homines duxerunt: & hunc à Chriſto vſque ad diuum Benedictum protendit. Tertium dicebat eum, in quo viuitur & viuetur ſecundum ſpiritum: qué diducit à Diuo Benedicto, ſub cuius diſciplina militabat, ad finem mundi vſque. His autem tribus ſtatibus, tres ordines hominum adaptat, coniugatorum, clericorum, & monachorum. Coniugatorum ordinem dicit initium ſumpſiſſe ab Adam, & fructificâſſe ab Abraham. Ordinem autem ſacerdotalem ab Ozia, qui de tribu Iuda incenſum Deo obtuliſſe traditur, incepiſſe: fructificaſſe verò à Chriſto, qui Rex eſt & ſacerdos. Ordinem denique Monachorum à Diuo Benedicto viro ſanctiſſimo inchoatum eſſe, ſed fructificâſſe cœpiſſe ipſius Ioachimi Abbatis, vt de ſeipſo teſtificatur, temporibus. Primo ergò ſtatu lex carnalis data eſt, vt ille aſſerit: Secundo lex ſpiritualis, vtputa Euangelium, quod tamen per Apoſtolos non iuxta ſpiritualem intelligentiam, ſed tantum ſecundum literam prædicatum fuit. Sed in tertio, quem ponit, ſtatu idem Euangelium fore prædicandum dicit iuxta ſpiritualem eius intelligentiam, & hoc per Monachos illos Diui Benedicti. Hæc ex Alphonſo à Caſtro lib. 3. aduerſus hæreſes. Cuius erroris confutationem lege ibidem.

Aſſerebat itidem, authore Bernardo à Luxemburgo, eſſen-

Digitized by Google

eſſentiam generare eſſentiam, quemadmodum Deus generat ac producit Deum. De quo habetur Extra de Summa Trinitate.

IOANNES DE LEIDEN, ANABAptiſtarum Rex.

IOannes de Leiden, primò ſartor fuit profeſſione, deinde plurium hæreticorum prodeuntium factione, Anabaptiſtarum Rex conſtituitur circa annum Domini 1534. ſub Imperio Caroli quinti Cæſaris Germani, atque Pontificatu Pauli huius nominis tertii Romanorum Pontificis.

De hoc atque adeò Anabaptiſtarum Secta ſic habet appendix ad Carionis Chronica: Eodem anno, hoc eſt 1534. in principio Ianuarii horrenda illa Anabaptiſtarum Secta vireſcere & creſcere cœpit in Weſtphalia: qui adiuti à quibuſdam factionis ſuæ hominibus per ſeditionem & vim Monaſterium Weſtphaliæ vrbem occupârunt: quam quaſi Capitolium quoddam, aut arcem Sion parauerunt, & nouam Hieruſalem vocauerunt. Ibi omnibus ciuibus, qui huic Sectę aduerſabantur, eiectis, & peculiari regno contra ciuilem & ordinariam poteſtatem conſtituto, (ſic enim facilius ſe errores ſuos gladio & vi latè ſpargere & propagare poſſe ſperabant) Regem ex ſeipſis creauerunt ſartorem quendam, qui pro libidine ſua complures vxores duxit, quarum aliquæ poſtea illius mandato ſunt decollatæ. Habuit hic Rex ſuos Conſiliarios & Prophetas, qui abſurda & inuſitata multa quæ proponebant, ſibi per ſomnum diuinitus reuelata eſſe dicebant. Atque miſeri illi homines adeò agreſtem & beluinam vitam duxêre, tantamque turpitudinem exercuêre, vt me verbis pudeat exprimere: vnde & omnes facilè colligere poſſunt, ſatanam per eos locutum & tumultuatum eſſe. Humanum enim eſſe non poteſt, cum omnes humanas ordinationes, virtutem, honeſtatem, & diſciplinam ſuſtulerint, & prorſus aboleuerint: ſed eſt horrendum diuinæ iræ exemplum ſuper eos qui veritatem,

& veram Dei agnitionem contemnunt, quomodo à Deo deſerti, in varios errores incidant, & ad flagitia ingentia à Satana propellantur.

Porrò cum iam magna multitudo hominum in vrbe congregata eſſet, Lantgrauius Heſſiæ ſeditioſos illos & Epiſcopum Monaſterienſem amicè inter ſe placare & reconciliare ſtuduit. Verum cum hoc fruſtrà tentatum eſſet, neque vlla admonitio locum haberet, Epiſcopus ſeuerius quàm antea, & vi contra eos agere coactus eſt. Multorum igitur Principum auxiliis adiutus, nempe Archiepiſcoporũ Colonienſis & Treuirenſis, & Ducis Geldrenſis, item Lantgrauii Heſſiæ, vrbem cinxit obſidione. Vbi illi ſummis, vt poterant, viribus ſe defendentes, obſidionem vſque in annum proximè ſequentem pertulerunt: etſi interim magna fame vexarentur, ita vt & ſenes decrepitos & imbelle vulgus eiecerint è ciuitate, ne aliis commeatus deeſſet. Qui egreſſi, herbas, & gramina, vt bruta, depaſcebant: quapropter milites miſericordia moti, eos ad deditionem vrbis amicè hortati ſunt. Sed obſtinati ſpiritu & prophetiis quibus agitabantur, vrbem dedere noluerunt, donec tandem ipſo die Ioannis Baptiſtæ, anno 1535. non ſine proditionibus, portæ vrbis apertæ ſunt. Vbi omnes hoſti reſiſtentes, interfecti ſunt, & rex ipſe & eius Conſiliarii Krechting & Knipperdolling capti, & proximè ſequenti anno 1536. ignitis forcipibus lacerati, & è turri in caueis ferreis, aliis in exemplum & terrorem, ſuſpenſi ſunt.

IOANNES WICLEFFVS.

IOannes Wicleffus, Anglus fuit natione, profeſſione ſacerdos, & artium Magiſter, ingenio quidem valdè acri, & eloquentia non mediocri: multaque ſcripſit volumina, quibus Eccleſiam Catholicam non modicum inſectatus eſt. Nam in illis varia & impietate plena dogmata ſparſit, de iure tum diuino tum humano, de Eccleſia, de Monachis, de Cæremoniis, de Decimis, de Obedientia, & aliis multis quæ infrà ordine dicentur. Floruit autem tempore Caroli quarti

quarti Germani Cæſaris, & Clementis VI. ſummi Romanorum Antiſtitis, circiter annum Dom. 1352. Contra hunc & ſuos aſſeclas Thomas Valdenſis ſcripſit anno 1410.

De hoc Ioannes Nider in form. lib. 3. ſcribit in hunc modum: In Anglia, inquit, infra ſexaginta annos viuebat quidam Sacerdos ſęcularis, artium Profeſſor, acer ingenio & eloquentia lepidus, ſed errore, ſcriptis, & vita nedum hæreticus, ſed & hæreſiarcha, Ioannes Wicleff dictus: qui ſuis libellis in Anglica & Latina doctrina noua editis, rempublicam ſubuertere molitus eſt, & cuius articuli valdè occulti ſunt. Hieronymus de Praga in Anglia ſtudens, huius venenum auidè hauſit, & poſtea Pragæ copioſè effudit. Hæc ille. Tandem verò Deo miſerante apud Conſtantiam generale Concilium coactum eſt, pro totius Eccleſiæ per huius hæretici impiam doctrinam iamiam diſſipatæ reunione atque reformatione: in quo inter reliqua ibidem acta, quadraginta quinq; articuli ex eius libris excerpti, condemnati fuêre. At verò quoniã tunc temporis idem Wicleffus iam vita functus erat, habita prius diligẽti & accurata examinatione ſuper eius finali impœnitentia ac peruicacia, Concilium cenſuit eundẽ Ioannem fuiſſe hæreticũ, ideoq; eius oſſa iuſſit (ſi quoquo modo ab aliis fidelium corporibus poſſent diſcerni) effodi & exhumari, atque extra Eccleſiam proiici. Hæc porrò omnia in octaua eiuſdem Concilii Seſſione acta fuêre. Eiuſmodi autem articuli ſunt hi:

1. Subſtantia panis & vini materialis poſt conſecrationem remanent in Sacramento Euchariſtiæ.

2. Accidentia panis & vini non manent ſine ſubiecto in eodem Sacramento.

3. Chriſtus non eſt in eodem Sacramento identicè & realiter in propria præſentia corporali.

4. Si Epiſcopus vel Sacerdos exiſtat in peccato mortali, non ordinat, non conſecrat, non conficit, nõ baptizat.

5. In Euangelio fundatum non eſt, Chriſtum Miſſam inſtituiſſe vel ordinâſſe.

6. Deus debet obedire Diabolo.

7. Si homo debitè contritus fuerit, confeſſio exterior eſt ſibi ſuperflua & inutilis.

8. Si Papa malus eſt, & per conſequens membrum diaboli factus, ſuper fideles poteſtatem non habet ab aliquo ſibi datam, niſi fortè à Cæſare.

9. Poſt Vrbanum ſextum non eſt aliquis recipiendus in ſummum Pontificem, ſed more Græcorum viuendum eſt moribus propriis, ſine vlla coactione ſuperioris imperantis.

10. Contra ſcripturam ſacram eſt, quod viri Eccleſiaſtici habeant poſſeſſiones.

11. Nullus prælatus debet aliquem excommunicare, niſi prius illum ſciat excommunicatum à Deo: & qui aliter excommunicat, ex hoc efficitur hæreticus & excommunicatus.

12. Prælatus excommunicans clericum, qui ad Regem vel Regis Concilium prouocauit, ipſe proditor eſt Regis & regni.

13. Qui propter excommunicationem hominum concionari deſinunt, vel audire Dei verbum, ſunt reipſa excommunicati, & in die iudicii proditores Chriſti habebuntur.

14. Licet cuiuis Diacono vel Preſbytero prædicare verbum Dei abſq; ſedis Apoſtolicæ ſiue Epiſcopi Catholici permiſſu & authoritate.

15. Domini temporales ad arbitrium ſuum poſſunt bona temporalia ab Eccleſia auferre, iis qui ea poſſident, habitualiter, id eſt, non ſolum aſtu, ſed habitu, delinquentibus.

16. Populares & ſubditi poſſunt pro arbitrio ſuo dominos delinquentes corrigere,

17. Decimæ ſunt puræ eleemoſynæ, quas etiam parochiani poſſunt, propter ſuorum prælatorum peccata, ad libitum ſuum illis auferre.

18. Speciales orationes vni perſonæ per prælatos vel religio-

Digitized by Google

religioſos applicatæ, non plus illi proſunt, quàm generales, cæteris paribus.

19. Ille qui Fratribus religioſis eleemoſynam confert, eo facto excommunicatus eſt.

20. Si quis religionem priuatam, qualiſcunque ſit, ſeu poſſeſſiones habentium, ſeu mendicantium ingreditur, hoc facto ad Dei mandatorum obſeruationem redditur ineptior & inhabilior.

21. Sancti qui religiones priuatas inſtituerunt, ſic eas inſtituendo peccauerunt.

22. Religioſi in religionibus priuatis degentes, à religione Chriſtiana excluduntur.

23. Fratres religioſi manuum labore ſibi victum comparare tenentur, & non per mendicationem.

24. Qui fratribus religioſis in temporalibus ſubueniunt, omnes ſunt Simoniaci tum etiam religioſi ipſi, qui ſe pro illis orare vouent & adſtringunt.

25. Oratio præciſè nulli valet aut prodeſt.

26. Omnia abſoluta neceſſitate eueniunt.

27. Confirmatio, ieiunium, clericorum ordinatio, locorum conſecratio reſeruantur Papæ & Epiſcopis, ob lucri temporalis & honoris ambitionem.

28. Vniuerſitates, ſtudia, collegia, graduationes, & magiſteria, ab eiſdem Papa & Epiſcopis ſunt vana gentilitate introducta, & non plus Eccleſiæ proſunt, quàm Diabolus.

29. Excommunicatio Papæ vel cuiuſcunque Prælati, non eſt metuenda, quod cenſura ſit Antichriſti.

30. Clauſtra fundantes, & ea ingredientes, peccant, & ſunt viri Diaboli.

31. Clerum ditare, eſt contra regulam Chriſti.

32. Syluester Papa & Conſtantinus Imperator, errârunt Eccleſiam dotando.

33. Quotquot ſunt ex mendicantium ordine, ſunt hæretici, & qui eis eleemoſynas erogant, ſunt excommunicati.

34. Religionem aut aliquem ordinem ingredientes, inhabiles ſunt ad diuinorum præceptorum obſeruationem, & ex conſequenti ad regni æterni conſequutionem, niſi ab eo ſtatu reſilierint, aut prorſus defecerint, vel exciderint.

35. Papa cum omnibus ſui ordinis poſſeſſiones habentibus, ſunt hæretici, eò quod contra ius diuinum poſſeſſiones habeant, & non ſolum ii, ſed omnes qui illis conſentiunt, Domini videlicet ſeculares & laici.

36. Eccleſia Romana eſt Synagoga Satanæ, nec eſt Papa immediatus Vicarius Chriſti & Apoſtolorum.

37. Epiſtolæ decretales ſunt Apocryphæ, abducuntq́; à Chriſti fide quamplurimos, ex quo ſtulti habentur clerici, qui eis operam dant.

38. Imperator Conſtantinus cæteriſque temporales Domini, vt Eccleſiam bonis temporalibus dotarent, à diabolo ſeducti fuerunt.

39. Electio Papæ à Cardinalibus, eſt à Cacodæmone introducta.

40. Credere Romanam Eccleſiam eſſe ſupremam inter alias Eccleſias, non eſt de neceſſitate ſalutis.

41. Error eſſet non minimus, ſi quis per Romanam Eccleſiam intelligeret vniuerſalem Eccleſiam, aut Concilium generale, aut primatum Summi Pontificis alias particulares excellere.

42. Fatuum eſt, credere indulgentias Papæ & Epiſcoporum aliquid momenti habere.

43. Iuramenta quæ fiunt ad humanos contractus & commercia ciuilia roboranda, illicita ſunt.

44. Auguſtinus, Benedictus, & Bernardus, niſi pœnituerint, damnati ſunt, quod religiones & inſtituerint, & intrârint, & poſſeſſiones temporales eas habere voluerint & permiſerint.

45. Ex quo concludendum, à Papa vſque ad vltimum religioſum, omnes fore hæreticos, & omnes religiones indifferenter introductas eſſe à diabolo.

Hæc ſunt illa Wicleffi dogmata à Concilio Conſtantienſi damnata.

IOAN-

Digitized by Google

IOANNES WESTPHALVS.

IOannes Weſtphalus,ſeu de Weſtphalia ſuperiore,Germanus natione fuit,& profeſſione Doctor Theologus, diuerſis in locis Concionator inſignis habitus. Qui cum multos libros compoſuiſſet, ob varias hæreſes in eis repertas,ex Inquiſitorum hæreticę prauitatis ſententia,Moguntiæ exuſti ſunt,tempore Caroli huius nominis quinti Cęſaris Germani,& Clementis VII. ſummi Romanorum Pontificis,circa annum Domini 1533.

Errores autem quos in iudicio interrogatus proprio ore confeſſus eſt,ſunt huiuſcemodi.

1. Dicebat inprimis, quod Spiritus Sanctus procedat à filio,non haberi expreſsè in ſacra ſcriptura.

2. Quod Eccleſia Chriſti poteſt ęrrare, & errauit,nec tanta ſit eius authoritas &certitudo,vt errare non poſſit.

3. Dicebat etiam hunc Athanaſii verſiculum,quem in ſymbolo ſuo protulit, Sicut anima rationalis & caro,&c. erroneum ac falſum eſſe.

4. Quod Concilia generalia non ſunt congregata in Spiritu Sancto.

5. Quod non omnes tenentur ſanctionibus Conciliorum obedire.

6. Quod Pontifex Romanus legitimè inſtitutus,non ſit Vicarius Chriſti.

7. Quod Apoſtoli & eorum ſucceſſores Pręlati Eccleſię, non habent à Chriſto authoritatem Canones ſeu leges condendi.

8. Quod Prælatis non licet nouæ legis tempore conſilia per Chriſtum data pro præceptis ſtatuere, quô iugum Chriſti amarum faciant,& onus Euangelii graue:hac quidé ſententia damnans quaſcunq; religiones &regulas per ſanctos Patres inſtitutas,& à ſede Apoſtolica approbatas.

9. Dicebat quoque omnes Preſbyteros & Epiſcopos eſſe æquales dignitate & authoritate, & quod vel potentia diuitiarum,vel paupertatis humilitas, inferiorem vel ſubli-miorem Epiſcopum faciat.

10. Item, quod vnus Epiſcopus ſit ſupra alios, & Papa ſupra omnes, non à Chriſto, ſed hominum electione conſtitutum eſſe.

11. Dicebat rurſus nullos vnquam Chriſtianos, quantumcunq; doctrina exculti fuerint, habuiſſe authoritatem exponendi verba Chriſti, imò nec ipſammet vniuerſalem Eccleſiam id facere potuiſſe.

12. Item confeſſus eſt nullum eſſe peccatum originale, nec paruulos recenter natos, aut etiam conceptos illud contrahere, nec credendum eſſe Auguſtino hoc aſſerenti.

13. Rurſus quod nulla ſit rationabilis cauſa, qua adduci debeamus ad inſtituendam legem continentiæ clericorum.

14. Tum quod Chriſtus nullum inſtituit ieiunium quadrageſimale, nec ieiunio ſuo quadraginta dierum dedit exemplum ieiunandi: imò neminem teneri famem ſufferre propter ieiunium, eò quod hac occaſione vitam ſuam imminueret.

15. Dicebat demum aquam ſacram, quam luſtralem nominamus, non pluris eſſe virtutis & efficaciæ, quàm aliam quamuis & communem aquam.

16. In eo tractatu, quem de indulgentiis Eccleſiæ inſcripſit, aſſerit theſaurum meritorum ſanctorum non poſſe per Papam diſtribui: nec etiam penſationem pœnarum pro peccatis debitarum, poſſe fieri per pœnas quas ſuſtulit Chriſtus: & quod Indulgentiæ ſunt piæ fraudes fidelium.

17. Item publicè concionatus eſt ſermone quodam, quem de paſſione Chriſti in die Paraſceues aliquando habuit, in hæc verba: Crucifixerunt, inquit, eum, quis autem ſcit, an funiculis ipſum alligauerunt cruci, an clauis affixerunt?

Hi ergò ſunt articuli, qui (authore Bernardo de Luxemburgo ſacrarum literarum Profeſſore, Ordinis Prędicatorii in ſuo Catologo hæreticorum) per fratrem Gerardum de Elthen

Digitized by Google

Elthen inquiſitorem fidei, & Patrem Iacobum Sprenger, Doctores itidem ſacræ paginæ, eiuſdem Ordinis Prædicatorii, conuentus Colonienſis, ex Ioannis de Weſtphalia libris excerpti ſunt,

IOANNES ROATIVS.

IOannes Roatius, Sigiſmundi Cæſaris Germani, & Ioannis vigeſimi tertii huius nominis ſummi Romanorum Pontificis extitit temporibus, circa annum Domini 1412. Hic porrò (authore Ænea Syluio lib. de origine Bohemorum, cap. 2.) nobili quidem loco natus fuit, vt iam dictus Ioannes de Ziſcha, ſed ingenio malo, & mente peſſima. Non longè autem à montibus Cuthnis intra ſyluas caſtellum ædificauit, quod montem Sion appellauit, aſſerens ex eo loco veritatem aliquando prodituram, quæ gentem Bohemiticam libertate donaret. Vicinis infeſtus, prædas agitabat, inſtantibus nonnullis baronibus, quibus pax noxia, bellum ſalubre videbatur. Cumque itinera quæque infeſta redderet, Sigiſmundus Imperator eius caſtrum obſideri iubet. In qua obſidione capitur caſtrum, & ipſe Roatius cum latronibus qui illi fauebant, & in quocunque flagitio eum comitabantur, circiter triginta, in vincula Pragæ coniectus, ſuſpendio tandem vitam finière damnati ad furcas, in quarum ſublimiori Roatius appenſus eſt. Reliqua vide infrà in Medio ſacerdote, qui ex eorundem latronum & hæreticorum numero vnus erat.

IOANNES PRÆMONSTRATENSIS Ordinis Monachus.

DE hoc Ioanne Præmonſtratenſi idem Æneas Syluius eodem libro de origine Bohemorum, ſcribit in hunc modum: Per idem fermè tempus ſurrexit & alius Pſeudoſacerdos apud Pragam Ioannes nomine, ex ordine Præmonſtratenſium impius Monachus, & ad omne ſcelus audax. Qui cum apud Sanctum Stephanum in Piſcina concionaretur, neque cum audienti populo benè ſapere de

doctrina Chriſtiana videretur, inde abactus, Monaſterium Carmelitarum inuaſit: & cum hæretici inſultum facerent contra Conſules Ciuitatis, & ſeptem ex eis ex altiſſimis feneſtris in forum præcipitati eſſent, dirum ſpectaculum præbuere, ſtante in eodem foro Ioanne Monacho, & ſacrum Chriſti corpus ſanguinario populo oſtentante. Puto verò eum exortum fuiſſe Sigiſmundi Imperatoris & Ioannis XXIII. ſummi Romanorum Pontificis temporibus, circa annum Domini 1412.

IOANNES DE POLIACO.

IOannes de Poliaco Theologus Pariſienſis, varios ſeminauit errores circa audientiam confeſſionum auricularium, tempore Ludouici Bauari Cæſaris Germani, & Ioannis XXII. huius nominis, circa annum Domini 1323. Qui ab eodem Papa etiam damnatur in Extrauag. cap. Vas electionis. Et quo cogente, à ſententia deductus eſt, & iuſſus palinodiam canere.

1. Aſſerebat autem ille primum, fratribus mendicantibus confitendum non eſſe de peccatis: quod ſi quis hoc feciſſet, ad paſtorem & curionem redeundum, eaq; iterum eidem confiteri oportere, tanquam proprio ac peculiari ſacerdoti.

2. Secundò, dicebat, quod ſtante ſtatuto, Omnis vtriuſque &c. Romanus Pontifex non poteſt facere quin parochiani teneantur quotoquoque anno proprio ſacerdoti omnia peccata ſua confiteri: immò nec Deus ipſe (inquit) id efficere poteſt, eò quod illud contradictionem implicet.

3. Tertiò, quod Papa non poteſt dare generalem poteſtatem confeſſiones audiendi, quin nec Deus ipſe, ſed cõfeſſus habenti generalem facultatem & licentiam, tenetur rurſus proprio ſacerdoti confiteri, quem parochialem curatum ſeu curionem appellat. Qui omnes articuli ſunt falſi, erronei, & à ſacra doctrina deuii, & authoritate Apoſtolica damnati.

IOAN-

Digitized by Google

IOANNES PHILOPONVS ALEXAN-drinus Grammaticus.

IOannes Philoponus Monophyſitarum & Tritheitarum hæreſum dux fuit, Phocæ Imperatoris, & Sabiniani Romanorum Pontificis temporibus, circa annum Domini 605.

Huius Ioannis Philoponi hiſtoria à Nicephoro Calliſto ad viuum deſcripta eſt Eccleſiaſticæ ſuæ hiſtor. lib. 18. c. 46.

IOVINIANVS.

IOuinianus, à quo Iouinianiſtæ hæretici, Rom. vrbis Monachus extitit, ſed monachatu reiecto, multos errores in Eccleſiam inuexit tempore B. Hieronymi, quem etiam ille penitus deuicit, ſub Theodoſio II. Cæſare & Siricio Maximo Romanorum Pontifice, circa annum Domini 395.

1. Hic (teſte diuo Auguſtino libro de hæreſibus ad Quoduultdeum, cap. 82.) aſſerebat quoſcunque cibos quolibet etiam die, ſine vllo delectu aut diſcrimine, omnibus licere, quantumlibet per Eccleſiaſticas ſanctiones fuiſſent prohibiti.

2. Item omnes beatos pares eſſe in gloria, neq; vllam fore in cœlis præmiorum differentiam, eò quod nullam diceret eſſe meritorum in hac vita diſparitatem: Adeò vt, ſimilitudine ducta, adſtrueret, quod quemadmodum iuſti pares ſunt in meritis & præmiis, ita omnes peccatores pares eſſe in peccatis & in pœnis. Vbi quidem ille, Stoicorum Philoſophorum more, omnia peccata æqualia eſſe volebat.

3. Dicebat rurſus eos qui plena & integra fide per baptiſmum renati eſſent, non poſſe poſtea peccare, nec gratiam in eo baptiſmo ſemel receptam, poſtmodum amitti poſſe, nec ita à diabolo tentari, vt ab eo ſuperarentur.

4. Dicebat etiam ieiunium nullius eſſe meriti apud Deum: in cuius erroris confirmationem illud Pauli afferebat ab eo malè intellectum: Corporalis exercitatio ad modicum vtilis eſt.

5. Liberum etiam hominis arbitrium tollit, cum ait, cum à gratia baptiſmatis ſuſcepta, non poſſe amplius peccare.

Digitized by Google

6. Diuus quoque Auguſtinus libro de hæreſib. illi impingit, quod dixerit beatam Dei genitricem fuiſſe à viro ſuo Ioſeph carnaliter cognitã poſt Chriſtum natum. Quod tamen illi non aſſcribit B. Hieronymus, qui contra eum duos libros compoſuit.

7. Docuit poſtremò virginitatem non eſſe apud Deum maioris & excellentioris meriti, quàm coniugium, ſed pares dixit eſſe nuptias virginitati. Qua doctrina imbutæ multæ virgines Deo ſacratæ, prouectę etiã ætatis, poſthabito voto quod emiſerant, poſtea nupſerunt. Ipſe tamen Iouinianus licet monachatum depoſuiſſet, vxorem ducere noluit: non quod maius ſe apud Deum meritum habiturum inde ſperaret, ſed ne nuptiarum pateretur moleſtias.

ISINI.

ISini, quemadmodum ſupra in Coptis diximus, hæretici ſunt Indiam incolentes, Sectam quidem per ſe habentes, & qui maiori ex parte in Ægypto ſub ditione Soldani degunt. Hi porro cum ſuos infantes baptizant, eorum Preſbyteri ferro quodam igne candeſcenti & peracuto, ſignum Crucis frontibus infantulorum velut characterem quendam imprimunt. Reliqua vide in Coptis.

IVDAS ISCARIOTES.

IVdas Iſcariotes, hæreticorum omnium Euangelicæ legis & à fide Chriſtiana defectorum primus fuit, diuo Hieronymo teſte, qui ſuper Matthæum de eo ſic ſcribit: Miſer Iudas ea infidelitate, qua Dominum tradidit, putabat ſigna quæ viderat facere Saluatorem, non maieſtate diuina, ſed magicis artibus facta. Hic porro (vt verbis Nicephori vtar, quibus in ſua hiſtoria Eccleſiaſtica, libro primo, capite 30. vtitur) ab ipſo Caipha ſummo illius anni Pontifice, & improbo ſcribarum conſilio corruptus, & quaſi morbo auaritiæ correptus, qui dicendorum tacendorumque ac rerum præterea omnium cum reliquis diſcipulis particeps à Seruatore factus fuerat, quum alienum ſeipſum & expertem

diuinæ gratiæ per excellentem malignitatem ſuam reddidiſſet, poſt lotionem ipſam, atque arcanorum ſacrorum initiationem, vitalemque ipſum panem, viuus etiamdum in poteſtatem inimici captus peruenit, cui ſe antea quoque voluntatis animique deſtinatione dediderat. De quo item Alexander Alexandrinæ Eccleſiæ Epiſcopus, Alexandro Conſtantinopolitano ſcribens, apud Tripartitam hiſtoriã cap.14 ita ait: Contriſtamur itaque pro Arrianorum, qui abdicati & anathematizati ſunt ab Eccleſia, perditione, & maximè quia & ipſi aliquando quæ Eccleſiæ ſunt, audièrunt, & nunc ab ea prorſus exilierunt: non tamen admiramur. Hoc enim & Hymenæus & Philetus paſſi ſunt, & ante eos Iudas: qui quum eſſet ſecutus Saluatorem, poſtea proditor factus eſt & Apoſtata. Hæc ille.

Ab hoc autem Iuda exorta eſt hæreſis, authore Philaſtrio, quam nos Iudaiſtarum appellare poſſumus, eorum videlicet qui aſſerunt, Iudam bonum opus feciſſe cum Saluatorem tradidit. Hic enim, inquiunt, nobis omnis ſcientiæ bonæ author extitit, per quem cœleſtia nobis myſteria manifeſtata ſunt. Virtutibus ſiquidem in cœlo volentibus pati Chriſtum, & ſcientibus quod ſi fuiſſet paſſus, vitam hominibus daturus eſſet: quod ſciens itidem Iudas, nimirum quod ſi fuiſſet paſſus Chriſtus, ſalutem hominibus allaturus eſſet, ex hoc effectum, vt hac de cauſa Saluatorem tradiderit. Quod adſertionis impiæ malum, quibuſdam vanis ac vecordibus quaſi veriſimile videtur eſſe, cum tamen ſit in omnibus contrarium & execrabile, & Propheta Dauid multò ante, & Dominus Saluator poſtea idipſum damnauerit, & beati Apoſtoli ſententiam Dominicam aduerſus eum confirmauerint, atque docuerint. Hæc Philaſtrius.

IVDÆORVM HÆRESES.

Licet Iudæi non ſint propriè hæretici, nimirum quod in Iure Canonico diſtincta ſit rubrica, quæ de Iudæis habetur, ab ea quæ de hæreticis eſt, nihilominus tamen Diuo

Thoma dicente vigeſimaſecunda quæſtione, cauſa nona, articulo ſexto, Iudæorum infidelitas & contumacia poteſt dici hæreſis, in eo quod Chriſtianæ fidei in figura ſuſceptæ omninò renitatur. Illi enim figuram fidei Euangelicæ in veteri lege ſuſceperunt, quam malè interpretantes corruperunt. Quo fit, vt Diuus Auguſtinus in ſermone aduerſus quinque hæreſes, Iudæos inter hæreticos ponat. Et Origenes Homilia quadam in Matthæum, de falſis Prophetis verba faciens, per quos multi in perditionem abominabilem eſſent abducendi, dicit eos primũ in Iudæa apparuiſſe, & ex iis prorupiſſe. De quibus etiam ſic ſcribit Egeſippus: Fuerunt autem, inquit, variæ quoque in Circumciſione inter filios Iſraël aduerſus tribum Iuda & Chriſtum ipſum, ſententiæ & ſectæ: videlicet Heſſæorum, Galilæorum, Hemerobaptiſtarum, Maſbotheorum, Samaritanorum, Sadducæorum & Phariſæorum.

Iudæorum itaque hæreſes ſunt inter reliquas hæ præcipuæ.

1. Nouum inprimis Teſtamentum prorſus reſpuunt.

2. Articulos fidei niſi creationis non credunt.

3. Chriſtum dicunt purum fuiſſe hominem, ſeductorem, falſum Prophetam, alium Meſſiam in lege promiſſum, venturum expectantes.

4. Non eſſe in ſancta Trinitate perſonas tres, ſed vt Deum vnum, ita & perſonam vnam Iudæi blaterant. Idem Seruetus lib. 3. de Trinitate.

5. Ieſum Nazarenum non eſſe verum illum Prophetam Meſſiam, & Emanuëlem promiſſum, Iudæi ſuæ impietatis habent fundamentum: quod & ſuis perſuadere conatus eſt Dauidgeorgius, vt aiunt Baſileenſes in eius vita. Se enim eſſe verum illum tertium Dauidem promiſſum, & alia blaſphema ſupra commemorata, cum de eo loquuti ſumus.

6. Chriſtum non eſſe perſonam aliam à patre Iudæi credunt: ſic & Illyricus & Seruetus λόγον Verbum apud Ioannem Euangeliſtam negant ſignificare perſonam à Patre aliam.

Digitized by Google

aliam, vti Staphylus ait, eaq; de cauſa Matthiam Illyricum fuiſſe condemnatum ab Academia Wittembergenſi. Similiter & Philippus Melanchthon de eodem teſtatur epiſtola ad Superintendentes Saxoniæ, anno 1557.

7. Chriſtum non eſſe verum & natura Deum Iudæi aiunt, vti & Seruetus, Suenckfeldius, Adam Paſtoris, & Euangelici alii Sabbatarii, non rectè de Chriſti diuinitate ſentientes, teſte Staphylo de Sect.

8. Vſuras eſſe licitas Iudæi non ſolum ſentiunt, ſed tota ipſorum vita, quæ ex eis conſtat, loquitur, quibus omnes ferè mundi totius nationes exhauriunt. Has etiam Euangelii prætextu licitas docet Bucerus Commentariis in Matthæum, & Molinæus de eo quod Intereſt. Immò Lutheri mandato ſeſe vſuras exercere dictitat ille N. Paſtor ad Hyeræuadum, vt ait Querela Lutheri pridem in lucem edita.

9. Matrimonium ſecundum Moſaicas leges in affinitatibus colunt Iudæi: ſic & Melanchthon in locis communibus, anno 1552. vult ſeruandas Moyſis leges, non Eccleſię Canones.

10. Matrimonium propter adulterium diſſoluunt Iudæi, ita vt liceat etiam aliam ducere: ſic & Euangelici eadem de cauſa diſſoluenda docent, ita vt perſonæ innocenti liceat alteri nubere, vt author eſt Melanchthon in locis communibus anno 1552. & in Examine ordinandorum. Vnde & factum legimus, vt quidam intra ſemiannum tres duxerit Geneuæ vxores, quod ſecundum Euangelium duas probârat adulteras, Caluino iudice.

11. Leges iudiciales & forenſes ſecundum Moyſen ſeruant Iudæi: ſic & Carolſtadius leges iudiciales Moſaicas volebat ſeruandas, vt ait Melanchthon Apologia Auguſtana in articulum 16. Rurſus libro Chronicorum 3. non volebat videri prorſus abolere leges, ſed contendebat oportere iudicia exerceri iuxta forenſes leges Moyſis.

12. Scripturarum Canonem habent ſuum Iudęi à Chriſtianis diuerſum. Itaq; Euangelici Iudęos ſequi malunt, quã Chriſtianos in eiiciendis à Canone, vti Machabæorum

& Eccleſiaſtici librum. Hos enim reiiciunt cum Iudæis Euangelici. Sic & in ſuſcipiendis libris ſacris Iudæos imitantur, vti duos libros poſteriores Eſdræ Bullingerus contendit eſſe Canonicos, contra Catholicæ Chriſti Eccleſiæ decreta.

13. Rurſus loca ſcripturarum malunt Euangelici cum Iudæis contra Chriſtum aut ſacroſanctam Trinitatem peruertere, vti Oecolampadius cum Aquila illud Eſaiæ 7. Ecce iuuencula concipiet. Sic Caluinus teſtimonia de perſonarum Trinitate & Chriſti diuinitate ab omnibus Chriſtianis interpretibus ſic intellecta, veluti Iudæorum patronum agens extenuat, ait Heshuſius de erroribus Caluini in fine ſuæ confeſſionis de Euchariſtia.

14. Iudæi ſtatim à reſipiſcentia atque à dolore de peccato, aiunt remiſſum peccatum, nullam agentes pœnitentiam, neque confitentes, vt ait Poſtellus: ſic & hodie paſſim omnes Euangelici, pœnitentia, quæ eſt in ieiunio, fletu & planctu, exploſa: confeſſione, quam Chriſtus & Apoſtoli tradiderunt, Eccleſiæ irriſa atque exturbata, nullis ſuis animorum vulneribus adhibent remedium ſalutare quod verè ſanet. Sed quæ nunc diximus, fidei capita contingunt. Quòd ſi & cæremonias cogites, videas Euangelicos pluſquam ſemiIudæos.

15. Ad Chriſti mentionem non inflectunt genua Iudæi, quemadmodum ait Diuus Hieronymus libro tertio in Eſaiam: ſic & Euangelici pias tollunt venerationis & reuerentiæ ceremonias, nolentes ad Chriſti nomen genua inflecti, aut caput aperiri: tametſi Lutherus id laudet probetque, libro de Conciliis.

16. Nomen Ieſu execrantur Iudæi, fœdis nominibus eum & ſanctam Virginem matrem blaſphemantes: ita & per Friſiam nomen Ieſu, quod Chriſtiani vel admirantes, vel imprecantes vſurpare ſolemus, illi præpoſterè ſua ſuperſtitione videntur corrupiſſe, ne in vanum homines verè ſuperſtitioſi tam ſacrum nomen videantur ſumpſiſſe.

Eodem planè errore nec ſalutati in Dei nomine reſalutant,

tant,ſed mutatis Chriſtianis ſalutandi & imprecandi formulis, in Dei aut Ieſu nomine vſitatis, illi reddunt, Bona dies:pro, Deus rependat:illi, Habeo gratiam. Taceo maledicta,quæ pluſquam Iudaica in virginem matrem miſeri euomunt Anabaptiſtæ.

17. Crucis ſignum, vt maledictum & anathema fugiunt Iudæi,nec in fronte pingere volunt: ita & Euangelici crucis figuram multis in locis abolent, & tanquam maledictum in fronte ferre aut pingere horrent:adeò vt Lutherus ipſe feſtum Crucis tamquam ſemiiudæus anathemate damnauerit.

18. Imagines Iudæi non ferunt,vti nec Zuingliani ſiue Caluiniani, quemadmodum ſynagoga Geneuæ loquitur,nullam omninò habens Turcico more vllius rei imaginem.

19. Sabbatizantes etiam hodiè Iudæos videas, quos Euangelicorum quidam imitati cum Iudæis ſabbata colunt,vt ait Staphylus in Apologia. Docuit enim Carolſtadius,nullum feſtum præter ſabbatum colendum, quemadmodum author eſt Eraſmus Alberus contra Carolſtadium.

20. Meſſiam non veniſſe aiunt Iudæi,ſuum Antichriſtum expectantes:ſic & Bucerus ſub mortem,Ieſum Nazarenum dixit non eſſe illum Saluatorem, quem Deus promiſit patribus Dauidgeorgius quoque negabat Meſſiam noſtrum Ieſum Nazarenum eſſe illum adeò magnificè promiſſum,verumq; mundi Saluatorem.

21. Finem mundi futurum aiunt Iudæi ſecundum Eliæ Prophetiam intra annos quingentos,id eſt,ſexto millenario:ſic Lutherus & Melanchthon ſuis in Chronicis,quæ Carionis nomine edidiſſe Melanchthonem ait Lutherus præfatione ſui Chronici Germaniæ.

22. Porrò ne quid Iudæis ſaluum relinquant Euangelici,inter eos etiam eſt reperire, qui circuncifionem carnis reuocent. Vnde & circunciſos quoſdam narrat Hoſius.

23. His non abſimiles ſunt,qui manna in cœna Do-

minica ſeſe edere adfirmant, ne quid à Iudæis varient. Huc-uſque Lindanus.

IVLIANVS HALICARNASSEVS.

IVlianus Halicarnaſſeus multarum hæreſum author fuit tempore Phocæ Imperatoris & Sabiniani ſummi Romanorum Pontificis, circiter annum Domini 604.

De hoc ita habet Nicephorus hiſtoriæ Eccleſiaſticæ lib. 18. cap. 45. Hoc tempore, inquit, quam quiſque voluiſſet, placitam ſibi ſumebat poteſtatem. Et propterea quod quilibet, quod ſibi viſum eſſet, fidei inſertum voluit, quamplurima defectorum & hęreticorum turba exorta eſt: Tritheitarum, Agnoëtarum, Theopaſchitarum, Iacobitarum, Armeniorum, Seueritarum, & Aphthartodocitarum, initio à Iuliano Halicarnaſſeo ſumpto: qui creatum quidem Domini corpus eſſe opinatus eſt, ſed idem ab ipſa conceptione incorruptibile eſſe docuit. Horum cohortẽ, qui eis aduerſati ſunt, Phantaſiaſtas & Manichæos vocauerunt, quemadmodum & illi rurſus hos Phthartolatras & Scenolatras nominârunt. Vide reliqua in Monophyſitis & Seueritis.

IVLIANVS, EPISCOPVS Capuanus.

IVlianus Epiſcopus Capuanus (authore Gennadio) vir quidem fuit acer ingenio, & in diuinis ſcripturis admodũ eruditus, ſed qui Pelagii hæretici dogma mordicus tuebatur tempore Diui Auguſtini, qui etiam vehementiſſimus eius impugnator extitit, contra quem & reliquos item Pelagii affectatores Hypognoſticon volumen, ſex libros complectens, idem Auguſtinus ſcripſit. Sed cum ipſe Iulianus eam Pelagii hęreſim defendere ac propugnare omni ratione niteretur, aduerſus eundem Auguſtinum aliquot libros compoſuit. Hic, eodem teſte Gennadio, cum tempore famis & anguſtiæ indigentibus omnes facultates ſuas erogâſſet, tot nobiles & præcipuè religioſos viros hac ſua miſeratione ad ſe pellexit, vt eos tandem ſuæ hæreſis fautores & ſocios effecerit.

Digitized by Google

fecerit. Vixit autem ſub Arcadio Imperatore, & Innocentio primo huius nominis ſummo Pontifice, circa annum Domini 405.

Aſſerebat autem ille cum ſuo authore Pelagio, abſq; gratia Chriſti hominem poſſe omnia Dei præcepta implere, & ſuis meritis vitam æternam conſequi. Vide reliqua in Pelagio & Cæleſtino.

IVLIANVS APOSTATA Imperator.

IVlianus Apoſtata Conſtantii Imperatoris nepos, & frater Galli, ab eodem Conſtantio adoptatus fuit. Circa annum Domini trecenteſimum quinquageſimum ſeptimum monachus factus eſt, & ſanctioris religionis maximus ſimulator, cum à pueritia ſceleratiſſimus eſſet, & in arte Magica inſtructus. Eruditione porrò tanta erat, vt adoleſcens in Eccleſia Nicomediana publicè ſacras literas prælegerit. Erat enim ingenio ſublimi, callido, & literarum ardentiſſimo: adeò quidem, vt ſi ingenium indolemque egregiam ad veram pietatem, quam puer imbiberat, conuertiſſet, inter egregios Principes adnumerari potuiſſet, inquit Egnatius. Poſtea Athenas profectus, Philoſophiam didicit. Cæterum circa Phlanonem Inſulam in Occidentalibus partibus, ex inſidiis Euſebii Eunuchi trucidato eius fratre Gallo, miſſus eſt à Conſtantio in Gallias & Germaniam, & non procul ab Argentorato triginta millia Alemanorum proſtrauit: qua de cauſa Argentorati ſubitò militum fauore Imperator eſt deſignatus.

Porrò cum ob varietatem opinionum ſummę inter Chriſtianos diſſenſiones eſſent, propter quas alii deſperabát, alii prorſus à religione Chriſtiana ad idolorũ cultum deſciſcebant, Iulianus quoque Apoſtata factus eſt. Erat enim ætate iuuenis, & Rhetorum ac Philoſophorum conſuetudine vtebatur, qui ex rationis humanæ captu de Deo diſputabant. Tam impudenter autem & apertè (vt author eſt Nicephorus libro decimo, capite tertio) imperio potitus, dicitur religionem abiurâſſe, vt ipſum etiam pernegauerit

Chriſtum, & ſacrificiis quibuſdam, dæmonumque deteſtandis inuocationibus & victimarum ſanguine ſacrum abluerit lauacrum, atque ſeipſum à myſteriis Eccleſiæ exauthoratum, excluſerit: & deinceps non modò priuatim, ſed publicè etiam, quæcunque Græcis permittuntur ſacra, & ſacrificia, eis vteretur. Videatur modò dictus ſcriptor.

Porrò quomodo Iuliani tempore Iudæi, ipſius nutu atque adeò fauore freti, templum Hieroſolymitanum ædificare conati ſunt in odium Chriſtianorum, & quomodo item terræmotu & igne prohibiti fuerint, qui nôſſe volet, legat Rufini Eccleſiaſticam hiſtoriam lib. 10. cap. 38. & 39. Et item Nicephori lib. 10. cap. 32. De hoc vide infrà in Mari Chalcedonenſi Epiſcopo & Porphyrio.

IVSTINA VALENTINIANI Imperatoris mater.

IVſtina Imperatrix, mater fuit Valentiniani Imperatoris fratris Gratiani Cæſaris, Arrianæ hereſeos alumna, quam Sectam etiam, teſte Rufino Eccleſiaſticæ ſuæ hiſtoriæ libro ſecundo, capite decimoſexto, armis defendit poſt mortem mariti ſui magni Valentiniani Imperatoris, ſub filii ſui Valentiniani Iunioris Imperio, Siricii Summi Romanorum antiſtitis Pontificatu, circa annum Domini 388.

De hac ſic habet Socrates Tripartitæ hiſtoriæ lib. 9. c. 20. Iuſtina, inquit, Valentiniani mater, quum eſſet Arriana, viuo quidem marito lędere non valuit Orthodoxos. Eo mortuo, & filio valdè iuuene Mediolanum veniens, Ambroſio Epiſcopo erat infeſta, ita vt eum mitti iuberet in exilium. Cumque de Eccleſia iuberetur exire Ambroſius, Ego, inquit, hoc ſponte non faciam, ne lupis ouium ſepta contradere videar, aut blaſphemantibus Deum. Hîc, ſi placet, occide: hoc loco mortem prona ſuſcipiam voluntate. Cumque populus ſingulariter diligens Ambroſium, repugnaret, & trahentibus eum in exilium valdè reſiſteret, magis hinc indignata Iuſtina, vocauit Beniuolum tunc Quæſtorem, iubens vt velociter proponeret legem, quæ fidem prola-

Digitized by Google

prolatam Arimini confirmaret. Cumque ille hoc agere declinaret, (erat enim Orthodoxus) maioribus eum cingulis inuitabat. Beniuolus autem diſcingens ſe, balteum ante pedes Auguſtæ proiecit, dicens, non illum honorem, neque maiorem velle ſe pro impietatis habere mercede. Cumque ille hoc facere omnibus modis recuſâſſet, inuenti ſunt alii, qui nequitiæ iuſſionibus miniſtrarent.

Inter hæc nuntiatur, Gratianum Imperatorem dolo tyranni Maximi ab Andragathio duce fuiſſe occiſum. Quo facto, ad præſens contra Ambroſium ira Iuſtinæ quieuit. Porrò Valentinianus, licet inuitus, tempore neceſſitatis flexus, in Maximi conſenſit imperium. Cumque audiſſet tyrannus ille quæ contra Ambroſium magniloquum Prædicatorem veritatis rurſus agerentur, ſcripſit Valentiniano, vt bellum quod agebatur contra Eccleſias, ſolueretur, monens, vt paternam non amitteret pietatem: adiecitque etiam minas belli: & niſi quieſceret, verba operibus adimpleret.

Quamobrem ſumens exercitum, venit Mediolanum, vbi tum ille degebat. Porrò Valentinianus cognoſcens eius inuaſionem, fugit in Illyricum, experimento cognoſcens, quæ matris conſilio ſuſtineret. Porrò Theodoſius, quem Valentinianus velut prudentem & fortunatum Principem, imperii conſortem creauerat, & in Orientem miſerat, audiens quæ à Iuſtina fuerant geſta, & à Maximo tyranno ſcripta, fugienti Valentiniano reſcripſit, non eſſe mirandum ſi Imperatori quidem terror, tyranno verò poteſtas accreſceret, cum Imperator pietati rebellis extitiſſet, tyrannus verò ei auxilia commodaret: & propterea ille quidem fugeret nudus, iſte verò armaretur aduerſus nudum. Ille enim, inquit, rectæ fidei opinioni ſubſidium fert: Imperator verò, dum rectam ſententiam oppugnat, contra Deum bellum mouet. Et tu quidem cœleſti armatura nudatus, fugæ te commiſiſti: ille autem recta opinione munitus, ſuperior eſt, & herum ſuum vincit. Prorſus enim veræ pietati, author & legiſlator eius, adeſſe ſolet. Atque hæc quidem,

quum longè adhuc abeſſet, Theodoſius ad Valentinianum ſcripſit.

Edicti porrò, quod aduerſus orthodoxos Epiſcopos Iuſtina conſcripſit, hæc ſumma eſt: Conſtituit, vt tutò atque liberè, qui eadem ſentirent, quæ Epiſcopi Arimini, ac deinde etiam Conſtantinopoli congregati ſtatuiſſent, conuentus haberent. Quod ſi qui diuerſæ eſſent opinionis, illis obſiſterent, & aliud quàm noua iſta Imperialis conſtitutio mandaret, petere auderent, eos morte mulctandos eſſe ſanxit.

LIBER DECIMVS.

LAMPERIANI.

LAMPERIANI, à quo denominationem habeant, & quo tempore fuerint, nuſquam reperi. Hi tamen cum Wicleffis cōcurrunt, communem cum eis opinionem habentes. Ex quo colligere licet, eos fuiſſe Caroli IV. Germani Cæſaris, & Innocentii VI. Papæ temporibus, circa annum Domini 1352. Seſe tamen Lamperiani Apoſtolicos, & ad Apoſtolorum ordinem pertinere, iactitabant.

Nihil verò eſſe faciendum ex neceſſitate, ſed omnia debere fieri liberè & citra vllam coactionem aſſerebant, hac ſola Prophetæ ſententia moti: Voluntariè ſacrificabo tibi. Qua etiamnum ratione ducti, omnia vota aſpernabantur & condemnabant, ea nihil prodeſſe dicentes, quod neceſſitatem & coactionem quandam viderentur hominibus inferre: quodq; eorum votorum fundamentum, ſanctorum Patrum obſeruationi eſſet contrarium.

LEO

by Google

LEO TERTIVS ET QVARTVS, *Imperatores.*

LEo tertius, Iſaurus ſiue Conon cognominatus, imperium inuaſit, abſtulitq́; à Theodoſio tertio, ſub Gregorio ſecundo huius nominis Romanorum ſummo Pontifice, circa annum Domini 719.

Hic appellatus eſt Iconomachus, hoc eſt, imaginum expugnator, propterea quod imagines ac ſtatuas ſanctorum è templis auferri & incendi mandârit. Quarum perdendi (vt inquit Ioannes Baptiſta Egnatius lib. 2. de Romanis Principibus) tantus hominē ardor inuaſerat, vt Iudæis duob. gratificaretur, qui illum tantò ante imperaturum prædixerát, vt & Conſtantinopolitanum Pontificem, Germanum nomine, aduerſantem, ſede extruſerit, & Romanum Antiſtitem obſiſtentem cóprehendi iuſſerit. Propter quam etiam hæreſim (Platina teſte) à Gregorio Papa huius nominis II. & Imperio & communione fidelium priuatur. Conſtantinus V. (vt ſupra in eius titulo retulimus) Imperator, qui elephantiæ morbo correptus interiit, huic etiam adhæſit hæreſi. Cui item inhæſit & Leo IV. Imp. huius Conſtantini filius. Vxor tamen iſtius Leonis Irene dicta, Leone defuncto, curam gerens Imperii, filii ſui Conſtantini VI. nomine, concilium in Nicena vrbe ſecundum, quod ſeptimum habetur, congregari fecit, in quo à trecentis & quinquaginta Epiſcopis eodem conuenientib. definitum eſt, vt qui ſacras imagines delendas dicerent, perpetuo anathemate notarentur. Hanc tamen Eccleſiæ definitionem Conſtantinus ſextus grandæuus factus, quorundam malorum hominum perſuaſione deceptus, recipere noluit. Quæ res fuit vna ex præcipuis cauſis, propter quas à Græcis Imperatoribus defecerunt Latini.

LIBERI.

LIberi hæretici, ſunt ex Anabaptiſtarum ordine. Hi enim libertatem eſſe dicunt, vt author eſt Lindanus Dubitantii ſui dialogo 2, cum quis ab obedientia Principū, à decimis & cenſibus atq; redditibus ſeſe eximit & emancipat.

2. Docent rurſus, coniugia eſſe inter fratres ſpiritualia. Vnde & vxores habent communes, nec patiuntur eas ſuis maritis infidelibus debitum reddere. Hæc omnia eſſe Patris voluntatem aiunt.

3. Hi ſeſe poſt anabaptiſmum negant poſſe peccare, carnem tantum peccare.

4. Quinimò arrogantiæ typho tumidi, ac tantum non crepantes, eò perfectionis ſeſe ſimulant peruenire, vt non ſolum Deo ſimiles ſeſe iactitent, ſed ſcribant etiam ſeſe iam indigetatos, vti habet impii cuiuſdam eorum libelli titulus, qui ſe deificatum aſſerebat. Iſte ex arte filatoria, vnde Amſterodami victitabat, tantus repentè Theologus euaſerat, vt hæc de ſe iactare auderet. Hæc Lindanus.

LIBERTINI.

Libertini eodem Lindano authore, à libertate, quam prædicant Euangelicam, appellantur. Hos Petrus Viretus libro ſecundo, quem de Miniſterio verbi edidit, facit Catabaptiſtarum prolem. Fanaticum, ait, hominum genus, in quo iurè credas reuixiſſe Gnoſticos & Valentinianos, quibus nil æquè diſplicet, nihil magis improbatur, atque ſimplex, proprius, & germanus ſcripturæ ſenſus. Illis Chriſtus eſt Satanas, & contra, vitium virtus, & virtus vitium. Nihil enim ex eorum ſententia peccatum, niſi eorum opinione, qui ſe peccare putant. Verus Dei timor, & eo imbuta conſcientia, pro inferno illis habetur. Pro paradiſo autem, conſcientia diuini iudicii contemptrix, ſecura, ſtupida, & conſopita. Hæc Viretus.

Hoc nomine varias Sectas ſibi vſurpare in Brabantia & Hollandia indicat Caluinus libro contra Libertinos, ſed in Gallia appellatos ait Quintiniſtas, à quodam Quintino ſartore Picardo, qui illic eas ſparſerit cum quodam Coppino Inſulano. Horum ſententiam collectam ait idem Caluinus ex Cerdoniſtarum, Manichęorum, Marcioniſtarum, & Gnoſticorũ deliriis atq; abominandis voluptatibus. Omnia ſimulare & diſſimulare, pro fundamento ſui iaciunt

Euan-

Digitized by Google

Euangelii, quo facilius ſpirituales (ſic enim ſe præ cæteris admirantur, quod ſpiritum ſequantur viuificantẽ) decipiant carnales, id eſt, non ſuæ haræ porcos.

Omnibus ergo ſacris tam Catholicorum, quam Euangelicorum ſeſe intrepide miſcent, omnique impietati ſectarum omnium conſentiunt. Scripturas rident, ac pro fabulis habent. Literæ enim ſe negant obnoxios, qui iam ſpiritum ſequantur viuificantem. Quinimo ille Quintinus vnumquemque Apoſtolorum aliquo notabat ſcommate, Paulum vocans vas fractum, Petrum Chriſti abnegatorem, Ioannem iuuenem ſtolidulum, Matthæum fœneratorem.

Ad hæc vnum ſtatuunt tantum ſpiritum eſſe immortalem Dei, qui ſit & viuat, opereturque omnia in omnibus. Angelos fingunt nihil eſſe, nihil peccatum, nihil animas noſtras, nihil etiam eſſe malum, ſed Deum eſſe peccati authorem. Quod ipſum (ait Caluinus) à Simone mago ſumpſit originem.

Porro Libertini aſſerunt Chriſtum eſſe redemptorem noſtrum, quia tanquam typus nobis eſt propoſitus, in quo contemplemur ea, quæ ad ſalutem noſtram requirit ſcriptura. Itaque Chriſti paſſione & morte fuiſſe tantum nobis figuratum ſalutis noſtræ myſterium. Vnde & quidam eorum negant Chriſtum obiiſſe in cruce, ſed opinatione. Cuius ſententiæ duos fuiſſe Valentinianæ ſupplicio extremo affectos, ibidem ait Caluinus.

Cæterum ſuam ſpiritualem regenerationem in eo collocant, ne vlla re, nec peccati remorſu, nec Dei timore, nec iudicii terrore tangantur. Vnde docent omnia homini eſſe licita ſine vlla exceptione, omneque genus viuendi probant. Lenonem ſuo volunt fungi munere, fures audacter furari iubent. Matrimonia diſſoluunt quæ appellant carnalia, vbi vxor mariti ſui tædium ceperit. Vnde promiſcuos laudant concubitus: modo alter altero ſit contentus, id vocant ſpirituale matrimonium.

Communionem ſanctorũ interpretantur communio-

nem bonorum temporalium: ideoque quantum quiſque poteſt vt rapiat, ſuadent.

Reſurrectionem dicunt iam eſſe factam, neque aliud expectandum iudicium. Iam Chriſtianos reſurrexiſſe, cum animam humanam ſciant iam factam eſſe illam Dei ſpiritũ immortalem, imo in Dei eſſentiam redire, vnde (inquiũt) exiit: eique ita iungi, vt vnicus ſpiritus maneat. Hæc de Libertinis Caluinus.

Aliud Libertinorum genus recenſet Bullingerus lib. 2. contra Anabaptiſtas, qui Deo peccatum aſſcribunt, ac operatum eſſe peccatum Cain, Saul, & Iudæ. Reſurrectionem carnis negant etiam.

Alii vero nimis ſpiritualem faciunt: alii denique nimis carnalem, quaſi ebrius poculum, epulo caponem aſſum manu tenens reſurgeret.

Eſt aliud genus Libertinorum, quod Dei miſericordiam omnibus omnino hominibus adeoque dæmonibus poſt iudicium pollicetur.

Poſtremum genus eſt, quod vetus teſtamentum plane reiicit, neque eius teſtimonia ad fidem Chriſtianam confirmandam recipiunt, ſolo contenti nouo teſtamento: ſed ita tamen, ſuo vbi id ſapit palato. Hactenus Lindanus.

LICINIVS IMPERATOR.

Licinius Imperator ex Dacia oriundus fuit parentibus armentariis: ex quo etiam ei Armentarii cognomen inditum remanſit. Hic cum prius ſectator dogmatis Chriſtiani fuiſſet, voluntate mutata, in paganiſmum conuerſus, ſummus perſequutor eccleſiæ & ſacerdotum extitit, nouis Chriſtianis maxime infenſus ſub Miltiade ſummo Romanorum Pontifice, circa annum Domini 312. Huic cum prius Conſtantinus Magnus ſororem ſuam Conſtantiam in matrimonium dediſſet, Imperii ſocium eundem effecit, in Orientemque ad Nicomediam miſit. Sed is cum magnitudinem imperii moderate perferre non poſ-

ſet,

Digitized by Google

ſer, rebellionem exitiumque aduerſus eum, à quo ſumma acceperat beneficia, molitur, conatumque ſuum, occulte Chriſtianos, quorum Conſtantinus ingens amator erat, occidens, ac multos ex eis in rationem martyriorum referens, declarat. Apud quem cum Conſtantinus neque cohortando, neque ſuadendo, neque adeo territando, vt à cœpto deſiſteret, aliquid efficeret, poſtremo bello eum aggreſſus, ad Chryſopolim Bithyniæ, prælium cum eo committit: in quo ſuperatus ille, in poteſtatem quidem Conſtantini peruenit: Vitam tamen, victore donante, recepit, & Theſſalonicæ ſub cuſtodia ſeruatur. Vbi verò tum quoque ad res nouas reſpectare deprehenſus eſt, ipſe in ſe ipſum ferrum pertraxit. Quam ob rem ſecuri percuſſus, ſibi ipſi quidem vitæ finem, tyrannidi vero & idololatriæ bellicum motum creauit.

LOISTÆ.

LOiſtæ ſunt à quodam Eligio Antwerpienſi dicti, qui (authore Lindano Dubitantii ſui dialogo ſecundo) omnia ſimulans & diſſimulans, in templis verſabatur: ſacerdoti ſacrificanti deſeruiens, teſſeram calicis ſacri veſtibus innotatam in erroris priſtini pœnitentiam circumferebat: ſed habitum, non animum, mutans, Deum hominesque ridebat; impium illum Lucianum atque Doletum Gallum multis ſuperans paraſangis. Hæc Lindanus.

LOLLARDI.

LOllardi ex Anglia originem duxerunt. Emerſerunt autem Caroli IV. Imp. Germani & Innocentii VI. Papæ temporibus, circa annum Do. 1360.

Hi porro aſſerunt aquam benedictam non maioris fore virtutis & efficaciæ quam ſit ea quæ benedicta & ſacrata non ſit: quod (vt aiunt) benedictionib. & exorciſmis noſtris res facere meliores non poſſumus, quam Deus eas per

naturam condiderit. Quapropter benedictiones omnes quæ fiunt ſuper vinum, panem, aquam, oleum, ſal, & ceram, eccleſiæ muros & pauimenta, veſtes, mitram, calices, & his ſimilia, eſſe potius opus necromantiæ aſſerũt, quam veræ & Chriſtianæ pietatis: quoniam (vt aiunt) per huiuſmodi exorciſmos & benedictiones, honos creaturis exhibetur, qui ſolius creatoris eſt: cum creditur, maioris illas eſſe virtutis, quam ſint in natura propria, vtpote quod in creatura ſic benedicta nulla videatur mutatio facta, ſed ſola falſa fides, quod in arte diabolica præcipuum eſt.

LVCIANVS CONSTANTINOPOlitanus Epiſcopus.

LVcianus Conſtantinopoli poſt Eudoxium, cuius erat ex ſorore nepos, Eunomianæ ſectæ præfuit, ſub Archadio Cæſare & Siricio Romano Pontifice, circa annum Domini 398.

De hoc ſic ſcribit Nicephorus lib. 13. cap. 1. Macedoniani autem, inquit, eo tempore, hoc eſt, ætate Archadii Imperatoris, Conſtantinopoli parum valuere: quibus hoc nocebat, quod epiſcopum ſuum non haberẽt. Ex eo namque tempore, quo eis ſub Conſtantio ab Eudoxio popularibuſque eius eccleſiæ ademptæ fuerant, ſub ſolis Presbyteris ad præſens vſque imperium (nimirum Theodoſii iunioris) conuentus ſuos habuere. Poſt Eudoxii autem mortem, qui Conſtantinopoli Eunomianæ ſectæ præfuerat, in locum eius Lucianus quidam fuerat ſurrogatus, Eunomii ex ſorore nepos. Hunc quod in auaritiam, & cognata illi crimina alia delapſus eſſet, eamque ob cauſſam pœnas ſe daturum ſuſpicaretur, ab Eunomianorum factione reliqua deſciuiſſe, ſodalitatique ſuæ præiiſſe, & non contemnendæ cohortis ducem factum eſſe dicunt, omnibus prorſus, qui variis infamibuſque delictis obruti eſſent, ad ipſum confluentibus. Hæc Nicephorus.

LVCI-

Digitized by Google

LVCIFERIANI.

LVciferiani, à Lucifero quodam Caracalitano in Sardinia epiſcopo nominati ſunt, qui, teſte Auguſtino libr. de hæreſibus cap. 8 ſola ambitione motus, ſuam hæreſin populo obtruſit, Conſtantii Imperatoris, & Liberii ſummi Pontificis Romani temporibus, circa annum Domini 365.

Dicebant autem Luciferiani, animam hominis de carnis ſubſtantia propagatam eſſe.

LVCAS STERNBERGER.

LVcas Sternberger anno Dom. 1561. ſub Ferdinando Imp. Germano & Pio IV. Papa in Olomucenſi Morauiæ oppido emerſit: qui (vt author eſt Staphylus) cõiectus in carcerem apud Sternbergenſes, atque aliis locis nõ paucis concionatus.

1 Primo quidem docuit ille propalam atque confeſſus eſt, eos omnes qui ſanctæ Trinitatis nomen confitentur & colunt, tres Deos falſo comminiſci, cum ſit Trinitatis nomen ſuperuacaneum & inane, quod in ſcripturis ſacris nomen Trinitatis nuſquam expreſſum ſit, nec niſi vnus Deus ſit in cœlo. Itaque vetuit ille, ne præclara illa cantio, O veneranda Trinitas, caneretur, atque eius loco cantari iuſſit, O veneranda Dei bonitas. Optat etiam, vt dæmones omnes Trinitatem abducant & abſportent: neſcire ſe, inquiens, vtrum fœmina vel mas ſit: perſuaſum autẽ ſe habere, Trinitatem illam quandam fœminam fuiſſe, quæ tres maritos habuerit.

2 Secundo faſſus eſt & tradidit, Chriſtum non fuiſſe verum Deum, ſed hominem duntaxat inſtar aliorum mortalium. Si enim Deus ille fuiſſet, oportuiſſe illum è cœlis demigrare in terras, atq; interim angelicis ſpiritibus, mundi adminiſtrationem demandare. Natum illum eſſe non niſi ex Maria & Ioſepho fabro lignario, cum eodemq; illud opificium exercuiſſe in 30. vſq; ætatis annum. Docet præ-

terea Chriſtum non propria virtute diuina, ſed virtute omnipotentis ſurrexiſſe à mortuis, nec vllum feciſſe miraculum alia quam Dei præpotentis operatione & efficacia, vt qui illum præ cæteris Prophetis pluribus auxerit donis & muneribus: atq; ob vitam honeſte & ex virtute actam, tum demum illum filium adoptarit, cum à Ioanne in Iordane baptizaretur: idque hac voce cælitus lapſa: Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi complacui: atq; ita Chriſtũ eſſe quidem Dei filium, ſed ſecundum animam duntaxat, eo quod hanc illi in cruce reddiderit & commendarit.

3 Tertio, ridet ille Spiritum ſanctum, dicens, eum nihil eſſe aliud, quam columbam: aſſerẽs etiam, nihil in ſcripturis ſacris neque veteris neque noui teſtamenti de illius diuinitate haberi, neque conſtare, quid ſit Spiritus ſanctus: potiuſque ſe velle redire ad cœnobium, quam credere in Spiritum ſanctum.

4 Quarto, non vult ille ſummis vehendam laudib. Dei genitricem eſſe virginem perpetuam, ſed prius eam habuiſſe duos aut tres filios, nihilque eam diſtare à reliquis fœminis: atque eam ob rem nullo neque illam, neq; alios ſanctos honore afficiendos, nullaque vel illius vel diuorum feſta celebranda. Præterea Dominico die operandũ, Sabbato vero feriandum eſſe, quod Sabbati dies in ſacris literis expreſſe iuſſus ſit coli: de Dominico autem nihil præſcribatur vel conſtituatur.

5 Quinto, idem ille etiam ſacrum reiicit Baptiſma, appellans illud Sataniçam inſtitutionem, affirmanſque eos omnes qui hoc tingantur lauacro, non niſi ad tartarum & ſempiternam damnationem baptizari. Diuinitus enim nõ baptiſmum, ſed circumciſionem eſſe inſtitutam.

6 Sexto, quod ad ſacroſanctæ Euchariſtiæ ſacramentum attinet, non poteſt ille deridendo ac irridicule illud tractando & inde loquendo, animum explere ſuum. Ait Iudæos paſcha vel agnũ paſchalem iam comediſſe, ſi quid reliquum fuit, id igne concremaſſe. Cum enim aliquando quoſdam haberet communicantes, pauciores tamen quam

quam putaret ipſe, alios omnes accerſiuit, his ad illos verbis vtens: Venite huc, non enim poſſum illum deuorare ſolus.

LVCILIA.

LVcilia Aphricana fuit genere, Donati hæretici adiutrix, vtpote cuius opibus (vt author idem Hieronymus ad Creſiphontem aduerſus Pelagianos) Donatus per Aphricam, vt infelices quoſque fœtentibus & putidis aquis pollueret, adiutus eſt. Verba diui Hieronymi ſunt: Cum hæc ita ſe habeant, quid volunt miſeræ mulierculæ oneratæ peccatis, quæ circumferuntur omni vento doctrinæ, ſemper diſcentes, & nunquam ad ſcientiam veritatis peruenientes; & cæteri mulierculárum ſocii prurientes auribus, & ignorantes quid audiant, quid loquantur, qui vetuſtiſſimum cœnum, quaſi nouam ſuſcipiunt temperaturam, qui iuxta Ezechielem, liniũt parietem abſque temperamento, & ſuperueniente veritatis pluuia, diſſipatur: Simon magus hæreſim condidit, Helenæ meretricis adiutus auxilio. Nicolaus Antiochenus omnium immunditiarum repertor, choros duxit fœmineos. Marcion Romam præmiſit mulierem, quæ decipiendos ſibi animos præpararet. Apelles Philemonem ſuarum comitem habuit doctrinarum. Montanus, immundi ſpiritus prædicator multas eccleſias per Priſcam & Maximillam, nobiles & opulẽtas fœminas primum auro corrupit, deinde hæreſi polluit. Dimittam vetera, ad viciniora tranſcendam. Arrius, vt orbem deciperet, ſororem principis ante decepit. Donatus per Africam, vt infelices quoſque fœtentibus pollueret aquis, Luciliæ opibus adiutus eſt. In Hiſpania Agape Elpidiũ, mulier virum, cæcum cæca duxit in foueã, ſucceſſorẽq; ſui Priſcillianum habuit, Zoroaſtris Magi ſtudioſiſſimũ & ex mago epiſcopum, cum iuncta Galla non gẽte ſed nomine, Germanã huc illucq; currentem, alternis & vicinæ hæreſeos reliquit hæredem. Nunc quoq; myſteriũ iniquitatis operatur: Duplex ſexus vtrumque ſupplantat, vt illud

propheticum cogatur aſſumere: Clamauit perdix, congregauit quæ non peperit, faciens diuitias ſuas, non cum iudicio. In dimidio dierum derelinquet eas, & nouiſſimum eius erit inſipiens. Hæc ille. Emerſit autem illa Conſtantii Imperatoris & Liberii Papæ temporibus circiter annum Domini 358.

LVCIANVS.

LVcianus, à quo Lucianiſtæ, Marcionis diſcipulus, Valentini, Cerdonis & Baſilidis hæreſim cum ſuo doctore ſequutus eſt, ſub Antonino Pio Imper. & Pio huius nominis I. ſummo Pontifice Romano, circa annum Do. 156.

1 Hic, authore D. Hilario lib. 6. de Trinitate, & Irenæo lib. 3. cap. 3. vetus teſtamentum aſpernabatur atque reiiciebat.

2 Duos deos, vnum iuſtum, & alterum iniuſtum ſtatuebat, à quibus bona & mala prouenirent omnia.

3 Chriſtum non verum hominem fuiſſe aſſerebat cum Montano & Apelle, ſed putatiue tantum & quaſi per vmbram apparuiſſe: ideoque eum paſſum fuiſſe vmbraliter, & non in vera carne. Vide reliqua in Marcione, cuius hic erat diſcipulus.

LVCIVS ALEXANDRINVS
Epiſcopus Arrianus.

LVcius Alexandrinæ eccleſiæ obtruſus potius, quam legitima electione ſuffectus epiſcopus, fuit prauitatis Arrianæ ſectator acerrimus, Valentis Imperatoris Arrianæ itidem hæreſeos adſertoris maximi, & Damaſi ſummi Romanorum antiſtitis temporibus, circa annum Domini 378.

Eius impium dogma tale erat, vt diceret filium non noſſe ſuam ſubſtantiam ſicuti eſt: eum aſſerens propter nos factum eſſe, vt nos per eum tanquam per inſtrumentum crearet Deus, adeo quidem, vt nequaquam ſubſtitiſſet, niſi nos Deus facere voluiſſet.

De

Digitized by Google

De hoc ſcribit omnibus circumſtantiis Theodoritus Tripartitæ hiſtoriæ lib. 7. cap. 37. qui legatur.

De hoc item Lucio breuiter Ruffinus in hæc verba loquitur: Eo tempore, inquit, Lucius Arrianæ partis epiſcopus poſt fugas ciuium & exilium, poſt cædes & tormenta flammaſque, quibus innumeros condemnauit, ad monaſteria furoris ſui arma conuertit, vaſtat eremum, & bella quieſcentibus indicit: tria millia ſimul vel amplius viros per totam eremum diſperſos aggredi tranſmittit armatam manum. At illi contra gladiis obiectabant ceruices, nihil aliud dicentes, niſi, Amice, ad quid veniſti? Hæc Ruffinus. De hac immanitate vide plura in Valente Imperatore Arriano.

LIBER VNDECIMVS.

MACEDONIANI.

Macedoniani, à Macedonio Epiſcopo Conſtantinopolitano dicti ſunt, qui Conſtantii Imperatoris & Liberii ſummi Romanorum Pontificis temporibus ſuam hæreſim inſtituit, circa annum Domini 359. Ab hoc quoque Macedoniana hæreſis appellata eſt. Hic enim, teſte Rufino lib. 1. hiſt. eccleſ. cap. 25. & D. Auguſt. lib. de hęreſibus cap. 52. Spiritum ſanctum eſſe minorem patre & filio, & non eiuſdem ſubſtantiæ cum patre, ſed eſſe meram creaturam ſtatuit. Quanquam eandem etiam hæreſim prius docuerat Arrius, qui ſicut filium diſſimilem patri, & eſſe creaturã dixit, ita quoque de Spiritu ſancto idem eum aſſeruiſſe perſpicuũ eſt. Sed quoniam Arrii ſectatores diſſecti fuere, quibuſdam affirmantibus filium quodammodo ſimilem patri, licet non eiuſdem ſubſtantiæ, (qualis ex-

titit Eunomius, corpore quidem & animo leproſus, ſed artis dialecticæ callentiſſimus) aliis autem aſſerentibus filium per omnia ſimilem patri, ſed Spiritum ſanctum eſſe illis prorſus diſſimilem, meramque fore creaturam, quorum dux fuit Macedonius: ideo hæc hæreſis Macedoniana vocitata eſt, quod ſub Arrio magis de filio diſputatum, atque conflictatum ſit, quam de Spiritu ſancto. Hi quoq; Pneumatomachi, id eſt, Spiritus ſancti impugnatores ſunt appellati, à πνεῦμα græce, quod ſpiritum latine ſignificat: & μάχομαι, quæ vox idem quod pugno deſignat. Nam vbi in ſacris literis (vt annotat Didymus libro de Spiritu ſancto) τὸ articulus præponi inuenitur, Spiritum ſanctum ſemper ſignificat: adeo quidem, vt πνευματόμαχος idem ſignificet, quod Spiritus ſancti oppugnator.

Hæc autem hæreſis in Conſtantinopolitana ſynodo ſecunda vniuerſali, centum octoginta Patribus celebrata, damnata fuit, anno 383. ſub Gratiano Cæſare, probitate & eruditione non ſolũ claro principe, ſed & ſyncero Chriſtianæ religionis cultore, & Damaſo Romanorum Pontifice.

Quomodo vero ad epiſcopalem Byzantii dignitatem Macedonius peruenerit, diſertis verbis deſcribit Nicephorus Calliſtus eccleſiaſticæ ſuæ hiſtoriæ lib. 9. cap. 4. & 7. qui conſulatur.

MACARIVS ANTIOCHENVS Epiſcopus.

MAcarius Antiochenus Epiſcopus primus author fuit eius hæreſis, quæ in Chriſto vnam tantum fuiſſe voluntatem & operationem, videlicet diuinam, contendit, Iuſtiniano Imperat. & Pelagio I. Papa, circa annum Domini 559. Hic in ſancto & generali ſexto Concilio Conſtantinopoli habito, à centum ſeptuaginta patribus damnatus eſt, ſub imperio Conſtantini huius nominis quarti cognomento Pogonati, hoc eſt, barbati, & pontificatu Agathonis Papæ, & Georgii Conſtantinopolitani Epiſcopi,

Digitized by Google

opi, circa annum Domini 710. De qua re prima parte, ſtinctione 16. fuſiſſime habetur.

Huius hæreſis fautores, Monothelitæ dicti ſunt, ab vna tantum voluntate, quam Chriſto tribuebant, à μόνος ræca dictione, idem quod vnus ſignificante: & θέλησις, id l, voluntas. Hinc Monothelitæ quaſi vnam aſſerentes oluntatem.

MAHOMETES.

MAhometes ille maledictiſſimus Arabs, adeo præ omnibus Antichriſtis, Antichriſtus verus eſt, vt proemodum vnus ille omnium olim venturus ipſe credi quet. Nec quiſquam eſt aut fuit aliquando, qui propius acceat ad Pauli prophetiam, atque ille homo hominum nequiſſimus: Adeo vt niſi alius venerit, omnis prophetia in oc Mahomete implera exiſtimari debeat. Illud enim quod a principio adoleſcentis eccleſiæ ſeductor diabolus per rrium perficere non potuit, hoc per hunc Mahometem dimpleuit, omne venenum quod ille in Arrianis ſparſeat, in Mahometem euomens. Hic mercator viliſſimus, princeps latronum, prænuncius ſatanæ, præcurſor Antihriſti, complementum totius falſitatis, mendacii, & hæeſum, exortus eſt Heraclii Imperatoris, & Honorii huius ominis primi ſummi Romanorum Pontificis, Dagoberi quoque Francorum Regis, & Siſebodi Hiſpaniarum regis temporibus, circa annum Domini 630. Mahomet auem idem ſignificat lingua Arabica, quod furor ſeu indignatio: de quo Carionis Chronicon lib. 3. legendum eſt. Hic prætermiſſis omnibus fere ſublimioribus ſententiis & rticulis fidei, eam ſolum doctrinam retinuit, quæ de bonis moribus præcipit. Mirum ſane quam hoc ipſum adblãliatur rationi humanæ: quare etiam nihil irrepere facilius olet in animos hominum, quam doctrina de fide.

1 Hic cum Sabellio negat Trinitatem.

2 Cum Arrio & Eunomio Chriſtum creaturam eſſe ontendit, eumque Deum dicere ridiculum putat.

3 Cum Carpocrate aſſeuerat Chriſtum non Deum quidem eſſe, ſed ſanctum prophetam.

4 Cum Cerdone aſſerit fore impoſſibile, vt Deus filium habeat, quod nimirum vxore careat, citra quam gignere filium non poſſit.

5 Cum Manichæis Chriſtum negat crucifixum fuiſſe, ſed alium ſibi ſimilem.

6 Cum Donatiſtis negat cuncta Eccleſiæ myſteria, quę ab Chriſti paſſione ſuam vim & efficaciam obtinent.

7 Cum Origeniſtis dicit in Alcorano dæmones eſſe ſub mundi finem ſaluandos.

8 Cum Antropomorphitis, qui Deum corporalem aſſerunt, communicat.

9 Cum Cerintho extremam felicitatem vel ſummum bonum ſtatuit in corporeis voluptatibus.

10 Cum Ebionitis circuncisionem admittit. Cum Tatianis in Alcorano ſuis prohibet vini vſum. Et ita de aliis huius impii erroribus, quos ad viuum deſcribit frater Ricoldus ordinis Prædicatorii, libro quem, Confutatio legis Mahometicæ, inſcripſit; & Pius ſecundus huius nominis Papa, in epiſtola ad Mahometem Turcarum principem: & item Bartholomæus Hungarus: & rurſus Ioannes de Turrecremata, atque denique Guilhelmus Poſtellus his libris, quos de Tartarorum, Perſarum, Arabum, Turcarum, & huiuſcemodi Iſmaelitarum, Mahometanorum, ſeu Sarracenorum origine, religione & ritibus edidit. Gabriel Barelatanus ordinis Prædicatorum, Mahometem ſcribit ſuis aſſeclis permittere, quod aſinis & porcis magis conuenit, quam humana ratione vtentibus. Quod etiam eiuſdem ſectæ æmulator Auicenna comprobat in 9. Metaph. Ariſtotelis.

MAIORINVS CARTHAGINENſis Epiſcopus.

MAiorinus Donatiſta, authore diuo Auguſtino libro de hæreſibus ad Quod vult Deum, à Donato è Numidia

ſidia veniente, & contra Cæcilianum Chriſtianam deri-
ente plebem, adiunctis ſibi eiuſdem factionis Epiſcopis,
pud Carthaginem ordinatus fuit Epiſcopus, ſub Conſtá-
io Imperatore, & Liberio Romanorum Pontifice, circa
nnum Domini 358. Cui Maiorino Donatus Epiſcopus
lius in eadem diuiſione ſucceſſit, qui eloquentia ſua ſic
rioris Donati confirmauit hæreſim, vt multi exiſtimarint
ropter ipſum potius eos Donatiſtas appellari.

Hic porro Maiorinus, cum ſuo authore Donato, fili-
m patre minorem, & filio Spiritum ſanctum, impie aſſe-
ebat, catholicoſque rebaptizabat, vt D. Hieronymus au-
hor eſt in Chron. Reliqua vide in Donatiſtis.

MANICHÆI.

MAnichæi à Manete quodam natione Perſa, dicti ſunt,
qui Aureliani Imperatoris, & Felicis huius nominis
rimi Papæ temporibus, circa annum Domini 273. tam
ate primum apud Arabas, deinde in Aphrica virus ſuum
parſit, idque tanto ſucceſſu propagatum eſt, vt poſtea per
nnos ducentos ſopiri non potuerit. Hic ſe dicebat ex vir-
ine natum, & in montibus educatum. De hoc Perſa mé-
ionem facit D. Auguſtinus libr. 9. quæſtionum, & Leo
Papa: Euſebius quoque lib. 7. c. 28. in hæc verba: Eo tem-
pore, inquit, Manes quidam, ſecundum nomen ſuum in-
aniens, & inſtinctu dæmonis agitatus, inuiſam & execra-
ilem hominibus hæreſim docuit, tam acer ingenio, vt in-
aniæ vel dæmonis plenus videretur. Nunc Chriſti ſe ge-
ere formam conabatur oſtendere: nunc ipſum Paracle-
um ſe eſſe prædicabat: quod vt facilius hominibus per-
uaderet, inſtar Chriſti duodecim diſcipulos elegit, quos
d prædicanda ſua dogmata miſit. Sed de hac re latius ex
Nicephori hiſtoria eccleſiaſtica: qui adeatur lib. 6. c. 31.

1 Caput doctrinæ Manichæorum erat, duos Deos eſſe,
lterum quidem bonum, alterum vero malum, vtrunque
amen iuxta æternum. Quæ doctrina probabilis ſane viſa
eſt rationi humanæ. Nam cum Deus natura bonus ſit, &

interim malum tantam vim habeat, ea humana ratio neceſſario eſſe putauit Deum fore peculiarem, qui malorum author eſſet, potentia nihilominus & ęternitate alteri Deo æqualis. Quæ tamen hæreſis quam ſit inſana & demens in eo dignoſcitur, quod omnes philoſophi eadem eſſe principia vtrorunque ſemper præſuppoſuerint. Nullum enim malum exiſtens eſt, nec in exiſtentibus, quemadmodum inquit Dionyſius. Et priuatio, & non ens, incidunt præter intentionem agentis

2 Præter hęc & alias habebant hæreſes, quas docebant, quæ huiuſmodi fuere: adſtruebant enim animam hominis, aut Dei ſubſtantiam, aut ex Dei ſubſtantia eſſe, ex eoque tanquam ex aliquo fonte manare.

3 Dicebant quoque nullo pacto licere bellum gerere: atque ob hanc cauſam (vt diuus Auguſtinus teſtatur lib. 22. contra Fauſtum, cap. 74.) Moyſen reprehendebant, quod bella geſſiſſet.

4 Contendebant rurſus omnes beſtias rationis eſſe capaces, omniaque bruta animalia æque atque hominem, non ſolum ſentire, verum etiam intelligere.

5 Item corpus ſuapte natura malum eſſe, & ideo à malo principio factum.

6 Rurſus non licere veſci carnibus, eo quod à diabolo eſſent.

7 Dicebant etiam, Chriſtum non fuiſſe verum hominem, ſed phantaſticum, & phantaſma quoddam, nec ex vtero virginis prodiiſſe, cum fœmineo poſſe naſci vtero negantes. Non enim dignum eſt (aiebant) credi tantam maieſtatem per ſordes & ſqualores fœminæ tranſire potuiſſe. Contra quam inſaniam ſic ait Vincentius Lirinenſis: Quotieſcunque (inquit) aliqua ſuſcipitur imitatio actionis alienæ, ita aliorum offi ia aut opera patrantur, vt tamen hi qui agunt, non ſint ipſi quos agunt. Neq; enim (vt verbi gratia, ſecularium & Manichæorum vtantur exemplis) cum actor tragicus ſacerdotē effingit, aut regem, ſacerdos aut rex eſt. Nam deſinente actu, ſimul & ea, quæ ſuſceperat perſona, deſiſtunt. Abſit hoc à nobis nefarium

ſceleratumq; ludibrium. Manichæorum ſit iſta dementia, qui phantaſiæ prædicatores, aiunt filium Dei Deum, perſonam hominis non ſubſtantiue extitiſſe, ſed actu putatiuo quodam & conuerſatione ſimulaſſe. Catholica vero fides ita Verbum Dei hominem factum eſſe dicit, vt quæ noſtra ſunt, non fallaciter & adumbrate, ſed vere expreſſeq; ſuſciperet: & quæ erant humana, non quaſi aliena imitaretur, ſed potius vt ſua gereret, & prorſus quod agebat, hoc etiam eſſet. Sicut ipſi nos quoque in eo quod loquimur, ſapimus, viuimus, ſubſiſtimus, non imitamur homines, ſed ſumus, &c. Vide reliqua ibidem.

8 Dicebant etiam diabolum natura ſua eſſe malum, nec bonum eſſe poſſe. Immo creaturas ex ſe & generatione ſua malas eſſe, quod a malo Deo creatæ eſſent.

9 Itaque ex pane confici corpus Chriſti nullo modo poſſe aſſerebant, eo quod panem creaturam diaboli eſſe dicerent. Quod B. Auguſtinus lib. de hæreſibus, c. 40. de eiſdem Manichæis diſſerens confirmat, cum eos dicere aſſerit alimenta omnia eſſe immunda propter mali principii commixtionem, eamque illos quibuſdam execrandis purgationibus adhibitis purificare. Nam farina (inquit) ex qua panis pro Euchariſtia conficiendus erat, humanum ſemen miſcebant, dicentes ſemine admixto farinam purificari, atque ea ſic (vt dicebant) per ſeminis mixtionem purificata, ſacramentum execrandum conficiebant.

10 Nullum iudicium futurum eſſe fatebantur, quo facilius in quodlibet vitium ferrentur & ruerent, quanto minus pœnam propter illud infligendam crederent.

11 Docebant etiam, legem veterem eſſe malam.

12 Contendebant rurſus, peccata non poſſe vllo pacto vitari, ſed ea ex mala mente proficiſci. Illi enim duas in homine dicebant eſſe mentes: vnam quidem malã, & à malo principio, eam videlicet, quam nos vocamus concupiſcentiam carnis: alteram vero bonam, quam nos appellamus animam rationalem. Peccata quæ in homine fiunt, à mala anima procedere: & ea propter non poſſe per libe-

rum arbitrium impediri, ideoque liberum arbitrium non poſſe iuuare ad ſalutem, contra illud Apoſtoli: Gratia eius in me vacua non fuit.

13 Dicebant nuptias fore illicitas, ideoque omnes illos peccare, qui nuptiarum fœdera intèr ſe coniungerent.

14 Item peccatum non eſſe à libero arbitrio, ſed à Dæmone. Sed & nullam prorſus voluntati tribuebant actionem, nec quidem adiuuante Spiritu ſancto: quaſi nihil intereſſet inter ſtatuam & voluntatem.

15 Totum denique vetus Teſtamentum reiiciebant. Neque etiam recipiebant Apoſtolorum libros, ſed ſua dogmata ſingularia comminiſcebantur, quæ Chriſti Euangelium quoque vocabant.

16 Gloriabantur & de peculiaribus illuminationibus è cælo, dicebantque ſe donare Spiritum ſanctum.

17 Inſtituerunt & ceremonias peculiares: vſi ſunt & ciborum delectu: matrimonia interdixerunt, affirmantes per hæc contingere Spiritum ſanctum.

18 Docuerunt & reiiciendam eſſe ciuilem poteſtatem. Nam matrimonium, & rerum publicarum adminiſtrationem ex malo Deo proueniſſe dicebant, non à bono Deo conſtituta eſſe. In quam hæreſim hac noſtra ætate plane prolapſus eſt Thomas Monetarius apud Duringios.

Aduerſus hanc hæreſim ſtrenue libris compoſitis depugnarunt Titus Soſtræ, & Diodorus metropolis Ciliciç, epiſcopi. Scripſit etiam contra eam Gregorius Laodicenſis, vir qui hæreſim quidem Arrianam defenderit, ſed philoſophicis diſciplinis ab ineunte ætate apprime eruditus fuerit. Præterea Phœnix, Euſebius, Ioannes quoque de Turrecremata, iuſſu Pii ſecundi ſummi Pontificis collegit tractatum quinquaginta veritatum, contra quinquaginta errores Manichæorum.

MANIFESTARII.

MAnifeſtarii, ſunt hac noſtra tempeſtate ſecta Anabaptiſtæ, ſic quidem dicti, authore Lindano Dubitantii ſui

Digitized by Google

ii ſui dial. 2. à varia ſuæ perfidiæ profeſſione. Hi porro a-
unt, vt inquit Staphylus, impium eſſe, ſi cum rogentur, ſe
quod ſunt, negent eſſe Anabaptiſtas. In Pruſſia hoc ſectæ
genus frequens eſt.

MARATHONIVS NICOMEdienſis Epiſcopus.

MArathonius, vt author eſt Nicephorus eccleſiaſticæ hiſtoriæ libro nono, capite quadrageſimo ſecundo, cum prius Diaconus eccleſiæ Conſtantinopolitanæ eſſet, egregiumque ſe virum præſtitiſſe diceretur, indigentium hominum domiciliis, virorumque & mulierum ſcholis extruendis atque curandis, à Macedonio Conſtantinopolitano epiſcopo Arriano, cuius ille erat ſectæ, in ſacrorum antiſtitem Nicomedienſis eccleſiæ creatus eſt, quod eum ſciret rebus ſuis exequendis maxime idoneum. Nam licet eius vita probaretur à compluribus; affligendis tamen eis qui conſubſtantialem patri filium profiterentur; nimium erat induſtrius, quanuis ea in re Macedonio diſſimilis, vti prius dictum eſt in Macedonio. Hic Conſtantii Imperatoris & Liberii ſummi Romanorum Pontificis temporibus extitit, circa annum Domini 360.

De hoc ſic quoque habet idem Nicephorus, eiuſdem lib. cap. 47. Macedonius, inquit, etiam ſi ante idem cum Eudoxio & Acacio ſenſiſſet, nihilominus tamen ex eccleſia ſua deturbatus, non eandem porro quam illi, ſequebatur opinionem, ſed fidei profeſſionem Antiochiæ primũ; poſtea etiam Seleuciæ confirmatam; quam ipſe ſeu potius Marathonius, quem Nicomediæ epiſcopum fecerat, vt quidam putant, æquiſubſtantialem appellabat, obtinere debere cenſuit. Verum non id modo egit, ſed etiã in theologia ſeu diuinitatis ratione exponenda, Spiritum ſanctum perſonam vnam Trinitatis dicendam eſſe negauit. Ac filium quidem Deum perfectum, & ſubſtantia patri æqualem eſſe dixit: Spiritum ſanctum autem, expertem hono-

ris & dignitatis eiuſmodi ſtatuebat, famulum eum & administrum, Angelicisque ordinibus paulo præſtantiorem eſſe docens.

Et in eadem cum eis ſententia erant Eleuſius Cyzicenus & Sophronius Paphlago, & Euſtathius Sebaſtienſis. Qui tamen aliis æquior, neque Deum, neque creaturam Spiritum ſanctum dicere maluit. Suffragabantur eis & alii multi, & fere omnes, quibus à parte aduerſa dignitas abrogata fuerat. Nec minimam ſecum partem populi in vrbe Conſtantinopolitana, atque in Bithynia, Thracia, Helleſponto, & aliis vicinis in circuitu populis trahebant. Vita namque & moribus (quos potiſſimum multitudo ſpectare ſolet) probatis erant. In publicum cum grauitate quadam veneranda prodibant. Inſtituta eorum non multum à monaſticis aberant. Et ſermo affectata quadam ſanctimonia miſtus, vim ad perſuadendum ſatis accommodatam præferebat. Qualis ſane & Marathonius fuit. Qui publicorum vectigalium inter milites ſub ducibus ſtipendia facientes rationalis, loculis probe refertis, poſtquam eum quæſtum poſthabuit, egenorum publicis domibus curator præfuit, & ægrotis inſeruiit. Deinde aſceticam ſiue monaſticam quoque vitam, Euſtathio Sebaſtienſi authore, ſequutus eſt. Inſigne is etiam monaſterium Conſtantinopoli conſtruxit, quod ad longum durauit tempus.

Tam ſtudioſus vero Macedonii hæreſis fuit, vt pecunia ſua expenſa, propagandam eam curauerit: Marathonianosque populares eius appellandos eſſe, illis perſuaſerit. Et vnus ipſe, ne prorſus ſecta ea Conſtantinopoli interiret, obſtitiſſe viſus eſt. Macedoniani nanque, ex quo tempore epiſcopatu Macedonius eſt deiectus, neque eccleſiam, neque epiſcopum poſtea (niſi paucis exceptis) donec Archadius ad imperium peruenit, habuere. Siquidem Arriani, omnes qui alterius eſſent, quam ſuæ ſectæ, eccleſiis exactos, plurimis etiam aliis malis afflixere.

Cæterum iſti non tantum Macedoniani & Marathoniani, verum etiam Pneumatomachi, hóc eſt oppugnatores Spi-

res Spiritus ſancti, ſunt nominati. Ac qui eo tempore epiſcopi ſedibus ſuis ſint eiecti, operoſum eſſet omnes receñſere. Vt autem breuiter dicam, nulla fere fuit in Romano Imperio gens, quæ calamitatem eam experta non ſit. Hactenus Nicephorus. De hoc vide plura in Macedonio, Euſtathio, Acacio, & Pneumatomachis.

MARCELLVS ANCYRANVS Epiſcopus.

MArcellus, à quo Marcelliani, Ancyræ Galatiæ vrbis Epiſcopus fuit, Conſtantii Imperatoris, & Iulii huius nominis primi Romani Pontificis temporibus, circa annum Domini 340.

Hic aduerſus Aſterium quendam Cappadocem cum ſcripſiſſet, contrarietatis menſuram adeo exceſſit: vt cum Paulo Samoſateno, purum hominem præſumpſerit dicere Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. Sed eius hiſtoriam ex eccleſiaſtica Nicephori lib. 8. cap. 52. audiamus. De eo enim ſcribit ex Sozomeno in hunc modum:

Sub idem tempus cum de Arriana ſecta epiſcopi Conſtantinopoli congregati diligentiſſime cõquirerent, Marcello quoque Ancyræ minoris Galatiæ epiſcopo dignitatem, veluti qui noua inuexiſſet dogmata, abrogarunt. Aſterius nanque quidam ex Cappadocia ſophiſta, qui oſtentationis & quæſtus cauſa philoſopharetur & doceret, eo ſtudio poſthabito, Chriſtianam religionem ſe culturum profeſſus fuerat, & libris aliquot compoſitis, Arrii opinionem adſtruere contenderat. Cum quo itidem Chriſtum Dei virtutem eſſe ſcripſerat, vti Moſes erucam & locuſtam, magnam virtutem Dei eſſe dixit. aliaque hiſce ſimilia cauillans, Arrianis adhærebat: atque in ſynodis eis aſſiſtens, plurimum eos adiuuabat. Illud autem in conſilio habebat, vt præclaræ alicuius vrbis epiſcopatum conſequeretur. Verum id quod conſtituerat, parum ei ſucceſſit. Perſequutione enim non tolerata, diis ſacrificauerat: eamque ob rem, ſacrorum adminiſtratio ei eſt denegata.

Porro quos compoſuerat libros, in Syria vulgauit. Aduerſus quos Marcellus ſcribens, ſiue ſciens, ſiue imprudēs, in errorem ex diametro illi contrarium eſt delapſus, & cum Paulo Samoſateno, Chriſtum eſſe hominem dixit. Quod vbi intellexerunt qui Tyri & Æliæ coacti fuerant epiſcopi, Aſterio quidem ipſi nihil obiecere, quod ſcilicet ſacris eccleſiaſtici miniſterii initiatus non eſſet: Marcello autem epiſcopali dignitate prædito, quum plurima vitio verterūt, tum quod perperam ſcripſiſſet, dicam impegerunt: aboleréque eum libros, qui nihil à Samoſateni ſcriptis differrent, iuſſerunt. Atque ille facturum ſe id pollicitus, minime tamen fecit.

Cæterum vbi Euſebius inde literis Conſtantini vocatus Byzantium venit, rurſum Marcelli cauſa in diſceptationem eſt deducta. Poſtquam autem minime illi viſum eſt, vt impietatis libros, ſicuti receperat, igni conſumeret, epiſcopatum ei Euſebiani ademere, & Baſilio cuidam eloquentia & varia doctrina prædito viro, Galatiæ eccleſiam regendam tradidere. Scripſerunt ii quoque, vt Marcelli ſcriptum, vbicunque reperiretur, prorſus aboleretur: capitibus quibuſdam ex eo ſcripto, vt diſſonantibus epiſtolæ inſertis. Quod ſane ſcriptum libris tribus, quemadmodum audiui, pulcherrime refutauit Euſebius Pamphili. Marcellus autem in Synodo Sardicenſi poſtea epiſcopatum ſuum recuperauit, quod non ita ſentire exiſtimatus eſſet. Non enim ſatis perpenſa & intellecta à multis eius ſcripta: ob eamque cauſam, in Pauli eum opinionem incidiſſe, per calumniam homini obiectam eſſe, creditum eſt: Simulque dictum, per modum quæſtionum à Marcello ſcripta ea eſſe inſtituta. Et Imperator ipſe, manifeſtam eſſe Euſebianorum contra eum calumniam deprehendit. Admodum enim infeſti illi erant, quod neque in Phœnicia quæ aduerſus Athanaſium ipſi conſtituerant, neque rurſus Hieroſolymis quæ pro Arrio decreuerant, comprobaſſet. Sed neque in dedicando Caluariæ templo, quod magnum martyrium eſt cognominatum, à communione

eorum

ꝛrum ſe ſubducens, eis affuiſſet. Quapropter ad Imperatorem ſcribentes, præter alia viro obiecerant in Imperatorem ipſum contumeliam, eo quod eccleſiam ſplendidiſſime conditam, cum reliquis epiſcopis conſecrare ſuperſediſſet. Hæc Nicephorus. De hoc vide ſupra in Aſterio ſophiſta, & in Photino.

MARCION.

MArcion, à quo Marcioniſtæ, vel Marcionitæ, hæretici, Ponticus natione, ex ciuitate Sinope fuit: primo quidem (vt autor eſt Irenæus lib. 1. aduerſus hæreſes cap. 29. & lib. 4. cap. 57. & Tertullianus lib. de hæreſibus, Euſebius quoque lib. 4. eccleſiaſt. hiſtor) in doctrina philoſophorum, maxime Stoicorum eruditus, deinde ad fidem Chriſti conuerſus, Valentini, Cerdonis & Baſilidis dogma ſecutus, multa ex philoſophica doctrina Catholicæ religioni inſerere conatus eſt: Romamque veniens, complures ibi ſeduxit, Antonini Pii Imperatoris, & Pii huius nominis primi Romanorum Pontificis temporibus, circa annum Domini 155.

Hic itaque cum ibidem Polycarpum, qui poſtea martyrio vitam finiuit, inueniſſet, eumque ſalutans dixiſſet, Agnoſcis me ô Polycarpe? Agnoſco te, inquit Polycarpus, primogenitum Satanæ. Hic porro præter Lucæ Euangelium nullum aliud recipiebat. Epiſtolas quoque diui Pauli Apoſtoli prorſus peruertit, ex eis auferens quicquid ſuæ impietati repugnare ſibi videbatur, præter eas quæ ad Timotheum & ad Titum ſcriptæ ſunt, reliquas omnes reſpuens. Ea nempe quæ in eis de Chriſto vt de Deo vero dicuntur, præteribat: quæ autem quaſi de homine in illis aſſeruntur capitula, ea ſolum recipiebat. Qui tandem à B. Ioanne Euangeliſta (vt inquit Philaſter) & à preſbyteris Epheſinis deuictus atque fugatus, Romam aufugit, vbi ſuam hæreſim plus ſatis ſeminauit. Cuius loci preſbyteros ſanctos eccleſiæ catholicæ interrogans, ſenſus ſui errorem mortiferum eis propinabat, in hæc verba: Dicitote (aie

bat) mihi, quid ſibi vult quod in Euangelio, dicente Domino, ſcriptum eſt: Nemo pannum rudem mittit in veſtimentum vetus, neque vinum nouum in vtres veteres, alioquin rumpentur vtres, & effundetur vinum? Et iterum: Non eſt arbor bona, quæ faciat malum fructum: neque arbor mala, quæ faciat bonum fructum? De qua re cum à diuis illis preſbyteris vt erant à ſanctis Apoſtolis edocti, accepiſſet interpretationem, vana ſcientia tumidus, veritati non acquieſcebat, ſed magis Cerdonis ſui doctoris firmabat mendacium. Cuius Marcionis & Marcioniſtarum errores præcipui ſunt huiuſmodi.

1 Eos inprimis qui ſine baptiſmo defuncti eſſent, baptizabant, teſte Theophylacto, qui illud Pauli interpretãs, alioqui quid faciunt, qui baptizantur pro mortuis, ſi mortui non reſurgunt? Mos eſt, inquit, Marcioniſtis hæreticis, cum aliquis apud eos ſine baptiſmo diſceſſerit, eius qui vita functus eſt, feretro viuum aliquem ſubmittere hominem. Proinde feretrum ipſi adeuntes, à mortuo ſciſcitabantur vtrum ei liberet baptizari: moxque qui latitabat viuus de loco inferiori reſpondens, ſe velle, inquiebat, aſſerentemque demortui loco baptizabant. Hi itaque prauæ huius conſuetudinis inſimulati, Apoſtolum dictant eam rem iniunxiſſe, producuntque dementes illi & veſani id dictum, videlicet, Alioqui quid facient qui baptizantur pro mortuis, ſi mortui non reſurgunt? Hæc Theophyl.

2 Cum Cerdone ſui erroris magiſtro, duo rerum principia (D. Auguſt. teſte lib. de hæreſibus cap. 21. cum de eodem Cerdone verba facit) ponebat, quæ ſibi aduer[illegible]arentur: Deum quidem legis & prophetarum, quem ne[illegible] fore patrem Chriſti, nec eſſe bonum, iuſtum tamen aſſ[illegible]ebat: alterum vero, quem eſſe patrem Chriſti, & hunc e[illegible]e bonum fatebatur.

3 Docebat legem veterem eſſe malam & à malo procedere principio. Quam hæreſim poſtea tutatus eſt Manichæus, vt ſupra dictum eſt.

4 Item nuptias eſſe illicitas, omneſque peccare qui matrimo-

trimonio iungerentur, nuptias adeo deteſtans, vt B. Hieronym. li. 1. contra Iouinianum prope initio libri teſtetur, hunc præcipuum fuiſſe errorem Marcionis, cum ita ait: Neque vero nos Marcionis & Manichæi dogma ſectantes, nuptiis detrahimus. Quamuis enim quidam velint huius erroris primum fuiſſe authorem Tatianum à quo Encratitæ (vt ſupra diximus) originem ſumpſere: diuus tamen Hieronymus videtur ſua ſententia id Marcioni aſcribere, cum hic Tatiano fuerit vetuſtior.

5 Carnis reſurrectionem futuram negabat, vt ait Tertullianus lib. de hæreſibus.

6 Dicebat denique (authore Philaſtrio) Chriſtum putatiue & quaſi per vmbram apparuiſſe, & paſſum fuiſſe, & non in vera carne.

Contra hunc plures grauiſſimi authores ſcripſerunt, vtpote Theophilus Antiochenus Epiſcopus, Modeſtus quoque & Dionyſius Corinthiorum epiſcopus, Philippus Gortinenſis epiſcopus, Hippolytus epiſcopus Africanus, Rhodon Aſianus, Irenæus Lugdunenſis epiſcopus, Iuſtinus martyr & Tertullianus. E quibus ii tres vltimi, quod ſciam, ſolum extant, alii temporum iniuria & calamitate exciderunt.

MARCVS.

MArcus, à quo Marcitæ hæretici, Valentini hæreſiarchæ diſcipulus fuit, & Heracleonis ſucceſſor, teſte Euſebio lib. 4. hiſtoriæ eccleſiaſticæ cap. 11 & Irenæo lib. 1. aduerſus hæreſes, cap. 8. Vixit autem ſub Antonini Pii imperio, & Pii huius nominis primi ſummi Romanorum antiſtitis Pontificatu, circa annum Domini 155. De quo refert idem Irenæus Lugdunenſis epiſcopus, quod is de Baſilidis Gnoſtici ſtirpe deſcendens, primum in Gallias venerit, & eas partes, per quas Rhodanus & Garumna fluunt, ſua doctrina maculauerit, maximeque nobiles fœminas magicis artibus ſeduxerit, quædam illis in occulto myſteria repromittens. De quo ſic habet Nicephorus eccleſiaſticæ hiſtoriæ lib. 4. cap. 3.

Valentini autem, inquit, immenſum & profundum pelagus hic Iræus facile emenſus, intimis obſcuræ & erroneæ populiq; ſeductricis ſyluæ ſpeluncis incubantem impoſturarum ſerpentem, vbi dudum abſtruſus latuerat, extraxit, & nudum in apricum produxit locum.

1 Quo tempore Marcum etiam fuiſſe dicit, nequitiæ magicæ peritiſſimum. Quorum deteſtanda ſacra talibus oſtendit verbis: Etenim quidam eorum thalamum nuptialem conſtruunt, & arcanum quoddam initiandi genus celebrant, adiectis nonnullis ſuper his qui initiantur, votis & precationibus: & ſpirituales nuptias, quas faciunt, eſſe dicunt, ad ſimilitudinem ſupernorum coniugiorum.

2 Alii ad aquam eos ducunt, & baptizantes, hæc verba addunt: In nomine ignoti patris omnium, in veritate matre omnium, & in eo qui deſcendit Ieſu. Sunt etiam qui Hebraica inſuper efferunt nomina, ad eorum qui initiantur, terrorem & conſternationem maiorem.

3 Dixit etiam Marcus Chriſtum non vere, ſed putatiue paſſum fuiſſe.

4 Cum Baſilide & Cerdone, carnis negat reſurrectionem futuram.

5 Duo poſtremo (authore Auguſtino libr. de hæreſibus) principia contraria opinatur.

6 De hoc Philaſtrius ſcribit in hunc modum: Marcus autem quidam, inquit, Heracleonis ſucceſſor, numerum & menſuram, & calculum, rationem etiam computationis faciens literarum, quaſi veriſimilis & cuiuſdam rei nouæ inuentor, cum æſtimaret à quibuſdam ſe poſſe laudari, non in paruam itidem erroris incurrit amentiam. Dicit enim ita: Vigintiquatuor literæ ſunt, quæ perfectionem habent omnium rerum. Propter quod & Chriſtus, inquit, dicebat: Ego ſum Alpha & Omega.

7 Dicebat etiam, in poſtremo tempore Chriſtum deſcenſurum ad Ieſum in figura & ſimilitudine columbæ, ipſumq; Chriſtum columbam eſſe docebat, quæ deſcēdit, (inquit) ad duodecim Æonas, i.e. ad duodecim Apoſtolos, & v-

Digitized by Google

& vnum ex eis cecidiſſe, hoc eſt, Iudam, æſtimabat. Hæc Philaſtrius.

MARINVS SECTÆ ARRIANÆ præfectus Conſtantinopoli.

MArinus, Thrax natione, Arrianæ hæreſeos adſertor maximus fuit tempore Theodoſii huius nominis I. Imp. & Siricii maximi Romanorũ Pontificis, circa annum Dom. 395. De quo ſic habet Niceph. hiſtor. eccleſiaſt. libr. 12. cap. 30.

Eodem tempore (quo videlicet Eunomianorum, Macedonianorum & Nouatianorum hæreſes in multas alias hæreſes ſunt diuiſæ, & vnaquæque earum ab alia fuit ſeiuncta, Theodoſii ſenioris nimirum ætate) ab Arrianis Conſtantinopoli illud in quæſtionem vocatum eſt, an priuſquam filius fuerit, (profitebantur enim eum ex non exiſtentibus extitiſſe) pater tum pater vocari potuerit. Et Dorotheus quidem qui Antiochia accitus, ibi pro Marino (qui inde diſceſſerat, vt ſupra dictum eſt in Dorotheo) adminiſtrationem ſectæ huiuſcemodi obtinebat, aperte decernebat, fieri non poſſe, priuſquam filius ſubſiſteret, vt pater vocaretur: quod patris nomen ex eis eſſet, quod ad aliquid referretur. Marinus vero diuerſum cenſuit: & prius etiam patrem, quam filius fuerit, patrem profitebatur. Siue quod ita ex animo ſentiret, ſiue quod Dorotheo aduerſaretur, vt qui ei hæreſi ea gubernanda, prælatus fuerit. Et talẽ ob cauſam in partes duas multitudo, q̃ eos ſectabatur, diſceſſit. Et Dorotheus quidẽ in ſacra ſua ęde permãſit.

Qui autem Marini partium erant, nouis conditis eccleſiis, in eis conueniebant. Qui etiam Pſathyriani, ſiue Gotthiani vocati ſunt: propterea quod vir quidam Pſathyropol. hoc eſt, placentarum venditor, quę ex librorum genere ſunt, nomine Theoctiſtus, opinionem hanc magnopere defendit. A Gotthis autẽ illis nomen inditum, quod Selinas Gotthorum epiſcopus tantopere illi ſententiæ addictus fuit, vt ad eam, gentem Gotthicam omnem ad-

duxerit. Nam obſequentes ſibi admodum barbaros habuit, nimirum quod ad docendum non ſolum patria eorum, verum etiam Græca lingua appoſitus fuerit: Vlphilæ illius Gotthorum epiſcopi, de quo ſupra diximus, quum Gotthorum hæreſes exponeremus, primum ſubſcriba, deinde etiam ſucceſſor factus.

Nec ita multo poſt diſſidium quoque interceſſit Marino & Agapio, qui factionis eius eccleſiæ Epheſi epiſcopus à Marino creatus præfuit. Quorum diſceſſio parum abfuit quin bellum prorſus, Gotthis maxime Agapio fauẽtibus, mouerit. Quam ob cauſſam permulti Præfectorum ſuorum, concertationem & diſſidendi ſtudium reprehendentes, ad vniuerſalem ſe eccleſiam contulere, qui etiam nullo diſcrimine ad communionem ſunt admiſſi. Atque hæc quidem cauſſa extitit, cur primum Arriani ſegregati, in factiones abierint. Et ex eo tempore illi, in quibus ſunt vrbibus, ſeorſim ſuos quæque conuentus ſecta egit. Conſtantinopoli vero, eos triginta & quinque annis diſſidentes, tandem ad concordiam vir quidam conſularis Plinthas, ſectæ eorum ſectator, equeſtribus ſimul & pedeſtribus copiis præfectus, magni in aula imperiali nominis, reduxit. Quo tempore ſynodo etiam ab Arrianis coacta, ſtatutum eſt, ne quando poſthac quæſtiones, quæ ſeceſſionẽ tantam attuliſſent, in medium proferrentur. Hæc quidem paulo poſt facta. Si quis autem conſilium eiuſcemodi hæreſium cognoſcendarum cepit, vnde & quomodo initia ſua ſumpſerint, & quibus authoribus incrementa ſua acceperint, eum vt Panaria legat hortor. Liber autem is ab Epiphanio, qui eccleſiam Cypri adminiſtrauit, editus eſt. Præterea Theodoritum Cyri epiſcopum, atque inſuper admirabilem illum Ioannem Damaſcenum: nam & hi ambo permulta de iis diſſerunt.

MARIS CHALCEDONIS Epiſcopus.

MAris Epiſcopus Chalcedonẽſis, vnus epiſcoporum fuit, qui Arrii impium dogma ſequuti ſunt, poſthabite

bito trecentorum octodecim patrum in Nicena ſynodo congregatorum de fide decreto, ſub Conſtantino Magno Imp. & Syluestro Romano Pontifice celebrata, circa annum Dom. 318.

Dicebat autem id cum Arrio & his qui formulam fidei Nicenam reiiciebant, fuiſſe aliquando cum nõ eſſet filius, & eum non fuiſſe priuſquam genitus eſſet, & ex non exiſtentibus factum, ſed creatum, & mutationi alterationiq; obnoxium. De quibus ſic ait Niceph. eccleſiaſticę hiſtoriæ lib. 8. cap. 18.

At pauci admodum Arrii laudarunt opinionem ex iis qui Niceæ conuenerunt. Erant autem ii, Euſebius Nicomediæ, Theognis Niceæ, Maris Chalcedonis, Theonas Marmaricæ, Secundus Ptolemaidis, Menophantus Epheſi, Patrophilus Scythopolis, Narciſſus Neroniadis, (quæ ſecundæ Ciliciæ ciuitas eſt, nunc Irenopolis vocata) epiſcopi. Dicebant namque ὁμοούσιον, id eſt, Conſubſtantiale eſſe, quod ex aliquo ſit per partitionem, aut per germinationem, aut per fluxum. Ac per fluxum quidem, vt paterni liberi: per germinationẽ, vt ex radicibus ſurculus: per partitionem autem, vt ex maſſà aurea ramenta duo aut tria. At quia iuxta nullam talium modorum rationem ex patre filius eſſet, propterea editam fidei profeſſionem reiicere ſtatuerunt. Et quum Conſubſtantialis vocem prorſus nõ receperũt, tum ſubſcribere decreto ei, quo dignitas ſacerdotalis Arrio eſt abrogata, noluerunt. Quæ res ſynodo cauſã præbuit, vt Arrium, atque vna omnes qui eius adhærerẽt ſententiæ, excommunicatos anathemati ſubiiceret, ac ne quis eorum Alexandriam ingredi auderet, ſanciret. Eadem anathemá quoque ſanxit in voces hæreſis eius, & librum quem ille contra pietatem compoſitum, Thaleiam inſcripſerat, quaſi floridum & viridantem, cuius ſtylus & eloquutio, ſimplex & diſſoluta Sotadiſque poetæ cantilenis perſimilis fuit. Ac præterea, ſi quid aliud eius aut ſectatorum eius inueniretur ſcriptum, vt id igni mandaretur. Quin capite quoque Conſtantinus ſanxit, ſi quis quic-

quam eorũ preſſum occultaſſe, nec ſtatim exuſſiſſe compertus eſſet. Multas inſuper epiſtolas per vrbes paſſim cõtra Arrium, & qui ſectæ eius erant, miſit. Qui vero cum Arrio ſenſuri, aut opinionem eius laudaturi eſſent, in eos ſe grauiter animaduerſurum eſſe, eſt minitatus.

Hic tamen Maris, licet Arrianæ perfidiæ aſſecla maximus eſſet, cum, quantorum malorum Iulianus apoſtata foret author, intellexiſſet, lumine oculorum orbatus, in ætate decrepita, manu à puero Conſtantinopolim (vt teſtatur idem Nicephorus ſuæ hiſt. lib. 10. cap. 20.) deduci ſe fecit, Imperatoremque ipſum mira libertate ſuæ perfidiæ & impietatis taxauit, impium eum, contemptorem Dei & deſertorem, ignominioſe appellans. Ad quæ non aliud per iram reſpõdit, quam quod cæcitatem ſeni exprobrans, verbis tantum eſt vltus. Et quod Chriſtum blaſphemia & maledicto perſtringens, non tantum eum poſſe dixit, quem ille coleret Galilæum Deum, vt cæcitati eius mederetur. Sic enim hoc ei ſolenne erat, vt Chriſtum Galilæum, Chriſtianos Galilæos vocaret. Cui epiſcopus, magna vſus dicendi libertate, occurrens: Gratias, inquit, ago Seruatori meo Deo, qui vt viſum amitterem, pro eo atque nunc res habent, curarit, ne impuriſſimum vultum tuum ad impietatem declinantem cõſpicerem. Et ille placabilitatem quidem aſſimulans, nihil reſpondit: ſed rem eam tamen grauiter admodum accepit. Nam cum ſciret, in quo honore apud Chriſtianos eſſent, qui ſub Diocletiano martyrium obierant, & inſuper alacritatem eorum, qui ad idem martyrium adſpirarent, cerneret: gloriam eis talem inuidens, aliam inſtitit viam. Quod enim ſummæ eſſet ſæuitiæ, vt per ſeipſum Chriſtianos excruciandos curaret, id repudiauit: vt eos autem occulte perſequeretur, non poſthabuit. Quapropter vulgo & populis aliis, quicunque tandem vellent in Chriſtianos quidquam committere, id permiſit: ita demum ſuperſtitionem Græcorum inualituram arbitratus, ſi malorum tolerantiam velut inescationem præten-

ſendens, placiditatem atq; humanitatem etiam erga Chriſtianos ſimularet. Hæc Nicephorus.

MARONITÆ.

MAronitæ, ab hæretico quodam nomine Maron, dicti ſunt, vt teſtatur Bernardus Lutzemburgus catalogo hæreticorum, qui cum Eutychete, Dioſcoro, & Acephalis, vnam duntaxat in Chriſto fuiſſe voluntatem & operationem aſſerebat. Hanc imitati hæreſim Maronitæ, cum per quingentorum annorum ſpatium à conſortio fidelium fuiſſent excluſi, hoc eſt, ab anno 699. tandem diuina inſpiratione reſipiſcentes, hæreſi abiurata, ad vnitatem fidei ſunt reuerſi, per manus Emerici Antiocheni patriarchæ, eccleſiæ Romanæ obedientia exhibita. Vnde eorum patriarcha generali interfuit concilio, Romæ celebrato ſub Innocentio huius nominis tertio ſummo Pontifice, & Philippo Barbaroſſa Cæſare Germano, circa annum Domini 1215. Vtuntur autem iſti Chaldaica lingua vel Saracenica. Hæc ille. De hac hæreſi vide plura in Eutychete, Dioſcoro, & Acephalis.

MASBOTHEVS.

MAsbotheus, à quo Masbotheni hæretici, vnus fuit è ſeptem primis illis hæreticis, qui, cum Eccleſia adhuc virgo eſſet, illam inanibus & vanis corruperunt doctrinis, vt author eſt Egeſippus ſub Domitio Nerone & Petro Apoſtolo, circa annum Domini 55. Primus eam, inquit, deprauare cœpit, quod in petitione epiſcopatus repulſam tuliſſet, Thebutes, vnus è ſeptem hæreticis, & plebeius: e quibus & Simon eſt, vnde Simoniani dicti: & Cleobius, vnde Cleobiani: & Doſitheus, vnde Doſitheani: & Gorthæus, vnde Gorthæani: & Masbotheus, vnde Masbotheni. Hi pro ſe quiſque, proprias ſeorſim induxerunt opiniones. Hæc ille. Horum meminit & Euſebius Cæſareenſis libr. 4. hiſtor. eccleſiaſticæ capit. 22. & Nicephorus libro quarto, cap. 7.

MASSALIANI.

MAſſaliani, vel, vt alii ſcribunt, Meſſaliani, emerſerint Valentis Imperatoris & Damaſi Papæ temporibus, circiter annum Domini 380. Hos quidem Euchitas, id eſt, Orantes, alii Enthuſiaſtas, hoc eſt, ſacrificatores appellant. Illi enim cuiuſdam dæmonis operationem (vt author eſt Theodoritus lib. 4. cap. 11.) expectant, & hanc ſancti Spiritus operationem arbitrantur. Huius hæreſeos fuerunt principes, Dadoes, & Sabbas, & Adelphius, Hermas, & Simeones. Cumque voluerint celare hunc ſuum lãguorem, etiam conuicti impudenter negant, & alios hæc ſapientes quæ ipſi animo retinent, prorſus abdicant: de qua re vide plura ſuperius in Adelphio.

1 Hi negant animas creari à Deo.

2 Vim & poteſtatem baptiſmi ſic minuere conantur, vt nullam Baptiſmo virtutem tribuant. Nam, teſte Damaſceno de hæreſibus, negabant baptiſmum homines perficere & ſanctificare, atque adeo ſacramenta ſordes animi expiare.

3 Virtutem & efficaciam ſacramenti Euchariſtiæ, non ſubſtantiam oppugnant, aſſerentes, hunc ſacratiſſimum cibum nec prodeſſe homini quicquam, nec obeſſe: cum tamen de eo Chriſtus ipſe dicat: Qui mãducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, habet vitam æternam.

4 Qui vero integro huius rei languore participantur, (vt eſt in Theodorito, Tripartitæ hiſtoriæ libr. 7. cap. 11.) auerſantur operationem manuum velut malam, ſomnoq; ſemetipſos tradunt, & ſomniorum ſuorum phantaſias, prophetias appellant.

5 Dicunt, nullam vtilitatem ex ſacro baptiſmate baptizatis accedere, ſed ſolam orationem ſtudioſam (vt eſt ibidem apud eundem Theodoritum) inhabitantem dæmonẽ effugare, quo eiecto per illam orationem ſtudioſam; Spiritus S. adueniebat, ſenſibiliter atque viſibiliter ſuam deſignans præſentiã: tuncq; corpus liberari dicebant ab omni motu paſſionis, & animam à mala voluntate: ita vt nequaquam

quam de cætero egeat neque ieiunio corpus macerante, neque doctrina refrenante. Dicebant quoque, eum, qui hæc impetraſſet, non ſolum liberari à paſſionibus corporeis, ſed futura etiam præuidere, & oculis cernere.

6 Docebant denique ab oratione ceſſandum non eſſe. Nam diuus Auguſtinus lib. de hæreſib. c. 57. dicit, illos tantum orationi incumbere, vt his, qui de illis hoc audiunt, incredibile videatur. Ex quo nomen ſortiuntur, vt Euchitæ, id eſt, Orantes vulgo appellentur. De Maſſalianis vide plura in Euthuſiaſtis, Adelphio, & Euchitis. Item apud Nicephorum libr. 11. cap. 14.

MATHEMATICI.

MAthematici inter hæreticos adſcribũtur à Philaſtrio Brixienſi Epiſcopo, libro quem de hæreſibus conſcripſit, illos vaniſſimos, totiuſque erroris & ſceleris adſertores appellans, quod ſecundum duodecim Zodiaci ſigna naſci homines aſſerant. Quæ audientes (inquit) interdum indocti quamplurimi, lege Dei dimiſſa, eorundem Mathematicorum inſeruire non dubitant vanitatibus, ex quo completur Apoſtolica ſententia, Coluerunt & ſeruierunt creaturæ potius quam creatori. Et iterum: Videte ne quis vos decipiat per philoſophiam & inanem fallaciam, ſecundum elementa mundi huius, & non ſecundum Chriſtum: quoniam in ipſo inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Ergo ignorant quod Zodia iſta duodecim, quæ ab illis dicuntur, diuerſa ſunt climata, diuerſæque regiones in orbe terrarum à Deo diſpoſitæ, vt inhabitentur, locorumque ac temporum diuerſa temperamenta ſtatuta, vt calidum, frigidum, ſiccum, & humidum, velut quatuor mundi angulis, è quibus ceu pleni qualitate fontes exuberant, flatu reſpirantes in inuicẽ virtute illis inſita, mixtioneq; exiſtente ſalubri. Rurſum cum diffunditur eorum vbiq; mixtio, amœna temperies ſalutis inde cunctis habitantibus ſubminiſtratur. Atque ita

diuina potentia, mortalibus vita dulci & proſpera conceſſa à Domino, & impartita, non ignoratur. Hæc Philaſtrius.

Ex quibus quidem manifeſte patet, has mathematicas diſciplinas, licet paucas, quod ſciam, in eccleſia hæreſes dederint, tamen (quod ait diuus Auguſtinus libr. 2. de doctrina Chriſtiana, & Euſebius de Præparatione euangelica) nihil ad ſalutem pertinere, ſed magis in errorem mittere, & à Deo auocare. Neque enim, vt ait beatus Hieronymus, ſunt ſcientiæ pietatis. Quinimo Mathematicus error tanquam maleficus, prohibitus eſt veteribus Romanorum gentilium legibus, C. de Maleficis & Mathematicis. Ibi enim Chaldæorum & Mathematicorum prædictiones damnantur: quod velut certa & immutabilia putarentur, quæ ſemel illi ex aſtrorum curſu collecta cenſerent. Vnde quondam epiſcopos Mathematicam & Aſtronomiam apoteleſmaticam tractare, religionē fuiſſe tradit Nicephorus libro nono, capite quinto Eccleſiaſticæ hiſtoriæ, cum de Euſebio Emeſeno Epiſcopo verba facit in hunc modum: Ille, inquit, cū calumnia Emeſæ expetitus eſſet, quaſi eius partis Aſtronomiæ, quæ Apoteleſmatica dicitur, reſponſis ſcilicet dandis occupata, ſtudioſus eſſet, Laodiceam ad Georgium, Epiſcopi iſthic munere fungentem, veterem amicum profugit, & cum eodem Antiochiam ad Phlacitum & Narciſſum profectus, inde apud Emeſenos in epiſcopatum ſuum reſtitutus eſt. Qui de hac re plura volet, legat Cornelium Agrippam de Vanitate ſcientiarum, vbi agit de Diuinatione in genere. Diuum item Auguſtinum libro ſecundo, capite vigeſimoſecundo, vigeſimotertio, & vigeſimoquarto de doctrina Chriſtiana. Vide etiam in Phitoniſſis, Priſcilliano, Manichæo, Bardeſane.

MAXIMINVS ARRIANORVM Epiſcopus.

MAximinus Arrianorum Epiſcopus extitit, Archadii Cæſaris & Innocentii huius nominis primi ſummi Ro-

mi Romanorum Pontificis temporibus, circa annum Domini 405.

Hic aſſerebat, patrem potentiorem eſſe filio, eo quod filium genuerit Deum creatorem, filius autem non.

Dicebatque, patrem potuiſſe gignere, non filium, & ideo potentiorem eſſe filio.

Aduerſus hunc grauiſſime ſcripſit Auguſtinus, impugnauitque fortiter eius erroneam ſententiam tribus doctiſſimis libris in eam rem editis: & contra tutatus eſt, filium etiam potuiſſe gignere. vbi quidem vult oſtendere, patrem eſſe non potentiorem filio, his verbis: Abſit, inquit, vt ideo potentior ſit pater filio, ſicut putas Maximine, quia creatorem genuit pater, filius autem non genuit creatorē: neque enim non potuit, ſed non oportuit. Immoderata enim eſſet diuina generatio, ſi genitus filius nepotem gigneret patri: quia & ipſe nepos niſi auo ſuo pronepotem gigneret, ſecundum veſtram mirabilem ſapientiam, impotens diceretur. Similiter etiam ille, ſi nepotem non gigneret auo ſuo & pronepotem proauo ſuo, nō à vobis appellaretur omnipotens, nec impleretur generationis ſeries, ſi ſemper alter ex altero naſceretur: nec eam perficeret vllus, ſi non ſufficeret vnus omnipotens. Itaque omnipotētem genuit filium patris natura, non autem fecit. Hæc Auguſtinus. Contra quem rurſus diſputat Magiſter ſententiarum lib. 1. diſt. 7. vide ibidem.

MAXIMILLA MONTANI hæretici prophetiſſa.

MAximilla & Priſca, prophetiſſæ Montani hæreſiarchæ, ſub Commodi Cæſaris Imperio, & Eleutherii Rom. antiſtitis pontificatu extiterunt, circiter annum Do. 182. Hic cum ſe paracletum nominaret, has duas mulierculas oneratas peccatis, & ſibi matrimonio hæreſique ſociatas. tanquam ex ipſius paracleti inſpiratione editas, paſſim iactitabat.

Qui de his noſſe plura volet, legat Euſeb. lib. 5. eccleſiaſt.

hiſtoriæ cap.15.vſque ad 19. Vide etiam infra, vbi de Montano agetur. Lege rurſus diuum Hieronymum in epiſtola contra Pelagium.

MELCHISEDECHIANI.

MElchiſedechiani hæretici ſic appellantur, (diuo Auguſtino teſte, libro, quem de hæreſib. ſcripſit) quod Melchiſedech ſacerdotem, qui benedixit Abrahæ ab obtenta victoria quinque regum reuertenti, vt habet liber Geneſeos, non hominem purum fuiſſe, ſed quandam Dei virtutem arbitrentur Chriſto maiorem. Chriſtum enim ſimpliciter veniſſe putant, & illius ordine dignum factum eſſe, nimirum illo dicto mori: Tu es ſacerdos in æternum, ſecundum ordinem Melchiſedech: vt ipſe ſit adhuc inferior quam Melchiſedech. Niſi enim fuiſſet (aiunt) in ſecunda quadam inſtitutione poſitus, non vtique illius ordine opus habuiſſet. Cæterum de ipſo Melchiſedech dicunt, quod ſit ſine patre, ſine matre, ſine proſapia, ex epiſtola Pauli ad Hebræos id probare volentes.

Quis porro huius hæreſis author fuerit, aut quo tempore cœperit, quamuis Auguſtinus non expreſſit, Epiphanius tamen libr. octoginta hæreſum, hæreſi 55. ait, Hieracem quendam inſigni eruditione præditum, hanc docuiſſe, licet non dicat ab illo primum inuentam fuiſſe: ſed Melchiſedechianos aſſerit auulſos fortaſſe à Theodotianis, ex quo colligere datur, illos exortos fuiſſe Maximini Imp. qui Seuero ſucceſſit, & Fabiani Papæ temporibus, circa annũ Domini 240. Id quod idem repetit poſtea hæreſi 67. vbi prolixius agit de hoc Hierace. Huius hæreſis meminit quoque, ſed paucis verbis, Philaſtrius libro de hæreſibus, eoſque adſcribit hæreticorum catalogo, quinto illorum numero, qui ſub Apoſtolorum temporibus extiterunt. D. Auguſtinus trigeſimo quarto loco inter hæreſes, quas libro de hæreſibus recenſet, hos adnumerat. Ex quo euidentiſſime colligitur, vt inquit Alphonſus à Caſtro, librum qui inſcribitur, De quæſtionibus noui & veteris teſtamẽti, non

Digitized by Google

non eſſe Auguſtini, quamuis ſub eius nomine paſſim circumferatur. Nam præter alia argumenta, quæ adhoc conuincendum adfert Eraſmus Roterodamus, hoc eſt efficaciſſimum, quod quæſtione 109. multis argumentis, iiſque valde ineptis nititur probare, Melchiſedech nõ fuiſſe hominem purum, ſed quandam Dei virtutem, videlicet Spiritum ſanctum. Neque hoc in libris retractationum vnquam recantauit: imo nec illius libri toto illo ſuorum retractatorum decurſu meminit. Cum itaque libro de hæreſibus hanc aſſertionem cenſeat hæreticam, non erat ingenii tam ſtupidi Auguſtinus, vt contrarias, ſecumque pugnantes, aſſertiones doceret. Hæc ideo admonui, ne, ſi forte quiſpiam in quæſtionem illam incidat, à conſtantia rectitudinis flectatur, Auguſtini authoritate motus.

MELETIANI.

MEletiani à Meletio, ciuitatis cuiuſdam Ægypti epiſcopale munus primum gerente, & ab ea functione poſtea reiecto, appellati dicuntur. Emerſerunt autẽ Conſtantii Chlori, & Valerii Maximi Imperatorum, atq, Euſebii Papæ temporibus circa annum Dom. trecenteſimum vndecimum.

Qui vero fuerint iſti, recenſet Socrates Tripartitæ hiſtoriæ libro primo, capite decimooctauo in hęc verba: Sub Petro inquit, Alexandrinæ ciuitatis epiſcopo, qui ſuſcepit Diocletiano imperante martyrium, Meletius quidam epiſcopus vnius ciuitatis Ægyptiorum, depoſitus eſt, cum propter multas alias cauſſas, tum vel maxime, quia in perſecutione fide negata ſacrificauerat. Ergo damnatus, multos habuit ſequaces, & hæreſiarches factus eſt eorum, qui hactenus ab eo in Ægypto Meletiani vocantur, nullam iuſtitiæ ſatisfactionem habens, cur remanſerit ab eccleſia ſeparatus. Dicebat quidem iniuriam ſe eſſe paſſum, & obloquebatur ſæpius, derogabatque Petro. Sed Petrus in perſecutione, percepta martyrii palma defunctus eſt. Iſte vero retulit detractiones in Achillam, qui poſt

Petrum ſuſcepit Epiſcopatum,& rurſum in Alexandrum, qui poſt Achillam noſcitur ordinatus.

Inter hæc igitur ſuperuenit quæſtio Arriana,& Meletius vna cum ſuis defendebat Arrium, conſpiratione facta cum eo aduerſus epiſcopum. Quibuſcunque enim praua videbatur Arrii ſecta, ſuſcipiebant ſuper Arrio Alexandri ſententiam,tanquam iuſtum, contra conſentaneos Arrii, eius videretur eſſe decretum.Scribebant autem & qui circa Euſebium Nicomediæ erant,& alii,quibus Arrii opinio complacebat, quatenus ſolueretur quidem præmiſſa damnatio, & in eccleſiam damnati reducerentur, quaſi nihil mali profiterentur. Sic itaque diuerſis epiſtolis ad Alexandrum epiſcopum deſtinatis, fecerunt harum epiſtolarum collectiones:Arrius quidem earum,quę pro ſe erant, Alexander autem contrarium.Et hinc occaſio contentionis oborta eſt hæreſibus,quæ nunc vbique circumuolant, hoc eſt,Arrianorum, Eunomianorum, & quicunque nomen habent à Macedonio. Singuli namque horum,ipſis epiſtolis teſtibus vſi ſunt in defenſionem hæreſis ſuæ. Vnde ómnia erant valde turbata. Non enim ſolummodo eccleſiæ præſules ratiocinationibus inter ſe certare videbantur, ſed etiam populus diuiſus erat. Alii namque iſtis,alii vero conſentiebant illis. Et ad tantum cauſſa venit incendium,vt in publico,& in ipſis theatris Chriſtianitati derogaretur.Hi quidem in ipſa Alexandria poſiti,tanquam iam victores de ſuperioribus perſecutionibus facti, potius armabantur,legationemque mittebant ad prouinciales epiſcopos:hi vero in alteram diuiſi partem, illorum ſimili ſeditioni communicabant.Miſcebantur igitur Arrianis Meletiani,qui dudum fuerant ab eccleſia ſegregati. Hæc Socrates.

Quomodo vero Melitius ab Arriania Sebaſtiæ primo, deinde Antiochiæ epiſcopus creatus ſub Cõſtantii imperio,&exinde orthodoxus effectus ſit,& eapropter ab eodẽ Imperatore in exilium miſſus, refert Nicephorus libro 9. cap.48.in hęc verba:Quum Eudoxius ad Conſtantinopolitani

litani

litani epiſcopatus opes reſpiceret, & iam poſſeſſionem eius obtineret, non parua per ambitionem de Antiochena ſede orta eſt contentio. Quod namque, vt ita dicam, vnuſquiſque epiſcopatum eum ad ſe pertinere putaret, ſeditiones in clero ſimul & populo, vt fieri ſolet, ſunt motæ. Et cuiuſq; opinionis ſectatores, in ea epiſcopatus conſequendi expectatione, ex popularibus ſuis quenquam deligi ſtuduerunt. Ingens namque adhuc in multitudine de dogmate erat diſſidium. Vnde in pſalmodiis quoque non concordabant: ſed vnuſquiſque pro ea, quam obtinebat, opinione, carmina conformabat. Et quum talis eſſet Antiochiæ ſtatus, Eudoxio ſectatoribuſque eius placitum eſt, in eam vrbem transferre, qui dicendo atque perſuadendo egregius, ſimulque vitæ conſuetudine laudatus maxime, eiuſdemque antea cum eis ſententiç ſuffragator fuiſſet, Melitium. Magnam enim conceperant ſpem, fore vt multis eius viri primariis dotibus, nō ſolum Antiochenos in ſententiam ſuam pertraherent, ſed etiam vicinas circumcirca vrbes, & eos maxime, qui à diuo Euſtathio Euſtathiani vocabantur, & fidem Nicenam integram ſeruabant, ſuas ipſi ſibi ſynaxes & conuentus ſeorſim agentes. At enim magnopere opinione ſua ſunt falſi. Et ad Melitium, vbi Antiochiam peruenit, permulti Arriani, permulti etiam alterius, quæ Paulinum ſecuta fuerat, acceſſere. Et alii quidem propter tanti viri gloriam, (celebris enim aduentum eius præceſſerat fama) alia autem videndi eius gratia. Quibus quoque ſtudio fuit, ad quam partem inclinaturus eſſet, reſciſcere. Vulgatum quippe rumoribus erat, plurimi cum Nicena decreta facere, ſicuti etiam exitus comprobauit. Ac primum ille quidem vt de dogmate verba faceret, ſecundo loco habuit: doctrinam autem morum publice coluit. Deinde vero progreſſus, Nicenam etiam fidem intulit, & conſubſtantiale prædicauit. Fertur ſane quidem, clericum Archidiaconum ad eum, quum doceret, acceſſiſſe, cauamque ei manum inieciſſe, atque os obſtruxiſſe: Illum autem manu magis, quam voce, fidei ſententiam in-

dicaſſe:tres aperte digitos extendentem,eiſque rurſum leuiter contractis,vnum tantum directe erigentem. Qua ille re omnibus per imaginem quandam exhibuit, quæ ſentiens dicere nō potuit. Vbi vero diaconus ore relicto,manum eius compreſſit, tum illum ore libero & voce graui diſerte ſententiam de Deo ſuam promulgaſſe, & omnibus Nicenam fidem commendaſſe:aperte,qui aliter ſantirent, eos à recta opinione aberrare,teſtatum. Quum autem nō ceſſaret vel verba faciens,vel manu geſticulans, animi ſui ſententiam viciſſim,vt ſe res dabat,aduerſus Archidiaconi inhibitionem atque contentionem adſtruere, & concertatio ea inter epiſcopos perinde atque pancratio , hoc eſt, omnium certaminum genere & viribus opibuſque omnibus decertántes,diutius duraret, Euſtathianos lætitia plenos exultaſſe , & vociferatos eſſe, Arrianos vero pudore atque ignominia affectos ceſſiſſe. Et eam ob cauſſam Eudoxium cum ſuis indignabundum, ab eccleſia Melitium proſcripſiſſe: eundemq; deinde, vt ſententiæ ſuæ ſuffragaturū (ita enim exiſtimabat)& priora dicta correcturū, reſtituiſſe. Nam Melitius Arrianorum ſuffragiis Sebaſtiæ epiſcopus creatus,atque inde rurſum per eoſdem Berrhœá Syriæ tranſlatus fuerat,& Seleuciæ in concilio, Acacii fidei formulæ ſubſcripſerat. In Conſtantinopolitana præterea Synodo affuerat : & cum illis quæ eis placita erant, egerat & ſanxerat, atq; ab eiſdem ad Antiochenam ſedem euectus fuerat.Sed illi,vt diximus,eum reſtituere.

Vt autem à recta ſententia deduci minime potuit , Imperator ea re intellecta , exilio eum mulctauit, & Euzoio Arrii familiari,cum quo etiam damnatus fuerat,eccleſiam Antiochenam commiſit. Porro qui Melitium conſectari, doctrinam eius laudabant,ab Arrianis ſeiuncti,ſuas ipſi ſibi eccleſias & conuentus agebant. Paulini ſiquidem ſectatores, & Conſubſtantialis aſſertores, qui Euſtathiani vocabantur,Melitium eiuſque ſtudioſos auerſati ſunt,neque communionem ſibi cum eis eſſe voluerunt : propterea quod Melitius Arrianorum electione epiſcopus factus, ſectato-

Digitized by Google

ctatoreſque eius eorundem baptiſmo initiati eſſent. Atq; ii ſane quamuis ſententiis eſſent coniuncti, tamen propter ſolam electionis cauſſam, à ſeipſis ſunt diſiuncti. Ita factū, vt in eccleſia Antiochena diſſidium duabus, quæ idem ſentirent, partibus intercederet.

Quomodo vero ſub præuaricatore & apoſtata Iuliano Imperatore, ab exilio Melitius reuocatus fuerit, idem quoque Nicephorus deſcribit libro decimo, capite decimoſeptimo in hunc modum: Porro Euſebius Vercellenſis epiſcopus, Alexandriæ ſynodo peracta, Antiochiam profectus, plebem ibi inter ſe diſſidere inuenit. Nam qui Melitii partes ſequuti fuerant, Paulinum à Lucifero lectum prorſus auerſabantur, & ſuas ſibi eccleſias atque conuentus cogebant. Et quum non minimum ſtudii in eo poſuiſſet, vt, quod per diſſidium ſciſſum erat, vnione coniungeret, ſibiipſi tamen non ſatisfecit. Interea enim Melitius quoque ab exilio reuerſus eſt. Qui quum ſectatores ſuos, qui eum in pretio habebant, ſeorſim conuentus agere inueniſſet, epiſcopali more eis præiit. Ita factum, vt tres eodem tempore Antiochiæ eſſent, qui paſtorali munere fungerentur, Antiſtites. Et eccleſiæ quidem in Euzoii poteſtate erant, qui Arrianis præfuit: Paulinus autem intra vrbem eccleſiam vnam minus celebrem obtinuit, quam ei Euzoius, quod hominem iamdudum obſeruaſſet, conceſſit. At Melitius extra vrbem ad portam, conuentus ſuos agebat. Eo in ſtatu quum res Antiochiæ eſſent, Euſebius inde rurſum abiit. Hæc ſtatim poſt exulum reſtitutionem facta ſub Iuliano apoſtata. Hactenus Nicephorus.

MENANDRIANI.

MEnandriani, à Menandro Mago Simonis diſcipulo, genere quidem vt ille Samaritano, & in vico Caparatenſi orto, dicti ſunt, qui viguit Veſpaſiani Imp. & Lini ſummi Romanorum pontificis temporibus, circa annum Domini 80.

1 Hic cum ſuo magiſtro aſſerebat, totum hunc mundum ab angelis factum fuiſſe. Qui error ex officina Ariſtotelica prodiiſſe videtur. Nam quamuis Ariſtoteles mũdum eſſe creatum negauerit, dixit tamen, omnia, quæ in iſtis inferioribus fiunt, ab intelligentiis fieri: quoniam (vt ait) quæ à Deo immediate fiunt, neceſſario fieri neceſſe eſt. vnde concludere videtur ille, res contingentes ab intelligentiis fieri. Ex quo ſane errore hauſiſſe videntur Menandriani, mundum factum fuiſſe ab angelis.

2 Docebat quoque, nullo alio pacto angelos ab hominibus vinci poſſe, quam magicæ cuiuſdam artis diſciplina.

3 Qui cum Antiochiam veniſſet, quamplurimos arte magica decepit, Chriſtum verum hominem fuiſſe abnegans, & ſe mundi ſaluatorem deſtinatũ aſſerens, ex Olympo ad hominum ſalutẽ demiſſum: Adeo quidem, vt omnes ſitientes ſalutem, in ſuo nomine baptizandos cenſeret, vt author eſt Euſeb. lib. 3. c. 26. Iſidorus quoque & Auguſtinus lib. de hæreſibus.

4 Incredibilia alia figmenta compoſuit, variaſque paſſim hæreſes diffudit, quarum lolio multorum oculos vitiauit, tandemque vno ſcelere interiit: de quo ſic dicit Ignatius in epiſtola ad Tralleis: Fugite, inquit, Menandrum, & totam collectionem malignitatis eius.

De quo item ſcribit in hunc modum Nicephorus libr. 3. cap. 12. Sub eodem, hoc eſt, Veſpaſiani imperio, poſt Simonem illum magum, inſignem diabolicæ operationis & efficaciæ armaturam exhibuit Menander diſcipulus eius, Samaritanus itidem vt ille, impoſturis certe & carminum præſtigiis longe magiſtrum poſt ſe relinquens. Sibiipſi enim Seruatoris noſtri vendicabat honorem, ſeque è cœlo, ſalutis hominum ergo demiſſum eſſe nugabatur. Illud etiam docens, neminem vnquam aliter ex certamine cum mundi architectis angelis cõgreſſum, victorem abiturum, quam ſi diſciplinam magicarum præſtigiarum ſuam omnem probe teneret, & quem ipſe tradidiſſet baptiſmum, ſubiret.

by Google

ſubiret. Quo baptiſmo ſi quem dignatus eſſet, eum expertem ſenectutis, ſempiternam & immortalem vitam victurum eſſe dicebat. Meminit huius Irenæus, & item ex philoſophis martyr & teſtis optimus Iuſtinus, Simonis illius atque Menandri huius mentionem faciens, atque ita dicens: Menander quidam & ipſe Samaritanus, in vico Caparatenſi ortus, Simonis diſcipulus, non minus quam ille dæmoniorum furore afflatus, permultos Antiochiæ viuẽs magica arte ſeduxit, qui etiam ſectatoribus ſuis nunquam eos morituros eſſe perſuaſit. Extant etiamnum illius diſcipuli nonnulli, qui hoc idem profitentur. Verumenimuero diabolicæ plane hoc erat ſolertiæ, per tales Magos, qui Chriſtianorum ſibi, prætextus gratia, nomen ſumpſiſſent, ingenti diuinæ pietatis myſterio, magicarum præſtigiarũ inurere calumniam, atque eccleſiaſtica de animarum immortalitate & mortuorum reſurrectione dogmata traducere atque euertere. Hæc Nicephorus.

MENAS DIACONVS Arrianus.

MEnas Eccleſiæ Alexandrinæ diaconus, prius catholicus, ſed Arrianæ factioni poſtea adhæreſcens, viguit ſub Alexandro Alexandrinæ vrbis Epiſcopo, à quo cum Arrio & ſuis aliis popularibus ab eccleſia proſcriptus eſt, & ſacro ordine motus, Conſtantini magni Imperatoris & Sylueſtri ſummi Romanorum antiſtitis temporibus, circa annum Domini treçenteſimum decimum quintum.

De hoc idem Alexander epiſtola, quam ad omnes epiſcopos catholicos de Arrianis ſcripſit, in hunc modum ait: In eccleſia ſane noſtra exurrexerunt nunc viri iniqui & Chriſti inimici, defectionem docẽtes, quam recte quiſquam præcurſorem Antichriſti exiſtimauerit atque dixerit. Et deſertores quidem ſunt, Arrius, Achillas, Aithales, Carponas, alter Arrius, Sarmates, Euzoius, Lucius, Iulius, Menas, Helladius, Caius, & cum eis Secundus, &

Theonas, aliquando epiſcopi dicti. Quæ vero contra ſcripturas adinuenta docent, hæc ſunt:

1 Non ſemper Deus pater erat, ſed erat, quum Deus pater non erat.

2 Non ſemper igitur Dei verbum erat: ſed ex non exiſtentibus factum eſt. Qui enim erat Deus, eum qui non erat, ex non exiſtente fecit.

3 Itaque aliquando erat, quum non erat: ſiquidem creatura & factura eſt filius.

4 Neque vero æqualis ſubſtantia eſt patri, neque verum & naturale verbum patris eſt, neque etiam vera ſapientia eius: ſed vnus quidem ex creatis & genitis eſt: abuſiue autem Verbum & Sapientia factus.

5 Et ipſe in proprio ſeu natiuo Deo verbo, & in Dei ſapientia eſt, in qua & omnia & ipſum quoque fecit Deus. Propterea etiam mutationi & alterationi natura obnoxius eſt, ſicuti omnia quoque rationalia.

6 Peregrinum quoque & alienum ſegregatumque eſt Verbum à ſubſtantia Dei.

7 Et inenarrabilis eſt pater filio: neque enim perfecte cernere poteſt Verbum patrem, neque perfecte & certo eum cognoſcere.

8 Etenim ſuam ipſius quoque ſubſtantiam, vti eſt, filius non nouit: propter nos nanque factus eſt, vt nos per eum, veluti inſtrumentum, crearet Deus: neque is ſubſtitiſſet, niſi nos Deus creare voluiſſet.

9 Rogauit igitur eos quidam, poſſetne Verbum Dei mutari, ſicuti diabolus mutatus eſt? Atque illi reſpondere non reformidarunt, poſſe. Mutabilis enim naturæ eſſe, generationi & mutationi obnoxium. Hæc dicentes, atque his impudenter ſeſe venditantes Arrianos, ſectatoreſque eorum, nos quidem cum Ægyptiis & vicinis Libycis centum numero epiſcopis, conuentu acto, anathemate iugulauimus. Hæc Alexander Alexandriæ Epiſcopus, apud Nicephor. libr. 8. cap. 8.

MENO-

Digitized by Google

MENOPHANTVS EPHESI EPIſcopus Arrianus.

MEnophantus Epheſinus Epiſcopus vnus eorum fuit, qui Nicenis decretis obluctantes, Arrii laudarunt opinionem, tempore Conſtantini Magni Imperatoris, & Sylueſtri Maximi Romanorum Pontificis circa annum Domini trecenteſimum decimumſextum.

De hoc Nicephorus libro octauo, capite 17.

Quomodo vero in Sardicenſi concilio per occidentales epiſcopos ex Conſtantis & Cõſtantii Cæſarum mutua ſententia ad numerum circiter trecentorum ibi congregatorum, iterum Menophantus cum ſuis popularibus damnatus ſit, & epiſcopali dignitate priuatus, idem refert Nicephorus libro nono, capite duodecimo, in hæc verba: Abrogarunt quoque ii (inquit) epiſcopatum Georgio Alexandrino, Baſilio Ancyrano, & Quintiano Gazæo, & vt non modo epiſcoporum, ſed ne Chriſtianorum quidem appellatione honorarentur, ſtatuere Idem fecerunt Theodoro Perinthio, Narciſſo Irenopolitano, Acacio Cæſareenſi Euſebii Pamphili ſucceſſori, Menophanto Epheſio, Vrſicio Singidonis & Valenti Murſiæ Pannoniorum epiſcopis, & Laodicenſi Georgio, quanuis ſynodo Orientalium is non intereſſet. His omnibus dignitate adempta, communione interdixerunt, quod filium DEI à paterna ſubſtantia ſepararent: & quod, qui dudum propter Arrianam hæreſim reiecti fuerant, eos recepiſſent, & ad ampliorem miniſterii Dei euexiſſent dignitatem. Eis damnatis, ad omnes vbique epiſcopos miſerunt, vt decreta ea rata haberent & confirmarent, necnon Nicenis placitis conſentirent. Quibus roboratis, inæqualitatem in Trinitate repudiarunt, & Conſubſtantiale aperte promulgarunt. Et ſcripto quodam compoſito, quod diffuſius quidem quam Nicenum eſſet, finitionem autem eius ſeruaret, verbiſque non admodum ab illo differret, id paſſim ad loca omnia miſerunt. Ne vero nouare quidquam contra

Nicena decreta viderentur, Hoſius & Protogenes, qui tum Synodo præerant, cum certa atteſtatione ad Iulium Romanum Pontificem literas dederunt, authoritatem ſuam ſe Nicenæ fidei profeſſioni integram relinquere: perſpicuitatis autem gratia, quæ Niceæ conſtituta eſſent, non ita multis latius extendiſſe, ne ſcilicet Arriani compendio profeſſionis fidei ad abſurdas opiniones eos abducerent, qui dialecticæ ſunt imperiti. His ita peractis, domum reuertere. Hæc Nicephorus. De hoc concilio Sardicenſi vide plura infra in Narciſſo Neroniadis epiſcopo.

MENNONITÆ.

MEnnonitæ, Anabaptiſtæ ſecta, per Belgium à Mennone Simonis Phriſio Anabaptiſtarum duce dicti ſunt. Qui, authore Lindano in Witmarſum Paſtor, vbi tumultum illum in Friſia, occupato à diſcipulis Oldecloſter, & multorum ſanguine reſperſo concitaſſet, varios ſuę perfidiæ reliquit adminiſtros, qui Hollandiam, Friſiam, & regiunculam Embdenſem miſere contaminauere.

Hic non contentus Baptiſma violaſſe, etiam Chriſtum negat ex virginis carne aut humana ſubſtantia natum, ſed ex patris ſubſtantia cælitus attuliſſe corpus, vti ait colloquio Wiſmarienſi.

Iſti varia ſibi imponunt nomina. Per Friſiam vocitantur Tibbæ, à Tibba quodam illius coniurato: ſicuti & per Hornenſem tractum, ſtoliditatis nomine inſigniuntur, cum hos miſellos Maliapos vocitant.

Rurſus idem Lindanus de eodem, dialogo 3. Sed quanuis omnes, inquit, ſeſe iactitant Apoſtolos, Helias, Enochos, aut Euangeliſtas: nullo tamen adhuc miraculo eccleſiæ Dei declarare potuere, ſeſe eſſe à Deo miſſos, adeo vt nullus eorum, ait Eraſmus, extiterit, qui vel equum claudum ſanare potuerit. Vnum iſtorum omnium noui Mennonem Anabaptiſtarum ducem, qui nominatim recitat aliquot Lutheranorum concionatores ſubitania morte abreptos, qui ſuum dogma infeſtarunt. Wiſmariæ ait anno

1555.

Digitized by Google

1555. Vincentium quendam cum è ſuggeſtu profiteretur ſeſe Anabaptiſtis infamaturum, dum os ſibi eſſet patulum, eueſtigio obmutuiſſe, & domum fuiſſe deportatum. Alios in menſa narrat, cum ipſi mortem minitarentur, ſubito extinctos. Sed fidem his habeant, qui perfidis impoſtoribus aures præbere ſolent. Certe ſi hæc ſui Euangelii vi fecit Menno, mirum cur ſe tot per annos claudicantem ſanare nequiuerit. Hæc Lindanus.

METAMORPHISTÆ.

Metamorphiſtę ſunt ex Sacramentariorum noſtri huius ſeculi factione, qui, authore Staphylo, aſſeuerãt, Chriſti corpus, poſtquam aſcendit in cælum, plane Deum eſſe factum: omninoq; proprie dici debere, Corpus Chriſti eſt Deus. Cum ergo quæritur, quomodo corpus Domini adſit in Cœna Domini: reſpondent, adeſſe quidem verum corpus, ſed tale corpus tamen, quod iam ſit diuina eſſentia & Deus ſimpliciter, non caro humanæ naturæ conſubſtantialis. Ita ſcribit Swenckfeldius in multis libris, & præcipue de duplici ſtatu Chriſti. Hæc Staphylus.

METANGISMONITÆ.

Metangiſmonitæ, teſte diuo Auguſtino libro de hæreſibus cap. 58. idem ſignificant quod tranſuaſantes, vel inuaſantes, ab ἀγγεῖον græca voce, quæ, vas Latine dicitur, & μεταγγισμὸς dictione compoſita, quæ infuſio vnius vaſis in aliud dicitur. Hi enim ſic filium eſſe in patre dicebant, ſicut vas paruum in vaſe maiore: ita filium minorem patre facientes, contra illud Athanaſii in Symbolo: In hac Trinitate nec maius, nec minus, nil prius aut poſterius: ſed totæ tres perſonæ coæternæ ſibi ſunt & coæquales. Quis autem iſtorum dux & princeps fuerit, ſubticet Auguſtinus. Videntur autem ætate Artemonis & Theodoti, hæreticorum, emerſiſſe, ſub Imperio Heliogabali Imperatoris, & Pontificatu Vrbani Papæ, circa annum Domini 221.

De his ſic tradit Philaſtrius libro de hæreſibus: Poſt Tatianum, Montanum, & Theodotum, alii ſurrexerunt, qui dicebāt, metangiſmon, id eſt, filium intrare in patrem, & vt vas in vaſe ineſſe, ignorantes quid aſſererent, cum Saluator non ſe filium in patrem intrare; ſed æqualitatis cauſam in diuinitate & potentia docuerit, non introitum aut continentiam, vt illi exiſtimant, impartitam. Et ſeparant ſe à catholica eccleſia, propter illos ſuos pſeudoprophetas id ſentientes, & non intelligentes quod qualis immenſus eſt Pater, talis eſt & Filius, talis eſt & Spiritus ſanctus, æqualis in omnibus: ita vt ſit immobilis Trinitas, immenſa & omnipotens, atque ſempiterna vbique, quæ nobis nunciatur ex ſanctis ſcripturis apertiſſime, vt & ſint tres perſonæ viuentes in perpetuum; & æquales in omni maieſtate & potentia: filius tamen & Spiritus ſanctus de patre ſint proprie. Hactenus Philaſtrius.

MOLOCHITÆ ET REMphamnitæ.

MOlochitæ & Remphamnitæ, ab Idololatria, quam Moloch & Rempham Ammonitarum idolo exhibebant quondam Iudæi, appellantur, eidem idolo filios & filias ſuas initiantes, contra Domini præceptum, quo id agere inhibentur apud Leuiticum cap. 18. & 20. Addatur Ieremiæ cap. 32. Amos cap. 5. 3. Reg. 11. Actorum c. 7.

MONASTERIENSES.

MOnaſterienſes ſunt ſecta Antilutherani, nimirum qui Ioannem Bockeldi ſartorem Leidenſem atque ſordidum inſtitorem, regem Monaſterii (per ſeditionem factum ſectati. in ſua Cœna omittunt illa Chriſti Domini verba, Hoc eſt corpus meum: quorum loco dicunt, Accipe, ede, memento Domini. vti Eraſmus Alberus libro ſecundo contra Carolſtadium ait.

De his item Carion ſcribit in hunc modum: Anno 1534. in principio Ianuarii horrenda illa Anabaptiſtarum ſecta

vireſcere

vireſcere & creſcere cœpit in Weſtphalia, qui adiuti à quibuſdam factionis ſuæ hominibus, per ſeditionem & vim Monaſterium Weſtphaliæ vrbem occuparũt: quam quaſi Capitolium quoddam aut arcem Sion pararunt, & nouam Hieruſalem vocarunt. Ibi omnibus ciuibus, qui huic ſectæ aduerſabantur, eiectis & peculiari regno contra ciuilem & ordinariam poteſtatem conſtituto, (ſic enim facilius ſe errores ſuos gladio & vi late ſpargere & propagare poſſe ſperabant) regem ex ſe ipſis creauerunt ſartorem quendam, qui pro libidine ſua complures vxores duxit, quarum aliquæ poſtea illius mandato ſunt decollatæ. Hæc ille. Vide etiam in Ioanne Leidenſi, & in Anabaptiſtis.

MONOPHYSITÆ, IIDEM CVM Monothelitis.

MOnophyſitæ, à monos, quod eſt vnus, & phyſis, natura, appellati ſunt, quod vnam illi verbi & carnis naturam, poſt ineffabilem vnionem in Chriſto, eſſe ſentiant & doceant. Porro qui hoc ita ſenſerunt, Monothelitæ etiam ſunt vocati, ab vna tantum voluntate & actione diuina, videlicet quam Chriſto tribuebant: vnde & Theopaſchitæ appellantur, authores primarios Cnaphæum, Seuerum Antiochenum, Dioſcorũ, Gainum, Iacobum item & Ioannem Philoponum habentes, de quibus vide locis ſuis. Atque ii ſane vnam in Chriſto naturam adſtruere contendunt, in hunc modum ratiocinantes: Si duas in Chriſto demus eſſe naturas, conſequentur eas neceſſitate quadam omnino duæ etiam voluntates. Si vero hoc conceſſum fuerit, eadem neceſſitate duæ inducentur perſonæ, & duæ virtutes operatrices inter ſe contrariæ prorſus. Emerſerunt autem hi Anaſtaſii Imper. & Hormiſdæ ſummi Romanor. Pontificis temporibus, circa annum Domini 517.

De his Nicephorus hiſtoriæ eccleſiaſticæ lib. 18. c. 45. & 46. ſcribit in hunc modũ: Enimuero Dioſcorus & Gainus, & Antiochenus Seuerus, Iacobus item, & Ioan. Grammati-

cus, Philoponus cognominatus (qui libros plures difficiles, quos refellere non ita promptum ſit, contra ſynodum quartam edidit) eam ipſam ſynodum oppugnantes, vnam quidem naturam, duas autem ſubſiſtentias, per ſummam impietatem, in Chriſto eſſe ſcripſerunt & docuerunt: potiſſimum vero Seuerus, qui librum integrum de ea re compoſuit. Verum & ipſi in libris ſuis alicubi naturas duas in Chriſto profitentur. Quod ſane multi non ita accurate obſeruantes, rectum piumque eſſe exiſtimauerunt, & alio deinde modo in illorum impietatem ſunt abducti. Atque hęc quidem ſic obtinuerunt, quouſque Iuſtinianus eſt Imperator renuntiatus. Poſtquam vero is ſceptra imperialia accepit, quæcunque extitere belluæ, in ſpecus & latibula, ſua contulere conuenticula: quum ille ſacram quintam ſynodum centum ſeptuagintaquinque ſanctorum patrum coegiſſet. Quamuis & ipſe Iuſtinianus poſtea intemperiis faſcinatoris cuiuſpiam, in Aphthartodocitarum hæreſim tranſuerſim raptus, à recta aberrauit via.

Quod vero tandem Monophyſitarum fuerit dogma, à quibus tanquam à radice peſſima plurimæ aliæ hæreſes pullularunt, ceu circulus aut catena ex ſeſe dependentes, modo dicam: Quum etenim conuenientes in Chriſto naturas, quanlibet per ſeipſam diſcernunt, duas eas eſſe necesſitate adducti confitentur. Quum vero vtranq; in verbi incarnatione vniunt, non duas illi inconfuſibili modo conuenientes naturas, ſed vnam compoſitam naturam ſtatuunt. Nobis enim vnam ſubſiſtentiam compoſitam dicentibus, illi vnam potius naturam compoſitam inferunt. Et rationem ſententiæ ſuæ exemplo confirmantes, dicunt, hominem animam obtinere & corpus: & aliam animæ naturam eſſe, aliamque item corporis, ſi quis quanlibet per ſe ipſam contempletur. Quum vero illę coierint, hominem efficere, vnam naturam compoſitam obtinentem. Non enim, inquiunt, duas naturas hominem dicere oportet, ſed vnam compoſitam. Atque ad eundem modum de Seruatore Chriſto opinantur: illum videlicet, ex

duabus

Digitized by Google

duabus quidem conſtitiſſe naturis, poſt vnionem autem duas eas naturas in vnam euaſiſſe compoſitam; quod ſane eccleſia tanquam piaculum prorſus auerſatur.

Quapropter & magnus Theologus Gregorius, de duabus naturis ſententiam ſuam exponens, ſapientiſſime ſimul & ſubtiliſſime dicit, naturam ſuam eas ſeruare, ex quibus ſcilicet, & in quibus, & quæ ſint. Nam, *ex quibus*, propterea poſuit, vt ex diuinitate & humanitate naturam declararet: *In quibus*, vero, vt naturas poſt vnionem ſeruaret, neque eas propter mutuam vnionem confunderet: *quæ ſint* autem, ne quis aliud Chriſtũ poſt naturarũ vnionem factum eſſe exiſtimaret. Dogmatis iſtius exactiorem rationem inde conſiderabimus. Corpus noſtrum ex quatuor elementis, igne, aëre, aqua & terra conſtitutum eſſe, in confeſſo eſt, in quibus etiam conſiſtit. Atque in corpore ea, ex quibus & in quibus eſt, conſeruantur. Quæ autem ſint, non itidem. Siquidem poſt elementorum vnionem, corpus noſtrum non pure ignis eſt, neque ſincere aer, neque incorrupte aqua, neque germane terra: ſed aliud quiddam, quam quatuor iſta. Id ſatis ex ſenſu ipſo patet. Vnaquæque enim corporis noſtri pars, aliud quiddam, quam elementa, eſt. Verum in diuina vnione, non aliud quiddam, poſt duarum naturarum concurſum, factum eſt: ſed idem ipſum eſt, Chriſtus videlicet, Deus & homo. Porro hæreſis iſta exquiſitior ſubtiliorque aliis fuit, quod authores defenſoreſque habuerit, viros ſapientes: & potiſſimum eum quem diximus, Ioannem Philoponum, qui in Ariſtotelis perplexitatibus maxime deſudauit: & hæreſis inſuper Tritheitarum, qui dicuntur, dux fuit. Talis Monophyſitarum fuit hæreſis, impii Neſtorii hæreſi prorſus contraria, de qua vide infra in Neſtorio. Hactenus Nicephorus.

Contra hos in quarto generali concilio, quod Chalcedone ſub imperio Marciani habitum eſt a ſexcentis triginta patribus aduerſus Dioſcorum patriarcham Alexandrinum & Eutychem Archimandritam Conſtantinopoli-

tanum, ſic definitur: Nos accepimus & credimus, quod quemadmodum illæ duæ naturæ, quæ in eandem ſubſtantiam Domini noſtri diſtincte, & minime confuſe coierũt, ita quoque per ſe remanſerunt, vtraque habente ſuos proprios effectus. Hoc enim innuit Dominus, cum ait: Nemo tollit animam meam à me, ſed poteſtatem habeo ponendi eam, & rurſus aſſumendi eam. Ita vt animo conturbato eſſe, ſit naturæ procreatæ: poteſtatem autem habere, ſit ſolius diuinæ naturæ, quæ ei ineſt. Itaque qui dicunt, quod in vnam atque eandem naturam vtraque natura coaluerit, vnicam eſſe in Domino prædicantes, profecto ab eccleſia eiiciendos eſſe cenſemus. Hæc concilium Chalcedonenſe.

MONTANISTÆ SIVE Montani.

MOntaniſtæ, à Montano, Phryge natione, in vico quodam, cui nomen eſt Ardaba, orto, dicti ſunt, à quo etiam Cataphryges, ſeu Cataphrygii appellati, quod eorum dux cum eſſet ex Phrygia prouincia, ipſi originem inde traxerint, Spiritum ſanctum ſibi, non Apoſtolis, infuſum prædicantes. Emerſit autem hic Commodi Imperatoris & Soteri Papæ temporibus, circa annum Domini 18:. Hi rurſus, teſte Philaſtrio, Donatiani dicuntur, à quodam Donato, qui in Aphrica conſtitutus, Montani hæreſim amplexus eſt, & ſeminauit. Vocantur & Parmeniani, à Parmenione quodam, qui eorum tandem ſucceſſit erroribus atque falſitati. Montanus enim multos in ſuam pertraxit hæreſim: eoque mulierculas quaſdam Priſcam & Maximillam (vt iamiam in Cataphrygis diximus) redegit inſaniæ, vt relictis viris ſuis, eum ſequerentur, eiuſque inſpiratione ſpiritum propheticum habere ſe crederent.

1 Hi mortuos baptizant.

2 Primas nuptias admittunt, ſecundas damnant.

3 Aſſerunt, nuptiarum fœdus & vinculum poſſe pro coniugum arbitrio diſſolui.

4 Pœnitentiæ virtutem tollunt, dicentes, eos, qui ſemel la-

Digitized by Google

mel lapſi ſunt, nunquam poſtea conſequi poſſe peccati remiſſionem quantumlibet poſtea pœniteant.

5 Docent, prophetas fuiſſe arreptitios, non intelligentes ea, de quibus loquuntur aut affirmant.

6 Ponunt ieiuniorum legem, ea pro mentis ſuæ arbitrio & voluntate ſtatuentes.

7 Rebaptizant denique ſi quos ſeduxerint homines, & ſupra baptiſmum eccleſiæ catholicæ aliud ſuum baptiſma inſanientes promittunt, vt author eſt Philaſtrius.

De his qui plura ſcire volet, legat Euſebium lib. 5. cap. 15. & 18. videat etiam quæ de Cataphrygis ſupra ex Nicephoro ſcripſimus.

Aliam autem mortem obiiſſe Montanus & Maximilla dicuntur. A ſpiritu nanque veſano vterque agitatus, ſeipſum ſeorſim ſuſpendit: eoque modo ad inſtar Iudæ proditoris vitam finiuit. Etiam Apollonius ſcriptor eccleſiaſticus, orationibus editis hæreſim Cataphrygum tum vigentē oppugnauit, quum falſas eorum prophetias ad verbum refellens, tum vitam & mores authorum eius erroris traducens his, quæ ſequuntur, verbis: Hic ille eſt, qui matrimonia dirimere docuit: hic, qui ieiunia legibus latis ſanxit: hic, Pepuzam & Tymium, parua Phrygiæ oppida, vbi quos vndequaque ad ſe pertraxiſſet homines, contrahere & congregare voluit, Hieruſalem nominauit: hic, qui æruſcatores & pecuniarum exactores inſtituit: qui ſub prætextu & nomine oblationis, auaritiæ ſordes, & munerum emunctiones, arte quadam inuenit: qui ſalaria verbum eius prædicantibus numerauit, vt per ventris curam doctrina eius inualeſceret atque confirmaretur. Atque hæc de Montano ex Apollonio. De quo vide ſupra fuſius in Cataphrygis, Maximilla, Pepuzitis.

MOSES FALSVS IN *Creta*.

THeodoſii iunioris Imperatoris, & Cæleſtini ſummi Romanorū Pontificis temporibus, circa annum Domini 435. Iudæus quidam in Creta erupit, qui ſe Moſen eſſe

aſſereret, vt author eſt Socrates eccleſiaſticæ ſuæ hiſtoriæ libro ſeptimo, capite trigeſimooctauo, qui quoniam inter hæreticos ob ſuam perfidiam & imposturæ genus merito numerandus venit, ideo huic meæ hiſtoriæ illum velut hęreticum & ſummum impoſtorem ac perfidum adnectere non alienum duxi. Cuius præſtigiæ à Nicephoro Calliſto libro decimoquarto, capite quadrageſimo, deſcribuntur in hunc modum: Eo tempore, multi in Creta Iudæi Chriſtianorum ſacra ſunt complexi, per cauſam eiuſmodi: Vir quidam ex eorum genere erat, qui quum per fraudem & dolum vitam peregiſſet, poſtremo ſe etiam Moſen illum eſſe aſſimilauit, & cælitus in Cretam à Deo propterea miſſum eſſe confinxit, vt eius loci Iudæos ipſe per mare, perinde atque olim Iſraëlitas per rubrum ſinum, duceret. Et paſſim inſulam ipſam anno toto peragrans, vt ſe illum eſſe crederent, ſuaſit: atque vt opes, quas haberent, pecuniaſque & poſſeſſiones omnes aſpernarentur, cohortatus eſt: ſe illos per mare non aliter, quam in arida, in promiſſionis terram ducturum eſſe pollicitus. Atque illi vanis illius promiſſis decepti, res operaſque ſuas vbique neglexerunt, & facultates ſuas temere quibuſcunque diripiendas permiſere. Vbi dies conſtituta aduenit, qua proficiſci debebant, ipſe quidem confidentia & faſtu plenus, eis præiit: illi vero hominem, vna cum coniugibus & ætate imbecilliore conſequuti ſunt. Itaque eos in ſummum quendam ſcopulum in pelagus excurrentem, duxit: atque inde conijcere ſeipſos in mare, veluti natantes & vrinantes, iuſſit. Idque ex illis quidam, ſtatim vt imperatum eis erat, fecerunt, neque deinceps apparuerunt. Quidam etiam in pręcipitio ſaxis illiſi interierunt. Et vniuerſi illi vel in vndis, vel in præcipitibus ſaxis periiſſent, niſi Dei prouidentia, vix piſcatores & alii mercatura victum quæritantes, Chriſtiani homines, ſubito affuiſſent, eoſque modis omnibus extrahentes ſeruaſſent, tum primum fortaſſe, qua dementia capti eſſent, ſentientes. Hi alios, quo minus ſe in fluctus proiicerent, prohibuerunt: eorum qui antea id feciſſent, interitum

interitum illis indicantes. Qui ſane ægre in animo rem ſecum reputantes, & fraudem ſine iudicio ſuſceptæ fidei & credulitatis deprehendentes, vt miſerabilem in modum enatarent, ſuſtinuerunt: & tandem Pſeudomoſen illum comprehendere ſunt aggreſſi. Verum id perficere minime potuerunt: confeſtim enim ille diſparuit, & magnam ſuſpicionem præbuit, perniciosum quempiam dæmonem ſub humana ſpecie gẽtem eam in exitium perduxiſſe. Proinde multi Iudæorum ſuperſtitioni nuntio remiſſo, in Creta Chriſtianam religionem conſtanter ſuſceperunt. Horum innumera prope fuit multitudo. Hæc Nicephorus.

MVNTZERICI.

MVntzerici, ſeu Muntzeriani à Thoma Muntzero, ſiue Monetario Anabaptiſtarum patre dicti ſunt, qui emerſerunt ſub Carolo quinto Imperatore Germano, & Clemente ſeptimo ſummo Romanorum Pontifice, circa annum Domini 1524. Hic, teſte Lindano dialogo ſecundo ſui Dubitantii, totum orbem gladio Gedeonis ſibi diuinitus tradito compellendum, ad nouum regnum Chriſti inſtituendum, iactabat ſpiritum ſibi reuelaſſe: vnde & cæleſtes prophetas atque Enthuſiaſtas, eos inſectatus, appellabat Lutherus.

1 Docebant bonorum communionem, torum infidelium, id eſt, non ſuæ factionis, eſſe pollutum, & diaboli proſtibulum.

2 Baptiſma infantum non eſſe ex Deo.

3 Infideles omnes cum principibus & magiſtratibus eſſe occidendos.

4 Libertatem per principes extinctam, eſſe armis vindicandam.

MVNDANITÆ.

MVndanitæ, teſte Philaſtrio, ſunt ii, qui mundum non mutari, ſed in eodem ſtatu ſemper manſurum aſſerunt, etiam poſt communem & generalem omnium noſtrum reſurrectionẽ, cõtra illud regii prophetæ: O ania

tranſibunt & mutabuntur, tu autem idem ſemper es. Hi autem non intelligunt, mutationis cauſa elementorum à propheta id dictum fuiſſe, vt his mutatis, noua creatura reformetur. Quod & Dominus docet, cum ait: Cælum & terra tranſibunt, verba autem mea non tranſibunt. Et, Ego facio nouum cælum & nouam terram, dicit Dominus. Reſtauranda ergo potius, & non pereunda annunciat elementa: & quamuis impoſſibile Deo non ſit, vt, qui fecit ex nihilo omnia, iterum delere poſſit omnia, quod ait beatiſſimus Iob: Si autem, inquit, deſtruxerit vniuerſa, quis ei dicet, quid feciſti?

Ergo ſi ita ſenſeris, omnipotentiam Domini noſtri Ieſu Chriſti cognoſces: ſin ea reſtauranda quis æſtimat, ſequenter intelliget. Nam etſi pereunda ſemina ſcriptura demonſtrat, id eſt, ipſum mundum ad nihilum deuenire poſſe, tamen quia quod fecit, non deperit. Fecit enim, vt ait Salomon, ex nihilo omnia, vt poſſent eſſe quæ non erant. Et in reſurrectione hominum, non pereunda ſemina, ſed ad gloram maiorem reſurrectura demonſtrat Apoſtolus, cum ait: Seminatur corpus animale, ſurget corpus ſpirituale: ſeminatur in corruptione, ſurget in incorruptione. Et rurſus idem Apoſtolus: Expectatio enim creaturæ, reuelationem filiorum Dei expectat. Vanitati enim creatura ſubiecta eſt non volens, ſed propter eum, qui ſubiecit eam in ſpe futuræ gloriæ & dignitatis. Propter quod & ipſa creatura, inquit, liberabitur à ſeruitute corruptionis, in libertatem gloriæ filiorum Dei. Vbi quidem oſtendit, à gloria ad gloriam proceſſura elementa, id eſt, homines cum hac ipſa viſibili creatura, cum item dicat Dominus, Sol tunc ſeptempliciter plus lucebit quam nunc luceat.

Tranſibunt ergo elementa ad maiorem gloriam, in eaque permanebunt cum hominibus, quamuis ea ad nihilum poſſit adducere, qui fecit omnia, Deus. Sed in hoc eſt eminens Chriſti maieſtas & potentia, quod ad maiorem gloriam eadem elementa tranſire permittet. Nam & Apoſtolus

Digitized by Google

poſtolus Petrus elementa hæc liqueſcere, & ad nihilum venire nuntiat pariter & prophetat. Hæc Philaſtrius.

MVSORITÆ.

MVſoritæ, eodem Philaſtrio authore, erant apud Iudæos idololatræ, qui ſorices colebant, ducta huius abominationis origine ab Allophylorum ſacerdotibus & diuinis, à quibus, vt liber primus Regum habet, Philiſtinorum principes & ſatrapæ, cum ab eis arca Teſtamenti fuiſſet in bello capta, atque ex ira diuina ſorices terra produxiſſet, qui eorum regionem demoliebantur, admoniti & perſuaſi fuerunt, vt pro delicto iuxta numerum prouinciarum eorundem Philiſtinorum quinque mures aureos facerent, quos darent Deo Iſrael, ſicque ſuper plauſtrum nouum eandem arcam remitterent: inde futurum, vt ab eis diuina plaga deſineret. Ex quo effectum, vt mures poſtea maximo in honore habuerint quidam Iudæi, & eos coluerint. Et cum legem & prophetas haberent, non tamen cognouerunt illi, hoc eſſe vanum & abominabile, quod ab omnibus contemnitur & deridetur. Hæc Philaſtrius.

MVSCARONITÆ.

MVſcaronitæ, à Muſca & Accaron ciuitate, in qua Muſca colebatur, dictione compoſita ſunt appellati. Is autem eorum deus Beelzebub, qui à Phariſæis apud Matthæum, Lucam, & Marcum princeps dæmoniorum dicitur, Deus Muſcarum nuncupatur, à fœdo atque ſpurco eum colentium ſacrificio. Ad eum nuntios miſiſſe regem Ochoziam libro quarto Regum, capite primo ſcribitur, qui cum conſulerent, num de ſua infirmitate reualeſcere poſſet, qua laborabat. Is nempe, vt ibidem dicitur, per cancellos cœnaculi ſui, quod habebat in Samaria, corruerat, & maximo corporis languore tenebatur. Cum autem hæc fierent, accidit vt angelus Domini loqueretur ad Eliam Theſbiten, ac ei imperaret, vt ſurgeret & aſcenderet in occurſum nuntiorum regis Samariæ, & diceret

ad eos; Nunquid non eſt Deus in Iſrael, vt eatis ad conſulendum Beelzebub deum Accaron? Quamobrem (inquit) hæc dicit Dominus, De lecto, ſuper quem aſcendiſti, non deſcendes, ſed morte morieris. Mortuuſque eſt Ochozias iuxta verbum Eliæ, & Ioram frater eius regnauit pro eo, quia non habebat filium. Hæc ibidem.

LIBER DVODECIMVS.

NARCISSVS NERONIADIS EPIſcopus Arrianus.

NArciſſus Neroniadis Ciliciæ, quam nunc Irenopolim vocant, Epiſcopus, Arrianæ perfidiæ patronus fuit acerrimus, & iniquorum conſiliorum miniſter, Conſtantii Imperatoris & Iulii huius nominis primi Romani Pontificis temporibus, circa annum Domini 344.

Hic cum Theodoro Heracleæ Thraciæ, & Marco Arethuſæ Syriacæ epiſcopis ad Conſtantem Occidentis Imperatorem Conſtantii fratrem miſſus legatus, vt de Athanaſii & Pauli, aliorumque epiſcoporum per Arrianos ſuis ſedibus deturbatorum damnatione ſatisfacerent, quum in Italiam veniſſent, (vt author eſt Sozomenus) in hoc toti incubuere, vt facta propria vindicarent, pro virili adnitentes Imperatori perſuadere, Orientalis concilii iuſtam eſſe ſententiam. Cumque fidei ſuæ confeſſionem exigerentur exhibere, & palam profiteri, fidem quidem in concilio Antiocheno expoſitam celarunt: aliam vero conſcribentes confeſſionem obtulerunt, multum tamen à Niceno concilio diſſonantem. Videns autem Conſtans iniquè grauatos homines, nec crimina fuiſſe vera, pro quibus dicebán-

dicebantur à communione ſuſpenſi, ſed id factum propter diſſonantiam fidei, cum ſatisfacere nequiuiſſent pro quo venerant, remiſit eos ad propria.

Cumque Conſtans (vt author eſt Theodoritus, & Nicephorus libro nono, capite duodecimo) vnum illud à fratre ſibi dari poſtulaſſet, vt Paulus & Athanaſius ſedes ſuas reciperēt, & nihil ſuis literis effeciſſet, propterea quod aduerſarii cõtra niterētur, & timeretur, ne populus ea de cauſa ſeditionem moueret: Paulus & Athanaſius rurſum Conſtantem adiere, & vt vniuerſalis ſynodus cogeretur, petiere, vt de profeſſione fidei, & de eorum cauſſis accuratius res explorari poſſet. Exauthorationis enim ignominiam ſe propter fidei ſinceritatem ſuſtinere aſſirmarunt. Quapropter de duorum Imperatorum iſtorum ſententia ſtatutum, vt vtriuſque Imperii epiſcopi ad diem certum Sardicam, quæ Illyrica ciuitas eſt, conuenirent. Id quod Conſtans ſic petierat, Conſtantius autem aſſenſerat, vt videlicet ſeditio ſolueretur. Atque ex Occidentis partibus circiter trecenti conuenere epiſcopi, ſicuti alibi ſacer dicit Athanaſius: Ex Oriente vero, Sabino Macedoniano referente, ſex & ſeptuaginta. Reliqui autem anguſtias conſtituti temporis prætexentes, atque alius aliam cauſſam allegantes, non cõparuere. Decimus is erat annus, ex quo Cõſtantinus, Imperatoris vtriuſque pater, ad meliorem migrauerat vitam.

Et Orientales, qui Philippopolim in Thracia venerant, Occidentalibus, qui Sardicæ iam præſto erant, ſcripſere, vt Athanaſium eiuſque ſtudioſos, vt quibus ſacris miniſteriis interdictum eſſet, à concilio remouerent: aliter enim fieri non poſſe, vt in vnum conuenirent. Quod quidem poſtea quoque, quum Sardicæ eſſet, obtinere contendebant.

Occidentales autem, atque inprimis Hoſius Cordubēſis Hiſpanus, & Protogenes Sardicenſis, reſpondere, nunquam ſe communionem illorum deuitaſſe, neque porro etiam vitaturos eſſe: quum Iulius Epiſcopus Romanus,

cauſſa eorum perſpecta, iniqueeos inſidiis circumuentos eſſe iudicarit. Adeſſe ipſos quoque, & redarguere iniquum illud iudicium velle. Plura quoque alia vltro citroque & ſcripſere, & per internuntios alteri alteris ſignificauere. Vnde maior inter eos eſt excitata ſimultas, maius odium, dies quoque conſtituta præteriit. Et confeſtim diſceſſione facta, ſeorſumque vtriſque conſilia agitantibus, contrarias alteri aduerſus alteros ſententias tulere.

Orientales namque Philippopoli conuentum egere, atque ibi decretis ſuis in Athanaſium, Paulum, Aſclepam, & Marcellum Epiſcopos magis etiam confirmatis, Iulio inſuper Romæ antiſtiti magiſtratum eccleſiaſticum abrogauere, & compluribus aliis. Porro in cauſſa fidei homouſion conſubſtantiale quidem repudiarunt: inæqualitatis vero opinionem literis in partes omnes ſcriptis diuulgarunt. In quibus locorum plerumque epiſcopis quoque ſignificarunt, ne eos quos maxime ſententia ſua notaſſent, vel in communionem reciperent, vel literis etiam dignarentur. Hæc quidem epiſcopi Orientales Philippopoli in Thracia agebant.

Hoſius autem & qui cum eo Sardicæ erant, primum quidem illos indicta & deſerta cauſſa, propter contumaciam damnarunt: Athanaſium receperunt, & quæ aduerſus eum Tyri acta fuerant, anathemate ſunt perſequuti: Marcello epiſcopatum ſuum reddiderunt, quod ſe diceret nunquam ea ſenſiſſe, de quibus per calumniam accuſatus eſſet. Abrogarunt quoque epiſcopatum Theodoro Perinthio, Narciſſo Irenopolitano, &c. &, vt non modo epiſcoporum, ſed ne Chriſtianorum quidem appellatione honorarentur, ſtatuere, quod filium Dei paterna ſubſtantia ſepararent. Quibus roboratis, inæqualitatem repudiarunt, & conſubſtantiale aperte promulgarunt. Hactenus Nicephorus. Qui de hac re plura volet, legat apud Theodoritum epiſtolam Sardicenſis concilii ad vniuerſos epiſcopos catholicos ſcriptam, Tripartitæ hiſtoriæ libro quarto, capite vigeſimo quarto. Legat & quæ

de Me-

Digitized by Google

de Menophanto ſupra ex Nicephoro ſcripſimus.

NAZARÆI.

NAzaræi, teſte diuo Auguſtino & Philaſtrio, lib. de hæreſibus, à Nazaret Galilææ vico, in quo Chriſtus conceptus, & à quo etiam Nazaræus dictus eſt, nomen ſortiuntur: filium quidem Dei illum confitentes, ſed qui aſſerant, legem veterem iuxta omnia illius præcepta eſſe ſeruandam, vna cum lege noua: quæ tamen, vt inquit Auguſtinus, Chriſtiani per Apoſtolicam traditionem non ſeruare carnaliter, ſed ſpiritualiter intelligere didicerunt. Eruperunt autem Adriani Imp. & Xiſti huius nominis I. Romanorum Pontificis temporibus circa annum Domini 133.

1 Dicunt itaque, Chriſti fidem ſine operibus legis non ſufficere ad ſalutem.

2 Circumciſionem obſeruāt & Sabbatum, Iudæorum cunctis feſtiuitatibus addicti.

3 Patres quidem ſuſcipiunt, qui in quinque libris Moſis habentur vſque ad Moſen, qui in diuino cultu recte præſtito clari fuerunt, vtpote Adam, Seth, Enoch, Mathuſala, Noë, Abraham, Iſaac, Iacob, Leui, Aaron, & Ieſum Naue: ipſos autem quinque libros Moſis non recipiunt, Moſen quidem confitentes, & quod legem accepiſſet à Deo, credentes, non autem eam quæ circumfertur, ſed aliam. Dicebant enim hos libros fictos eſſe & commentitios, & nihil horum à patribus obſeruatum fuiſſe. Vnde omnia quidem Iudæorum ſeruant, quum ſint Iudæi. Victimas tamen non mactabant, neque animatis fouebantur, ſed nefas erat apud ipſos carnibus veſci, aut ipſas ſacrificare. Hæc ex Epiphanio.

De Nazaræis ſic habet Philaſtrius Brixienſis epiſcopus: Nazaræorum hæreſis eſt, quæ Legem & Prophetas recipit, carnaliter tamen viuendum affirmat, omnemque iuſtificationem in carnali obſeruātia conſiſtere ſuſpicatur.

Crines etiam nutrientes capitis, omnemque virtutem iuſtitiæ in eo putantes conſiſtere, quaſi à Samſone illo ſibi hoc præſumentes iudicii, quod Nazaræi vocarentur: à quo poſtea Pagani, fortes viros ex illius figura metientes, Hercules nuncuparunt.

NEPOS EPISCOPVS Ægypti.

NEpos epiſcopus cuiuſdā vrbis Ægypti, vixit ſub Claudio II. Imp. & Felice huius nominis I. Romano Pontifice, circa annum Dom. 270.

Hic, teſte Euſebio libr. 7. capit. 24. Iudaico intellectu de futuris promiſſionibus ſentiebat, eas que Epicureo more corporaliter exhibendas docebat, & mille annis in libidine & voluptate corporali in hac vita ſanctos regnaturos cum Chriſto: huiuſque ſui dogmatis probamenta, ſumptis ex reuelatione diui Ioannis teſtimoniis conabatur aſſerere, de quibus etiam libellos edidit, interpretationes huiuſmodi continētes. Ideo Dionyſius Alexandrinus de repromiſſionibus ſcribens, in hunc Nepotem ſtylum ſuæ intentionis conuertit. Hæc Euſebius.

De quo ſic etiam ſcribit Nicephorus lib. 6. cap. 21. Duos, inquit, libros de promiſſionibus Dionyſius compoſuit, quibus argumentum præbuit Nepos, qui Ægypti epiſcopus, Iudaica opinione, quæ in ſcripturis ſanctis Chriſto ꝑmiſſa ſunt, ſenſu corporali craſſius intelligens, ea ad præſens ſeculum, & deſignatam quandam mille annorum vitam referebat. Et quod is ex Apocalypſi Ioannis opinionem ſuam ſe confirmaturum eſſe opinaretur, librum compoſuit, cui titulum Confutationis indidit. Cui Dionyſius in eis, quos diximus, libris reſpondens, in priore quidem ſententiam ſuam de illius dogmate exponit, in poſteriore autem de Apocalypſi Ioannis agit pluribus. Quandoquidem, inquit, ſcriptum quoddam proferunt Nepotis, quo valde nituntur, veluti certo & irrefragabiliter oſtendente atque probante, regnum Chriſti in terris futurum: in aliis quidem

quidem multis Nepotem recipio & complector, propter fidem, tolerantiam laboris, ſcripturarum lectionem, & frequentes pſalmodias, quibus huc uſque multi delectantur fratres, hominemque ipſum obſeruo. Deinde progreſſus infert: Sed enim ſi quid recte dictum ſit, laudare id conuenit: Rurſum vero, ſi quid ſecundum ſanam doctrinam non ſit ſcriptum, id caſtigare oportet. Ac ſi quidem ipſe adeſſet, ſatis eſſet rationũ in colloquio, per interrogationem & reſponſionem, ad perſuaſionem & conciliationem eorum quæ inter ſe opponuntur. Quum autem ſcriptum eius ſatis ad perſuadendum compoſitum, in hominum ſit manibus, quo ſcripto legi & prophetis conuiciatur, Euangelia nihil eſſe ducit, & Apoſtolicos libros tanquam nullius pretii eleuat: ipſum autem eius ſcriptum perinde atque occultum & arcanum myſterium celebratur, ſimpliciorum fratrum animos nihil permittens magnum & ſublime de certa, vera, & glorioſa apparitione Chriſti, aut de noſtra à mortuis reſurrectione, atque ad ipſum aggregatione & aſſimilatione, ſed humilia quædam & caduca, qualia præſentis vitæ ſunt, ſperare & ſentire: perquã eſt neceſſarium, vt veluti cum præſente fratre noſtro Nepote diſſerentes agamus.

Deinde commemorat, ſe in Arſinoite Ægypti præfectura fuiſſe, vbi eiuſmodi exortſit hæreſis: ibique omnibus eccleſiaſticis, atque aliis item viris præſentibus, tribus continuis diebus, de Nepotis doctrina, libro eius propoſito, diſſeruiſſe. Fratrumque ſtabilem ac decentem morem admiratur, qui rite atque ordine reſponſionibus aſſenſiones approbationeſque ſuas accommodarint: neque cõtentioſe defendere perſeuerarint, quæ ſemel apud ſe conſtituiſſent: neque obiectiones legitimas intermiſerint, veritatem illi cognitam (quod pudore quodam aliqui, quum conuincuntur, non faciunt) profitentes: bonaq; conſcientia, quæ authoritate diuinarum literarum probata eſſent, citra ſimulationem & diſſimulationem, cordibus ad Deum ſimpliciter compoſitis, ſuſcipientes.

Addit prætere a, vt etiam eius loci doctor Coracion dictus, vocibus eis quæ contra illius opinionem prolatæ fuerant, perſuaſus, præſentibus omnibus receperit, veritate iam abunde ſatis perſpecta, ſibi de cætero nihil futurum cum Nepote negotii, neque mentionem ſe eius facturum, neque doctrinam promulgaturum. Alios quoque fratres dicit lætatos delectatoſque eſſe diſſertationibus eis, atque communi omnium conciliatione & conſenſu. Hactenus Nicephorus.

NESTORIVS EPISCOPVS Conſtantinopolitanus.

NEſtorius, Epiſcopus Conſtantinopolitanus fuit, vir quantumuis natura eloquens, in ſcripturis tamen & veterum lectione, quos præ ſe fortiter contemnebat, minus exercitatus. Pelagianam hæreſim ſequutus eſt. Floruit autem Theodoſii iunioris Imperatoris, & Cæleſtini ſummi Romanorum Pontificis temporibus, circa annum Domini 427.

1 Hic, authore Gennadio & Socrate lib. 7. cap. 32. in id ſummo ſtudio laborauit, vt Chriſtum Dei filium ex virgine Maria natum hominem duntaxat, non etiam Deum, eſſe doceret, atque ideo Mariam Chriſtotocon, non autem Theotocon, eſſe diceret: poſtea vero ſanctæ & inculpatæ vitæ merito Chriſtum obtinuiſſe, vt dignus haberetur cui ſe diuinitas coniungeret.

2 Duas itaque in Chriſto ponebat naturas, duas itidē in eo dicebat eſſe perſonas, vnam diuinitatis, alteram vero humanitatis: nec vnum Chriſtum in deitate & humanitate ſentiebat, ſed ſeparatim atque ſeiunctim alterum docebat eſſe filium Dei, alterum filium hominis, quem dicebat etiam appellari filium hominis. Quapropter virginem Mariam nō Dei, ſed hominis tantum matrem appellabat. Denique Chriſtum eſſe tantum hominem dicebat, non autem Deum, ſed in quo Deus ſpeciali quadam prærogatiua habitaret: atque ideo Chriſtum dicebat Emmanuel à Propheta

pheta

Digitized by Google

pheta appellari, quod interpretatur, Nobiſcum Deus: non quia ſimul eſſet Deus & homo, ſed quia in humanitate diuinitas habitaret: quapropter Chriſtum non Deum, ſed Deiferum appellabat.

3 Et quia dicebat, duas eſſe perſonas in Chriſto, vnam quæ eſſet homo, & aliam quæ eſſet Deus, in illo homine tanquam in templo habitans: ideo in Euchariſtia contineri quidem veram carnem, ſed illam eſſe carnem puri, iuſti, & ſanctificati hominis, qui templum Dei eſſet, quique diuinam in ſe habitationem poſſideret, non autem Dei.

4 Conficiunt etiam Neſtoriani in pane fermentato, & ſub vtraq; ſpecie cõmunicant ſacramentum Euchariſtiæ paruulis & adultis, quod non credant ſub vna ſpecie Chriſtum æque contineri, atq; ſub vtraq; continetur.

Horum igitur nefandorum errorum veluti rediuiuos excitans cineres Neſtorius, & ex antiquis fauillis nouũ volens mouere incendium, iure ab eccleſia reiectus eſt.

Perſtrenuum contra hãc ſuam audaciam habet antagoniſtam diuum Cyrillum Alexandrinũ antiſtitem, qui hanc peſtem multis ſudoribus profligauit, & extinxit. Contra hunc ſimiliter ſcripſit Theodorus epiſcopus Ancyranus, vt inquit Gennadius. Caſſianus quoque presbyter ſeptem libros in eum edidit, quos inſcripſit de Incarnatione Domini. Item Atticus Conſtantinopolitanus epiſcopus, tempore Theodoſii iunioris Imperatoris, & Ioannes Antiochenus presbyter. Multa denique paſſim apud Sozomenũ in eccleſiaſtica hiſtoria de huius Neſtorii peruicacia, arrogantia, ac tyrannide leguntur: vbi inter cætera quoque refertur, linguam ipſius, qua multas ac intolerãdas in Chriſtum blaſphemias euomuerat, primum poſt mortem eius à vermibus fuiſſe depaſtam.

De Neſtorio Nicephorus eccleſiaſticæ ſuæ hiſtoriæ libr. 14. c. 31. ſcribit in hunc modum: Siſinio patriarcha Cõſtantinopolitano defuncto, eis qui honores & magiſtratus gerebant, placuit, neminem ex eius eccleſiæ clero epi-

ſcopum creare, propter vanam eorum, qui honorem talē tenere quibus ipſi fauerent, mandatum volebant, gratiam. Erat tum Antiochiæ Germanicienſis patria vocalis & facundus Neſtorius. Hunc quod in dicendo promptus & facilis eſſet, Antiochia accerſendum ſtatuerunt, qui laudem etiam caſtitatis meruerat maximam. Præterierant menſes tres, & ille adducitur, & epiſcopus Conſtantinopolitanus creatur. Qualis vero is vir fuerit, prima ſtatim eius concio indicauit. Ilico namque poſt conſecrationem, decantatam illam propalam apud populum, ad imperatorem verba dirigens, emiſit vocem: Da mihi, inquiens, ô Imperator, terram ab hæreticis liberam & puram, & ego tibi cœlum reddam. Tu mihi hæreticos extirpa, & ego tibi Perſis delendis adero. Hæc eius dicta multi quidem comprobarunt. Qui vero certo ſciunt, animum ex verbis diiudicandum eſſe, illi mentis eius leuitatem, animum arrogantem, & vanam gloriam affectantem deprehenderunt: propterea quod quum nōdum quidquam ibi ſatis deguſtaſſet, ad huiuſmodi productus ſit verba. Ardorem vero & æmulationem deinde pro eccleſia ſpirans, ædem precatoriam Arrianorum demolitus eſt. Atque illi templum ſuum dirutum cernentes, igne inſuper coniecto, non id modo, ſed & magnam vicinorum ædificiorum partem concremarunt. Nouatianos quoque & Macedonianos turbare aggreſſus eſt. Non eos vero ſolum, verum etiam qui per Aſiam, Libyam, & Cariam, & qui præterea Mileti & Sardis erant, Quatuordecimanos, quorum multi ſeditione & tumultu propter ipſum concitato interiere. Accidit porro, vt qui alios ita eccleſiis expelleret, ipſe quoque eiiceretur, cū derepente bellum acre aduerſus eccleſias concitaſſet. id bellum inde ſumpſit exordium.

Anaſtaſius quidam presbyter in maximo apud Neſtorium honore fuit, comes profectionis eius, quum ille ſe ad epiſcopatum ineundum conferret. Quo tempore etiam ad Theodorum Mopſueſtienſem diuertit, dogmatibuſq; eius auditis, à vera pietate Neſtorius ipſe tranſuerſim actus eſt,

Digitized by Google

eſt, quemadmodum Theodulus in epiſtola ſcribit. Anaſtaſius igitur iſte, acer Iudaicorum dogmatum & actionum Neſtorii ſuaſor, verba aliquando in Eccleſia Conſtantinopolitana ad Chriſti fidelem populum faciens, hoc propalam & apertè dicere auſus eſt, Mariam θεοτόκον, hoc eſt, Dei genitricem nemo vocato. Maria enim homo fuit. Vt autem ab homine Deus gignatur, fieri non poteſt. Dolum hunc quum primum Euſebius Rhetor deprehendiſſet, eundemque deinde & clerus, & pietate in populo præſtantiſſimus quiſque grauiter ferret: & elocutionem eiuſmodi blaſphemiam eſſe putaret, non paruus tumultus excitatus eſt. Dudum enim de Theologia & Chriſti diuinitate edocti fuerant; quod videlicet ille œconomiæ ſeu adminiſtrationis gratia veluti homo purus, haudquaquam à diuinitate ſeceſſerit. Ea in re Apoſtoli Pauli verbo fidem habentes, qui dicit: Etiamſi Chriſtum ſecundum carnem cognouimus, nunc tamen non cognoſcimus. Et rurſum: Quapropter relinquentes eum, qui de Chriſto rudes inſtituit, ſermonem, ad perfectionem contendamus.

Turba tali, ſicuti fieri aſſolet, gliſcente, Neſtorius impietatis dux, non ſolum Anaſtaſium non reprehendit atque inhibuit, verum etiam ſtudioſè laudauit, & dictis eius aſſenſum prorſus ſuum præbuit, eum, quem in pretio habebat, vt blaſphemum arguere nolens. & quod contendendi ſtudio teneretur, frequentius in Eccleſia docuit, & vbique vocabulum Dei genitricis exterminauit, à ſeipſo pleraque illegitimè & ſubreptitiè ſtatuens atque confingens, aperteque animi ſui venenum eructans, ad blaſphemiam ſe dedit. Proinde quæſtione huius rei apud omnes diuulgata, atque aliis aliter eam accipientibus, diſſidium in Eccleſia ortum eſt: atque homines, ſicuti in nocturna pugna inter ſe ſunt conflictati, nunc hæc, nunc illa affirmantes & negantes.

Neſtorius verò à multis exiſtimatus eſt Dominum merum hominem eſſe opinari; atque olim Pauli Samoſateni & Photini intermortuum dogma renouare, & in Eccleſiam ſenſim inducere. In tantum ſanè quæſtio

hæc agitata eſt, vt vniuerſali etiam opus e... et Synodo.

Porrò non Neſtorio modò Cyrillus & Cœleſtinus, ſed etiam Ioanni Antiocheno, Theodori ſucceſſori, & Iuuenali Hieroſolymitano, hæreſim Neſtorii exponentes ſcripſerunt. Ipſe quoque Ioannes ad Neſtorium Epiſtolam dedit, admonens hominem, ne à patria fidei profeſſione deficeret, ſed rectè filium Dei ex ſancta Dei genitrice Maria genitum eſſe profiteretur, neque in duo eum partiretur, neque etiam iuxta progreſſum, ſeu profectum deificatum eſſe diceret, Apoſtolicam illi etiam vocem ſubiiciens, quæ eſt: Miſit Deus filium ſuum factum ex muliere. Et ſimul illi ſuaſit, ne ſententiam ipſe ſuam, vt rectam & certam retineret, ſed potius, quod in commune commodum atque vtile eſſet, ſequeretur. Miſit inſuper ad eum quas Cœleſtinus & Cyrillus ſcripſerant literas. Neſtorius tamen ſibiipſi obſequutus eſt. Et quoniam ſciebat Eccleſiarum Præſules in Eccleſię turba haudquaquam tacituros, Theodoſium permouit, vt ſacram ad Cyrillum mitteret, in qua multa illi obiiciebat, & multa minabatur, niſi in Neſtorii decretis acquieſceret. Et quum talibus literis ſe illum pellundaturum exiſtimaret, magis etiam commotum excitauit. Accepto namque ſpiritu, Diuus Cyrillus, ad ipſum Imperatorem & eius ſorores, libellos doctè compoſitos miſit, quibus ſimul certam rectę fidei profeſſionem, & peruerſam Neſtorii vecordiæ opinionem oſtendit. Tum autem, vt Synodus vniuerſalis cogeretur, petiit, vt Neſtorii res certò in apertum proferrentur.

Theodoſius itaque imperialibus literis ſuis in Metropoli Epheſo, locorum omnium Epiſcopos conuenire iuſſit, ſacram Pentecoſtes diem, qua conuenirent, conſtituens. In ea quippe die ſpiritus viuificator ad Sanctos Apoſtolos peruenit. Literis ipſis illud quoque adiecit, neminem ſe vel apud Deum, vel apud homines excuſaturum eſſe, qui non ſtatim ad deſignatam ſanctæ Pentecoſtes diem præſto ibi eſſet. Qui namque, inquit, ad Epiſcopalem ſacrum conuentum vocatus non alacriter accurrit, non bonæ is conſcien-

tiæ

Digitized by Google

tiæ eſſe apparet. Neſtorius, qui nō longè ab Epheſo abeſſet, cum turba multa ſtatim poſt feſtum Paſchæ diem Epheſum venit, multos ibi iam congregatos Epiſcopos reperiens. Cyrillus quoq; cum ſuis ante deſtinatū diem affuit. Quinta poſt Pentecoſten die Iuuenalis cum Palæſtinis Epiſcopis venit. Quibus ita conuenientibus, de communi ſententia 20. menſis Iunii die Epiſcopi congregati ſunt circiter centum & triginta, à condito mundo quinquies milleſimo noningenteſimo decimoquinto, à ſecunda autem ſynodo quadrageſimo & vno anno, præſente Iuuenale & diuinó Cyrillo, qui Cœleſtini locum tenuit Romani (vt diximus) Epiſcopi.

Die primo Neſtorius etiam præſto fuit. Atque vbi de quæſtione eius agi cœptum eſt, Cyrillus Alexandrinus in prima velitatione, iacula fortiter iaciens, Neſtorium admodum perſttinxit. Hoſtili enim iamdudum erga eum erat animo. Et quum Chriſto ſententiis ſuis diuinitatem multi tribuerent, vnumq; & eundem eſſe filium, ex patre quidem ante ſecula genitū, extremis autem temporib. ex perpetua virgine hominem factum, atq; alium, atq; alium, ſed vnum atq; eundem, & virginem Mariam propriè & verè Theotocon Dei genitricem dicendam eſſe aſſererent: aſſurgens Neſtorius: Ego, inquit, bimeſtrem aliquem & trimeſtrem Deum non dixerim. Proinde purus ſum ſanguinis veſtri, & poſthac ad vos non veniam. His verbis dictis, cum ſex Epiſcopis egreſſus eſt, & deinceps cum illis conuenire ſolitus fuit: aliis quoque aſſumptis, qui prauam eius fidem ſequebantur. Ita Synodus in partes duas diuiſa eſt.

Cyrillus & qui cum eo erant, poſtridie Concilio coacto, vt mos eſt, tribus Epiſcopis miſſis, Neſtorium, vt in conuentum veniret, citārunt. Ille id contempſit, & haudquaquam comparuit. Vt autem ille iterum atque iterum atque tertiò vocatus, reſponſum nullum, quo ſe defenderet, dedit, & conuiciis atque contumeliis eos qui ad ſe miſſi erant, remiſit: Synodus ſancta trecentorum illorum decem & octo

diuinorum Patrum Symbolum in medium, & Cyrilli atque Neſtorii, quas vltro citroque de dogmate dederant literas, ſacram item illam Cæleſtini ad ipſum Neſtorium ſcriptam Epiſtolam protulit. Atque vbi Theodotus Ancyranus & Melitinenſis Acacius blaſphema eius verba, quibus apertè Epheſi multis præſentibus vſus fuerat, indicauêre, & multę eximiorum & ſanctorum virorum voces auditæ, inſuperq; alia Neſtorii impiè dicta congeſta ſunt, impium illum exauthorauit, ſententia his verbis concepta:

Quum præter alia reuerendiſſimus Neſtorius, neque vocationi noſtræ audiens eſſe voluerit, neq; à nobis miſſos ſanctiſſimos & piiſſimos Epiſcopos admiſerit, neceſſariò eò deſcendimus, vt de impietate eius inquireremus. Et quoniam cum ex epiſtolis & ſcriptis eius, quæ lecta etiam ſunt, atque item ex verbis, quibus in Metropolitana hac vrbe vſus eſt, tum ex teſtium dictis, impiè eum & ſentire & dicere deprehendimus: neceſſitate nobis à Canonibus, & ſanctiſſimi Patris Collegæque noſtri Romanæ Eccleſiæ Epiſcopi epiſtola, impoſita, diu multumque lachrymantes, ad triſtem hanc peruenimus ſententiam. Qui igitur ab eo blaſphemiis expetitus eſt, Dominus noſter Ieſus Chriſtus, per præſentem ſanctam Synodum decreuit; Neſtorium ipſum à dignitate Epiſcopali, & Sacerdotali conuentu omni eſſe alienum. Talis fuit Neſtorii damnatio.

Quartò autem ab illius condemnatione anno, Ioannes, Antiochenus Epiſcopus, qui eum prius ſuſtinens, Cyrillo valdè ſuccenſuerat, quod eum exauthoraſſet, iudicium Dei metuens, & multos præterea praua Neſtorii opinione interire videns, Theodoſio Imperatori, vt quàm primum eum ex orientali ditione eiiceret, ſignificauit. Itaque Imperator poſtquam blaſphemiam illius certò cognouit, confeſtim Neſtorium quidem Oaſim deportari iuſſit. Quum verò eum maiores calamitates experiri oporteret, ex poteſtate quidem Blemmyarum ille dimiſſus eſt, (eorum enim captiuus fuerat) Theodoſii autem, qui rediiſſe eum intellexerat, iuſſionibus, in extremis Thebarum oris, locum ex loco mu-

co mu-

ço mutans, verſatus eſt. Vbi terra rupta coopertus atque oppreſſus, vitam hanc pro eo atque blaſphemiæ eius conueniebat, amiſit: Arrius alter vitæ ſuæ actu habitus, qui quidem ſatis, quæ præmia in Deum iactæ blaſphemiæ maneant, declarauit. Vterq; ſanè ex æquo in Chriſtum blaſphemus fuit: quem Arrius quidem creaturam, iſte autem merum hominem eſſe dixit.

Peruenit rurſus in manus meas ſcriptum quoddam aliud, obitum eius exponens, quem & ipſum memoriæ mandare in hac hiſtoria viſum eſt. Commemorat enim, lingua eius à vermibus corroſa, & ingemiſcentem & lamentantem, ad maiora ac ſempiterna ſupplicia eum pœnas debitas ſoluturum, migrâſſe.

Porrò pernicioſo Neſtorio exauthorato, grauis rurſus contentio in Conſtantinopolitanæ vrbis Eccleſiis mota eſt. Populus enim de Neſtorii placitis agens, in duas partes abiit. Clerici ſanè omnes communi ſuffragio eum anathemati ſubditum reiecerunt. ſic namque Chriſtianis mos eſt, ſententiam contra blaſphemum ferre, quum eam tanquam ſtatuæ inciſam, omnibus publicitus proponere volunt.

Deinde & Theodoſius diuino nutu commotus, ſententiis & calculis omnibus, impium illum anathemate quoq; iugulatum condemnauit, hiſce verbis in condemnatione vſus, quæ Iuſtiniani volumini, quod Codex nominatur, inſerta eſt, tertia numero, in primo primi libri titulo. Præterea, inquit, ſancimus, qui impiam Neſtorii fidem æmulantur, aut nefariam eius doctrinam ſequuntur, vt, ſi quidem Epiſcopi ſint aut Clerici, Eccleſiis eiiciantur: ſin verò laici & populares, anathemate feriantur. Sed plures quoq; alias conſtitutiones religionis noſtræ gratia edidit, quæ flagrantem illius erga Chriſtum ardorem declarant.

Hucuſque Nicephorus de vita Neſtorii.

NICOLAITÆ.

NIcolaitæ, à Nicolao Antiocheno aduena, qui vnus fuit ex ſeptem Diaconis, qui cum Stephano in miniſterium viduarum, electi atque deputati fuerunt, dicti ſunt, indeque ſui erroris occaſionem ſumpſerunt illi ſub imperio Domitiani Imperatoris, & Anacleti Pontificatu, circa annum Domini 83.

Hic cum ab eiſdem Apoſtolis de Zelotypia vxoris, quam valdè pulchram habebat, increparetur, vt de hac re ſe immunem redderet, coram his ipſis Apoſtolis, vxorem in publicum produxit, permittens vt qui vellet, ea vteretur, contra illud Domini præceptum: Quos Deus coniunxit, homo non ſeparet. Hac quidem re oſtendere cupiens, ſe non eſſe adeò zelotypum, vt ei impingebatur. Ex quo facto alii occaſionem ſumentes, crediderunt hoc licitum eſſe, vt quiſq; qua vellet fœmina vteretur, promiſcuos concubitus eſſe volentes, & veluti Platonica lege fœminas communes habendas: Adeò quidem, vt talis conſuetudo apud eos verſa ſit tandem in ſtuprum, & inuicem coniugia commutata. Quod D. Ioannes Apocalypſeos capite ſecundo improbat, cum inquit: Hoc habes, quod odiſti facta Nicolaitarum, quæ & ego odi.

De hac hæreſi ſic habet Nicephorus Eccleſiaſticæ hiſtoriæ lib. 3. cap. 15. Præter has tres hæreſes, inquit, Menandri videlicet, Ebionis, & Cerinthi, quarta quoq; à Simone breui tempore, quæ Nicolaitarum dicitur, viguit: cuius & Ioannes in Apocalypſi meminit. Author eius fuit Nicolaus, eorum vnus, qui vnà cum Stephano ad pauperum curam & miniſterium in actis Apoſtolicis ſunt delecti. Is, vt Alexandrinus Clemens in 3. Contextionum lib. ait, quum formoſam haberet vxorem, eiq; poſt Seruatoris aſſumptionē ab Apoſtolis Zelotypiæ crimen obiectum eſſet, in medium productam, quicunque vellet, ducere eam iuſſit: eique facto congruens quoq; adiecit dictum, Abutendum eſſe carne, inquiens. Quo quidem ille verbo, vt ego puto, non aliud quàm carne ad illegitimas voluptates non vtendum, neque

neque appetitu libidinum eius indulgendum eſſe inſinuauit.

Qui autem hæreſim eius complexi ſunt, factum ſimul dictumque eius ſine iudicio ſequuti, impudenter fornicatione vtuntur. Sed enim Nicolaus cum nulla alia muliere quàm cum coniuge ſua conſueuit, & ex liberis quos genuit, fœminę quidem in virginitate conſenuerunt, filium autem in incorrupto cœlibatu quoque permanſiſſe ſciimus. Quæ cum citra controuerſiam ita ſe habeant, ſatis apparet, quod ille vxorē, propter quam zelotypus viſus eſſet, in mediū Apoſtolorum produxit, id velut repudiationem affectionis carnalis fuiſſe: eumq; per abuſum carnis, continentiam & accuratam voluptatum compreſſionem docuiſſe. Quippe qui iuxta Seruatoris præceptum, duob. heris, voluptati ſcilicet & Domino inſeruire noluerit. Hæc Nicephorus.

NOETIANI.

NOëtiani, à Noëto quodam Sabellii Pentapolitani pręceptore dicti ſunt, à quo & Sabelliani, ſeu Patropaſſiani ſunt appellati vulgatiore nomine quàm Noëtiani. Emerſerunt autem apud Ptolemaidem Ægypti, Galieni Imperatoris, & Stephani Papæ huius appellationis primi temporibus, circa annum Domini 259.

Hic Noëtus in diuinis perſonarum numerum denegabat, vnam tantum eſſe in eis perſonam aſſerens, diuerſis tamen nominibus appellatam. Ex cuius fontis corruptione hunc etiam vitiatum riuulum deducit, patrem videlicet fuiſſe paſſum, quemadmodum & filium. Quod fateri fuit illi neceſſarium, cum patrem & filium eamdem eſſe perſonam aſſereret. Et ita ab ea doctrina nomen ſortiti, Patropaſſiani ſunt appellati, quod patrem paſſum eſſe docerent.

De hoc Noëto D. Epiphanius diſſerens libro octoginta hæreſum, hæreſi 57. ita ait: Alius poſt Bardeſanem, Noëtu nomine, ſurrexit, non ante multos annos, ſed ante hoc noſtrū tempus centū triginta plus minus annis, Aſianus vrbi

Epheſi exiſtens : qui alieno ſpiritu ductus, voluit à ſeipſo, quæ neque Prophetæ, neque Apoſtoli, neque Eccleſia ab initio obtinuit, neque cogitauit, dicere ac docere. Hic à ſeipſo inſaniæ elationibus elatus, auſus eſt dicere , Patrem paſſum eſſe. Inſuperque ad maiorem faſtum ac dementiam delatus, ſeipſum dixit eſſe Moſen , & fratrem ſuum Aaron. Et aliquibus interiectis, addit: Moritur autem idem paulò poſt vnà cum proprio fratre, non velut Moſes in gloria: neque frater Aaron ille ſepultus eſt in honore. Abiecti enim ſunt velut tranſgreſſores , & nemo ex piis ipſos cooperuit. Poſtea verò ſequaces eius mente corrupti, corroborârunt hoc dogma, per ea ſubducti , quibus etiam præceptor ipſorum ab initio. Hęc Epiph. De hac hęreſi vide in Patropaſſianis & Sabellianis.

NOVATIANI.

NOuatiani, à Nouato Romanæ Eccleſiæ Preſbytero ſunt nuncupati. Exorti ſunt autem, Galli & Voluſiani Imperatorum, & Cornelii ſummi Pontificis temporibus, circa annum Domini 255. Alio nomine Cathari, id eſt, mundi ſunt appellati, ob eam , qua ſe ſuperbiſſimè & odioſiſſimè efferebant, munditiam atq; puritatem.

Hi porrò in peccatum prolapſis, & ad Eccleſiam lachrymis, gemitu, & dolore cordis pulſantibus (vt Diui Cypriani verbis vtar) diuinæ pietatis & lenitatis paternæ ſolatia & ſubſidia claudebant: nec ad fouenda vulnera admittebant vulneratos , ſed ſine ſpe pacis & communicationis relictos, ad luporum rapinam & Diaboli prædam proiiciebant.

Dionyſius Epiſcopus Alexandrinus de eo ſic habet: Nouatus Romanæ Eccleſiæ Preſbyter, elatione quadam tumidus, ſpem penitus ſalutis lapſis adimebat, etiam ſi dignè pœnituiſſent: quo impio errore multos ad deſperationem adegit, & Eccleſiarum concordiam diſſipauit : ex quo & Princeps hæreſeos eſt appellatus. Ob quam rem Concilium ſacerdotale celeberrimum ſexaginta Epiſcoporum,

contra

contra eum, tempore Decii in vrbe Roma celebratum eſt, ibique ſtatutum à Papa Cornelio, Nouatum cum ſuis ab Eccleſia alienum eſſe. Qui autem huius rei hiſtoriam planè nôſſe cupit, legat Euſebium Cæſareenſem lib. 6. hiſt. Eccleſiaſt. cap. 38.

De quo item Nicephorus lib. 6. cap. 3. ſcribit in hæc verba: Romæ eis temporibus (Valeriani ſcilicet & Galieni Imperatorum) Presbyter erat Nouatus nomine. Is faſtu & iactantia inani ſublatus, omnem (vt eſt in prouerbio) mouerat lapidem, vt Romanæ Eccleſiæ gubernationem conſequeretur. Vbi autem omnia expertus, nihil egit, (erat enim tumore, ambitione, & gloriæ cupiditate immenſa correptus) in deſperationem incidit: & tandem aliud quod faceret, non habens, ab Eccleſia ſeipſum ſegregans, proprios cœtus cogere, & nouam quandam hæreſim per defectionem inſtituere cœpit: ſeceſſionis ſuæ obtentum illum prætexens, quod Epiſcopi eos, qui Deciana perſequutione diis ſacrificâſſent, per condignam pœnitentiam in gratiam recepiſſent. Breui ſanè tempore permultis ſeductis, ſuum ſibi conſtituit conuenticulum: & eorum, qui propter ſordes Cathari ſiue puri nominantur, ducem ſe fecit. Quum autem eum Epiſcopali dignitate, quam tantoperè dudum adamauerat, potiri oporteret, per duos quoſdam ſectæ ſuæ homines, qui ſalutem ſuam prorſus iam deſperârant, tres ad ſe Romam obſcuri nominis ex Italia Epiſcopos, eosq; ſimplicibus atque adeò ruſticis moribus, ad ſimulandum & diſſimulandum ſcilicet minimè idoneos pertrahit: illo ſplendido prætextu vſus, vt ipſi partibus ſuis interpoſitis, mediatores inter ſe & Epiſcopos, veteres ſimultates & inimicitias componerent. Illi porro propter animorum ſimplicitatem, nihil tale veriti, ad eum venêre. Ibi eis in conclaui concluſis, quidam ex eius ſodalitate per animorum crapulæ & ebrietatis grauedinem, vim afferunt, & imaginaria manuum impoſitione, Epiſcopalem dignitatem homini conferre cogunt. Quod ſanè illi, vel inuiti, vi & neceſſitate adducti, fecere. Et Nouatus honorem eum, quem tam ſce-

leratè, vt videbatur, conſequutus fuerat, vſurpabat, eundemq; contra obtrectatores defendere parabat: homo, in quo Satanas domicilium habens, Chriſti nomen & fidem ad prætextum ſaltem vteretur. Quum enim ab exorciſtis de fide inſtitueretur, morbo eſt correptus graui: quumque iam in expectatione mortis eſſet, aquam petiit, qua in ipſo lecto, ita vt decumbebat, perfuſus, baptizatus ſcilicet eſt: ſi quidem tinctionem huiuſcemodi, baptiſmum vocare licet. Sed enim ille poſtea reliquis Eccleſiæ ſymbolis atque cæremoniis, quibus ad eum modum tincti, iuxta Eccleſiæ ſanctiones vti ſolent, minimè dignus eſt habitus: neq; cum cōualuiſſet, ſignaculum ab Epiſcopo deinde recepit. Porrò quum myſtica huiuſmodi ſymbola non ſit ſortitus, quomodo Spiritum Sanctum eſt aſſequutus?

Sed & perſequutionis temporib⁹, per timiditatē Presbyteri honorem abiurauit. Poſtquam enim à Diaconis rogatus eſt, vt periclitantibus fratribus, in tormentorum diſcrimine maximè auxilio indigentibus, ita vt ſacerdotem deceret, præſtò adeſſet: tantum abeſt vt illis ſit obſequutus, vt cum indignatione magna ſe ſubduxerit, & decætero Presbyter eſſe noluerit, aliud ſcilicet Philoſophiæ genus ſequutus.

Aliam quoque abſurdam admodum rem in ſe admiſit. Quum enim oblationes offerret, qui mos ſacerdotibus eſt, & iam ad diſtributionem panis perueniſſet, data cuilibet parte ſua, pro eo quod cum gratiarū eam actione percipere debebant, iurare miſeros coëgit: vtramq; enim percipientium manum comprimens, non prius eas remiſit, quàm iuratum ab eis eſſet: (vtar autem verbis eius conceptis) Adiura mihi (dicebat) per ſanguinem & corpus Domini noſtri Ieſu Chriſti, nunquam te à me diſceſſurum, & ad Cornelium (Romanus hic fuit Epiſcopus) rediturum eſſe. Miſeri autem illi non prius quod acceperant, deguſtârunt, quàm ſe illi deuouerunt: & pro eo quod Amen, reuerſuros ſcilicet ſe ad Cornelium profitentes, dicere debebant, minimè ſe redituros dixerunt. Huius fraudem, malignitatem, & cacoëthes

Digitized by Google

coëthes hæreſis, Maximus Preſbyter & Vrbanus, qui bis liberrimè pro Chriſto decertârunt, & ingentem ex confeſſione fructum tulerunt, præterea Sidonius & Celerinus, qui in eodem ſtadio decurrerunt, primi deprehenderunt: primique cum eo congreſſi, de eo triumphum in Eccleſia egerunt. Ex eis autem qui ſuffragio & conſecratione ſua Nouatum Epiſcopum ordinârant, vnus non longè poſt ad Eccleſiam reuerſus, crimine per pœnitentiam & luctum abolito, receptus quidem, ſed laici tantum ei conceſſa ſors eſt, ac in Epiſcoporum eorum locum alii ſunt ſuffecti.

Nouatus autem animi arrogantia tranſuerſim actus, propalam & impudenter magna libertate prædicans docebat, nullam eſſe ſalutis ſpem reliquam eis, qui perſequutionum temporibus lapſi eſſent, quamuis omnia, quæ ad legitimam & veram pertinent conuerſionem & confeſſioné, perfecerint. Nec contemnendam ad ſe pertraxerat atq; collegerat multitudinem, & plures ex viris celebribus, eius ſequebantur errorem: per inflatas eorum mentes, Catharos & puros ſeipſos vocabant, à duce & imperatore Diabolici examinis Nouato turpiter & impurè ducti.

Talem autem Eccleſiæ cladem latius ſerpentem, quum Eccleſiarum Antiſtites, inprimis verò Romanæ Cornelius & Carthaginenſis Cyprianus (nondum enim ſacro martyrio coronatus fuerat) Epiſcopi viderent: ille quidem Romę, hic autem Carthagine Synodos & conuentus maximos egêre, in quibus ſexaginta fuêre Epiſcopi, Preſbyteri autem & Diaconi longè plures. Celebrata quoque alia ſeorſim in multis locis & regionibus Concilia: quorum omnium calculo vno decretum eſt, Nouatum quidem adhærenteſque ei Epiſcopos, & quicunq; præterea in humaniore ſententia opinionem illorum comprobarent, ab Eccleſia proſcribendos prorſus: lapſos autem fratres, admittendos, humaniterque tractandos eſſe, condignos pœnitentiæ exhibentes fructus. Satis hoc oſtendunt Romanæ Synodi, atque etiam eorum, qui ante eam in Italia & Aphrica (in

qua ſacrorum Antiſtes, vt diximus, Cyprianus fuit) coacti ſunt, conuentuum acta & decreta: nec non Cornelii Romani Epiſcopi atque etiam Cypriani, aliorumque, qui cum eo fuêre, Epiſcoporum Latinè compoſita ſcripta, certò cōfirmantia, omnibus tum viſum eſſe, vt & lapſis in perſequutione ſubueniretur, debitumque auxilium impertiretur: & author hæreſis, ita vt par erat, vnà cum omnibus ſectatoribus ſuis per excommunicationem proſcriberetur.

NVDIPEDES.

NVdipedes, authore Lindano Dubitantii ſui Dialogo ſecundo, ſunt huius noſtrę ętatis quidam Anabaptiſtę, qui, cum in Morauia ſe Apoſtolicam vitam imitari videri vellent, omnia relinquebant, omnia aliis communia faciebant, domumque, liberos & negotia dimittentes, per agros vagabantur. Calceos abhorrebant, vnde & Nudipedes ſunt appellati, pecuniamq; non contrectabant, vulgi deniq; cultum & vſum ciborum, armaq; deteſtabantur. Ideoq; Spirituales, ſiue Separati appellari volebant. De his vide ſupra in Apoſtolicis.

NYCTAGES.

NYctages, authore Iſidoro, à ſomno nuncupati ſunt, quod vigilias noctis reſpuant, ſuperſtitionem eſſe dicentes, iura temerari diuina, quæ noctem ad requiem tribuunt, contra illud Pſalmographi: Media nocte ſurgebam ad confitendum tibi. Hi namq; vniuerſam noctem ſomno & quieti concedebant, dicentes, naturæ genium violari atque corrumpi, ſi ipſo noctis tempore vigilaretur. Aduerſus quam hæreſim D. Hieronymus epiſtola ad Furiam de viduitate ſeruanda, ita ait: Ardentes diaboli ſagittæ, ieiuniorum & vigiliarum frigore reſtinguendæ ſunt. Quò ſpectat & illud Euangelicum: Vigilate itaque, quia neſcitis diem neque horam. Et rurſus: Beati ſerui illi, quos, cum venerit, Dominus inuenerit vigilantes, &c. Et D. Paulus: Orationi inſtate, vigilantes in ea cum gratiarum actione. Quo tempore autem hæc hæreſis emerſerit, nuſquam reperi.

LIBER

Digitized by Google

LIBER DECIMVSTERTIVS.

OLIPIVS.

OLipius (teſte Iacobo Philippi, Ordinis Eremitarum Diui Auguſtini, libro nono ſupplementi Chronicorum) Arrianæ hæreſis apud Carthaginem Epiſcopus, Anaſtaſii Cæſaris & Symmachi ſummi Romanorum Antiſtitis temporibus vixit, circa annum Domini 505.

Hic, vt idem Iacobus aſſerit, cum in balneis aliquando Sanctiſſimam Trinitatem blaſphemiis afficeret, tribus igneis fulminibus ab Angelo viſibiliter miſſis, miſerabiliter decidit, & eius cadauer penitus exuſtum eſt. Hæc ille.

OPHITÆ.

OPhitæ, quaſi ſerpentini dicti ſunt, à colubro vel ſerpente quem colebant. Ophis enim Græcè, Latinè ſerpens dicitur.

Hi, teſte Diuo Auguſtino libro de hæreſibus, cap. 17. ſerpentem illum, cuius impoſtura primi parentes decepti ſunt, Chriſtum fuiſſe dicebant, tanquam ſcientiæ boni & mali authorem. Quam ob cauſam ſerpentem quendam viuum nutriebant & venerabantur, qui ad ſacerdotis incantationem de ſpelunca, in qua alebatur, egrediens, & Altare, quod ſupra eandem ſpeluncam erectum erat, conſcendens, lambebat oblationes quas illi ſacrificabant, quo peracto, regrediebatur in eam ſpecum, in qua fouebatur. Et ita eius cultores eaſdem confringebāt oblationes in Euchariſtiam,

perinde atque à ſerpente Chriſto, vt illi putabant, ſanctificatas. Huius autem ſerpentis cultum, ortum habuiſſe à Nicolaitis vel Gnoſticis, Diuus refert Auguſtinus ex aliorum ſententia. Horum porrò Gnoſticorum tam ſpurca & abominanda ſacra fuiſſe tradit Epiphanius, vt caſtis auribus nefas ſit ea ingerere: de quibus vide ſupra. De Ophitis Diuus Hieronymus aduerſus Luciferianos ita inquit: Ophitę ſunt de his, qui Euangelia laniârunt.

ORÉBITÆ.

ORebitarum hæreſis (teſte Ænea Syluio de origine Bohemorum cap. 43.) emerſit Sigiſmundi Cæſaris Germani, & Martini V. Romanorum Pontificis temporibus, circa annum Domini 1418.

De his ait idem Syluius: Fuit, inquit, & alia in Bohemia hæreticorum factio, fratrum Orebitarum appellata, quæ territorium Græcenſe vicinasque gentes magnis affecit cladibus: peſtifera atque immanis, neque Thaboritarum crudelitate vlla ex parte inferior. Aduerſus quam Martinus quintus huius nominis Pontifex Maximus, nominatim Cruciadam decreuit, neq; tamen in plures annos extirpari potuit. Huius Sectæ homines quoties Sacerdotes noſtros intercepêre, aut igne cremauerunt, aut nudos rigente hyeme ſuper glaciem colligatos dimiſêre, & quos adeò parui momenti exiſtimauerunt, vt de ſectis virilibus abire permiſerint. Hæc ille.

ORIGENISTÆ.

ORigeniſtæ, ſeu Origeniani, ab Origene Alexandrinæ Eccleſiæ Doctore, & Clementis contextoris ſucceſſore, exorti ſunt, Seueri Imperatoris, & Zephyrini Romani Pontificis temporibus, circa annum Domini 207. Eius errores ſic recenſentur ab Epiphanio, Theophilo Alexandrino, Auguſtino & aliis compluſculis.

1. Epiphanius inprimis Epiſcopus Salaminæ, quadam epiſtola ad Ioannem Epiſcopum Hieroſolymitanum, quam Diuus Hieronymus è Græca in Latinam linguam

vertit,

vertit, aſſerit, Origenem dixiſſe, Adam poſt peccatum imaginem Dei prorſus perdidiſſe.

2. Dicebat quoque Origenes, eodem Epiphanio authore, animas ante infuſionem corporis peccâſſe, & in pœnam peccati, in corpora tanquam in carcerem fuiſſe incluſas. Hoc illi etiam tribuit Theophilus Alexandrinus in ſuo Paſchali, l. 1. quod opus Diuus quoq; Hieronymus in Latinum vertit.

3. Aſſerit rurſus, nec beatitudinem, nec miſeriam eſſe perpetuam, ſed omnium impiorum hominum, ipſorumq; etiam dæmonum tormenta finem habitura. Hic enim (teſte Diuo Auguſtino & Theophilo Alexandrino) quaſdam alternationes beatitudinis & miſeriæ ponit: ita vt tranſactis aliquot annorum curriculis, animas beatas dicat iterum in corpora mortalia reuerti, & in eis corporis moleſtias perpeti, & inde rurſus ad beatitudinem euocari, & à beatitudine rurſum ad miſeriam deflecti: adeò quidem, vt eo pacto perpetuum quendam beatitudinis & miſeriæ circulum fieri aſſeueret. Idem quoq; ſentit de miſeris, vt eos dicat, aliquando ad hoc ſeculum redituros, & inde rurſus ad beatitudinem euocandos. Ex quo quidem opinatur, dæmones & impios in priorem ſuum ordinem & ſtatum reſtituendos.

4. Docet quoq; inæqualitatem Trinitatis Filii & Spiritus Sancti: ex quo Pater ille, fons & origo Arrianorum ab Epiphanio appellatus eſt: (Is enim ferè centum annis præceſſit Arrium) de quo loquens D. Auguſtinus libro de hæreſibus, cap. 43. ita ait: Dicit præterea Origenes, quod Filius Dei ſanctis hominibus comparatus, veritas ſit: Patri collatus, mendacium: & quantum diſtant Apoſtoli à Chriſto, tantum Filius à Patre. Vnde nec orandus eſt Filius, inquit, cum Patre, quia non eſt author indulgendarum petitionũ, ſed ſupplicator. Hæc de Origene Auguſtinus. Hoc etiam impingit Origeni Theophilus Alexandrinus Epiſcopus in ſuo Paſchali lib. 2. aſſerens, Origenem docuiſſe, Filium non eſſe orandum, neq; Patrem cum Filio.

5. Impingit quoque filio ignorantiam, cum ait (teſtè Epiphanio) filium non poſſe videre Patrem; nec Spiritum Sanctum poſſe videre filium. Et certè ipſe Epiphanius citat verba Origenis in libris Periarchon, vbi ſic Origenem dixiſſe refert: Sicut enim incongruum eſt dicere, quod poſſit filius videre patrem, ſic incõſequens eſt opinari, quod Spiritus ſanctus poſſit videre filium. Hæc dixiſſe Origenem refert Epiphanius, contra illum tam apertum ſcripturæ locum: Nemo nouit filium niſi pater, neque patrem quis nouit niſi filius, & cui voluerit filius reuelare. Quo in loco tam verè tribuitur filio notitia patris, vt ex eo magis poſſit quis ſuſpicari, Spiritum Sanctum non videre patrem. Quanquam & hoc non ita ſe habet, quoniam ea, quæ ad ſe dicuntur; quæ nunc recentiores Theologi abſoluta, & eſſentialia appellant, tribus perſonis ſunt communia, ſicut & ipſa eſſentia. Sic habet Alphonſus à Caſtro.

6. Auguſtinus præterea ex Epiphanii ſententia refert, Origenem carnis reſurrectionem negâſſe: quanquam Theophilus Alexandrinus Epiſcopus alium errorem impingit Origeni, qui cum hoc velut ex diametro pugnat, ex quo conuincitur, Origenem carnis reſurrectionem conceſſiſſe. Vtri autem iſtorum hac in parte ſit credendum, Epiphanio videlicet, an Theophilo, alii viderint.

7. Aſſerit enim Origenes, vt idem recenſet Theophilus libro ſecundo ſui Paſchalis, corpora poſt reſurrectionem futura iterum mortalia, & multis ſeculis tranſactis in nihilum redigenda. Quod ſi verum eſt hoc ſenſiſſe Origenem, falſum eſſe oportet quod Epiphanius aſſerit, illum carnis reſurrectionem negâſſe.

8. Adhæc cœlum, ſolem, lunam, ſtellas, & aquas, quæ ſupra cœlos ſunt, animatas, & rationales quaſdam virtutes eſſe dicebat.

9. Præterea, quod in reſurrectione corpora hominum rotunda & orbiculari ſpecie excitabuntur.

10. Inſuper, quod pro dæmonibus quoque Chriſtum crucifigi, atq; idipſum ſæpius ſeculis futuris pati oportebit à

ſpiritibus

ſpiritibus malignis,qui in cœleſtibus ſunt. Quæ omnes blaſphemiæ in quinta vniuerſali Conſtantinopolitana Synodo,ſub Iuſtiniano coacta, condemnatæ fuerunt.

Sed hæc omnia ex eius vita planius dignoſcentur,quam Nicepho.lib. 5.c.2. Eccleſiaſt.ſuæ hiſt.deſcribit,qui legatur.

Suidas de eo ſcribit quoque in hunc modum : Origeni, inquit, induſtria & curioſitas, cauſa vt fœdè laberetur, & multis præterea offendiculum exitiique occaſio fuit. Quum enim nihil non in ſacris literis exponere vellet,ſeipſum in errorem coniecit. Vnde multa nefanda & exitioſa protulit verba: ex quibus Arrius,ſectatoresque eius inæqualem patri filium aſſerentes:& reliqui impii hæretici dogmatum ſuorum materiam ſumpſerunt. Profiteri enim eſt auſus,vnigenitum filium cernere patrem non poſſe,neque Spiritum Sanctum ipſum filium: ſicuti neque angelos Spiritum,neque homines Angelos. Et filium non eſſe ex ſubſtantia patris,ſed creaturam: eumque gratia tantum filium dici,& animas hominum præexiſtere. Atque alia item abſurda,blaſphema,& impia. Non ille Salomonem audiit, dicentem : Fili,caue, multos componas libros, & ore tuo properes. Cor tuum non ſit velox ad proferendum ſermonem coram Deo. Deus namque in cœlo ſurſum,& tu in terra deorſum. Proinde verba tua pauca ſint. Multa enim verba multiplicant vanitatem. Noli eſſe iuſtus multum, nec plus ſapias quàm neceſſe eſt. Iuſtus enim diſperit in iuſtificatione ſua.

Ab Eccleſia porrò proſcriptus, contumeliam eam non ferens, Alexandria relicta,in Iudæam eſt profectus. Et Hieroſolyma quum veniſſet,ab ordine ſacerdotali,vt verba in Eccleſia faceret, (erat enim Presbyter) rogatus primum, deinde etiam coactus, ſurrexit, & verba illa tantum recitauit: Peccatori verò dixit Deus : Quidnam tu annuntias iuſtificationes meas, & vſurpas teſtamentum meum in ore tuo? Libroque complicato,cum lachrymis & eiulatu multo conſedit, omnibus vnà cum plorantib. Sepultus eſt autem Tyri. Hæc Suidas.

ORPHANI.

ORphani ſunt Secta Huſsitæ, qui exorti ſunt ſub Sigiſmundi Cæſaris Germani Imperio, & Martini V. huius nominis ſummi Romanorum Antiſtitis Pontificatu, circa annum Domini 1420. De quibus Iohannes Nider lib. 3. Form. diſſerens, tres ait præcipuas hæreticorum ſectas in Bohemia extitiſſe, Pragenſium videlicet, qui aliis tolerabiliores & mitiores, Orphanorum, & Thaboritarum, qui peſſimi erant. Orphani verò dicuntur, teſte Ænea Syluio lib. de origine Bohemorum, c. 48. propterea quod Ioanne de Ziſcha eorũ duce mortuo quem inuincibilem putabãt, ingens mœror ſeditioſum illum exercitum inuaſiſſet, perinde atque orphani vel orbati eſſent tanto eorum duce, ſub quo prædas agere ſolebant. Ex quo effectum, vt Thaboritæ in duos exercitus diuiderentur, alii vetus nomen retinentes, alii Orphanorum appellationem & nomenclaturam, ob ducis ſui interitum, ſibi indentes. Hi porrò Orphani Morauiam vicinaſque regiones aſſiduis incurſionibus infeſtabant. Et quamuis velut hæretici inter ſe diſcordes eſſent, concordes tamen contra Iudam pugnabant, & propter deceptorum prædam quidam inter ſe diſcordabant, ex vna duas hæreſes conſtituentes. Inter quos hæreticos, poſt Ziſcham quidam Procopius nomine, eorum dux & patronus factus eſt, de quo vide loco ſuo. Hæc ille.

Tanta autem cœcitate ſunt tandem percuſſi, vt vna Secta alium inuaderet, & victrix victam occideret, hæreticus hæreticum. Quomodo verò hæc Orphanorum & Thaboritarum lues ſit tandem prorſus deleta, refert idem Syluius cap. 55. in hæc verba: Mainardus, inquit, quidam Catholicus & nobilis vir, quoddam bellum ſe fingebat agere velle, & ad eam rem neceſſarios eos fore dicebat, qui ſub Procopio militâſſent: quapropter voce præconis edixit, vt omnes qui ſub ſe ſtipendia facere vellent, in horrea ſeſe proxima reciperent. Cauerent autem, ne rudes inexpertoſque belli ſecum admitterent. Itaque in ea introiêrunt horrea pleraq; Orphanorum & Thaboritarum millia, homines nigri, ad

Solem

Solem & ventum prorſus indurati, & aſſuefacti, aſpectu tetri atque horribiles, & qui circa fumum in caſtris ſedulò vixiſſent, aquilinis oculis, impexo crine, corporibus proceris, membris hiſpidis, cuteque adeò dura, vt ferrum quaſi lorica repulſura videretur. Clauſa ſunt confeſtim horrea, & ignis immiſſus horreis, quo fæx illa & colluuies hominum, ignominioſum agmen, poſt multa, quæ patrauerat, ſcelera, exuſta, contemptæ demum religionis pœnas dedit. Hæc Æneas Syluius. De his vide plura in Thaboritis, & Ioanne de Ziſcha.

LIBER DECIMVSQVARTVS.

PARMENIANISTÆ.

PArmenianiſtæ, à Parmeniano Carthaginenſi Epiſcopo, Maiorini ſucceſſore, ſunt appellati. Hic cum Donati partes ſequeretur, multas turbas in Eccleſia Africana concitauit atque inuexit, circa annum Domini 389. ſub Valentiniano II. Imperatore, & Syricio, Romano Pontifice. nam ſeditioſus magis & ambitioſus, quàm doctus erat: quod ex ipſius ſententiis & ratiocinationibus per Optatum Mileuitanum Epiſcopum (qui eius hæreſim & acta ad viuum deſcripſit) & D. Auguſtinum addictis, à ratione mirandũ in modum diſſentaneis, colligere licet. Non ceſſabat tamen ille cum publicis exhortationibus, tum ſcriptis, maximã Africanorum partẽ ſeducere, & ad ſuã erroneã pellicere ſententiã. Id ꝙ potiſſimũ quadã epiſtola ad Epiſcopũ Ticoniũ miſſa, peregit, qui cum ſecta Donatianus eſſet, & ad Catholicã Eccleſiã redire cuperet, eum auertere conabatur. Cum itaq; Donatiſtæ

eodem Parmeniano duce & cohortatore, in ſuo errore ſedulò perſeuerarent, magiſque atque magis eiuſdem euulgarent ac laudib. efferrent epiſtolam, coactus tandem fuit Diuus Auguſtinus in eum tres conſcribere libros. Is nempe Parmenianus inter ſuos populares tantæ famæ, celebritatis, & gloriæ tunc temporis erat, vt qui ſuæ ſectę & ſchiſmaticæ factionis erant, non Donatiſtæ, ſed Parmenianiſtæ appellarentur. Hos Diuus Hieronymus in ſuis Chronicis, Montenſes vel Montaniſtas nuncupat, ob eam, quam Optatus ſecundo ſui voluminis libro recenſet, rationem, cum de Donatiſtis, qui ſuo tempore Romæ degebant, verba facit.

Si alios Parmenianiſtarum errores atq; hęreſes, quas contra Eccleſiam & eius Sacramenta commenti ſunt, ſi de eorum miniſtris, peccato, martyrio, & aliis ab eadem Catholica Eccleſia alienis ritibus, nôſſe cupias, vide Optati, quam in Parmenianum potiſſimum conſcripſit, hiſtoriam: in qua libro primo cum de fractione Altarium loqueretur, de eo hoc inter reliqua eius facinora profert elogium: Hoc immane facinus geminatum eſt, dum fregiſtis calices, ſanguinis Chriſti portatores, quorum ſpecies reuocâſtis in maſſas, mercedem nefariis nundinis prouocantes. Lege etiam lib. 2. Auguſtini contra Creſconium, cap. 3. & 4. De his etiam vide plura in Donatiſtis, Maiorino, & Montaniſtis.

PASCHATITÆ.

PAſchatitæ erant olim ii, qui ſub Commodo Imperatore & Sotero ſummo Romanorum Pontifice, circa annum Domini 182. de Paſchatis obſeruatione in Eccleſia quęſtiones mouebant: aſſerentes (vt verbis Philaſtrii Brixienſis Epiſcopi vtar) quartadecima luna celebrãdum eſſe Paſcha, non autem ſicut Eccleſia Catholica celebrat, ſed menſe Martio ſemper celebrandum. Quod cum faciunt, inquit, non Dominicam diem ſemper cuſtodiunt Paſchæ, neque computant horas ac dies, ſed ſecunda, aut tertia, aut quarta, aut

Digitized by Google

aut quinta, aut ſexta die celebrant. Et ex hoc errore non cognoſcunt diem Paſchæ Domini noſtri veram & ſalubrem vnam orbi terrarum ſtatutam & confirmatam à Domino curſu numerali lunæ, menſibus, & emboliſmis. Et cum hæc non computant, ignorant quid celebrant. Iſti porrò qui cum Iudæis ita debere fieri Paſcha aſſerunt, in Galatia, Syria, & Phrygia commorantur, & Hieroſolymis, qui ſanè cum Iudæos ſequuntur, ſimili cum eis errore depereunt. Et in hoc ſuum Iudæi cõfirmant mendacium, cùm prouident quoſdam Chriſtianos legis indoctos, eorum magis ſequi vanitatem, quàm regulam Catholicæ veritatis. Et nihilominus ii, cum ipſum Paſcha illis concelebrant, hoc pacto conſortes Iudæorum criminis & ſceleris eſſe manifeſtantur, atq; ab omnibus dignoſcuntur. Hæc Philaſtrius.

Hanc namque diſſenſionem inter Chriſtianos cum videret Victor, Eleutherii in Papatu ſucceſſor, & quem ſub Commodo martyrium ſubiiſſe ferunt, ſanxit vt Paſcha à quartadecima lunæ Martii ad vigeſimam ſecundam, contra morem Iudæorum, celebraretur, idq; die Dominica. Quem tamen Victorē, teſte Euſebio, Irenæus increpare auſus eſt, quod fratres in Aſia in Paſchatis celebratione à ſe diſſentientes, excommunicare, atque à ſua Eccleſia diuidere ſtatuiſſet. Hæc Euſebius lib. 5. c. 20.

De hac re pluribus Nicephor. Eccleſiaſt. hiſt. lib. 4. c. 36. qui adeatur. De qua re vide etiam in Quatuordecimanis, Teſſareſcedecatitis, Nouatianis, Montaniſtis, Pepuzitis, Samaritanis, & Sabbatio.

PASCENTIVS.

PAſcentius quidam Comes in Aphrica fuit, Arrianæ hæreſis fautor acerrimus, tempore Diui Auguſtini, aduerſus quem etiam diſputauit idem Pater, & ad quem in hanc rem aliquot miſit epiſtolas, quibus omni conatu illum ab hac inſania abducere contendit: quæ diſputatio inter ipſius Auguſtini epiſtolas reperitur, epiſt. 178. Viguit autem hic

Paſcentius ſub Arcadii & Honorii Imperatorum Principatu, Innocentio verò huius nominis primo, Pontificatum ſummum agente, circa annum Domini 409.

Iſte cum authore ſuo Arrio dicebat, filium minorem eſſe patre, neq; cum eo eiuſdem eſſe ſubſtantiæ, ſed meram eſſe creaturam. Vide reliqua in Arrianis.

PASSIONISTÆ.

PAſſioniſtæ ſunt hæretici, qui (authore Philaſtrio) circa paſſionem Chriſti aberrant, dicentes Chriſtum in ſua paſſione ita carnem dimiſiſſe, & in cœlum ſic aſcendiſſe, vt non ſit iam in carne diuinitas. Neque enim poſt paſſionem reſurrexit in carne, neque cum carne aſcendit (inquiunt) in cœlum, cum ſalus omnis hominum in paſſione carnis ipſius, & reſurrectione, & aſcenſione in cœlum conſiſtat, ſine cunctatione nobis & credentibus vniuerſis: cum & Apoſtolis Angeli dixerint, pro noſtra fide ac lætitia, in actibus Apoſtolorum: Sicut vidiſtis eum aſcendentem in cœlum, ſic eum iterum ſperate venturum de cœlo. Hęc Philaſtrius.

PASTILLARII.

PAſtillarii ſunt (authore Lindano Dubitantii ſui Dialogo ſecundo) qui corpus quidem Domini præſens in ſancta Euchariſtia fatentur, ſed in pane aut ſub pane, vti ferina in paſtillo, aut pillulæ in ouo reconditæ.

PATRICIANI.

PAtriciani à Patricio quodam Romano (authore Philaſtrio) dicti ſunt. Quo verò tempore emerſerint, neque ex Auguſtino, neque ex Philaſtrio conſtat, ſicut nec Paterniani, de quibus ſequenti capite.

Dicebant autem ii, carnem hominis non à Deo, ſed à Diabolo factam eſſe: ideoque eam contemnendam, & modis omnibus abiiciendam decernebant: adeò quidem, vt (eodem Philaſtrio & Auguſtino teſtibus) vltro ſibi mortem

Digitized by Google

tem conſciſcere non dubitarent, quô vel ſic tandem carne carere poſſent.

Quæ hæreſis incarnationis Dominicæ veritati prorſus reluctatur ac repugnat. Si enim caro opus eſſet à dæmone conditum, vt aiunt, neutiquam credere dignũ eſſet, filium Dei carnem humanam aſſumere voluiſſe. Ideò in Concilio Braccarenſi cap.1. Decretorum, ſic à Patribus definitum fuit: Si quis dicit, creationem vniuerſæ carnis nõ opificium eſſe Dei, ſed malorum Angelorum, ſicut Manichæus & Priſcillianus dixerunt, anathema ſit. Et ideò ipſemet Chriſtus Dei filius de dæmone ait: Venit enim Princeps huius mundi, & in me non habet quicquam. Vnde Leo Papa huius nominis primus, epiſtola 71. in qua Priſcillianiſtarum damnat errores, cap. 8. de hac re loquitur in hæc verba: Octauum eorum eſt, plaſmationem humanorum corporum Diaboli dicere eſſe figmentum, & ſemina conceptionum, opere dæmonum in mulieris vtero figurari: propterea reſurrectionem carnis non eſſe credendam, quia concreatio corporis non ſit congruens animæ dignitati. Quæ falſitas ſine dubio opus Diaboli eſt, & talia prodigia opinionum, figmenta ſunt dæmonum, qui non in fœminarum ventribus formant homines, ſed in hæreticorum cordibus tales fabricant errores. Quod immundiſſimum virus de Manichææ impietatis ſpecialiter fonte procedens, olim fides Catholica deprehendit atque damnauit. Hæc Leo Papa.

PATERNIANI.

PAterniani à Paterno quodam appellati ſunt. Dicuntur & alio nomine (vt author eſt Auguſtinus libro de hæreſibus) Venuſtiani.

Hi in eundem ferè errorem impegerunt, quo Patriciani, niſi quod totam hominis carnem vt illi, non damnârunt. Dicebant enim ſolum inferiores partes humani corporis non à Deo, ſed à Diabolo factas eſſe. Quapropter omnium ex illis partibus (authore Diuo Auguſtino) flagitiorum licentiam ſibi tribuentes, impuriſſimè viuebant.

Contra quam hæreſim dicit Eccleſiaſticus, Deum de terra creâſſe hominem, maſculumque & fœminam feciſſe: quibus poſtea, vt eſt in Geneſi, benedixit, dicens: Creſcite & multiplicamini, & replete terram. Quibus verbis generationem præcepit, quæ per corporum coniunctionem fit, non per quaſcunq; corporis partes, vt omnibus innoteſcit, ſed per inferiores, in quibus potiſſima ſexûs diſtinctio conſiſtit. Ergò partes illas, quib. fit generatio, à Deo factas eſſe oportet, à quo generatio præcipitur.

Quam ſententiam Diuus Paulus manifeſtius confirmat, cum inquit: Neque exhibeatis membra veſtra arma iniquitatis peccato, ſed exhibete vos ipſos Deo tanquam ex mortuis viuentes, & membra veſtra, arma iuſtitiæ Deo. Cum itaque arma iuſtitiæ, corpus & eius membra Paulus appellet, conuincitur inde, vt ſuapte natura malum non ſit, cum poſſit illud ad arma iuſtitiæ conuerti. Hæc ex Alphonſo à Caſtro.

PATROPASSIANI.

Patropaſſiani (quemadmodum ſupra in Noëtianis diximus) ſunt qui Deum Patrem paſſum fuiſſe aſſerunt: vtpote qui in diuinis perſonarum numerum denegent, vnamque ſolum eſſe in eis perſonam aſſerant, diuerſis tamen nominibus appellatam. De quibus Diuus Auguſtinus Sermone ſecundo Dominicæ poſt feſtum Trinitatis, ita ait: Sabelliani, id eſt, Patropaſſiani, dicunt, quod vnus ſit Pater & Filius: quoniam qui Pater, ipſe itidem & Filius eſt. Nam ſi aliter dixerimus, (inquiunt) diceremur deorum multicolæ. Emerſit autem hæc hæreſis ſub Galien i Imperat. & Stephani I. Papæ temporibus, circa annum Domini 260.

Iſtorum hæreſis inde orta eſt, (vt ait Euſebius Cæſareenſis lib. 10. hiſtor. Eccleſiaſt. cap. 29. quod diſtinguere neſcirent illi inter perſonam & eſſentiam, vel (vt verbis Euſebii vtar) inter ſubſtantiam & ſubſiſtentem: cum tamen latum ſit inter illa diſcrimen. Subſtantia quidem aut eſſentia, aut

natura,

Digitized by Google

natura, quo vocabulo Theologi Scholaſtici magis vtuntur, eſt commune aliquid pluribus ſingularibus, in quo indiuidua ſingula conueniunt, & quod totum cuiuslibet ſingularis perfectionem explicat. Perſona verò eſt ſingulare quoddam, vnumque numero, mente & ratione præditum, à cæteris eiuſdem naturæ indiuiduis ſingulari proprietate diſcretum: vt cum dicis hominem in communi, naturam explicas humanam omnibus hominib. communem: communem dico, non re, ſed ſola vocis dictione: cum verò dicis Petrũ, Ioannẽ, Franciſcũ, perſonas nominas, quæ in illa natura humana conueniunt. Conueniunt, inquã, ſola (vt dixi) vocis dictione, quia quilibet eorum dicitur & eſt verus homo. Aut ſi mâuis, conueniunt in definitione explicante rei perfectionem, quæ in quolibet ſingulari reperitur. In Deo itaque ſubſtantia aut eſſentia eſt ipſa deitatis natura, quæ totam deitatis perfectionem dicit. Perſona verò eſt ſingulare quoddam, in quo deitas exiſtit, ab alio ſingulari realiter ſeparatum, realiter, inquam, non per naturam, ſed per proprietatem perſonalem: vt, cum dicimus Deum, ſubſtantiam explicamus naturæ diuinę omnibus perſonis communem: Communem, inquam, non (vt diximus de homine) ſola vocis dictione, ſed verè & realiter communem. Cum verò dicimus Patrem, aut Filium, aut Spiritum Sanctum: vnum ſingulare, aut vnam perſonam dicimus, in qua deitas ſubſiſtit. Cum ergò hoc Trinitatis & vnitatis myſterium tam altum ſit, vt humanum & angelicum ſuperet intellectum, hîc oportet captiuare intellectum noſtrum in obſequium fidei. Quapropter ſuperfluum eſt, imò ridiculum, rationibus & argumentis hoc agere, ſed ſolis ſcripturarum teſtimoniis: quæ quoniam longum eſſet hîc recensére, lectorem remitto ad eiuſdem rei explicationem, quæ fit ab Alphonſo de Caſtro, libro, quem aduerſus hæreſes edidit, quinto, cum de Deo agit, hæreſi quinta.

De his vide plura in Noëtianis, Sabellianis & Priſcilliano.

PATTALORINCHITÆ.

PAttalorinchitæ à πάτταλος græca dictione, quæ Latinè palus dicitur, & ῥύγχος, id eſt, naſus, appellantur. Conſtat ergò, ideo dictos eſſe Pattalorinchitas, quod veluti palum vel digitum in modum pali, naribus ſuis vel labiis ſuperponerent.

Adeo enim iſti ſilentio ſtudebant, (quemadmodum Diuus Auguſtinus libro de hæreſibus aſſerit) vt non aliæ rei quàm taciturnitati vacarent: hac in re ſe Prophetas imitari dicentes, propterea quod Dauid Propheta Dominum orans, dixiſſet: Pone Domine cuſtodiam ori meo, & oſtium circumſtantiæ labiis meis. Nam quia ieiuniis beati Prophetæ vacantes, ſilentium ſæpius accommodabant, inde hoc iſti vſurpantes, æſtimabant obſeruandum.

Ex quo quidem patet, hanc vocem apud Philaſtrium eſſe corruptam atque deprauatam per librariorum lapſum vel ignorantiam. Hi enim apud eundem Paſſalorinchitæ, cum Pattalorinchitæ dici debuiſſent, appellantur. Cur autem per palum, digitum ſignificare maluerint, à quibus hoc nomen compoſitum eſt, neſcio, cum Dactylorinchitæ multò euidentius appellari debuiſſent, vt dicit Auguſtinus lib. de hæreſibus, quàm Pattalorinchitæ.

Quo autem tempore hæc hæreſis inceperit, aut quis illius fuerit inuentor, nec Philaſtrius, nec Auguſtinus expreſſit.

Quantum verò ad hanc ipſam hæreſim attinet, hi Pattalorinchitæ magis mihi videntur Pythagoricam ſequi vanitatem, quàm Prophetarum ſapientiam & pietatem. Nam illud Prophetæ Dauidis, quod ex Pſalmis citauimus, minimè illis ſuffragatur. Non enim (vt verbis vtar Alphonſi à Caſtro) petit Propheta in cuſtodiam labiorum ſuorum murum, ſed oſtium. Pone (inquit Pſalmiſta) cuſtodiam ori meo, & oſtium circumſtantiæ labiis meis. Non dixit murum, quoniam ſi eum petiuiſſet, omnem videretur loquendi facultatem à ſe abieciſſe. Sed dixit oſtium, & non qualecunque, ſed circumſtantiæ, quod videlicet loco & tempore

aperiti

Digitized by Google

aperiri valeat. Quibus verbis ſolum moderatam atque temperatam petiuit loquutionem, & non perpetuum ſilentium: vt videlicet cum tacendum eſſet, taceret: cum loquendum foret, loqueretur. Eſt enim tempus loquendi, & tempus tacendi. Nam ſi taciturnitas eſſet ſemper commendatione digna, nunquam Eſaias ægrè tuliſſet ac deploraſſet obſeruatum à ſe ſilentium, cum inquit: Væ mihi, quia tacui. Hæc Alphonſus à Caſtro.

PAVLVS SAMOSATENVS ANTIOchenus Epiſcopus.

PAulus Samoſatenus, à quo Paulianiſtæ, ſeu Pauliani hęretici dicti ſunt, Syrus natione, homo multę quidem arrogantiæ, ſed nullius propè ſapientiæ, Artemonis & Ebionitarum hæreſim reuocauit, Aureliani Cæſaris, & Felicis I. Papæ temporibus, circa annum Domini 273.

1. Hic Pſalmos cantari ſolitos vetuit, hisq; alios ſuffecit, quos in ſuam ipſe laudem conſcripſerat.

2. Negabat, Dei filium è cœlis deſcendiſſe, ſed in vtero virginis initium habuiſſe, quemadmodum D. teſtatur Auguſtinus in Catalogo hæreticorum. Sed hæc hæreſis cum ſuo authore, Antiochiæ omnium Epiſcoporum ſuffragiis damnatur, anno 274.

3. Docebat item, teſte Philaſtrio, Chriſtum Deum Dei filium non ſubſtantiuum ac perſonalem, & ſempiternum eſſe cum patre: ſed prolatiuum tantum, id eſt, quaſi aërem quendam eſſe, non autem perſonam viuam & ſempiternam cum ſempiterno patre credendam.

4. Prædicabat ergò, Chriſtum fuiſſe quidem hominem iuſtum, non autem Deum verum, Iudæum potius hic præ ſe ferens, quàm Chriſtianum hominem.

5. Vnde & circumciſionem obſeruandam docebat: adeo quidem delirus, vt, teſte Philaſtrio, Zenobiam quan-

dam reginam in Oriente tunc temporis ipſe iudaizare docuerit.

6. Hi denique (vt habetur 1.quæſt.1.cap. Paulianiſtæ) in nomine Trinitatis minimè baptizabant. Quapropter in Niceno Concilio præceptum fuit, vt cum aliqui ex illis ad Eccleſiam redirent, rebaptizarentur, quod veram baptiſmi formam non tenerent, atque ideò nec verum baptiſma. Quali autem forma vterentur, non meminerunt nec Philaſtrius, nec Auguſtinus.

De Paulo verò Samoſateno videndus prolixè Nicephorus lib.6.c.27.

PAVPERES DE LVGDVNO.

PAuperes de Lugduno, qui & Waldenſes, à Waldone quodam ciue Lugdunenſi, qui eorum fuit author, nuncupati, emerſerunt Friderici huius nominis primi Imperatoris Germani, & Alexandri III. ſummi Romanorum Pontificis temporibus, circa annum Domini 1160.

Hic Waldo (teſte Ænea Syluio, libro de origine Bohemorum, capite trigeſimo quinto) cum diues admodum eſſet, opibus relictis, pauperibusque erogatis, Euangelicam paupertatem ſe ſeruaturum prætendit, multos interim ſub hoc velamine impios errores adumbrans. Nam cum idiota eſſet, quoſdam libros vulgari ac materna lingua cum quibuſdam ſanctorum dictis ac teſtimoniis ſibi conſcribi fecit: quos libros non ſanè intelligens, ſuo inflatus ſpiritu, Apoſtoli officium prædicando vſurpauit. Cum itaque multos ſibi aggregaſſet diſcipulos & aſſeclas, peſſimos errores diſſeminare aggreſſus eſt, Eccleſiæ Prælatos & clerum aſpernando. Monitus autem reſpondit obedire Deo magis oportere, quàm hominibus. Cumque obduratus in ſua perſiſteret opinione, veluti hæreticus & contumax, anathematis vinculo innodatus, patria propellitur. Quæ res in laqueum & ſcandalum magnum facta eſt ſimplicibus. Quæ fatuitas multis adhuc in locis vigorem obtinet. Vbi quidem

animaduertendum venit, fidem Catholicam olim per potentes Principes, per argutos Philoſophos, per ſubtiles hęreticos impugnatam, diebus autem iſtis per viliſſimos idiotas & laicos pauperrimos tribulatam fuiſſe. Eorum autem hæreſes in Concilio generali Romæ habito damnatæ fuerunt, circa annum Domini ∞. c. l x x. Sunt autem huiuſmodi.

1. Aſſerunt primò, nullo pacto oleum ſacrum in Baptiſmo debere miſceri.

2. Pro hæreticorum ſolita temeritate atque impietate, cunctas benedictiones, quas fecit Eccleſia, dicitur ſuper vinum, panem, aquam, oleum, ſal, ceram, incenſum, arbores oliuarum & palmarum, veſtes Eccleſiaſticas, calices, cœmeteria, & alia huiuſmodi, irrident atque ſubſannant, illas nullius eſſe momenti aſſerentes.

3. Dicunt, fruſtrà tempus teri in cantibus Eccleſiaſticis, & horis canonicis dicendis.

4. Tempore Quadrageſimæ carnem & oua, & reliqua prohibita, comedunt, dicentes, hac in re nullum ſubeſſe peccatum, quinetiam Eccleſiam non poſſe talem ciborum abſtinentiam præcipere, dicuntq́; in ea abſtinentia nullum ineſſe meritum.

5. Dicunt etiam, vrente carnis libidine, omnem carnalem commixtionem tam inter viros, quàm inter fœminas, eſſe licitam.

6. Auricularem confeſſionem prorſus tollunt, eam neceſſariam eſſe negantes.

7. Docent, Confirmationem non eſſe Sacramentum.

8. Obedientiam non eſſe præſtandam ſummo Pontifici, aut aliis quibuſuis Prælatis Eccleſiæ.

9. Sacerdotes, pauperes eſſe debere, & ſola contentos eleemoſyna.

10. Dicunt etiam, inter ſacerdotes nullum fore diſcrimen.

Digitized by Google

11. Et quod non dignitas, ſed vitæ meritum, efficiat Preſbyterum potiorem.

12. Sine conſueta Eccleſiæ forma (vt Guido Carmelita cap. 9. de hæreſib. Waldenſium ait) qua Chriſtus conſecratus, nobis conſecrandi modum tradidit, Euchariſtiæ Sacramentum conficiunt, ſed ſepties dicendo PATER NOSTER, & benedicendo panem & vinum, ſe conſecrare aſſerunt.

13. Dicunt rurſus, hoc Sacramentum, in die Cœnæ Domini, feria ſcilicet quinta maioris hebdomadæ confectum, eſſe præſtantioris virtutis & efficaciæ, quàm alio quolibet die conſecratum. Quapropter (vt Guido Carmelita aſſerit) nulla alia die anni, quàm in die Cœnæ illud conficiunt, illoq; die confectum per totum annum cõſeruant, vt inde infirmis miniſtretur. Hoc itidem Græcis impingit idem Guido, vt ſupra diximus.

14. Non ſolum ciborum delectum damnant, ſed etiam in ieiunio nullum eſſe meritum prędicant, in ſui erroris confirmationem illud Diui Pauli, malè ab eis intellectum, detorquentes: Corporis exercitatio ad modicum vtilis eſt.

15. Docent, imagines eſſe tollendas ab Eccleſia, idololatriam eſſe dicentes imagines in templis habere, ſiue illæ ſint Chriſti, ſiue alicuius è diuis.

16. Indulgentias, quas Pontifices peccatoribus largiuntur & præſtant, illis videlicet pœnam condonando, ad cuius tolerantiam peccator obligatur etiam remiſſa culpa, contemnunt atq; irrident. Aſſerunt namque, Papam nullam prorſus habere poteſtatem indulgentias concedendi: quas ſi conceſſerit, dicunt nullius eſſe virtutis.

17. Docent, nullum iudicem poſſe damnare aliquem hominem ad vllum ſupplicium aut pœnam. Hoc nempe eſt ſceleratis hominibus proprium, vt ſemper ſuis ſcelerib. optent impunitatem, quo liberius & ſecurius, quę voluerint, ſcelera perpetrare valeant. In cuius erroris ſui teſtimonium, illud adferunt: Nolite iudicare, & non iudicabimini.

18. Aſſe-

18. Aſſerunt, quodcunque iuramentum eſſe Chriſtianis interdictum: ſic, vt nuſquam, etiam coram iudice, extorquendæ veritatis cauſa ad id aliquem adigente, iurare liceat.

19. Dicunt, virum perfectum non debere manibus laborare, etiam ſuſtentandæ vitæ cauſa.

20. Sentiunt nulla vera miracula fieri in Eccleſia. Ex quo licet colligere, quanta fuerit illorum dementia & ſacrarum literarum inſcitia, cum ſint tam multa ſcripturæ ſacræ teſtimonia ad miraculorum confirmationem. Waldenſes namque, ſicut ſupra diximus, homines prorſus idiotæ & ignorantes extiterunt: quapropter hinc coniicere licet, eos ignoraſſe quid ſit miraculum, quum ſit res inſolita ſupra naturæ potentiam operata.

21. Dicunt, mendicantium religiones, fuiſſe malorum dæmonum inuentionem.

22. Omnem Eccleſiæ poteſtatem & ordinem tollere volebant, dicentes non eſſe obediendum Romano Pontifici, aut aliis Eccleſiæ Prælatis.

23. Aſſerunt, nullum capitale peccatum eſſe tolerandum, etiamſi vitandi quantumuis maioris mali gratia permittatur.

24. Docent, omnes Preſbyteros eſſe pares, neque vnum eſſe alio poteſtate ſuperiorem: hac ratione non ſolum Papæ authoritatem imminuere, ſed etiam illum à ſua ſede deiicere, omnemque, quam à Deo in terris recepit, poteſtatem, illi adimere contendentes.

25. Aſſerunt item, omnem poteſtatem tam laicalem, quàm Eccleſiaſticam amitti per peccatum mortale: ideoq; non eſſe parendum illi, qui mortalis culpæ reus ſit: dicentes, huiuſmodi hominem non poſſe Eccleſiaſtica neq; ſeculari dignitate potiri.

26. Docent, liberam eſſe cuiq; Chriſtiano verbi Dei prædicationem: adeò quidem, vt, quantumuis fuerit alicui à ſuperiore ſuo inhibitum ne id agat, illum tamen liberè poſſe concionari, & ad populum verba facere.

27. Docent rurſus, nullum eſſe purgatorium locum, in quo animæ ab hac luce migrantes purgentur à ſordibus, quas in corpore contraxerant, antequam in æterna tabernacula recipi mereantur.

28. Dicunt, ſacerdotem conſecrandi poteſtatem amittere, ſi peccatum mortale commiſerit: omnem verò hominem iuſtum ſuæ factionis poſſe conſecrare corpus Domini, etiamſi laicus ille fuerit. Si verò in peccatum lapſus fuerit, eum perdere illam poteſtatem.

29. Omnium Sanctorum feſta ab Eccleſia auferre conantur, cum aiunt, Sanctos non eſſe ab hominibus honorandos, colendos, aut inuocandos: quo vel ſic tandem homines hîc viuentes, Sanctorum, qui in cœlis ſunt, & diuino conſpectu fruuntur, defraudent auxiliis.

30. Aſſerunt, nihil intereſſe quacunq; tellure corpora humana ſepeliantur, ſiue locus ſit ſacer, ſiue non.

31. Extremam deniq; vnctionem, inter Eccleſiæ Sacramenta non admittunt.

32. Dicunt etiam, tempore Syluestri Papæ Eccleſiam defeciſſe: ideoque nullum, quantumuis probum & iuſtum, ſaluari poſſe, fidem Eccleſiæ Romanæ tenendo.

33. Item Miſſas & eleemoſynas, orationes & ſuffragia pro defunctis, nihil prodeſſe.

34. Poſtremò nullas admittunt orandi formulas, excepta oratione Dominica, PATER NOSTER: omnes interea ferè ſanctiones Romanæ Eccleſiæ ceu inutiles & ſuperſtitioſas tollentes.

PELAGIVS.

PElagius (à quo Pelagiani hæretici, qui & Cœleſtiani à Cœleſtio quodam Monacho eiuſdem Pelagii coæuo & aſſectatore, ſunt appellati) profeſſione Monachus, ſed diuinæ gratiæ hoſtis ac oppugnator acerrimus, ex magna Britannia oriundus fuit. Is cum in partibus Orientis in Syria videlicet Palæſtinæ monachatum induiſſet, & (vt author eſt

eſt diuus Hieronymus) à quibuſdam Catholicis ad epiſcopalia munera obeunda eſſet perductus, tandem in patriam reuerſus, ſuis erroribus vndique reſperſis, Britannicam inſulam iiſdem quoque infecit: idque Archadii Imperatoris, ac Innocentii huius nominis primi ſummi Romanorũ Pontificis temporibus, circa annum Domini 405.

Quum autem Angli hac de cauſa fauorem & auxilium implorasſent à Gallicanis epiſcopis, eo quod apud eos clarior, quam apud reliquas totius orbis nationes foret doctrina, Germanum (vt inquit Beda libro de ratione temporum) & Lupum epiſcopos & fratres, & Catholicæ fidei egregios defenſores, virtutiſque eximios athletas & concertatores, doctrinam vita ipſa exornantes, ad eos Galli miſerunt: qui antiſtites eam inſulam ab hæreſi Pelagiana tandem expurgarunt, eam in fide & verbo veritatis, & miraculorum ſignis atque portentis confirmantes. Aduerſus hunc Pelagium duo fuere celebrata Concilia, Carthaginenſe primum, alterum Mileuitanum.

1 Liberum arbitrium diuinæ gratiæ anteponens, docebat non ex miſericordia Dei propter Chriſtum ſine noſtro merito nos iuſtificari, ſed ex propriis operibus & virtutibus naturalibus veram ac ſolidam coram Deo iuſtitiam parari; & remiſſionem contingere peccatorum non ex fide Chriſti, ſed noſtris conatibus.

2 Dicebat item Pelagius (vt idem ait Auguſtinus libro de hæreſibus ad Quoduult Deum) quod Adam moriturus erat etiamſi non peccaſſet, & quod non ex culpa demerito, ſed ex conditione naturæ mortuus eſt.

3 Aſſerit rurſus, pueros non egere Baptiſmo ad deletionem peccati originalis, quia videlicet negat pueros ante Baptiſmum vllum peccatum originale habere, vt idem teſtatur Auguſtinus libro de hæreſibus, cap. 88.

4 Dicit etiam, vitam iuſtorum in hoc ſeculo nullum habere peccatum, tanquam ſi is, qui ſemel iuſtus eſt, iam amplius peccare non poſſit.

5 Docet item, liberum hominis arbitrium poſt receptam baptiſmatis gratiam non poſſe amplius peccare.

6 Aſſerit, orationes, quas facit Eccleſia pro infidelibus & aliis peccatoribus, vt conuertantur, ſiue pro fidelibus, vt perſeuerent, fruſtra fieri: quod ad illa omnia ſufficere dicat noſtri arbitrii liberam poteſtatem, & ita non opus eſſe à Deo petere, quæ noſipſi conſequi poſſumus.

De Pelagio vero ſic ſcribit Vincentius Lirinenſis: Prophanas (inquit Paulus) vocum nouitates deuita: quas recipere atque ſectari nunquam Catholicorum, ſemper vero hæreticorum fuit. Et reuera, quæ vnquam hæreſis, niſi ſub certo nomine, certo loco, certo tempore ebulliuit? Quis vnquam hæreſes inſtituit, niſi qui ſe prius ab Eccleſiæ Catholicæ vniuerſitatis & antiquitatis conſenſione diſcreuerit? Quod ita eſſe, luce clarius exempla demonſtrant. Quis enim vnquam ante prophanum illum Pelagium, tãtam virtutem liberi præſumpſit arbitrii, vt ad hoc in bonis rebus per actus ſingulos adiuuandum, neceſſariam Dei gratiam non putaret? Quis ante prodigioſum diſcipulum eius Cæleſtium, reatu præuaricationis Adæ omne genus humanum negauit adſtrictum? Hæc ille.

PEPVZITÆ.

PEpuzitæ ſeu Pepuziani (D. Auguſtino teſte, libro de hæreſibus c. 27.) à quodam oppido quod Pepuza nominatur, ſunt appellati, ex quo quidem loco Montanum hæreticum oriundum fuiſſe aſſerunt. Hi enim alio nomine Montaniſtæ ſiue Phryges vocantur, vt habetur Cod. de hæreticis. Hanc Pepuzam, ciuitatem deſertam appellat Epiphanius: quam ſane diuinum quidpiam eſſe iſti arbitrantes, Hieruſalem vocauerunt. Et propterea, quod dicunt, in ea ciuitate Chriſtum ſpecie fœminæ reuelatum fuiſſe, tantam mulieribus tribuunt dignitatem, authoritatem & principatum, vt ſacerdotio quoque apud eos honorentur. Emerſerunt autem Commodi Imperatoris, & Soteri ſummi Romanorum Pontificis temporibus, circa annum Domini 181.

Aſſo-

Digitized by Google

Aſſerunt hi, mulieres iuſte poſſe ad Sacerdotium promoueri.

Horum meminit Nicephorus libro 4. cap. 22. hiſt. eccleſiaſt. in hæc verba: Montaniſtæ, qui & Phryges, appellantur etiam Pepuziani, à vico quodam, quem Montanus eorum dux Hieruſalem vocare ſolitus erat.

Rurſus lib. 12. cap. 32. cum de Paſchalis feſti celebratione, quæ aliquando ſecus quam nunc in Aſia fiebat, agit in hæc verba: Montaniſtæ vero, inquit, quos etiam Pepuzitas & Phryges appellare conſuetudo eſt, quadam ratione inuenta, iuxta eam Paſcha celebrant. Atque in primis eos reprehendunt, qui propter feſtum Paſchæ, lunæ curſum obſeruant. Non illum enim, ſed ſolis orbem, eis qui ritè Paſchæ diem inquirere velint, inſpiciendum eſſe cenſent. Et menſem quemlibet dierum triginta, atque principium eorum æquinoctium vernum faciunt: quæ dies ſecundum Romanos, rite ante nonum Calend. Aprilis dicatur. Ea nanque etiam magna hæc duo luminaria initium ſuum habuiſſe allegant, per quæ tempora & anni ſignificantur. Idque ex eo liquere aſſerunt, quod luna per octennium cum ſole conueniat, & ambo initium nouum ſumant. Quandoquidem octennalis lunæ curſus, nonaginta & nouem menſibus perficiatur: diebus autem bis mille noningentis viginti duobus, quibus etiam ſol octonos abſoluat curſus: Ita, vt annus quilibet cenſeatur eſſe dierum trecentorum ſexaginta quinque, & quartæ vnius diei partis. Ex ea nanque die, quæ eſt ante nonum Calend. Aprilis, quippe quæ principium creationis ſolis & primi menſis exiſtimetur eſſe, colligunt atque computant eam, quæ in ſacris literis dicitur, decimamquartam diem, quam eſſe dicunt ante 8. Idus Aprilis, in qua ſemper feſtum Paſchæ agunt. Quod ſi ita, vt ſæpe fit, in eam reſurrectionis quoque dies concurrat, proxima Dominica die id feſtum celebrant. Scriptum enim eſt, inquiunt, à decimaquarta vſq; ad vigeſimam primam, Paſcha eſſe peragendum. Hactenus Niceph. De hac re vide plura in Paſchatitis, Sabatio, & Quatuordecimanis.

PETILIANVS.

PEtilianus fuit ſecta Donatiſta, diui Auguſtini conuiciator acerrimus, & veritatis catholicæ vehementiſſimus oppugnator & hoſtis, contra quem etiamnum extant aliquot diui Auguſtini opuſcula, vt de vnico baptiſmo, & cõtra epiſtolam Petiliani libri tres. vixit autem Honorii & Theodoſii Imperatorum, & Innocentii huius nominis primi Romanorum Pontificis temporibus, circa annum Domini 415.

Hic docebat libello quodam quem de communi baptiſmo inſcripſerat, eos qui ſe pro peccato interimunt, debere martyres nuncupari, eo quod in ſe puniant, quod ſe dolent commiſiſſe.

Qui error ex Iudæ proditoris facto conuincitur, qui, licet doleret de peccato, quod commiſerat, ſeſe tamen ſuſpendit. Iudam porro eſſe damnatum, nullus dubitat catholicus, cum tam ſit apertum ſcripturæ teſtimonium, vt nihil ſupra. Propheta nanque de Iuda loquens ita ait: Cum iudicatur, exeat condemnatus, & oratio eius fiat in peccatum.

Fiant dies eius pauci, & epiſcopatum eius accipiat alter. Quod vero verba hæc de Iuda ſint intelligenda, B. Petrus in ea oratione, quam ad reliquos condiſcipulos poſt Chriſti in cælos aſcenſionem habuit, teſtatur, cum de alterius in locum Iudæ ſubrogatione loquitur, quemadmodum in Actis Apoſtolicis capite primo habetur.

Dicebat etiam Petilianus malos ſacerdotes non conferre vera ſacramenta, & malorum immunditiam bonis obeſſe.

PETRVS DRESENSIS.

PEtrus Dreſenſis, Germanus natione, & patria Miſnenſis, Waldenſium ſequutus eſt opiniones, indeque totam pene Bohemiam infecit, Ruperti Cæſaris Germani, & Alexandri quinti huius nominis Romanorum Pontificis temporibus, circa annum Domini 1410.

Nam poſt Ioannem Huſſum, is Petrus Dreſenſis, patria pulſus

pulſus eſt; Pragam Bohemiæ ciuitatem, ſe contulit, vbi puerorum inſtituendorum curam ſuſcepit. In qua tunc ciuitate Iacobellus quidam, Miſnenſis etiam patria, moribus ſimul & literis clarus, curam tenebat populi ſua prædicatione edocendi. Hunc Petrus cum conueniſſet, mirari ſe ait, hominem alioqui doctum ac ſanctum, quique populi inſtruendi munus ſuſcepiſſet, non animaduertiſſe errorem communionis Euchariſtiæ, qui iampridem Eccleſiam peſſundaſſet, in qua ſub vna tantum ſpecie Dominicum corpus populo miniſtratur, quum apud Ioannem ſub duplici ſpecie panis & vini ſumi iubeatur, dicente Domino: Niſi manducaueritis carnem filii hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis. His commotus idem Iacobellus, quum perquiſitis vetuſtis ſanctorum doctorum, Dionyſii videlicet Areopagitæ & Cypriani, codicibus, communionem calicis aliquando vſitatam planeque laudatam inueniſſet: populum cohortatur & admonet, ne deinceps communionem calicis, ſine qua ſaluari nemo poſſet, negligeret. Huic cæteri, qui iam in Bohemia aderant, hæretici conſenſerunt, non modicum læti, quod ſententiam aliquam inueniſſent in ſacro, vt aiebant, Euangelio fundatam, per quam Romanæ ſedis vel ignorantia, vel nequitia argui poſſet.

PETRVS DE BRVIS.

PEtrus de Bruis, à quo Petrobruſiani hæretici, Gallus natione fuit, ex prouincia Narbonenſi oriundus, in ea, quam mente conceperat, hæreſi tam obſtinatus & pertinax, vt tádem apud opidum diui Ægidii viuus exuſtus fuerit, quemadmodum de illo refert Petrus Abbas Cluniacenſis eo libello, quem contra eius errores conſcripſit. Idque Henrici V. Cæſaris Germani, & Calliſti ſecundi Romanorum antiſtitis temporibus, circa annum Dom. 1124.

Aſſerebat autem hic, paruulis vſu rationis carentibus non prodeſſe baptiſma, quod paruuli, qui ſunt rationis expertes, fidem habere nequeant, nec Dei verbo, quod illis

prædicatum fuerit, credere. Hoc autem aſſeuerabat ſumme fore neceſſarium cuicunque baptiſma ſuſcipienti: adeo ſane, vt ſi quis ſine præuia fide baptiſma ſuſcepiſſet, nihil ei prodeſſe baptiſma diceret. De hoc vide plura in Henricianis.

PETRVS CNAPHÆVS ANTIOchenus Epiſcopus.

PEtrus Cnaphæus Antiochenus fuit epiſcopus, vel potius Antiochenam ſedem inuaſit, eiuſdem eccleſiæ epiſcopo nomine Martyrio adhuc vitam agente, cum antea templi ſanctæ Baſſæ martyris apud Chalcedonem Bithyniæ preſbyter eſſet. Idque Zenonis Cæſaris, & Simplicii ſummi Romanorum antiſtitis temporibus circa annum Domini 476.

Hic duas perſonas Chriſto tribuens, auſus eſt in angelico hymno, qui Triſagion à Græcis nuncupatur, quartam ſuperaddere vocem, dicens: Sanctus Deus, ſanctus fortis, ſanctus & immortalis, ſanctus qui crucifixus es, vt ſanctum fortem, quo nomine filius Dei deſignatur, alium faceret ab eo qui crucifixus eſt. Quę hęreſis in quinta Synodo Conſtantinopolitana damnata fuit. De qua Ioannes Damaſcenus libro 3. cap. 10. ait in hunc modum: Hanc additionem, in Triſagio ab inſano vaneque ſentienti Petro Cnaphæo factam, diffinimus blaſphemam eſſe, vt quartam inducentem perſonam, & ad partem ponentem Dei filium, patris ſubſiſtentem virtutem, & ad partem, eum qui crucifixus eſt, & alium exiſtentem præter fortem Deū, aut paſſibilem ſanctam Trinitatem glorificantem, & cum filio patrem & ſpiritum ſanctum crucifigentem. Faceſſant hæ blaſphemiæ & aſcriptitiæ nugæ. Nos enim hoc, SANCTVS DEVS, de patre accipimus, &c. vide ibidem quæ ſuperſunt.

Is Cnaphæus itaque Deum paſſum & crucifixum fuiſſe aſſerebat, Chalcedonenſem Synodū interim plurimum carpens

Digitized by Google

carpens & proſcindens: à quo etiam eius doctrinæ ſectatores Theopaſchitæ ſunt appellati.

De eo accurate Nicephorus hiſtor. ecclaſiaſt. libr. 15. cap. 28. qui legatur.

De hoc vide in Monophyſitis, Theopaſchitis, & Timotheo Æluro epiſcopatus Alexandrini violento occupatore.

PETRVS IOANNIS.

PEtrus Ioannis diœceſis Biranenſis, Ioachimi Abbatis, de quo ſupra diximus, errores ſequutus eſt & docuit, aliquot libris à ſe editis in diui Ioãnis Apocalypſim & Matthæi Euangelium, qui poſtea ſummi Pontificis authoritate, & multorum in ſacra Theologia Doctorum acri diligentique examine & conſilio, in curia Romana ſolenni conuentu ſunt condemnati. Vixit autem ille Henrici ſexti Cæſaris Germani & Cæleſtini huius nominis tertii maximi Romanorum antiſtitis temporibus, circa annum Domini 1199. De cuius antiſtitis iuſſu & mandato idem Petrus cum in ſacro loco poſt mortem eſſet, exhumatus eſt, & hæreticus omnium calculo & ſententia declaratus, eius oſſa rogo impoſita & exuſta fuere. Eius hæreſes ſunt hæ:

1 Negat inprimis, animam rationalem eſſe formam corporis humani, non abſolute quidem, ſed in quantum rationalis eſt. Concedit porro, animam rationalem eſſe formam corporis, non tamen ſub hac ratione, qua rationalis eſt, propterea quod, inquit, per hanc rationem informare corpus non poſſit.

2 Docet etiam cum Ioachimo Abbate Calabrienſi, Apoſtolos non prædicaſſe Euangelium Chriſti iuxta ſpiritualem intelligentiam, ſed tantum ſecundum literam.

3 Ait, in Baptiſmo gratiam & virtutes, quas vulgo Theologicas vocant, minime infundi.

4 Aſſerit, Chriſtũ vulnus lanceæ, cum adhuc viuus eſſet, ſuſtinuiſſe, contra illud apertiſſimum Euangeliſtæ Ioannis teſtimoniũ: Cum ergo (inquit) accepiſſet Ieſus acetũ, dixit:

Conſummatum eſt. Et inclinato capite, tradidit ſpiritum. Et paulo poſt: Ad Ieſum autem cum milites veniſſent, vt viderunt eum iam mortuum, non fregerunt eius crura, ſed vnus militum lancea latus eius aperuit, & continuo exiuit ſanguis & aqua. Et qui vidit, teſtimonium perhibuit, & verum eſt teſtimonium eius. Et ille ſcit quia vera dicit, vt & vos credatis. Hucuſque D. Ioannes. Ex quorum verborum ſerie clariſſime patet, Chriſtum fuiſſe iam mortuum, cum latus eius fuit lancea ſauciatum. Etſi ergo angelus de cælo nobis aliud nuntiaret, non tamen credendus eſſet. Neque religionis aut contemplationis ergo, licet mendacium fingere aut comminiſci. Hic autem vt augere Chriſti dolores, quos in cruce pertulit, videretur, dicebat, licite dici & contemplari, Chriſtum lancea percuſſum fuiſſe, cum adhuc viuus eſſet. At Deus non indiget mendacio noſtro. Ideo merito error ille damnatus eſt in concilio Viennenſi ſub Clemente Papa quinto. Cuius concilii definitio in volumine Clementinarum Decretalium, titulo de ſumma Trinitate & fide Catholica, habetur in hæc verba. Nos igitur ad tam præclarum Euangeliſtæ teſtimonium, ac ſanctorum patrum & doctorum communem ſententiam, apoſtolicæ conſiderationis, ad quam duntaxat declarare pertinet, aciem conuertentes, ſacro approbante concilio, declaramus, prædictum Apoſtolum & Euangeliſtam Ioannem, rectum in præmiſſis factæ rei ordinem tenuiſſe, narrando, quod Chriſto iam mortuo vnus militum lancea latus aperuit. Hæc concilii Viennenſis definitio: cui magis vnumquenque Chriſti nomine inſignitum credere oportet, quam phantaſticis hæreticorum imaginationibus. Hæc ex Alphonſo à Caſtro.

5 Per Babylonem quoque meretricem magam, vniuerſalem Eccleſiam Romanam militantem intelligit & interpretatur, quam eccleſiam carnalem, & beſtiam, & ſynagogam ſatanæ vocat.

6 Per myſticum Antichriſtum, Papã rurſus intelligit, & quod omnes Abbates quinti temporis, in quintum caput

beſtiæ

Digitized by Google

beſtiæ cõueniunt, quæ eſt diabolus, & Antichriſtus, & malorum congregatio. Reliquos eius errores vide in libr. inquiſitionum Nicolai Emerici.

PETRVS ABAILARDVS.

PEtrus Abailardus, vel, vt alii volunt, Abelardus, & Baliardus, vel Adelhardus, in Gallia ortum habuit: licet Carion lib. 3. Chronicorum ſuorum, illum Anglum & philoſophum peripateticum Pariſienſem fuiſſe aſſerat. Vixit autem Cunradi huius nominis III. Cæſaris Germani, & Cæleſtini II. Romanorũ Pontificis temporibus, circa annum Domini 1143. Sub quo pontifice contra eundem Abailardum Synodus in Gallia apud Senones congregata eſt, in qua ille erroris conuictus, poſtea (vt author eſt Platina de vitis Pontificum) in deſerto loco monachus, cum quibuſdam diſcipulis ſanctiſſime vixit.

1 Dicebat autem hic, Deum quicquam facere non poſſe, niſi quæ propter ordinem iuſtitiæ & ſapientiæ ſuæ facit: imo ea quæ agit, illum ex naturæ neceſſitate agere.

2 Deum item omnium bonorum authorem non eſſe.

3 Illum per eſſentiam à beatis non videri.

4 In Deo aliquid compoſitionis ineſſe.

5 Ponebat etiam præter creatorem & creaturas aliud quiddam, & præter Deum aliquid ponebat æternum.

6 Aſſerebat rurſus angelos aliquid creare. Et ſic de aliis eius erroribus, quos F. Petrus Pargamenus in tabella quadam, quæ operib. D. Thomæ annexa eſt, enumerat. Quos etiam idem B. Thomas diuerſis in locis ſuorum operum refellit & improbat.

Hic Petrus à B. Bernardo Clarauallenſi Burgundiorum Abbate, in diſputationem prouocatus, vt de iuſtitia & dogmate ſuo reſponderet, eum veritus, Apoſtolicæ ſedis audientiam appellauit, & ita effugiens, haud multum poſt (vt quidam aiunt) Cabilone obiit. Contra quem Anſelmus

Cantuarienſis epiſcopus epiſtolam ſcripſit, quæ incipit, Dominis & patribus,& fratribus omnibus catholicis, &c. Aduerſus eiuſdem hæreſes, D. quoque Bernardus librum ad Innocentium Papam ſcripſit. De hoc vide plura in Arnoldiſtis.

PHARISÆI.

PHariſæi,à voce Phares, quæ ſegregatos ſignificat, ſunt appellati. Vſi ſunt enim hi quibuſdam humanis conſtitutionibus ſuper legem Moyſis (nam doctiores reliquis fuerant) quibus à reliquo populo ſegregabantur. Fuit tamen paulo ſanior & rectior horum doctrina, quam aliorum,hoc eſt, Saducæorum,& Eſſæorum. Nam docebant hi immortalitatem poſt hanc vitam, & quod vlciſci Deus velit peccata. Crediderunt quoque venturum eſſe Meſſiā in ſalutem credentium,& peccatoribus iudicem. Cõmiſſa etiam huius ſectæ viris eſt Reſpublica Iudæorum præ aliis, quibus potentiores quoque erant.

De his ita ait Philaſtrius: Phariſæorũ,inquit,alia eſt hæreſis,quæ reſurrectionem quidem futuram confitetur,legem accipit & prophetas: Chriſtũ autem expectat vt iuſtũ hominẽ. Hi iudaizant,& Euangelia non recipiunt,& quædam tempora Chriſto Domino noſtro eſſe contraria aſſerunt. Hæc Philaſtrius. Quam vero fuerint hypocriſis fuco obuoluti Phariſęi,qui noſſe volet, Euangeliorum codicẽ, & potiſſimum 23. caput Matthæi legat, vbi Chriſtus graphice ſuis illos depingit coloribus & perſtringit, eorumq; hypocriſim detegit ac maxime execratur.

PHILETVS.

PHiletus vnus eorum fuit, quos D. Paulus ob hæreſim & blaſphemiam in ſanctam Chriſti & Apoſtolorum doctrinam,ſatanæ tradidit,ſub Domitio Nerone & Petro Apoſtolo,circa annum Domini quinquageſimum ſextum. Tantæ enim poteſtatis erat Apoſtolus (inquit Diuus Augusti-

guſtinus) vt recedentes à fide, ſolo verbo traderet diabolo.

Hic porro negabat futuram reſurrectionem corporũ, & omnia quæ in ſcripturis ſacris de reſurrectione corporali leguntur, ad ſpiritualem reſurrectionem referre conabatur, iuxta quod à morte peccati aliqui reſurgunt & euigilant. De quo Paulus ſuum Timotheum in fide & doctrina ſana erudiens, loquitur in hæc verba: Prophana & vaniloquia deuita. multum enim proficiunt ad impietatem, & ſermo eorum vt cancer ſerpit, ex quibus eſt Hymenæus & Philetus, qui à veritate fidei exciderunt, dicentes reſurrectionem iam factam eſſe, & ſubuerterunt quorundam fidem. Quem locum explicãs Oecumenius, Succeſſionem, inquit, procreationis liberorum, execrandi iſti appellabãt reſurrectionem: & quoſdam illiciebant, vt ab Apoſtolica doctrina diſcederẽt. Vnde merito dixit, Ad maiorem proficient impietatem. Vide enim quanta oriantur mala ex hoc, quod dicatur iam factam eſſe reſurrectionem. Ex hoc priuamur Chriſti aduentu, quo quid poteſt contingere triſtius? Non eſt retributio, neque ſupplicium: mentitur Chriſtus, qui hæc promiſit, aliaque multa ſimilia. Nempe ſi reſurrectio non eſt, neque Chriſtus reſurrexit, neque iudex ſedebit viuorum ac mortuorum. Et ita (inquit) ſubuerterunt quorundam fidem, ſimpliciorum videlicet & imbecilliorum. Hęc Ocumenius. De hoc vide plura ſuperius in Hymenæo.

PHITONISSÆ.

PHitoniſſæ, vel (vt alii ſcribunt) Pytoniſſæ, mulieres erant, quæ ſe ſciſcitantibus per pudenda, reſponſa dare videbantur. vnde & ventriloquæ Latine, quaſi ventre loquentes, & Græce Engaſtrimithæ ſunt nominatæ, quod ore ſonum non edentes, per ventrem loqui viderentur. A quarũ diuinatione hæreſis quondam exorta eſt, quæ Phitonica nuncupatur: de qua Philaſtrius Brixienſis epiſcopus ſcribit in hunc modum:

Alia eſt,inquit,hæreſis de Phitoniſſa, qua cooperientes veſtimentis mulierem,ab ea quædam reſponſa ſperabant ſe poſſe conſequi : vnde & aiunt Phitoniſſam illam , beati Samuelis animam ab inferis excitaſſe. Atque inde maxime id credi poſſe , homines vſque hodie plurimi ſuſpicantur, ex eo; quod quæcunque dixerat regi Sauli ſuperſtiti propheta beatiſſimus,ea etiam in executione eueniſſe vera cognoſcantur. Cumque plurimi huic acquieſcere mendacio malint,quam veritati,in perpetuum deſcendunt interitum, cum propheta dicat:Iuſtorũ animæ in manu Dei ſunt,&mors non tanget eas.Quomodo itaque anima impia piam ſanctamque animam,&prophetam maxime,poterat ab inferis excitare? Sed eo fit,quia ignorãt quod recedentes animæ à fide Chriſti Domini , deditas iam ſe omni impietati faciunt,atque ei omni ſtudio ſubiiciũt: quia arbitrii ſui eſt omnis homo , adeo vt quodcunque velit,eligere poſſit,id Deo permittente.Sed quia cor eius receſſit à Domino, ideo, vt immundus ſpiritus iam ei dominetur,permittit Deus , quemadmodum dubiis & claudicantibus in lege diuina beatus dicebat Helias: Vſquequo claudicatis in duas partes? Si Dominus eſt Deus ſequimini eũ: ſi autem Baal,ſequimini illum. Qui enim adhæret Deo,vnum corpus efficitur : at qui immundo ſpiritui, vnus vtriuſque conſenſus eſt. Et Achab rex Iſrael cum crederet Sedechiæ &aliis falſis prophetis,verumque prophetam Domini Michæam contemneret , interrogat Dominus immundum ſpiritum,adhuc bonitatis ſuæ quidpiam regi cõcedente Domino vſque ad tempus aliquod,vt ſi vellet vero prophetæ credere,procellam periculi deuitaret : ſi vero nollet,ſed magis crederet pſeudoprophetis, ſine dubio deperiret. Ita enim interrogat Dominus: Quis ſeducet Achab regem Iſrael , vt aſcendat & cadat in Ramoth Galaad? Et dixit vnus verba eiuſcemodi,& alius aliter. Egreſſus eſt autem ſpiritus immundus , & ſtetit coram Domino,& ait:Ego decipiam illum. Cui inquit Dominus, In quo id facies? Et ille ait, Egrediar , & ero ſpiritus mendax in ore omnium

omnium prophetarum eius. Et ait Dominus: Decipies, & præualebis: egredere, & fac ita. Ideoque & Apoſtolus ait: Non magnum eſt ſi etiam Satanas transfiguret ſe velut in angelum lucis, cum ipſius ſatellites transfigurãtur quaſi in miniſtros iuſtitiæ: & ita decipiunt multos viſu, verbo, aut perſuaſione. Cumque malis malunt credere, eiſque inhærere, quam bonis & rectis corde, non mirum eſſe debet, ſi ineuitabilem æternæ mortis incurrant ſententiam, diuerſiſque poſt corporis exitum pœnis & cruciatibus pellundentur. Quod & Iſraelitarum regi tunc temporis periculum ad noſtram doctrinam & exhortationem aduenit, nimirum quod falſis magis quam veris Dei prophetis credere maluiſſet. Hactenus Philaſtrius.

In quam ſententiam ſic quoque D. Auguſtinus de doctrina Chriſtiana lib. 2. cap. 23. loquitur: Quare iſtæ quoq; opiniones quibuſdam rerum ſignis humana præſumptione inſtitutis, ad eadem illa quaſi quædam cum dęmonibus pacta & conuenta referendæ ſunt. Hinc enim fit, vt occulto quodam iudicio diuino, cupidi malarum rerum homines tradantur illudendi & decipiendi pro meritis voluptatum ſuarum, illudentibus eos atque decipientibus præuaricatoribus angelis, quibus iſta pars mundi infima, ſecũdum pulcherrimum ordinem rerum diuinæ prouidentiæ lege ſubiecta eſt. Quibus illuſionibus & deceptionibus euenit, vt iſtis ſuperſtitioſis & pernicioſis diuinationum generibus multa præterita & futura dicantur, nec aliter accidant, quam dicunt: multaque obſeruantibus ſecũdum obſeruationes ſuas eueniant, quibus implicati, curioſiores fiant, & ſeſe magis magiſque inſerant multiplicibus laqueis pernicioſiſſimi erroris. Hoc genus fornicationis animæ ſalubriter diuina ſcriptura non tacuit, neque ab ea ſic deterruit animam, vt propterea talia negaret eſſe ſectanda, quia falſa dicuntur à profeſſoribus eorum, ſed etiam ſi dixerint vobis, inquit, & ita euenerit, ne credatis eis. Non enim quia imago Samuelis mortui Sauli regi vera prænuntiauit, propterea talia ſacrilegia, quibus imago illa præſen-

tata eſt, minus execranda ſunt: aut quia in Actibus Apoſtolorum ventriloqua fœmina verum teſtimonium perhibuit Apoſtolis Domini, ideo Paulus Apoſtolus pepercit illi ſpiritui, ac non potius fœminam illius dæmonii correptione atque excluſione mundauit.

Omnes igitur artes huiuſmodi vel nugatoriæ, vel noxiæ ſuperſtitionis, ex quadam peſtifera ſocietate hominũ & dæmonum quaſi pacta infidelis & doloſę amicitiæ conſtituta, penitus ſunt repudianda & fugienda Chriſtiano: non quod idolum ſit aliquid, ait Apoſtolus, ſed quia quæ hi immolant, dæmoniis immolant, & non Deo: nolo autem, inquit, vos ſocios fieri dæmoniorum. Quod autem de idolis & de immolationibus, quæ honori eorum exhibentur, dixit Apoſtolus, hoc de omnibus imaginariis ſignis ſentiẽdum eſt, quæ vel ad cultũ idolorum, vel ad creaturam, eiuſque partes tanquam Deum colendas trahunt, vel ad remediorum aliarumque obſeruationum curam pertinent: quæ non ſunt diuinitus ad dilectionem Dei & proximi tanquam publice conſtituta, ſed per priuatas appetitiones rerum temporalium, corda diſſipant miſerorũ. In omnibus ergo iſtis doctrinis ſocietas dæmonum formidanda atque vitanda eſt, qui nihil cum principe ſuo diabolo niſi reditum noſtrum claudere atque obſerare conantur. Hæc Auguſtinus. De hac re vide plura in Mathematicis.

PHOTINVS SIRMIENSIS Epiſcopus.

PHotinus Pauli Samoſateni diſcipulus & in errore ſucceſſor, fuit natione Pannonius, vel (vt alii volunt) Galata, à quo poſtea eius aſſectatores Photiniani, qui prius Pauliani ab eodem Paulo Samoſateno vocabantur, ſunt appellati. Suam autem hæreſim inſtituit ſub Conſtantino Cæſare, & Iulio ſummo Romanorum pontifice, circa annum Domini 350.

Hic cum Sirmianæ eccleſiæ Epiſcopus eſſet, & Græcis

Latina-

Digitized by Google

Latinaque lingua admodum eruditus, Ebionis, Sabellii, atque Pauli Samoſateni perfidiam fouit ac tutatus eſt, qui Chriſtum nudum duntaxat hominem, non etiam Deum eſſe blaterabant: humanæque ſcientiæ præſidio fretus, cōcreditum ſibi Chriſti gregem in ſuam ſententiam pertrahere, & diuerſis atque occultis cuniculis in catholicam domum irrepere tentabat. De quo eſt antiquorum patrum ſententia, quod multa continentię & ingenii bona vno ſuperbiæ malo perdiderit.

Eius itaque error fuit, Chriſtum purum hominem fuiſſe, ex vtroque ſexu natum, nec ante Mariam eius matrem extitiſſe, hac in re fere cum Arrianis conueniens. Illi enim etſi non crederent Chriſtum ex vtroque ſexu natum, eum tamen puram creaturam eſſe arbitrabantur, dicebantque illum non natura, ſed adoptione filium Dei. Quæ Photini hæreſis paulo poſt in concilio Sirmii congregato damnata eſt, quemadmodum Tripartit. hiſtor. libro 5. cap. 5. dicitur.

Nicephorus ſuæ hiſtoriæ eccleſiaſticæ libro nono, cap. 10. de eo ſcribit in hunc modum: Ea, inquit, tempeſtate (hoc eſt, poſt Concilium Antiochenum ſub Conſtantio Imperatore coactum, cum diſſidium non paruum inter Orientales & Occidentales epiſcopos ob fidei formulas, quas vtrinque ſibi mittebant, obortum eſſet) in Sirmio quoque, quæ Illyrici vrbs eſt, Photini hæreſis emerſit: qui in minore Galatia ortus, & à Marcello, de quo ſupra diximus, loci eius epiſcopo eruditus, eccleſiis ibi præfuit, merum eſſe hominem Dominum docens.

Et ſubſequenti capite, in lōgiori ea fidei formula, quam Orientales epiſcopi ad Occidentales triennio elapſo poſt illam, quæ eis interceſſerat, diſſenſionem, miſerunt, ita refertur: Execramur vero inſuper, & anathemati ſubiicimus eos, qui Verbum quidem ipſum Dei, ſed tantum nudum & ſine ſubſiſtentia fictitie vocant: in alio vero eſſentiā habens, aliquando ſane vt vocale ſeu enuntiatiuum, aliquando vero vt internum ſeu mentale à quibuſdam

Chriſtum autem ipſum & Dominum, & Deum, & mediatorem; & Imaginem Dei eſſe ante ſecula nolunt: ſed eum ex eo tempore Chriſtum eſſe factum & filium Dei dicunt, ex quo noſtram ex virgine carnem aſſumpſit, ante trecentos quinquaginta annos. Ex eo enim tempore initium regni Chriſtum habuiſſe, & finem id habiturum eſſe poſt conſummationem & iudicium, volunt. Tales autem ſunt Marcellus & Photinus Ancyrani in Galatia, qui anteſecularem ſubſiſtentiam & diuinitatem Chriſti, & ſimiliter interminatum eius regnum abolent, eo modo, vt ipſis videtur, monarchiam ſeu vnius imperium conſtituentes. Nos enim ſcimus, eſſe non ſimpliciter verbum enuntiatiuum aut internum: ſed viuentem Deum verbum, per ſeipſum ſubſiſtentem, & filium Dei & Chriſtum, & ita præſcienter ſimul exiſtentem, & ſimul agentem ante ſecula cũ ſuo patre, & ad omnem eius adminiſtrantem creationem, ſiue inuiſibilium ſeu viſibilium, vt qui ſubſtãtiale Verbum ſit patris, & Deus ex Deo, &c.

Et eiuſdem libri cap. 31. Conſtantius autem ex Oriente in Illyricum aduerſus tyrãnos exercitum ducebat. Quum autem Syrmii eſſet, Photini dogma in diſquiſitionem adduxit. Qui eloquens quidem, & ad perſuadendum idoneus, eccleſiæque Sirmienſis antiſtes fuit. Noua autem hæreſi inſtituta, multos in ſententiam ſuam pertraxerat: quã etiam in imperatoris præſentia propalam & libere promulgabat.

1 Dogma eius erat, vnum eſſe Deum omnipotentem, qui verbo ſuo vniuerſitatem hanc conſtituerit.

2 Anteſecularem vero Verbi generationem & exiſtentiam prorſus negabat.

3 Ex Maria autem Chriſtum initium ſumpſiſſe docebat.

Eo dogmate vbiq; locorum diuulgato, vniuerſi tã in Oriente, quam in Occidente epiſcopi, ſiue Nicenam ſequerentur fidem, ſeu Arrianam complecterentur ſententiam, id tulere: quod ex æquo contra omnes, nouas res

indu-

Digitized by Google

inducere exiſtimaretur. Ne ipſe quidem imperator mediocriter diſſidio eo eſt commotus. Quapropter etiam concilium ibi coegit. Conuenere eo ex Oriente epiſcopi, Marcus Arethuſius, Georgius Alexandrinus, quem Arriani miſerant: Baſilius Ancyranus, Pancratius Peluſius, & Hypatianus Heracleotes. Ex Occidente, Valens Murſorum, & propter virtutem magnus Hoſius Cordubæ Hiſpaniæ vrbis epiſcopus, confeſſor, & Nicenæ ſynodi particeps, qui quidem perinuitus tum Sirmii affuit. Arrianorum enim dolo non dudum antea in exilium pulſus, annitentibus eis qui Sirmium conuenerant, imperiali edicto reductus fuerat. Sperauerant enim illi, ſi is ſuffragator eorum ſiue perſuaſione ſeu vi fieret, multum eum ad conſtituendum ſtabiliendumque dogma eorum momenti allaturum eſſe: vt qui ſpectata fide teſtis, & veluti miraculum quoddam eius ætatis hominibus haberetur. Verum vbi aſſentiri eis renuit, varios rurſus contracto iam extenuatoque grauiore ætate corpore ſuſtinuit cruciatus, adeo vt ad fidiculas & verbera peruenerit. Quibus ille coactus, tribus eorum formulis aſſenſit & ſubſcripſit.

Sed enim ſynodus, cum Photinum cum Sabellio Libyco, & Paulo Samoſateno facere, eademque docere manifeſto deprehendiſſet, ſtatim ei epiſcopalem abrogauit dignitatem:

Dignitatem ſe ei epiſcopalem vna cum throno reddituros polliciti, ſi quidem per pœnitentiam, quæcunque perperam docuiſſet, anathemate iugularet. Ille vero ne audire quidem hoc ſuſtinuit, ſed eos ad diſputationem prouocauit. Et iuſſu imperatoris die dicta in locum vnum, quicunque doctrina, eloquentia & honore antecellere alios videbantur, conuenientibus, conditionem diſputandi accepit Baſilius, qui tum Ancyranam curabat eccleſiam. Concertatio ea longius producta, & notarii celeres vtriuſque dictata exceperunt: quibus longe ſuperior fuiſſe exiſtimatus eſt Baſilius. Porro Photinus ad exilium eſt damnatus. In quo ille degens, opinionem ſuam Græce & Latine

Digitized by Google

(multa enim ei in vtroque ſermone erat gratia) ſcriptis mādauit. Quod vero in eis maxime elaborabat, illud erat, quod præter opinionem ſuam, alias aliorum omnes nihil eſſe, parum decore probare eſt conatus. Photini quidem, eiuſq; ſententiæ res, ad hunc ſe habuere modum. Huculq; Nicephorus.

PIKARDI.

PIkardi, genus hæreticorum eſt, quod (teſte Hoſio libr. de vtriuſque ſpeciei communione) non apud orthodoxos modo, verum & apud hæreticos ſummæ ſemper fuit abominationi, à Pikardo quodam ex Gallia Belgica oriundo ſic appellati, qui Adamitarum hæreſim in Bohemiam inuexit, ſub Sigiſmundo Romanorum Imper. & Ioanne XXIII. huius nominis ſummo Pontifice, circa annum Domini 1414.

Hic (authore Ænea Syluio libro de origine Bohemorum cap. 41.) tranſmiſſo Rheno, per Germaniam in Bohemiam penetrauit, qui præſtigiis quibuſdam fidem ſibi cōcilians, breui tempore non paruam mulierum virorumque plebem ad ſe traxit, quos nudos incedere iubens, Adamitas vocauit. Et occupata inſula quadam, amne Luſimitio cincta, filium Dei ſe dixit, & Adam vocari voluit.

1 Connubia eis promiſcua fuere: nefas tamen, iniuſſu ipſius Adam, mulierem cognoſcere: ſed vt quiſque libidine incenſus in aliquam exarſerat, eam manu comprehendens, & adiens principem, In hanc, aiebat, ſpiritus meus concaluit. Cui princeps reſpondebat: Ite, creſcite, & multiplicamini.

2 Aiebant, cæteros homines ſeruos eſſe, ſe uero, & qui ex eis naſcerentur, liberos.

Ex his porro quadraginta viri inſulam exiere, & intrantes vicinas villas, euaginatis gladiis ſupra ducentos agreſtes interfecere, quos diaboli filios aſſerebant. Ziſcha his auditis, quamuis ſceleratus, ſcelus tamē exhorruit. Habet enim hoc

hoc natura hominũ, vt aliena magis, quam ſua quiſq; vitia exhorreſcat: neq; ſumma mala diu inuita manent, victorẽque mali malũ cernere licet. Direxit itaq; ille in eos exercitum, expugnataque inſula, Adamitas omnes gladio deleuit, duobus tantum reſeruatis, ex quibus gentis ſuperſtitionem cognoſceret. Hæc Æneas Syluius.

PNEVMATOMACHI.

PNeumatomachi, Spiritus ſancti oppugnatores dicuntur, à *πνεῦμα* Græca dictione, quæ ſpiritum ſignificat, & *μάχεσθαι*, id eſt, oppugnantes, ſeu bellum inferentes, vel reſiſtentes. Exorti ſunt autem Conſtantii Imp. & Liberii Papæ temporibus, circa annum Domini 359.

Huius hæreſis inuentores fuerunt Macedonius Conſtantinopolitanus, (à quo & Macedoniana hæreſis appellata) & Marathonius Nicomedienſis, Eleuſius Cyzicenus, Sophronius Paphlago, & Euſtathius Sebaſtienſis epiſcopi. Hi omnes cum aliis multis, & fere omnibus, quibus à parte aduerſa paulo ante eam ob rem in concilio Seleuceno dignitas epiſcopalis abrogata fuerat, Spiritum ſanctũ perſonam vnam Trinitatis dicendam eſſe negabant. Ac filium quidem (vt author eſt Nicephorus li. 9. cap. 47.) Deũ perfectum & ſubſtantia patri æqualem eſſe dicebant, in hoc Arrianis diſſentientes: Spiritum ſanctum autem expertem honoris & dignitatis eiuſmodi ſtatuebant, famulum eum & adminiſtrum, angelicisque ordinibus paulo præſtantiorem eſſe docentes.

Contra hos ita habet epiſtola Synodi Conſtantinopolitanæ ad Damaſum Papam & Occidentales Epiſcopos per Orientales Orthodoxos in maxima ciuitate Conſtantinopoli congregatos miſſa: Euangelicam, inquiunt illi, fidẽ, quæ in Nicea Bithyniæ à trecentis decem & octo Patribus roborata dignoſcitur, & vobis, & nobis, & omnibus qui non ſubuertunt verbum veræ fidei, complacere confidimus, quam ſcimus antiquiſſimam exiſtere, & ſequacem baptiſmatis, docentemque nos credere in nomine Pa-

tris,& Filii,& Spiritus ſancti. Diuinitatem quippe & virtutem atque ſubſtantiam vnam Patris, & Filii,& Spiritus ſancti credimus, & æqualem honorem ac dignitatem, & imperium coæternũ, in tribus perfectiſſimis ſubſiſtentiis, ſeu tribus perfectis perſonis: vt neque Sabellii languor habeat locum confuſione ſubſiſtentiarum, aut peremptione proprietatum: neque Eunomianorum & Arrianorum pneumatomachon, id eſt, ſpiritui reſiſtentium blaſphemia præualeat: ſubſtantia videlicet ſecundum illos, aut natura, aut diuinitate diuiſa, aut vt increatæ conſubſtantiali & coæternæ Trinitati poſterior aliqua vel creata, vel alterius ſubſtantiæ natura detur. Hæc ex Tripartitæ hiſtoriæ eccleſiaſticæ libro 9. cap. 14. Theodorito referente. De hac hæreſi vide plura in Macedonianis, Marathonio, & Euſtathio.

POLYGAMISTÆ.

POlygamiſtæ ſunt ex Anabaptiſtarum familia: qui, authore Staphylo, docent licere vni viro habere plures vxores eodem tempore. Item licere fratri vxorem viui fratris ducere.

PORPHYRIVS.

POrphyrius Athenienſis Philoſophus, natione Siculus, nominis Chriſtiani acerrimus perſequutor & hoſtis, à porphyrione aue immunda, & in lege eam ob rem edi prohibita, eo quod ſerpentes comedat, dicitur. Hic Origenis fuit condiſcipulus apud Plotinum magiſtrum, & vſque ad tempora Probi Imperatoris vixit: cumque adoleſcentulus admodum (vt ipſe in tertio eorum quos contra Chriſtianos ſcripſit, librorum refert) in Origenem Alexandriæ docentem, magnaque tum gloria virum, inciderit, hinc ſatis colligere licet, illum circa Alexandri Seueri Imperatoris, & Vrbani huius nominis primi Romani Pontificis tempora emerſiſſe, circiter annum Domini 225. Quo tempore etiamnum, vt refert Oroſius libr. 7. cap. 17. ingens Chriſtianorum

Digitized by Google

norum perſecutio Alexandriæ incidit:adeo vt multi tormentorum terrore & metu,à fide ad paganiſmum deficerent:alii contra religionem Chriſtianam ſcriberẽt, & eam velut impiam deteſtarentur.

Hic porro quum horum vnus,qui idipſum agerent, eſſet,(authore Nicephoro,lib.5.cap 1?.)plurimum ſtudii ad id contulit, vt in Chriſtianos inueheretur, & literas diuinas perinde atque nihil eſſent, reprehenderet & aboleret. Et mentionem inferens eorum qui in eis elaborarunt, earumque ſecretiorem ſenſum expoſuerunt, quum nihil argumenti ex verborum inopia haberet,quod contra noſtra dogmata criminando afferret,ad conuitia ſe conuertens, & enarratores eorum carpens,& inter eos Origenem,quẽ in tenera ætate viderat,proſcindere conatur. Quid enim ille, more ſycophantæ non comminiſceretur, qui contra Chriſtianos ita eſt debacchatus?

Quomodo Chriſtum abiurarit, & in Chriſtianiſmum ſit inuectus,idem refert Nicephorus lib. 10.cap.33.in hæc verba: A quibuſdam,inquit,Chriſtianis Cæſareæ verberatus ille,quod iniuriam eam non bene ferret, veluti atra bile percitus,Chriſtianiſmum quidem abiurauit: eorum autem,qui plagis illum affecerant,odio,ad Chriſtum& Chriſtianorum ſcripturas impie conuitiis proſcindendas eſt progreſſus, quemadmodum Euſebius Pamphili inquit, qui eius aduerſus nos compoſitos libros optime refutauit. Quod idem feciſſe tradit ipſe Nicephorus Iulianum apoſtatam, & eum per omnia idem præſtitiſſe contra pietatem Chriſtianam. Is nempe(inquit)per arrogantiam ingentem,propter ſimpliciores,impetu furioſo contra Chriſtianos concepto, eodem modo ad Porphyrii rabiem declinauit. Itaque ambo deteſtandi: quippe qui prudentes atque ſcientes, impietatem complexi ſint, & voluntarii propterea, conſultoque admiſſi peccati ſupplicium pendant.Id porro eos feciſſe,contra Libanium Iuliani præceptorem & laudatorem diſputans, & noſtros libros redarguere & refellere vi dicendi,commemorat: verum imbe-

cillitate potius ingenii, & defectu veritatis, vt homines faceti & ſcommatibus libenter ludentes, quæ probe fundata ſunt, conuellere & traducere ſunt conati. Nam cum noſtris hoc pugnæ genere congreſſi, quædam in ſacris libris contenta adulterantes atque deprauantes, quædam de ſuo adiicientes, modiſque omnibus in re & ſententia quaq; veritatem ſupprimentes, mentiuntur & fallunt: atque odio & inimicitiis infeſti, nõ facere ſolum, ſed etiam dicere hoſtiliter ſtudent, ac quæcunque ſibi inſunt mala, inimico ea ſuo imponere contendunt.

Sedenim quod ambo, Iulianus inquam & Porphyrius, quem Tyrium ſenem vocat Libanius, ſcommatum conſectatores fuerint, id ex libris eorum aperte oſtenditur. In Philoſophica enim, quam ita Porphyrius inſcripſit, hiſtoria, mirum eſt quantopere vitam philoſophorum coryphæi Socratis cauillando taxet, tot in eum confictis ſycophantiis, quot neque Anytus, neque Melitus, qui illum, quod res nouas cõtra leges veteres induceret, accuſarunt, vnquam excogitarunt. Atque id quidem in Socratẽ, quem propter temperantiam, iuſtitiam, & reliquas virtutes, non ſolum Plato & Xenophon, verum etiam reliquus philoſophorum cœtus præcipue miratus, vt diis charum, & ſupra hominis captum ſapientem, commendarunt, ille fecit.

Transgreſſor vero patrem æmulatus, idem eis fecit, quibus ſucceſſit, Imperatoribus. Omnes namque reprehẽdit, & ne Marco quidem Philoſopho pepercit. Adeo ſane in Conſtantinum Magnum & Conſtantium filium eius eſt inuectus, vt facile exiſtimare liceat, non aliam ob cauſſam illum ſcribendi laborem ſumpſiſſe, quam vt iſtos proſcinderet: vtpote viros Dei amantes, & qui fortitudine, virtutibus aliis, & vera philoſophia, laudem magnam conſecuti eſſent. Verum ambos hos conuitiatores fuiſſe, ampliore probatione mihi opus non eſt. Sufficiunt enim iſta, ad certam maleuolentis animi illorum declarationem.

Porro quod etiam ante iſtos permulti doctrinæ noſtræ

Digitized by Google

ſtræ veritatem vi oppugnare aggreſſi ſunt, è diuinis oraculis quædam peruertentes, quædam autem ad ſenſum ſuum detorquentes, non pauci oſtenderunt, qui cum illis congreſſi, cauillationes eorum confutatas in publica monumenta retulerunt. In primis vero doctiſſimus Origenes: qui longo ante Iulianum tempore & Porphyrii apud Plotinum magiſtrum condiſcipulus fuit, quæcunque in ſacris literis turbas ciere, aut lectores earũ perturbare viſa ſunt, probe diſtinxit: ſubiectiſque contrariis argumentis & locis quibuſque, ita vt debuit, declaratis, eorum qui eas male & imperite acciperent, nugas longas & ſophiſticas aggreſſiones refellit. Indicant hoc, quæ is ad Marcellum Galatam compoſuit, & quæ ad Porphyrium, quem diximus, luculenter reſcripſit, libellis de rebus eiuſcemodi editis, quibus propter copiam verborum veritatis effecit, vt illi quod contradicerent, non haberent. Quos libros ſi non ita curſim Iulianus legiſſet, nunquam ad cauillationes & blaſphemias ſcribendas contra doctrinam pietatis, vti iam diximus, delapſus fuiſſet. Hæc Nicephorus.

Tanto autem Porphyrii amore tenebatur Libanius ſophiſta, Iuliani encomiaſtes & præceptor, vt in numerum ſuorum fœdiſſimorum Deorum eum referre non ſuppuduerit. Propitius enim, inquit, ſit ſenex Tyrius, quod videlicet Imperatoris ſcripta illius libris præferat. Hæc ſic retuli propter horum trium, Porphyrii nimirum, Iuliani apoſtatæ, & Libanii ſophiſtæ contumelias, quas in noſtram euomuerunt religionem. De hoc vide plura in Ammonio Alexandrino & Iuliano Apoſtata. Lege etiam librum 4. Euſebii de Præparatione Euangel c. Item Ruffinum Aquilegienſem lib. 2. ad Apronianum, qui contra eum ſcripſerunt.

POSTELLANI.

POſtellani à Wilhelmo Poſtello Barentonio ducunt originem.

Hic (authore Lindano Dubitantii ſui dial. 2.) diſcipli-

narum linguarumque prope omnium exoticarum ad miraculum vſque doctiſſimus, inanes ex Rabinorum & Thalmudiſtarum ſomniis inuenit nenias, quas adeo tetras & abominandas cenſet P. Palladius vt piis eas reuelare indignum ſit. anno Do. 1550. de Trinitate mundi, corporis, & animarum, de Veneta virgine, de Chriſto intoxicato, de matrice mundi, infanda in orbem euomuit.

2 Hic clauem abſconditorum à ſeculo ſcripſit, vbi ſe profitetur declaraturum, quæ nec Apoſtoli, nec ipſa, inquit, eccleſia potuit ad hanc diem portare.

3 In Eliæ Pandochæo vniuerſas omnis generis hominũ ſectas per Chriſtum ſomniat ſaluandas.

4 Scripſit & de natiuitate Mediatoris vltima nunc futura: cuius operis authorē diſerte in titulo libri ſcribit Spiritum Chriſti. Imo in fine præfationis ait, hæc ſcripta non eſſe ſua, ſed Chriſti, inquit, ſenſibiliter in nobis ſuum Euangelium exponentis.

5 Iactat quoque angelum Raziel varia ſibi myſteria reuelaſſe. Ita phanaticos dementat angelus ille ſeſe in Apoſtolum Chriſti mendaciter transformãs. Huius præcurſorem fuiſſe Svuenckfeldium ait Petrus Palladius Catalogo hæreſeon. Hæc Lindanus.

PRAXEAS.

PRaxeas Aſiaticus, authore Philaſtrio, plures negabat perſonas in Trinitate, ſed eundem patrem & creaſſe omnia, & in cruce pependiſſe aſſerebat, quod (vt dicebat) communicata pluribus monarchia authoritatem principatus minuat. Huius argumentis reſpondit Tertullianus, cuius in Praxeam liber extat.

Ab hoc Praxeani dicuntur hæretici, quos D. Auguſtinus lib. de hæreſib. ait vocari à pleriſq; Sabellianos, eadem nimirũ ſentientes cum Sabellianis & Hermogenianis. Nõ enim tantum iſtæ plures ſectæ ſunt, vt idem ait Auguſtinus, ſed & vnius ſectæ plura nomina ex his qui in ea maxime viguerunt. Emerſerunt autem Galieni Cæſaris & Stephani

Digitized by Google

Stephani huius nominis primi Papæ temporibus, circa annum Domini 260. De his vide plura in Hermogenianis, Patropaſſianis, & Sabellianis.

PRÆDESTINATI.

PRædeſtinati hęretici à ſua doctrina nomen ſortiuntur, teſte Sigeberto monacho in ſuis Chronicis. Nam quis eorum dux & inſtitutor fuerit, neſcitur, nec refert ipſe Sigebertus; tantum ait eos ideo Prædeſtinatos appellari, quod de prædeſtinatione & diuina gratia diſputantes, aſſerebant pie viuentibus non prodeſſe bonorum operum laborem, ſi à Deo ad mortem ordinati fuiſſent: & impiis & peccatoribus non obeſſe quæcunque ſcelera & flagitia ab illis commiſſa, ſi Deus illos ad vitam æternam prædeſtinaſſet. Quæ aſſertio & bonos à bonis operibus agendis auocabat, & malos ad mala prouocabat.

Exortos autem ait idem Sigebertus ſub Honorio Imperatore, & Innocentio primo huius nominis ſummo Romanorum Pontifice, circa annum Domini 414. De hac hæreſi, & eius immigratione his extremis temporibus vide alibi.

PRÆMONSTRATENSIS Apoſtata.

PRæmonſtratenſis Apoſtata: de quo Lindanus Dubitantii ſui dialogo 2. ſcribit in hunc modum: Antichriſtiani denique varii ſunt. Quidam enim Chriſtum aiunt, quod in cruce (vti blaſphemant) deſperarit, damnatum: vti ille Præmonſtratenſis Apoſtata, qui hoc apud mortales iam nunc ob atrociſſimã in Chriſtum Dei filium blaſphemiam, meruit præmii, vt ſua cum impietate adeo ſit hominibus execrabilis, vt ne nomen quidem ſupereſſe voluerint. Nuſquam enim me legere memini. Hæc Lindanus.

Item Hoſius lib. 1. de hæreſibus noſtri temporis, de eo ita loquitur: Apoſtata ille Præmonſtratenſis docuit, non eſſe infernum, neq; deſcendiſſe Chriſtum ad inferos: ſanctos Patriarchas & Prophetas in inferno non fuiſſe, quin

Chriſtum etiam ipſum, quoniam, cum diceret, Deus Deus meus, quare me dereliquiſti: deſperare viſus eſt, hoc nomine condemnatū eſſe. Potuitne dici magis blaſphemum aliquid. Hæc Hoſius.

PRISCA.

PRiſca (alio nomine Priſcilla appellata) & Maximilla Montani hæretici prophetiſſæ extiterunt, ſub Commodi Cæſaris Imperio, & Sotheri ſummi Romanorum præſulis Pontificatu, circa annum Domini 181. quemadmodum ſupra in Maximilla & Montano diximus. Sicut enim veræ, ita & falſæ prophetiſſæ quondam fuerunt. Has falſas Hebræi dixerunt maleficis artibus eruditas per necromantiam & Phytonicum ſpiritum diuinare, qualis fuit ea, de qua ſupra diximus, quæ viſa eſt Samuelis animam ſuſcitare, vt D. ait Hieronymus ſuper 13. caput Ezechielis, addens & illud: Priſca & Maximilla vaticinio mendacii fidem ſubuerterunt veritatis. Hæ ſiquidem Montani ludibria ſecutæ, quum eſſent opulentæ ac nobiles fœminæ, & propheticum ſpiritum ſe habere mentirentur, multas eccleſias primum auro, deinde nefandis dogmatibus corruperunt. Scribunt veteres has mulieres cum præceptore ſuo Montano, ſuſpendio interiſſe.

Has ipſe Montanus ex Spiritus paracleti inſpiratione factas iactabat. De qua re qui plura noſſe cupit, legat lib. 5. eccleſ. hiſt. Euſebii, à cap. 15. vſque ad 19. Vide etiam ſupra in Maximilla & Montano: item infra in Tertulliano.

PRISCILLIANVS ABILÆ CIVITATIS Hiſpaniæ Epiſcopus.

PRiſcilianus, à quo Priſcillianiſtæ hæretici, Hiſpanus fuit natione, & Abilæ notiſſimæ ciuitatis in vlteriore Hiſpania ſitæ Epiſcopus, & qui (vt teſtatur Sigebertus monachus in ſuis Chronicis) condens hæreſim ſui nominis, eccleſiam perturbauit, Valentiniani huius nominis ſecundi Cæſaris, & Siricii Romani Pontificis temporibus, circa annum Domini 388.

Hic,

Hic, authore Iſidoro, ex errore Gnoſticorum & Manichæorum permixtum dogma compoſuit: &, vt dicit Leo Papa in epiſtola ad Aſtoricenſem epiſcopum, & B. Auguſtinus in libr. de hæreſibus ad Quoduultdeum cap. 70 ex omnium hæreticorum ſentina hæreſes hauſit.

1 Dicit ergo inprimis cum Origene, animas ante infuſionem corporis peccaſſe, & in pœnam peccati, in corpora tanquam in carcerem fuiſſe incluſas.

2 Carnium eſcas pro immundis habebat cum Tatianis & Encratitis.

3 Cum Gnoſticis & Manichæis duos ponebat deos: vnum bonum, qui nihil harum rerum creatit: alterum malum, à quo omnes creaturas proceſſiſſe dicebat. Hūc enim mundum a maligno principe factum eſſe adſtruebat, atq; ab eo principe per diuerſa carnis corpora ſeminari.

4 Negat cum Noeto & Sabellio in diuinis perſonarum numerum, Trinitatis perſonas confundens, cum tamen diuerſis appellarentur nominibus, indeque adeo eundem eſſe patrem, quem filium & Spiritum ſanctum. Ex quo fonte corrupto hunc etiam vitiatum riuulum deducebat, patrem videlicet eſſe paſſum, quemadmodum & filium. Quod fateri fuit illi neceſſariū, cum diceret, patrem & filiū vnam eandemque eſſe perſonam. A qua ſane doctrina nomē ſortiti qui hanc ſecuti fuere opinionem, Patropaſſiani ſunt appellati. Quam hæreſim hinc ortam Euſebius Cæſareenſis lib. 10. hiſt. eccleſ. cap. 29. aſſerit, quod illi diſtinguere inter eſſentiam & perſonam neſcirent, vel (vt verbis Euſebii vtar) inter ſubſtantiam & ſubſiſtentem, cum tamenlatum ſit inter illa diſcrimen: quod vide ſupra in Patropaſſianis perſpicue explicatum.

5 Docet cum Manichæis, diabolum ex ſua natura malum eſſe, nec bonum fieri poſſe.

6 Dicebat cum Bardeſane, homines eſſe fatalib. ſtellis alligatos, & ipſum corpus noſtrū iuxta duodecim ſigna cæli eſſe compoſitum, in capite Arietem conſtituens, Taurum in ceruice, Geminos in humeris, Cancrum in pectore, &

hoc pacto reliqua ſigna per cæteras corporis partes diſtribuit vſque ad plantas, quas Piſcibus tribuit, quod hoc poſtremum eſſe ſignum doceant Aſtrologi. Quæ ſane doctrina facile conuincitur hæreſeos: quoniam aperte tollit liberum hominis arbitrium, adeo quidem, vt nullam prorſus in eligendo habeat libertatem Nam ſi in eligendo liber eſt homo, ita vt res aliter agere poſſit, quam agit, conſequens eſt, vt ille non ſit fatalibus aſtris alligatus. At ſi ex aſtrorum virtute pendet omne, quod acturus eſt homo, & non ex ſua electione, hic colligere licet, liberum non eſſe hominis arbitrium. Præterea, ſi fato omnia reguntur in homine, non erit quod in eo laudemus aut vituperemus. In his enim, quæ à natura inſunt, nec laudamur, nec vituperamur. Propterea in concilio Braccarenſi cap. 9. decretorum, ſic ab eccleſia ſuper hac re definitum eſt: Si quis animas & corpora humana fatali ſigno credit adſtringi, ſicut Pagani & Priſcillianus dixerunt, anathema ſit. Et cap. 10. iterum ait: Si qui duodecim ſigna, id eſt, ſigna quæ mathematici obſeruare ſolent, per ſingula animæ vel corporis diſſipata credunt, & nominibus patriarcharum aſſcripta dicunt, ſicut Priſcillianus dixit, anathema ſit. Hæc cõcilium Braccarenſe. Leo quoque Papa huius nominis primus, epiſt. 71. ad Aſtoricenſem epiſcopum, in qua Priſcillianiſtarum errores damnat, ſic ait: Vndecima ipſorum blaſphemia eſt, qua fatalibus ſtellis & animas hominum, & corpora opinantur adſtringi: per quam amentiam neceſſe eſt, vt omnibus Paganorum erroribus implicati, & fauentia ſibi (vt putant) ſidera colere, & aduerſaria ſtudeant mitigare. Verum iſta ſectantibus nullus in eccleſia catholica locus eſt: quoniam qui ſe talibus perſuaſionibus dedit, à Chriſti corpore totus abſceſſit. Hæc Leo Papa, vir alioqui & doctus & pius.

7 Sic autem (teſte Auguſt. lib. de hæreſib.) admittebat iuramentum, vt etiam periurium licere diceret. Priſcillianiſtæ, inquit ibidem Auguſtinus, docebant diſcipulos ſuos, vt iuramento interrogati & requiſiti, nihil vnquam reuelarent

larent

Digitized by Google

larent de illorum doctrina, & ad illius doctrinæ occultationem dicebant eſſe licitum periurium. Quapropter hanc ſemper in ore verſabant ſententiam:

Iura, periura, ſecretum prodere noli.

8 Idem refert Auguſtinus, quod Priſcillianiſtæ coniugia ſeparauerint: & quibus hoc perſuadere poterant, fœminas à nolentibus viris & viros à nolentibus fœminis diſiungebant. Quare vero hoc fecerint, an quia nuptias damnarent, aut forte quod putarent nuptiarum fœdera ſemel iuncta, poſſe ad alterius coniugis arbitrium reſcindi, non exprimit Auguſtinus. Quos tamen hæreticos ſpiritu prophetico præuidens Apoſtolus, de eis ſic ait 1. ad Tim. epiſt. Spiritus autem, inquit, quia in nouiſſimis temporibus diſcedent quidam à fide, attendentes ſpiritibus erroris & doctrinis dæmonſorum, in hypocriſi loquentium mendaciam, & cauteriatam habentium ſuam conſcientiam, prohibentium nubere, & abſtinere à carnibus, quas Deus creauit ad percipiendum fidelibus.

9 Dicebat etiam Priſcillianus cum Montano, Prophetas fuiſſe arreptitios, neque ea intellexiſſe, quæ loquebantur.

10 Nec natalem Domini ſecundum carnem, nec diem reſurrectionis illius pie veneratur, quemadmodum dicit Leo Papa, propterea quod Chriſtum verum fuiſſe hominem cum Manichæis non credebat.

Super quibus auditis in conciliis epiſcoporum, (vt author eſt Sigebertus) Romam petit, ibique à ſanctis Damaſo & Ambroſio, repudiatus eſt. In Galliis quoque in ſynodo Burdegalenſi, à S. Martino, aliiſque epiſcopis, hæreticus iudicatus. Vbi vero ſe damnatum intellexit, Imperatorem Maximum appellat: à quo auditus, & epiſcopatu pulſus, Treueris ab Euodio præfecto perimitur cum multis aliis ſuis ſequacibus, edicente Imperatore, vt huius ſectæ complices in Hiſpania perimerentur. Damnatæ ſunt autem eius hæreſes in Braccarenſi concilio, & in prima Synodo Toletana, authoritate Leonis huius nominis primi

Romani antiſtitis. De hoc vide in Noeto, Manichæo, & Gnoſticis: in Simone Mago quoq; ex Vincẽtio Lirinenſi.

PROCLIANITÆ.

PRoclianitæ (qui & Prodianitæ ſeu Hermionitæ à Philaſtrio appellãtur) ſunt natione Galatæ, Seleuci & Hermiæ hæreticorum diſcipuli, qui emerſerunt Valentis Imperatoris & Damaſi ſummi Pontificis temporibus, circa annum Domini 182.

1 Hi, teſte Auguſtino & Philaſtrio, Chriſtum aſſerunt non veniſſe in carne, illum negantes de virgine natum.

2 Nullum dicunt futurum iudicium, hac puto occaſione, (ſatana ad id eos impellente) quod minus propter ſuũ vitium pœnam infligendam arbitrarentur & crederent.

3 [illegible]nis etiam reſurrectionem eſſe futuram negant.

4 Addunt præterea & ſequuntur alios diuerſos errores, præter eos quos à Seleuco & Hermia eorum, hoc eſt, Maſſalianorum ducibus, didicerunt: vt eſt illud, quod ab Ezechiele Propheta ſcriptum eſt de quatuor animalibus, quæ quatuor Euangeliſtas præ ſe ferunt. Proclianitæ tamen aſſerunt, teſte Philaſtrio, per leonem, regem paſtorum (quem fingunt) ſignificari: per vitulum, regem Ægyptiorum: per aquilam, regem Romanorum: per hominem vero piiſſimorũ denotari ſimilitudinem arbitrantur.

Hi potiſſimum Sapientiæ libro vtuntur Sirach illius, qui longa poſt tempora à Salomone, illum conſcripſit, vt loquuntur.

Commorantur autem (vt idem ait Philaſtrius) in Idcis Galatiæ, vbi quidem plurimos, vt vulpes latitantes deprædantur, ſicut (inquit) Salomon teſtatus eſt, dicens, Prendite nobis vulpes minimas, exterminantes vineam Domini ſaluatoris. Hæc Philaſtrius. De his vide plura in Hermia, Seleuco, & Maſſalianis.

PROCOPIVS.

PRocopius Thaboritarum in Bohemia hæreticorum dux fuit, & Ioannis Rockeſanæ cognomento Raſi, defenſor

Digitized by Google

fenſor atque protector acerrimus, Bo ...ique ad concilium Baſileenſe legatus, in ſpiritualibus Thaboritarum rector & patronus, Sigiſmundi Imperatoris Germani, & Ioannis XXIII. Papæ temporibus, circa annum Domini 1411. Cumque is multis victoriis & magnis ſceleribus nobilitatus eſſet, euenit tandem vt eam ob cauſam de eo fama increbreſceret, atque diuulgaretur, in omniumque ore, vt vir omnium impietate inſignis, haberetur: Adeo quidem, vt cum Bohemorum legatus Baſileam intraret, in eum cuncti defigerent lumina, velut in illum, qui toties fidelium fudiſſet exercitum, qui tot oppida ſubruiſſet, qui tot denique hominum millia neci dediſſet.

Hic tandem cum à concilio recedere ſtatuiſſet, infecta re pro qua cum ſuis Bohemis illuc venerat, in omnium patrum præſentia pro eiſdem Bohemis ibidem exiſtentibus, contumaciter & ſuperbe locutus eſt in hunc modũ: Communionem calicis habere & tenere pro laicis intendimus, &c. Hæc Æneas Syluius in libro de origine Bohemorum. De hoc vide in Ioanne Rockeſana, Orphanis & Thaboritis.

PROCVLVS.

PRoculus, qui & Proclus, Montani & Cataphrygum ſectator, eorumque doctrinæ vehementiſſimus aſſertor atque protector fuit Septimii Seueri Imperatoris, & Zephyrini ſummi Romanorum Pontificis temporibus, circa annum Domini 207. Contra hunc, eodem Romano Pontifice præſente, Caius vir diſertiſſimus diſputauit, & eum euicit, quemadmodum refert Euſebius Cæſareenſis eccleſiaſt. hiſt. lib. 6. cap. 18.

De eo Nicephorus lib. 4. c. 20. ita ait: Montano, inquit, tanquam inexpugnabile propugnaculum Deus obiecit Hierapolitanæ eccleſiæ antiſtitem Apollinarẽ, virum eximium. Aduerſus hunc quoq; ſcripſerunt Miltiades, Apollonius, Serapion Antiochenæ eccleſiæ Epiſcopus, & alii complures: ſicuti & contra Proclũ, eiuſdem hæreſeos an-

teſign... ...us, qui plurima certe & pulcherrima edidit ſcripta. De Cataphrygum hæreſi, vide in Cataphrygis & Montano.

PSALLIANI.

PSalliani ſunt ii, quos ſupra Enthuſiaſtas, Euchitas, ſiue Maſſalianes nominauimus, qui emerſerunt Iouiniani Imperatoris & Liberii Papæ temporibus circa annũ Domini 367. Ab orando autem ex lingua Syriaca deducto vocabulo, Pſalliani appellantur, quaſi ſedulo atque continue orantes. Tantum enim orant (vt Epiphanius hæreſi 18. & Auguſt. hæreſi 57. teſtantur) vt his, qui de illis hoc audiunt, incredibile videatur, vtpote qui nulla ab orando intermittant tempora: adeo quidem, vt hinc iudicentur inter hæreticos nominandi. Quamuis eos nonnulli dicant de purgatione animarum, neſcio quam fantaſticam & ridiculam fabulam narrare: porcam videlicet cum porcellis ſuis videri exire de ore hominis, quando pingitur, & in eum viſibili ſimiliter ſpecie ignem qui non comburat, intrare. His adiungit Epiphanius, Euphemios, Martyrianos, & Satanianos, ex quibus omnibus vnam conflat atque conſtituit hæreſim.

De hac hæreſi vide fuſius in Enthuſiaſtis, Euchitis, & Maſſalianis.

PSEVDOAPOSTOLI.

PSeudoapoſtoli ſunt ii, qui præceptorem ſatanam ſequuti, fuco pietatis, impietatis venenum inſerunt: Chriſtumque authorem prætexunt, cum ſatanæ rem agant: vel quum more diaboli ſpeciem ſumunt bonorum & lucidorum angelorum, vt decipiant: vel cum tenebras ſuas ſuis coloribus ſic ornant, vt à luce diſtare nihil videantur. De quibus D. Paulus 2. ad Cor. cap. 11. loquitur in hunc modum: Eſt veritas Chriſti in me, quoniam hæc gloriatio (nimirum vt in omnibus ſine onere me vobis ſeruem) non infringetur in me in regionibus Achaiæ. Quod ſane eo facio & faciam, vt amputem occaſionem eorum, qui volunt occaſionem: vt in quo gloriantur, inueniãtur ſicut & nos.

Nam

am eiuſmodi Pſeudoapoſtoli ſunt operarii ſubdoli, trãſfigurantes ſe in Apoſtolos Chriſti. Et non mirũ: ipſe enim Satanas transfigurat ſe in Angelum lucis. Non eſt ergo magnum, ſi miniſtri eius transfigurentur, velut miniſtri iuſtitiæ, quorum finis erit ſecundum opera ipſorum. Et rurſus ſuam in prædicando Chriſto fidem commendans, & eorundem Pſeudoapoſtolorum, ſua ſolum cum deceptione auditorum quærentium, perfidiam & fallaciam perſtringens, ita ſuos Theſſalonicenſes alloquitur: Exhortatio, inquit, noſtra, non de errore, neque de immunditia, neque in dolo: ſed ſicut probati ſumus à Deo, vt crederetur nobis Euangelium, ita loquimur: non quaſi hominibus placentes, ſed Deo, qui probat corda noſtra. Neque enim aliquando fuimus in ſermone adulationis, ſicut ſcitis: neque in occaſione auaritiæ: Deus teſtis eſt: nec quærentes ab hominibus gloriam, neque à vobis, neque ab aliis, &c. Hæc B. Paulus. Vbi quidem ille Pſeudoapoſtolorum morem ad viuum depingit, eorumq; doctrinam impoſtura & errore plenam, cum eam velut impuram, ſordidam, maleficam, abominandam, & ad imponendum ſimplicibus accommodam, immunditiam appellat.

Exorti ſunt autem hi Pſeudoapoſtoli cum eorum duce Gerardo Sagarello de Parma, qui in eo errore deprehenſus, indeque adeo damnatus, combuſtus fuit ſub Adolfo Cæſare Germano, & Bonifacio huius nominis octauo Romanorum Pontifice, circa annum Domini 1296. Eorum hæreſes huiuſcemodi fuere.

1 Primo aſſerebant, Apoſtolos nec habuiſſe nec recepiſſe pecuniam, nec aliquid in craſtinum ſeruaſſe: quinimmo docebant, nihil horum Apoſtolis licuiſſe, nec eadem ratione illorum ſucceſſoribus vllo pacto licere. Quapropter ſpem ſalutis adimebant omnibus pecuniam recipientibus, aut aliquid in craſtinum ſeruantibus. Ad quod aſſerendum ex eo mouebantur, quod Chriſtus Apoſtolis dixit: Nolite poſſidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis veſtris. Et iterum: Nolite ſoliciti eſſe in

craſtinum. Et alia huiuſmodi, quæ dominum dixiſſe Apostolis ſuis Euangeliſtæ referunt. De his itaque dici pote illud, quod in Ioannis Apocalypſi ab Angelo Epheſinæ ecclesiæ dicitur: Non potes ſuſtinere malos, & tentaſti eos, qui ſe dicunt Apoſtolos eſſe, & non ſunt; & inueniſti eos mendaces. Iſti nempe ſe vitam agere Apoſtolicam inde mentiebantur, quod ſe pecuniam non recipere, nec aliquid in craſtinum ſeruare inſtar Apoſtolorum iactitarent.

2 Indeque decimas dari non debere Romanæ eccleſiæ ſacerdotibus, quod nō eſſent pauperes ſicut Apoſtoli, contendebant.

3 Docebant etiam, neminem ſubiici debere cuiquam niſi ſoli Chriſto, quemadmodum Apoſtoli ſoli Chriſto ſubiecti fuere.

4 Dicebant rurſus, Chriſtianis eſſe interdictum iuramentum, ſic, vt nuſquam iurare liceat.

5 Dicebant non eſſe obediendum Romano Pontifici, aut aliis eccleſiæ prælatis.

6 Papam quoque neminem abſoluere poſſe, niſi ea eſſet præditus ſanctimonia, qua B. Petrus polluit.

7 Item eccleſiam conſecratam non plus ad orandum valere, quam porcorum ſtabulum. Quę blaſphemia quam ſit execranda, pii homines viderint.

8 Aſſeuerabant denique, opera illa quæ ſine voto fiūt, eſſe ad maius præmium deſtinata, quam quæ ex voti neceſſitate fiunt.

PTOLEMÆVS.

PTolemæus Valentini hæreticæ prauitatis & perfidiæ ſucceſſor fuit, qui vanam quandam ac perniciosam doctrinam eructans, & nouam numerorum fallaciam prædicans, multorum animas ignorantium (teſte Philaſtrio) captiuauit, ſub Marco Antonino Imperatore, & Higino maximo Romanorum Pontifice, circa annum Dom. 150.

Hic, authore Auguſtino & Philaſtrio, nouum quid volens commenti falſi decernere, quam Valētinus doctor eius

eius eſt ementitus, docuit eſſe quatuor Æonas; id eſt, ſecula, & alios item quatuor, qui ſunt octo, cum Valentinus triginta eſſe prius dixiſſet. De qua re vide plura in Valentino.

PVBLICANI.

PVblicani quidam hęretici in Francia exorti ſunt ſub Philippo huius nominis tertio Francorum rege, & Gregorio decimo Romanorum Pontifice, imperante Rudolfo Cæſare Germano, circa annum Domini 1274.

1 Hi paruulos non baptizandos dicebant, donec intelligibilem & rationis capacem ætatem attigiſſent.

2 Dicebant etiam non eſſe orandum pro mortuis.

3 Nec expetenda Sanctorum iam in cælis regnantium ſuffragia.

PVTEORITÆ.

PVteoritæ, authore Philaſtrio, erant olim hæretici, vel potius Idololatræ apud Iudæos, qui puteos colebãt, eos in altum fodientes, indeque aquam haurientes, quam ſalutarem appellabant, in ea quippiam ſalutis ſperantes, cum contra de eis conqueratur Dominus per prophetam, eos admonendo in hæc verba: Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt ſibi lacus detritos, qui non poſſunt capere aquam ſalutarem. Quod ergo ante dixerat per prophetam, Chriſtus in ſua diuina complebat præſentia cum diceret: Omnis qui ex hac aqua terreſtri biberit, rurſum ſitiet: de aqua autem quam ei dabo, ſi biberit, non ſitiet in æternum, ſed fiet ei fons ſaliens in vitam æternam. Vbi quidem innuebat ille, gratiam baptiſmatis ab eo cõcedendam, quæ hominem prorſus à peccatorum maculis ablueret ac purificaret. Hæc ex Philaſtrio.

LIBER DECIMVS-QVINTVS.

QVADRISACRAMENTALES.

QVadriſacramentales, ſunt qui teſte Staphylo, recipiunt quatuor tantum Sacramenta, Baptiſmum, Cœnam Domini, Abſolutionem, & Sacerdotium.

QVATVORDECIMANI.

QVatuordecimani ſunt ii, quos alias Paſchatitas, ſeu Teſſaresdecatitas nuncupauimus, id eſt, qui cum Iudæis, & non Dominico die, ſicut ab eccleſia decretum eſt, myſterium Paſchæ peragunt, & alia quædam ex illegitimis & ab eccleſia reiectis libris decerpta ſeruant, & nominibus quorundam magnorum Apoſtolorum ea in re abutuntur. Hi porro inter alios fuere Sabbatiani, Nouatiani, & Montaniſtæ, vt ſuis locis videre licet. Quorum diſſidium & cõtentionem admirans Nicephorus cum Socrate, lib. 12. eccleſiaſt. hiſt. cap. 32. de his ita loquitur:

Mihi, inquit, non recte feciſſe videntur, qui olim de feſto hoc die tantopere diſſidentes contenderunt: multo vero minus, qui hac in parte Iudæos ſibi imitandos eſſe ſtatuerunt. Sed illis, vt opinor, in mentem non venit, quod Iudaiſmo in Chriſtianiſmum mutato, ex neceſſitate quadam figuræ rei ipſi ceſſerint: ſicuti hoc inde ſatis conſtabit. Nulla namque Chriſti lex Chriſtianis, vt Iudaizent, præcipit. Præcipit autem? Immo potius id prohibet, quemadmodum diſertis verbis diuinus Apoſtolus ſanxit, non ſolum de circunciſione, quæ legis eſt caput, vetans, verum etiam de diebus feſtis cohortans, vt nequaquam diſceptãtes ſegregemur. Et ad Galatas ſcribens: Dicite mihi, inquit,

quit, qui ſub lege eſſe vultis, legem non audiſtis? Atque vbi de hoc pauca diſſeruit, deinde oſtendit, Iudæorum populum ſeruum eſſe; libertatem autem eos obtinere, qui Chriſtum ſequuntur. Vbi etiam admonet, non obſeruandos eſſe dies & annos. In epiſtola autem ad Coloſſenſes clara prædicat voce, vmbram eſſe obſeruationes eiuſmodi. Quapropter infert, dicens: Nemo vos iudicet in cibo, aut in potu, aut in parte diei feſti, aut neomeniæ, aut Sabbati, quæ ſunt vmbra futurorum. Ad Hebræos autem hæc omnia veluti ſigillo confirmans, dicit: Translato enim ſacerdotio neceſſario etiam legis translatio ſubſequuta eſt. Satis igitur liquet, neque ſacrum Euangeliorum librum, neque diuum ipſum Apoſtolum, Chriſtianis iugum ſeruitutis legis impoſuiſſe: ſed vt & Paſcha & reliquos feſtos dies honorifice, quandocunq; eis viſum eſſet, peragant, animi gratitudini eorum qui beneficio ſunt affecti, reliquiſſe.

Proinde quia homines maxime ferias amant, à laboribus in eis conquieſcentes, tum ſicuti cuique viſum erat, in regionibus paſſim, conſuetudine quadam per traditionem accepta adducti, ſalutiferæ paſſionis memoriam colentes celebrarunt. Neque enim vel Saluator ipſe, vel eius diſcipuli, lege vlla id obſeruandum eſſe ſtatuerunt; ſed neque in eum qui hoc ita perageret, condemnationem, aut pœnam, aut execrationem, ſicuti Moyſis lex facere ſolita fuerat, vel Euangelica vel Apoſtolica ſcripta induxerunt, aut comminati ſunt. Diui vero Euangeliſtæ hiſtoria ſua ſcribenda Moſaici Paſchæ feſti obiter ſaltem mentionem fecere: Saluatorem ſcilicet azymorum tempore paſſum eſſe, quum celebre apud Iudæos ageretur feſtum: vt oſtenderent illi, feſtis potiſſimum diebus cædes eos perpetrare conſtituiſſe. Ipſis profecto ſanctis Apoſtolis conſilium illud propoſitum non fuit, vt ſibi de diebus feſtis iudicium ſumerent, aut de eis leges ferrent: ſed potius Deo gratam viam, virtutem, & veram erga Deum pietatem traderent atque inducerent. Mihi quidem videtur, quemadmodum alia plurima pleriſque in locis ſuam obtinuere con-

ſuetudinem, ita id quoque de Paſchæ feſto accidiſſe, quod ex more quondam apud gentes quæque ſuam habuit obſeruationem: vt ſatis manifeſtum ſit, neminem Apoſtolorum quidquam de feſto hoc die legis ſanctione conſtituiſſe.

Porro quod ab initio Paſcha moribus magis quam legibus obſeruatum ſit, re ipſa declarabimus. Qui nanque minorem Aſiam incoluere, plurimi ab Apoſtolorum temporibus ſabbato deſpecto, decimamquartam Lunæ diem obſeruarunt. Quod cum facerent, nequaquam ab aliis, qui hoc non itidem facerent, diſſidebant, quoad Victor vrbis Romanæ Epiſcopus, plurimũ commotus, literis Aſianos quartamdecimam diem colentes, damnauit atque excommunicauit. Quam ob cauſam è diuerſo Irenæus Lugdunenſis in Galliis Epiſcopus, ad Victorem literas dedit, quibus illum obiurgat: & facinus tam callidum reprehendit: perdocte exponens, quod quum antiquiores etiam communionem rerum omnium inter ſe in Chriſtianiſmo retinerent, & de Paſchæ feſti tempore variarent, nullum id putauerint eſſe præiudicium: Adiiciens præterea. Polycarpum Smyrnæ Epiſcopum, qui ſub Gordiano poſtea coronam martyrii recepit, Romam veniſſe, & cum Aniceto eius vrbis epiſcopo communicaſſe, nihil de feſto Paſchæ cum eo diſceptantem. Nam & ipſe Polycarpus patria quadam Smyrnenſium conſuetudine, decimaquarta die Paſcha celebrat: ſicuti Euſebius quoque Pamphili in quinto eccleſiaſticæ hiſtoriæ ſuæ libro teſtatur.

Conſtat igitur, ſicuti dixi, quoſdam in minore Aſia decimamquartam Lunæ diem obſeruaſſe. Alii vero, qui in ſuperioribus Orientis partibus habitant, ſabbatum feſto eo celebrando magis coluere. Cæterum de menſe eis maior fuit contentio. Quidam nanque Iudæos ſequi voluerunt, quum quidem iamdudum certiore obſeruatione illi excidiſſent. Aliis vero ab eo abhorrentibus, poſt æquinoctium vernum Paſcha agendũ potius viſum eſt: celebrandum id ſemper eſſe dicentibus, quum ſol in Ariete ſit, ſecundum

cundum Antiochenos Xantico, ſecundum Romanos autem Aprili menſe. Qui quidem non eos, qui tum delirabant, Iudæos, ſed antiquiſſimos, & magnum illum imprimis Ioſephum, ſicuti is hac de re in tertio Antiquitatum Iudaicarum libro refert, ſequuti ſunt. Ac illi quidem qui minorem Aſiam & ſuperiores Orientis partes tenent, ad hũc modum de feſto hoc die diſſenſerunt. Alii vero omnes qui Chriſtianiſmum ſuſceperunt, & Occidentales cuncti ad Oceanum vſque, poſt vernum æquinoctium Paſcha peragere inueniuntur, vetuſtiorem conſuetudinem ſequentes. Qui ſane vniuerſi ita feſtum Paſchæ celebrantes, nunquam inter ſe diſcordare viſi ſunt. Neque vero, (quemadmodum multorum ſermonibus fertur) magna illa ſub Conſtantino Niceæ celebrata Synodus, eiuſcemodi diei Paſchæ celebrandi errorem indixit: ſed ipſe potius diuus Conſtantinus, paucos illos qui à recepta obſeruatione diſſentiebant, literis ſuis cohortatus eſt, vt partem maiorem ſequerentur: & eam imitantes, eodem modo cum illa feſtum diem peragerent. Epiſtolam eam Imperatoris totam, in tertio libro eorum quos de vita Conſtantini Euſebius conſcripſit, inuenies.

Verumenimuero, Quatuordecimanos ferunt à Ioanne Apoſtolo decimæquartæ diei lunæ obſeruationem accepiſſe: Romanis autem & Occidentalibus partibus Petrum & Paulum Apoſtolorum maximos, eam, quæ ibi frequentatur, tradidiſſe conſuetudinem. Scriptum quidem hac de re decretum edere nemo poteſt. Sapienter vero Victor & Polycarpus extinxiſſe de die feſto contentionem videntur. Quandoquidem autem Occidentales epiſcopi traditionem Petri & Pauli minime dehoneſtandam duxerunt, & Aſiani quoque Ioannis Euangeliſtæ inſtitutum ſeruandum eſſe contenderunt, de communi conſilio placitum eſt vt quique, ſicuti aſſueuerant, feſtum diem agerent, mutuam autem communionem nequaquam reſcinderent. Stultum quippe quam maxime eſſe opinati ſunt, conſuetudinem eiuſcemodi variantium gratia,

à mutua coniunctione diſcedere, quum eis de rebus religionis præcipuis per concinentem concordiam conueniret.

Quod vero conſuetudinem potius, quam legem ſequuti veteres pleriſque in locis, vt quibuſque viſum erat: Paſcha celebrarint, inde facile colligitur. Non omnes etenim, quanuis eiuſdem opinionis eſſent, eaſdem traditiones in eccleſiis ſeruarunt. Et qui eandem colebant fidem, ſępe conſuetudinem obſeruatione inter ſe variarunt. Neq; id veræ pietati detrimento fuit. Hactenus Niceph. lib. 12. cap. 33. Lege eiuſdem libri cap. 34. notatu digniſſima, de variis variarum gentium & eccleſiarum conſuetudinibus, per quas tamen nullum catholicæ religioni vel offendiculum vel diſſidiū & diſcordia eſt creata. De Quatuordecimanis vide ſupra in Paſchatitis, & infra in Sabbatianis, & Teſſareſcædecatitis.

QVINTIANVS GAZÆORVM Epiſcopus.

QVintianus Arrianæ perfidiæ defenſor acerrimus, & in Aſclepæ Nicenæ fidei validiſſimi atque conſtantiſſimi aſſertoris, Gazæorum Pontificis (qui ab Arrianis Epiſcopatu & vrbe eam ob rem expulſus fuerat) locum ab eiſdem ſuffectus fuit, Conſtantii Imperatoris, & Iulii huius nominis primi maximi Romani antiſtitis temporibus, circa annum Domini 342.

De his ita ſcribit Nicephorus libro nono, capite octauo: Cum Athanaſius profugus Romæ ageret, Conſtante Conſtantini minimo natu filio toti Occidenti imperante, venit eo Conſtantinopolitanus quoque epiſcopus Paulus, & Marcellus Ancyranus, Aſclepas etiam Gazæorum Epiſcopus, qui & ipſe, quod fortiter Arrianis reſiſteret, accuſationem iudiciumque, quaſi ſacrificii aram euertiſſet, ſuſtinuit: & ob id epiſcopatum deponere coactus fuit, quem epiſcopatum Quintianus eſt conſequutus. Lucius præterea Adrianopolitanus eodem crimine delatus,

tus,

tus,& dignitate itidem ſpoliatus, Romam confugit. Horum cauſſa Iulius antiſtes Romanus cognita, quod conſentientes ſibi de Nicenis decretis inuenit, communione eos eſt dignatus. Pro amplitudine autem ſedis ſuæ, ex veteri priuilegio & prærogatiua,perſuaſum habens omnium vbique Epiſcoporum curam & iudicium ad ſe pertinere, datis cuique liberrime ſcriptis literis,ſuas eis eccleſias reddidit,eoſque in Orientem remiſit:illos, qui eos temere exauthoraſſent, perſtringens, vt qui non recta ſequerentur conſilia, motuſque & turbas eccleſiis crearent, neque ſemel Niceæ factis fidei decretis ſtarent. Ad hæc præcepit, vt quidāex eis ad diem conſtitutum Romæ præſto eſſent, qui recte ſententiam in condemnatos latam eſſe probarent. Sin minus,minas addidit, niſi à rebus nouandis deſiſterent,ſe ab eis ſacras exacturum pœnas. Athanaſius itaq; & qui cum eo erant,miſſis ad Orientales epiſcopos literis, eccleſias ſuas receperunt. Hæc Nicephorus.

Quomodo vero Quintianus,qui velut lupus in Gazæorum eccleſiam intrarat,& eius complices fuerint, ſedibus fraude Arrianorum occupatis,ex epiſcoporum Occidentalium apud Sardicam congregatorum ſententia exacti & Chriſtianorum communione interdicti,idem refert Nicephorus eiuſdem libri capit. 12. in hæc verba: Abrogarunt quoque (inquit) epiſcopatum Georgio Alexandrino, Baſilio Ancyrano,& Quintiano Gazæo: & vt non modo epiſcoporum,ſed ne Chriſtianorum quidem appellatione honorarentur,ſtatuere. His & compluribus aliis dignitate adempta,cõmunione etiam interdixerũt, quod filium Dei à paterna ſubſtãtia ſepararent: & quod qui dudum propter Arrianam hæreſim reiecti fuerant, eos recepiſſent, & ad ampliorem miniſterii Dei euexiſſent dignitatem. Eis damnatis, ad omnes vbique epiſcopos miſerunt, vt decreta ea rata haberent & confirmarent, nec non Nicenis placitis conſentirent. Hæc Nicephorus.

QVINTINVS.

QVintinus, à quo Quintiniſtæ hæretici, ſartor quidam fuit natione Picardus, qui in Brabantia & Hollandia (vt author eſt Caluinus, ſuppreſſa tamen furoris huius origine) varias ſectas ſparſit cum quodam Coppino Inſulano, eamq; potiſſimum quæ Libertinorum vocatur, à libertate, quam prædicant Euangelicam, id ſub Carolo V. Imp. Germano, & Clemente VII. Papa, circa annum Do. 1525.

1 His, authore Lindano Dubitantii ſui dialogo ſecũdo, nihil æque diſplicet, neque magis ab eis improbatur, atq; ſimplex, proprius, & germanus ſcripturæ ſenſus.

2 Illis Chriſtus eſt Satanas, & contra: vitium virtus, & virtus vitium: nihil enim ex eorum ſententia peccatũ, niſi eorum opinione, qui ſe peccare putant.

3 Verus Dei timor & eo imbuta conſcientia, pro inferno illis habetur: pro paradiſo autem, conſcientia diuini iudicii contemptrix, ſecura, ſtupida, & conſopita.

4 Omnia ſimulare & diſſimulare, pro fundamento ſui iaciunt Euangelii, quo facilius ſpirituales (ſic enim ſe præ cæteris admirantur, quod ſpiritum ſequantur viuificantẽ) decipiant carnales, id eſt, non ſuæ haræ porcos.

5 Scripturas rident, ac pro fabulis habent: literæ enim ſe negant obnoxios, qui iam ſpiritum ſequantur viuificantem.

Quinimo ille Quintinus vnumquemque Apoſtolorũ aliquo notabat ſcommate, Paulum vocans vas fractum, Petrum Chriſti abnegatorem, Ioannem iuuenem ſtolidulum, Matthæum fœneratorem. Hæc Lindanus. Vide reliqua in Libertinis.

QVINTILLIANI.

QVintilliani, authore D. Auguſtino lib. de hæreſib. ad Quoduultdeum, à Quintilla vna ex Montani propheti ſſis ſunt appellati, propterea quod in ciuitate Pepuza, vt ſupra in Pepuzitis dictum eſt, Chriſtum in ſpecie fœminea, quales Priſcilla, Maximilla, & Quintilla extiterunt, reue-

Digitized by Google

reuelatum fuiſſe aſſerant. Faciunt autem, inquit ille, & ipſi de ſanguine infantis, quod Cataphrygas facere ſupra diximus, nam & hi ab eis perhibentur exorti. De his vide ſupra in Cataphrygis, Maximilla, Priſca, & Pepuzitis. Lege etiam Epiphanium contra hæreſes Phrygaſtarum, ſiue Montaniſtarum, aut Taſcodrugitarum, hæreſi 48.

LIBER DECIMVS SEXTVS.

RANATITÆ.

Ranatitæ, vt inquit Philaſter, erant, qui apud Iudæos & Ægyptios quondam ranas colebant, quas ſub Pharaone per diuinam iram & vltionem, Moſiſque imperium, Ægyptiaca tellus emanauit, vt earundem infeſtatione & putore Ægyptii defatigarentur. Inque eo ſcelere illi adhuc perſeuerant, putantes Dei iram ex hac vana obſeruantia poſſe placari. Hæc Philaſter.

RAYMVNDVS LVLLIVS.

Raymundus Lullius Philoſophus ac Theologus, floruit ſub Interregno Imperatorum Romanorum, poſt cæſum Guilhelmum Hollandiæ Comitem Cæſarem Germanum 27. tempore Alexandri quarti ſummi Romanorum Pontificis, circa annum Domini 1260. Hic porro (vt author eſt F. Bernardus Lutzenburgus) Catalanus fuit genere, conditione laicus, & ex Maiorica ciuitate oriundus. Ait autem, eum multa edidiſſe opuſcula hæreſeos crimine vndequaque referta: & inter cætera libellum de

Dæmonum inuocatione, & alia vulgari ſermone Catalanico ſcripta. Quam doctrinam haud dubium eſt eum habuiſſe à diabolo, licet ille aſſerat in quodam monte à Chriſto ſibi apparente in forma & ſpecie crucifixi, illam didiciſſe. Quæ omnia, Petrus Terracenſis Archiepiſcopus, & F. Nicolaus Emericus, ſententia ſua condemnarunt. In quibus voluminibus pluſquam quingenti errores ſunt reperti. Inter quos is vnus eſt, quo aſſerit, Deum multas habere eſſentias.

2 Item quod Deus pater eſt, antequam eſſet Deus filius.

3 Quod diuina eſſentia non eſt otioſa, ſed eſſentiat, natura naturificat, bonitas bonificat, &c.

4 Quod Spiritus ſanctus eſt conceptus de Patre & Filio.

5 Aſſerit rurſus, eos qui hæreticos ſupplicio afficiunt, illis iniurios & crimini obnoxios fore.

6 Item quod quando Deus illi apparuit crucifixus, pro ſeculi huius tenebris illuſtrandis artem iſtam ſibi contulit, quæ eſt ad omnem ſcientiam parandam, naturalem videlicet & medicam, & ad iura ſtatuenda, methodus generalis, valetque potiſſimum ad quoſuis euertendos atque deſtruendos errores. Hæretici namque ſunt ea natura indubie præditi, vt ſæpenumero Deum ſibi imaginaliter fingant, quem intueri ſpiritualiter nequeunt.

RHETORII.

RHetorii, ſeu Rhetoriani, à Rhetorio quodam exorti ſunt, teſte Philaſtrio, in Ægypto & Alexādria: ſed quo tempore emerſerint, ille non meminit.

Hi cunctas laudabant hæreſes, ex his neminem errare, ſed omnes bene ſentire aſſeuerantes. Verum hæc aſſertio adeo rationi repugnat, vt D. Auguſtino lib. de hæreſib. cap. 72. videatur impoſſibile, vt quis ſuæ mentis compos hoc ſentire poſſit. Cum enim plures ſint hæreſes ex diametro pugnantes, minime fieri poteſt, vt vnaquæque illarū credatur

Digitized by Google

datur eſſe vera, non certe probabiliore ratione, quam ſi quis credat duo cōtradictoria ſimul vera exiſtere. Si enim omnes probabant, nulla erat quæ ab eis vituperaretur. Ex quo colligere licet, eos non vera tenere. Photinus enim eam ob rem laudandus eſſet hæreticus, qui Chriſtum Dominum negat eſſe ante ſecula cum patre. Et item omnis hęreſis, quę aut in Patrem, aut in Filium, aut in Spiritum ſanctum blaſphemat. Quomodo vero blaſphemos hæreticos laudat Rhetorius, quum eos Chriſtus Dominus, in hoc iā ſeculo damnauerit, dicens: Nō dimitti hominibus blaſphemiam, in Spiritum ſanctum blaſphemantibus & perſeuerantibus, neque hic, neque in futuro? Propter quod cōſtat & iſtum eſſe hæreticum, imo potius rerum omnium inſcitum, qui eoſdem hæreticos laudandos, & non vituperandos citius, & abiiciendos prorſus iudicauerit. Hæc Philaſtrius.

RHVTENI.

Rhuteni, quos appellare Roſanos Strabo videtur, Lituanis contermini ſunt, gens barbara, incompta, & quæ nunquam Romanæ eccleſiæ obediens fuit. Imo ex omni gente Chriſtianum titulum præferente, in defenſionem ſui erroris ſchiſmatici, nulla pertinacior gente Rhutenica. Ex quo effectum, vt ſemper præciſa ab vnione eccleſiæ catholicæ extiterit. Huic genti Liuoniam Chriſtianarum vltimam prouinciarum ad ſeptentrionem iungi Pius ſecundus Papa eſt author in ſua Europæ deſcriptione: quam Tartari ſæpe incurrunt. Illam fratres Teutonici, qui beatæ Mariæ vocantur, armis quæſiuere, & Chriſti ſacra ſuſcipere coegerunt, cum eſſet antea gentilis, & idola coleret.

1 Rhutenorum errores ſunt huiuſcemodi: Negant inprimis D. Petrum verum Papam & Romanæ ſedis antiſtitem fuiſſe: idemque ſentiunt de his, qui ei in Papatu ſucceſſerunt.

2 Negant etiam Romanam eccleſiam eſſe caput omniū

aliarum eccleſiarum.

3 Non recipiunt ſanctorum Doctorum Latinorum lucubrationes & ſcripta.

4 Nec admittunt conciliorum generalium determinationes, canones, & decreta.

5 Reſpuunt Excommunicationem, ſacramentum Cõfirmationis, Extremæ vnctionis, & Purgatorium.

6 In pane denique fermentato, & non in azymo, ſacramentum Euchariſtiæ conficiunt. Et item de aliis eorum erroribus, quos Dominus Ioann. Sacranius Doctor Theologus & Cracouienſis eccleſiæ canonicus, in eo tractatu, quem inſcripſit Elucidarium errorum & rituum Rhutenenſium, ad quadraginta recenſet.

REIVDAIZANTES.

Reiudaizantes ſunt Iudæi, qui Chriſtiani effecti, in Iudaiſmum poſtea relabuntur, qualis fuit Sabbatius, de quo dicetur infra: rurſum (vt inquit D Paulus) crucifigentes ſibimetipſis filium Dei, & oſtentui habentes. Ideoque ait impoſſibile, tales rurſus renouari ad pœnitentiam, id eſt, per innouationem ſacri baptiſmatis à peccatorum ſordibus iterum ablui & purificari, vt qui ſemel fuerint illuminati, guſtauerint etiam donum cœleſte, & participes facti Spiritus ſancti, guſtauerint denique bonum Dei verbum, virtuteſque ſeculi venturi, nihilominus ſint prolapſi ac reciderint in priores offenſiones, & in filium Dei blaſphemias, quibus prius abrenuntiarant. Quapropter (inquit) teneamus ſpei noſtræ confeſſionem indeclinabilem, non deſerentes collectionem noſtram, ſicut conſuetudinis eſt quibuſdam, ſed adhortantes inuicem, & tanto magis quanto videritis appropinquantem diem. Voluntarie enim peccantibus nobis poſt acceptam notitiam veritatis, iam non relinquitur pro peccatis hoſtia: terribilis autem quædam expectatio iudicii & ignis æmulatio & vehementia, quæ conſumptura eſt aduerſarios: &c. Ecce relapſorum in Iudaiſmũ aut Paganiſmum poſt acceptam veritatis notitiam

Digitized by Google

tiſiam baptiſmique ſuſceptionem, ſupplicium æternum. De temporali vero Reiudaizantium pœna habetur de Conſecratione diſtinct. 4. cap. plerique.

Reiudaizantes porro his ſignis dignoſcuntur. Chriſtianorum eccleſias raro ingrediuntur, frequẽtius Iudæorum conuentus & conſortia adeunt, Chriſtianorum vero diffugiunt: Carnes porcinas non edunt: Domi ſuæ clam diebus Dominicis Sabbata colunt, & reliqua legalia Chriſtianis prohibita ſeruant in occulto.

ROGATIANI.

Rogatiani ſunt de Donatiſtarum familia, à Rogato quodam appellati, de quibus mentionem facit D. Auguſtinus epiſtola 48.

Hi cum Donato Africano, filium eſſe minorem patre dicebant, & Spiritum ſanctum inferiorem filio.

Rebaptizabant ſi quos ſeduxiſſent homines, vt qui ſupra baptiſmum eccleſiæ catholicæ, ſuum eſſe maioris vis & efficaciæ inſanientes promittebant, quemadmodum inquit Philaſtrius. Dicebant enim, in ſola Donati & ſuorum ſectatorum parte eſſe veram eccleſiam. Quia etſi ex parte Catholicorum, hoc eſt, eorum qui Cæciliano fauebant, qui Donato erat aduerſarius, aliqui viri probi eſſent, ex communione tamen improborum eos vitiari, hacque de cauſſa, eccleſiam in eis deperire ac labefactari aſſerebant. Reliqua ex Donatiſtis petenda lectori relinquimus. De his etiam vide in Circumcellionibus, qui ad Donatiſtas quoque pertinent.

RYSVICANI.

Ryſuicani à quodam præſtigiatore Hermano Ryſuick nominati ſunt, quem (teſte Lindano Dubitantii ſui dialogo ſecundo) ob impietatem Haga ignibus abſumpſit, anno Domini 1510. Eius autem ſtolones nunc per Friſiam pullulant. vide Hermanus Ryſuick.

LIBER DECIMVS SEPTIMVS.

SABBAS.

SAbbas Maſſalianorum ſeu Enthuſiaſtarum factionis, cum Dadoe, Adelphio, Herma, & Simeone princeps fuit: de quibus vide locis ſuis. Exortus eſt hic Valentiniani Imperatoris & Liberii Papæ temporibus, circa annum Dom. 368.

Hic baptiſmo derogabat, aſſerẽs nullam ex ſacro baptiſmate vtilitatem baptizatis accedere, ſed ſolam ſtudioſam orationem dæmonem poſſidentem hominem effugare.

De hac hæreſi ita habet Nicephorus lib. 11. cap. 14. Qui vero, inquit, in hoc vitio perfecti ſunt, Enthuſiaſtæ, hoc eſt, numine afflati, nominantur, dæmone quopiam vim in eis ſuam exercente: quam rem, Spiritus ſancti præſentiam eſſe opinantur.

Manuum opus omne & laborem perinde atq; improbitatem auerſantur. Itaque ſomno dediti, ſomniorum viſiones & phantaſias, prophetiam vocãt. Iſtius hæreſis duces fuere Dadoes, Sabbas, Adelphius, Hermas, & Simeones, atque præterea alii. Hæc Niceph. De hac hæreſi vide in Maſſalianis, Euchitis, Enthuſiaſtis, & Pſallianis.

SABBATIVS.

SAbbatius, à quo Sabbatiani hæretici ex Iudaiſmo ad Chriſtianiſmũ conuerſus & presbyter ordinatus, ſectæ Iudaicæ nihilominus inſeruiebat: eoque in ſcelere epiſcopatum ambiens, tandem obtinuit, nouitatem interim feſti

paſcha-

paſchatis ſub Valente Imp. conſtitutam, in vico Phrygiæ Pazo defendere totis nitens viribus. Vnde eius ordinator Marcianus, exinde Sabbatii errorem & ordinationis ſuæ temerariæ culpam agnoſcens, pœnitētia motus, cum gemitu dictitabat, Melius ſibi fuiſſe ſuper ſpinas manus impoſuiſſe, quam Sabbatium ordinaſſe presbyterum. Viguit autem ſub Arcadio Cæſare, & Siricio ſummo Romanorum pontifice, circa annum Dom. 399.

De hoc Nicephorus libro 12. cap. 11. ſcribit in hūc modum: Per idem tempus (quo videlicet Eunomianorum, Macedonianorum, & Arrianorum hæreſes ſub Theodoſio Imperatore in multas alias hæreſes diſſectæ atque diuiſæ fuerunt) Nouatiani quoque inter ſe diſſidentes, per ſeceſſionem, Sabbatianorum quæ vocatur, hæreſin conſtituerunt. Erat enim apud eos presbyter quidam Sabbatius nomine, à Marciano conſecratus: qui quod ex Iudæis ad Chriſtianiſmum peruenisset, nihilominus præſumptæ & anticipatæ Iudæorum opinioni inſeruire ſtuduit, & clā etiam epiſcopatum affectauit, necnon vna cum Theoctiſto & Macario & ipſis presbyteris, eis adhærentibus, qui ſub Valentis imperio conuentum in Pazo vico habuerāt, feſtum diem Paſchæ cum Iudæis celebrauit. Ac primum quidem propter vitæ inſtitutum, quam optimam monaſticis exercitiis agebat, à Nouatianorum ſe corpore ſeiunxit: deinde vero quoſdam participatione diuinorum myſteriorum indignos reputans, talemque prætextum obtendens, eum quem diximus, diem feſtum in aliud trāſtulit (de Iudæorum ſententia ſcilicet) tempus. Poſtquam autem manifeſto apparuit, res nouas eum moliri, Marcianus ſeipſum propter importunam Sabbatii conſecrationem reprehendit: identidem dicere ſolitus, Melius ſe facturum fuiſſe, ſi ſpinis potius quam illi manum impoſuiſſet.

Atqui vbi is eccleſiam ſuam in partes duas diuiſam, & quoſdam ad alium deſciſcere vidit, epiſcopos hæreſis ſuæ, qui cum eo communicabant, ſtatim Sangarum conuoca-

uit. Eſt is locus Bithynorum prouinciæ, ad mare, non longe ab Helenopoli ſitus. Eo quoque Sabbatius ab epiſcopis congregatis euocatus eſt. Ibi cauſſam mœroris ſui dicere iuſſus, feſti diei eius diſſenſionem allegauit. Nam eum cum Iudæis, ſicuti etiam nō ita pridem, qui in Pazo Phrygiæ vico conuenerant, ſtatuiſſent, peragendum eſſe dixit.

Cæterum illi propterea hoc eum præ ſe ferre conſiderantes, quod ad epiſcopatum anhelaret, iuriſiurandi ſacramento eum obſtrinxerunt, ne vnquam epiſcopatum ſibi expetendum ſtatueret. Poſtquam ille iurauit, ſe epiſcopatum ſuſcepturum non eſſe, non ſatis cauſſæ eſſe putantes, cur eccleſia eorum factionibus diuideretur, placitum eis eſt, vt omnes conſentirent, atque eodem in loco eccleſiaſticos conuentus agerent: feſtum autem Paſchę diem, quo quis vellet tempore celebraret. Et ea de re canonem promulgarunt, quem adiaphoron, hoc eſt, arbitrarium & indifferentem vocauerūt. Statuerunt quoque, ne decretum eorum qui Pazi conuenerant, vniuerſali canoni præiudicaret: quod & priſci illi viri, & maxime qui Apoſtolis primi fuere, etiamſi de Paſchæ feſto die plurimum inter ſe diſſiderent, inuicem tamen inter ſe communicaſſent, & aliis in rebus omnibus prorſus non diſſenſiſſent. Et quod præterea Nouatiani in vetere Roma haudquaquam cum Iudæis, ſed poſt æquinoctium cum reliquis Romanis, qui Petri & Pauli traditione vtebantur, Paſcha peregiſſent: nec ob eam cauſſam, quod Paſchæ feſto celebrando inter ſe diſſentirent, diſceſſionem ab eis, qui communem cum eis haberent religionem, feciſſent. Proinde re bene deliberata, indifferentem quem diximus, canonem protulere, vt quilibet pro eo atque ei placitum eſſet, ex conſuetudine aliqua, aut præſumpta opinione, Paſcha celebrans perficeret. Non quidem vt ea res aliquam in communione diſſenſionem afferret: verum vt qui ſic diſcrimine nullo feſtum diem agerent, in eccleſiæ communione concordarent.

Eiuſmo-

Digitized by Google

Eiuſmodi canone confirmato, Sabbatius, qui ſcilicet iureiurando obſtrictus eſſet, quum Iudæorum obſeruationé ſequeretur, præterquam ſi feſtus dies in idem cum illis tempus incideret, receptis ſtatiſque ieiuniis alios præueniebat, & clam ſolennes ritus perficiens, Paſcha peragebat: legitimoque & veſpertino ſabbati tempore vigiliis & precationibus aliis intereſſe ſolitus, poſtridie cum reliquis communiter de feſto die participauit, diuinaque myſteria percepit. Hoc ſic cum annis aliquot latenter faceret, diutius ſeipſum occultare non potuit. Quum enim breui celebritatem ex ea re conſequutus eſſet, permultos ex ſimplicioribus ad ſe pertractos æmulatores habuit, & maxime Phryges & Galatas. Qui quoniam patrio, hoc eſt, Iudaico more ſic ieiunabant, morem eum vt rectiorem confirmari putauerunt. Itaque hunc ſequuti, clam etiam vna cum Iudæis Paſcha celebrarunt. Et Sabbatius ſuos ſibi paulatim conuentus agens, à reliquis Nouatianis ſeceſſit: & iuriſiurandi oblitus, epiſcopatum apud ſectatores ſuos ſuſcepit.

Quomodo vero is illegitime eum epiſcopatum innaſerit, refert idem Nicephorus lib. 14. cap. 13. his verbis: Sabbatius, inquit, ordine atque honore ſuo non contentus, ſed epiſcopatum affectans, quum non haberet apud quos epiſcopatum gereret, à Nouatianorum eccleſia diſceſſit, ſub feſti Paſchæ obſeruationis prætextu. Itaque illegitimos conuentus agere incipiens, apud Archadii forum, cui Xerolophi, hoc eſt, Sicci tumuli cognomen eſt, multum fuit: ibique aggredi facinus auſus eſt, grauiſſimo ſupplicio dignum. Quum enim in quodam frequenti conuentu partem illam Euangelicæ lectionis pronuntiare deberet, quæ dicit: Erat autem dies Iudæorum feſtus, qui dicitur Paſcha: diuinis verbis alia de ſuo attexuit, quæ neque ſcriptura, neque auris quæpiam vnquam percepit. Quænam vero ſunt iſta? Execrandus (inquit) eſt, qui extra azymorum dies Paſcha celebrat. Quod dictum ex eo auditum, & ad multos diuulgatum, ad illum ipſum etiam eos,

qui ſinceri apud Nouatianos erant, quodammodo rapuit atque pertraxit. Verum non diu homini talis profuit cauillatio. nam in deterius ei commentum hoc ceſſit. Non multo poſt per anticipationem de concepta ſententia ſua is feſtum agebat diem, & ad eum ingens confluxerat multitudo. Quum vero in peruigilio ſolito, pro eo atque conueniebat, ſacras ceremonias obirent, rumor ad eos perlatus eſt dæmoniacus, Siſinium Nouatianorum Conſtantinopoli epiſcopum, cum multitudine magna cõtra eos venire. Proinde ingenti excitato tumultu, quum & nox eſſet, & anguſtiæ loci eos premerent, illi inter ſe conflictati, & ſupra ſeptuaginta eorum enecti ſunt. Quæ ſane res fecit, vt multi à Sabbatio diſcederent. Non pauci tamẽ cum eo manentes, aggreſtem illius opinionem ſunt ſecuti.

Porro Siſinio mortuo, Chryſanthus ad præfecturam Nouatianorum eccleſiæ vocatus eſt, Marciani, cui Siſinius in epiſcopatu ſucceſſerat, filius: qui cum ab adoleſcẽtia in aula imperiali militaſſet, & ſub Theodoſio primũ conſularis Italiæ, deinde etiam Britanniæ inſulæ Vicarius factus eſſet, in rerumpublicarum adminiſtratione admirationem & laudẽ meritus erat. Ætate vero iam prouectus, Conſtantinopolim venit, & præfecturam vrbis ambiens, ad epiſcopatum eſt protractus. Siſinius enim è vita excedens, mentionem eius viri fecerat, idoneum eum eſſe ad epiſcopatum gerendum dicens. Quam illius vocem perinde atque certam legem populus eius excepit, atq; Chryſanthum inuitum per vim ad præfecturam eccleſiaſticam traxit. Cum autem ille profugiſſet, Sabbatius opportunũ ſibi id tempus eſſe ratus, vt quod ſtudebat perficeret, epiſcopis quibuſdam obſcuris ad amicitiam ſuam abductis, vt ſibi manus imponerent, perſuaſit, iureiurando, quod iurauerat, poſthabito. In conſecratoribus eis Hermogenes etiam ille fuit, qui propter blaſphema quędam ſcripta ab eodem Sabbatio compoſita, ab eo damnatus atque excommunicatus erat. Verum ne ſic quidem Sabbatio ambitioſa epiſcopatus petitio ſucceſſit. Populo namque exoſus fuit: & quod

Digitized by Google

& quod improbo conſilio, omnem funem mouens, epiſcopatum conſequi contenderet, ab eo reiectus eſt. Chryſanthus autem rurſum inquiſitus: Qui in Bithynia, vbi latebat, inuentus, etiam reluctans ad epiſcopatum eſt euectus. Is, quod prudens admodum & caſtus vir eſſet, eccleſiam Nouatianorum magnis incrementis auxit. Pecuniam enim ipſe ſuam in pauperes erogans, nihil ex eccleſia percipiebat, præterquam duos benedictionis panes, quos diebus Dominicis habebat.

Sabbatius autem Rhodi deceſſit, quo ob impietatem & ambitionem immodicã à Theodoſio Imperatore in exilium detruſus fuerat, quemadmodum his verbis idem Nicephorus eiuſdem libri capite vigeſimo quarto teſtatur: Atticus autem, inquit, epiſcopus Conſtantinopolitanus, vt eccleſia incrementa ſua caperet, mirifice operam dedit. Summa enim prudentia eam adminiſtrans, continua doctrina populum ad ſtudium virtutis excitauit. Et ad miſericordiam atque largitionem tam procliuis fuit, vt non modo eis, qui in parœciis eius erant, egenis prouidendum duceret, ſed etiam vicinis Conſtantinopoli eccleſiis pecuniam multam, ad pauperum conſolationem mitteret. Verum ille quoque, vt quorundam ſuperſtitionem minueret, magnopere curauit. Et cum audiſſet Sabbatium illum, qui propter Paſchæ diem iudaico more celebrandum, à Nouatianorum eccleſia ſeceſſerat, & gregem ſibi ſuum coegerat, Rhodi, vbi exulare iuſſus fuerat, vitam finiiſſe: populareſque factionis eius, corpore eius inde tranſlato, circa ſepulcrum eius precationes peragere, & veluti viro ſancto reuerentiam cultumque præſtare: noctu, hominibus certis miſſis, cadauer Sabatii ſepeliri in loco alio curauit. Porro ſectatores illius vbi tumulum violatum repererunt, ceremonias ſuperſtitionemque ſuam ad ſepulchrum eius poſthabuerunt. Hactenus Nicephorus. De hac eius hæreſi vide plura in Paſchatitis & Quatuordecimanis.

SABBATARII.

SAbbatarii ſunt huiuſce tempeſtatis hæretici, ſecta Anabaptiſtæ: qui nimirum authore Staphylo de Lutheranorum inter ſe concordia, Sabbatum more Iudæorum colunt: diem Dominicam aſpernantur, ſolumque Patrem inuocant, Filium & Spiritum ſanctum videntur negligere. De quibus vide Lutherum libro contra Sabbatarios.

SABELLIVS PENTAPOLITANVS.

SAbellius Pentapolitanus ex Ptolemaide Ægypti ciuitate oriundus fuit: Noeti (vt Philaſter ait) diſcipulus: à quo Sabelliani hæretici, & ſub cuius nomine eorum hæreſis notior eſt & vulgatior, quam ſub Noeti appellatione. Emerſit autem Galieni Imperatoris, & Stephani I. ſummi Romanorum Pontificis temporibus, circa annum Domini 260.

1 Hic vnam eſſe perſonam Patris & Filii & Spiritus ſancti adſtruebat, perſonarum in Trinitate differentiam & numerum confundens, quaſi de tribus vnam faciens. Contra quem Athanaſius ſuum Symbolum compoſuit, perinde atque contra Arrium. Arrius enim naturam ſeu ſubſtantiam perſonarum ſeparabat: Sabellius vero confundebat. At contra vtroſque ſancta mater eccleſia via media ambulat, & Deum vnum prædicans, tres perſonas contra Sabellium aſſerit: & tres perſonas aſſerens, Deum vnum contra Arrium confitetur, vt inquit Damaſcenus lib. 1. cap. 11.

2 Saluatorem quoque noſtrum filium eſſe patris denegabat, & primogenitum omnis creaturæ.

3 Sancti ſpiritus etiam omnem tollebat intellectum, vt inquit Euſebius Cæſareenſis epiſcopus libr. 7. cap. 4. & 5. Idem aſſerit diuus Hilarius Pictauienſis libr. 6. de Trinitate. Multa quoque nomina ponit diuus Thomas prima parte, quæſt. 31. art. 2. quæ vitari debent in diuinis propter eundem Sabellium & Arrium, quæ ibi videbis ſi libeat. Hinc nempe variæ factiones & malorum germina & ſto-

lones

lones pullularunt. Sunt autem qui Sabinum & Sabellium eundem faciant,ſed falluntur.

De Arrii & Sabellii impietate ita exclamat Vincentius Lirinenſis: Quis,inquit,ante ſacrilegum Arrium, Trinitatis vnitatem diſcindere: quis ante ſceleratum Sabellium,vnitatis Trinitatem confundere auſus eſt?

De Sabellio diuerſis in locis ſcribit Nicephorus in eccleſiaſtica hiſtoria: & primum libro 4. capit. 22. cum de Montano mentionem facit, ita ait: Montanus de diuina Trinitate & mundi creatione, eadem nobiſcum docuit. Nonnulli tamen ex ſectatoribus eius poſtea,tres diuinitatis ſubſiſtentias vnum eſſe ſunt opinati, eundem eſſe Patrem,& Filium,& Spiritum ſanctum dicentes. Vnde etiam Sabellium ex Lybia, principia hæreſis ſuæ ſumpſiſſe ferunt.

Idem lib.6.cap.26. Nunc vero,quis Sabellius fuerit, & quæ eius fuerint blaſphemiæ,clare exponam. Et ille quidem Libycus genere fuit, Pentapoli eius regionis ortus. Docuit autem, vnam ſubſiſtentiam eſſe Patrem & Filium & Spiritum ſanctum,vnamq; trinominem perſonam. Et in veteri quidem teſtamento,veluti patrem legem dediſſe: in nouo autem,quaſi filium hominem factum eſſe: vt Spiritum ſanctum vero,ad Apoſtólos adueniſſe. Hæc de Sabellio paucis.

Damnata eſt autem hæc hæreſis cum ea quæ Photini& Pauli Samoſateni eſt, in Sirmienſi concilio, vt author eſt idem Niceph.lib.9.c 31.in Alexandrina quoq; Synodo, vt idem habet lib.10.c.15. De hoc vide plura in Noeto, Arrio, & Paulo Samoſateno.

SABINVS HERACLEÆ Epiſcopus.

SAbinus Heracleæ Thraciæ Macedonianorũ epiſcopus fuit, Conſtantii Imp.& Liberii Romanorum antiſtitis temporibus,circa annum Dom.359.

Hic Chriſtianos omnes, qui in Synodo Nicena ab

Digitized by Google

Arrio defecerant, idiotas appellabat & ignauos, eoſque ingenii infirmitate potius quam fidei integritate tuẽdæ cauſſa lapſos aſſerebat.

SADDVCÆI.

Sadducæorum hæreſis vna eſt earum, quas inter Iudæos quondam viguiſſe recẽſet Egeſippus his quinque libris, quibus integram ſimplicemque Euangelicæ profeſſionis reliquit doctrinam.

Hi porro præclara admodum (vt author eſt Carion Chronicorum lib. 2.) & inſigni appellatione nominis impietatem ſuam occultabant. Nam Zaddik iuſtum ſignificat, à quo nomine Sadducæi iuſti ſeu ſancti nominari volebant. Ita enim plerumque comparatum eſt in mundo, vt qui peſſimi omnium ſunt, honeſtiſſima vocabula ſuis cupiditatibus prætexant.

Philaſtrius tamen, à Saddoc homine Iudæo, qui Doſithei itidem Iudæi genere & hæretici diſcipulus fuit, & eius confirmauit hæreſim, Sadducæos dicit appellatos.

Docuerunt nullam vitam à morte ſupereſſe, ideoque nullam reſurrectionem mortuorum futuram, nec ſpiritũ, nec angelum eſſe credunt, nec futurum iudicium à Lege atque Prophetis expectant: ſed ſecundum carnem ſolum prædicant eſſe viuendum, circumcidendum, corpuſq; baptizandum: Epicuream dementiam hac in re potius quam diuinæ legis iura ſectantes. Legem enim in hoc tuliſſe Deũ arbitrantur, vt honeſte & tranquille viuamus, accipientes interim in hac vita iuſtitiæ præmia à Deo: ex quo eos Epicureos prorſus fuiſſe manifeſtum eſt. Interpretati ſunt enim ſcripturas plane pro iudicio rationis humanæ, aliud audire nolentes, niſi quod ad vitæ mores attinebat. De quibus pluries in Euangelicis ſcriptis mentio fit, docente Chriſto, contraque hanc hæreſim peſtiferam prædicante: idque potiſſimum apud Matth. cap. 22. vbi ita dicitur: In illo die acceſſerunt ad eum Sadducæi, qui dicunt non eſſe reſurrectionem: &c.

Hi

Hi porro potentia tandem aucti, non parum negorii Phariſæis fecerunt. Eſtque horrendum inprimis auditu, in peculiarem populum Dei ethnica plane dogmata irrepſiſſe, adeo vt publice etiam tradere non ſint veriti & adſerere conſtanter, poſt hanc vitam, aliam vitam non reſtare.

SAMARITANI.

SAmaritani à Samario eorum rege ſunt ita nuncupati. Alii vero volunt eos dictos à Samaræo filio Chanaan filii Cham, qui verenda patris detecta conſpiciens, indeq; illum ludibrio ac deriſui habens, ab eo maledictus fuit.

1 Hi authore Philaſtrio, ex Moſis Pentateucho quatuor tantum libros recipiunt, qui lex appellantur.

2 Iudicium futurum non expectant.

3 Reſurrectionem mortuorum negant.

4 Chriſtum Dominum Dei filium in lege & prophetis ante nuntiatum & promiſſum non credunt.

5 Animam etiam immortalem habere hominem iuxta legem, inficiantur.

6 Solum autem in hoc corpore viuendum eſſe putantes, reſurrectionem futuram in filiorum procreatione & genitura, quæ in hoc ſeculo fit quotidie, exiſtimant, eamque prædicant vanitatem, inſenſatis pecudibus comparati, quemadmodum à propheta ſcriptum eſt: Homo cum in honore eſſet, non intellexit: comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis. Hæc Philaſter.

SAMPSÆI.

SAmpſæi & Elceſæi idem ſunt Epiphanio, qui eorum hæreſes recenſens, Ebionitis eos coniungit, tanquam vna ſit vtrorunque hæreſis. Sampſæi enim (vt ſimiliter teſtatur Auguſtinus) Ebionitarum dogma in vniuerſum amplexati ſunt. Quapropter de his vide ſupra in Ebionitis & Elceſæis. Emerſerunt hi Seueri Imperatoris & Victoris Papæ temporibus, circa annum Domini 195.

SARRABAITÆ.

SArrabaitæ, monachorum genus quondam fuit in Ægypto teterrimum & infidele, & quemadmodum Peamon abbas decima octaua Patrum collatione aſſerit, in vera hypocriſi degens: noxia vtique illa in eis plantatione, quæ in Anania & Saphira in exordio eccleſiæ per Apoſtoli Petri ſeueritatem ſucciſa fuerat, repullulante. Ab his enim Ægyptiacæ linguæ proprietate, ſecundum Bedam, Sarrabaitarum familia exorta eſt, qui rebus & poſſeſſionibus ſuis nequaquam derelictis, Apoſtolorum diſtrictionem ſe cuſtodire ſimulabant. Sed vt eorum peſſima ſecta confundatur, (dicit idem Peamon abbas) ſciant omnes, eos in nullo monachorum ordine viuere, nec in aliqua ſectæ vocatione. Ipſi nanque (inquit) à cœnobiorum regularium, ſub obedientia viuentium, congregationibus ſe ſequeſtrant, ac ſingulatim ſuas curas & neceſſitates contra eccleſiæ ſanctionem & concilia generalia, ſtatumque ac regulam ſibi confingunt, libertatem habentes quocunque locorum euagandi, pecunias comparandi, & de craſtino cogitandi, perinde atque inopem & mendicum Deum haberent. Hæc ille.

De his item diuus Auguſtinus ſermone duodecimo ad fratres in eremo ita ſcribit: Sarrabaitæ angelicam faciem foris oſtendunt, ſed eos lupum corde habere non dubitamus, de quibus tertio nobis ſcripſit pater Hieronymus, quorum genus eſt omni affectu vitandum. Hi in Ægypto erant, in foraminibus petrarum habitantes, induti pecorum & boum pellibus, tantum cincti funibus palmarum, ſpinas ad calcaria portantes, & ad cingulum ligatas. Diſcalceati & ſanguine cruentati, cauernas exeuntes, ad feſtum ſcenopegiæ pergebant Hieroſolymam, & ſancta ſanctorum intrantes, ſe paupertatem & abſtinentiam prædicabant ſeruare: barbas poſtmodum in conſpectu hominum ſine redemptione euellere feſtinabant, & ſic acquiſita fama, ad luſtra remeabant ſolitaria, gaudentes & epulantes ſupra quam explicare poſſumus. Hos itaque nolite obſecro

cro imitari, quia non beatos, ſed damnatos eos eſſe prædicamus. Hæc Diuus Auguſtinus.

SATANISTÆ.

SAtaniſtæ vel Satanici, aduerſarii latine dicuntur. nam Hebræis Satan, contrarius, repugnans, vel aduerſarius dicitur, iuxta quod Chriſtus Petro intulit, cum illum increparet, quod dixerat ſuis diſcipulis, oportere ſe ire Hieroſolymam & multa pati à ſenioribus & Scribis, & principibus Sacerdotum, & occidi, & tertia die reſurgere: Vade, inquit ille, poſt me ſatana: ſcandalũ es mihi, quia non ſapis ea quę Dei ſunt, ſed ea q̃ hominum. Vbi quidẽ Chriſtus Petrum ſatanam, i.e. aduerſariũ appellat, quod ſuæ ſententiæ obluctari videretur. Quod ignorantes quidam ex his, qui Maſſaliani, vel Martyriani appellantur (vt author eſt Epiphanius lib. 3. contra hæreſes, hæreſi 80.) Satanæ ſacra fecerunt, quo eum velut magnum & fortem, & qui multa hominibus mala inferre ſoleat, hac re placarẽt, vt ipſis velut ſuis ſeruis parceret. Ex qua impietate ſe Satanicos cognominauerunt, idque Iouiniani Imperatoris, & Liberii Papæ temporibus, circa annum Domini 368.

SATVRNINVS.

SAturninus Antiochenus patria, à quo Saturniani hæretici, doctrinæ ſuæ mortiferæ fomenta (vt author eſt Philaſtrius) à Simone Mago & eiuſdem diſcipulo Menandro, qui Apoſtolorum temporibus viguerunt, accepit, turpitudinemque ſimoniacam in Syria inſtaurauit, atque confirmauit, Chriſti Euangelium mirandis modis dilanians, quemadmodum aduerſus Luciferianos teſtis eſt diuus Hieronymus, dum prodigioſa fabularum figmenta comminiſcitur. Idque Traiani Imperatoris & Euariſti Romani Pontificis temporibus, circa annum Domini 118. De quo Euſebius libr. 4. cap. 6. loquitur in hunc modum: Humani generis deceptor antiquus poſt Menãdrum

Digitized by Google

Simonis ſucceſſorem, velut quandam beſtiam bino ore ſibilantem, biniſque linguis diabolica venena vibrantem, Saturninum quendam Antiochiæ genitum, & Baſilidem Alexandriæ ortum produxit: quorum vterq; ſuis in regionibus officinas impiæ ac Deo inuiſæ condidit diſciplinæ. Equidem in eodem pene Saturninum quo Menandrum commendatum eſſe ſcribit Irenæus, Baſilidemq; ſub prætextu myſticæ doctrinæ in immenſum tetendiſſe mentis impiæ cogitatum, dum prodigioſa fabularum figmenta ſibimet complacerent. Hæc Euſebius Pamphili Cæſareenſis Epiſcopus.

1 Docebant autem Saturniani, teſte Tertulliano lib. de hæreſibus, & Philaſtrio, ſolos ſeptem angelos mundum feciſſe præter conſcientiam Dei Patris. Diſtare autem angelos à virtute illa ſuperna, à qua dicunt lumen fuiſſe demiſſum, quo mundus iſte, quem aſſerunt per ordinem angelis diuiſum, illuminaretur. Cuius luminis concupiſcentia adducti angeli, eius virtutis videndæ maximo tenebantur deſiderio, ſed ſtatim in cælum conſcendit, ab eoque receptum eſt. Videntes itaq; ſe aſſequi non poſſe, quod maxime exoptabant angeli, inuicem dixerunt: Faciamus hominem ſecundum imaginem & ſimilitudinem noſtram. Qui cum factus eſſet, tantæ imbecillitatis & impotentiæ inuentus eſt, vt in eo vita ſubſiſtere non poſſet. Quod videns virtus illa ſuperna, in eum ſcintillam immiſit, quæ illum erexit, exuſcitauitque, & viuere fecit. Ideoq; illi ſcintillæ non minorem tribuunt virtutem, quam ipſi Deo.

2 Chriſtum autem vmbraliter tantum apparuiſſe affirmant, non carnem hominis veram & animam ſumpſiſſe, atque omnem œconomiam myſterii Saluatoris ita compleſſe. Hæc Philaſter Brixienſis Epiſcopus.

3 Docuerunt etiam cum Simone mago eorum magiſtro, promiſcuum fœminarũ vſum eſſe licitum: ita vt quiſque, qua vellet vti, ſine peccato poſſet.

4 Saturninus etiam, authore Tertulliano de hæreſibus, Chriſtum phantaſmate paſſum eſſe docuit, & reſurrectionem negauit.

Digitized by Google

De hoc vide plura in Baſilide, Encratitis, Marcione, Menandro, & Simone Mago.

SECVNDVS, VALENTINI ET PTOlemæi hæreticorum diſcipulus.

SEcundus quidam nomine, Valentini & Ptolemæi perfidiæ ſucceſſor, Æonas ſimiliter (vt inquit Philaſtrius) docebat factos, ſed tamen infinitos aſſerebat. Chriſtum autem quaſi per phantaſiam apparuiſſe, id eſt, velut vmbram, humano generi. & non veram carnem hominis habuiſſe ſuſpicabatur. Hæc Philaſtrius. Floruit autem Antonini Pii Imperatoris, & Higini maximi Romanorum Pontificis temporibus, circa annum Domini 150.

SECVNDVS, PTOLEMAIDIS Epiſcopus.

SEcundus alius hoc nomine inſignitus, Ptolemaidis Epiſcopus fuit, cum Theona Marmaricæ vrbis epiſcopo ſectæ Arrianæ defenſor & alumnus acerrimus, Niceni cõcilii tempore, quod ſub Conſtantino Magno Imperatore, & Papa Syluestro 318. epiſcopis celebratum eſt, anno Domini 325. in quo cum ſuis condemnatus fuit ſub hæc verba: Qui dicunt, fuiſſe aliquando cum non eſſet filius, aut non fuiſſe, priuſquam genitus ſit, aut ex non exiſtentibus factum eſſe, aut ex alia ſubſiſtentia vel ſubſtantia fuiſſe, aut creatum, aut mutationi alterationive obnoxium, eos anathemate ferit catholica & Apoſtolica eccleſia Dei. Ad hunc modum omnibus epiſcopis in ea Synodo congregatis inter ſe conuenit, vt Conſubſtantialem patri filium eſſe decernerent, & ſanam fidem complecterentur. Theonas porro & Secundus, quod idem facere nollent, ab omnibus, ſuffragiis conſentientibus, ſunt excommunicati, vt qui Arrii blaſphemiam veritati Euangelicæ anteferrent.

Hæc Nicephorus libro octauo, capite decimoſeptimo & vigeſimo.

SECVNDINVS.

SEcundinus Manichæi diſcipulus fuit, floruitque circa annum Domini quadringenteſimumquintum ſub Archadio Imperatore & Innocentio huius nominis primo ſummo Romanorum Pontifice. Hic ad Diuum Auguſtinum epiſtolam ſcripſerat, licet illum antea nō vidiſſet Auguſtinus, qua cum toto conatu hortabatur, vt ad Manichæorum ſectam, à qua Chriſtianus factus defecerat, redire dignaretur. Cuius epiſtolæ reſpondens Auguſtinus, in eum librum conſcripſit, in quo illum ſuæ ſuorũ nq; veſaniæ carpens, fallacem eius beneuolentiam prorſus reiecit. cumque mirandum in modum hortatur, vt ipſemet relicta ſua perfidia, ad catholicam fidem reuertatur.

1 Hic Auguſtinum reliquoſque Catholicos errare in fide aſſeuerabat.

2 Dicebat quoque, Chriſtum non eſſe vnigenitum patris ſecundum naturam.

3 Deum eſſe mutabilem.

4 Malum eſſe quandam ſubſtantiam.

5 Carnes denique non eſſe edendas, quod à malo principio creatas diceret. Reliquos eius errores vide in eo libro, quem idem Auguſtinus aduerſus eum ſcripſit. Vide etiam de Manichæorum hæreſi ſupra in Manichæis.

SELEVCIANI ET HERMIANI.

SEleuciani & Hermiani, à Seleuco & Hermia Galatis (vt author eſt Philaſtrius) originem deduxerunt, à quibus etiam Maſſalianorum hæreſis exorta eſt, quemadmodum Tripartitæ hiſtoriæ libr. 7. cap. 11. dicitur: idque Valentis Imperatoris & Damaſi ſummi Romanorum antiſtitis temporibus, circa annum Domini 380.

1 Hi, vt idem inquit Philaſtrius & Auguſtinus libr. de hæreſibus ca. 59. cum volunt Deum eſſe corporeum, Hylen etiam, id eſt, materiam mundi, coæternam eſſe Deo aſſerunt. Et materiam quidem elementorum, quæ eſt ſine

anima.

anima, irrationabilis ſcilicet, quæ à Deo patre per filium ex nihilo facta eſt, non ita accipiunt, vt poſſit eſſe quæ ante non erat.

2 Spiritum autem hominis, id eſt, animam non factam à Deo per filium, ſed de terra eſſe aiunt.

3 Malum aliquando à Deo, aliquando eſſe à materia adſerunt.

4 Saluatorem in carne ſedere ad dexteram patris negant, ſed carnem expoliaſſe antequam in cęlum conſcenderet, & in ſole poſuiſſe exiſtimant, propterea quod dixerit propheta, In ſole poſuit tabernaculum ſuum, neſcientes interim quid ille hac ſententia innuere vellet. De qua re vide ſupra in Paſſioniſtis.

5 Paradiſum viſibilem eſſe affirmant ex Platone: & vanitatibus huiuſcemodi inſeruiunt.

6 Animas quoque hominum ex igne & ſpiritu conſiſtere exiſtimant: ideoque aqua in baptiſmate non vtuntur, propter verbum illud Ioannis Baptiſtæ, cùm de Chriſti baptiſmo myſtice loqueretur: Ipſe vos, inquit, baptizabit in Spiritu ſancto & igne.

7 Angelos dicunt creatores eſſe animarum noſtrarum, non autem Chriſtum Saluatorem noſtrum.

8 Mundum autem iſtum, infernum eſſe aſſerunt, & nullum alium ſupereſſe.

9 Reſurrectionem denique in filiorum procreatione hanc eſſe prædicant, quæ fit in humano genere quotidie, non illam immortalitatis futuram atque glorioſam.

Ex quibus damnandis aſſertionibus apertiſſime videre eſt, bonam hæreſeon partem à gentilium librorum lectione ortum habere. Nam cum plures fuerint de natura mundi & eius qualitate hæreſes ortæ, fere omnes ex philoſophorũ officina prodiiſſe ex iſtorum hæreticorũ abſurditate colligere licet. De Hermianis vide ſupra, in Hermia.

SEMIARRIANI.

Semiarriani, tanquam non pleni Arriani, ſed quaſi Arriani appellantur. Emerſerunt autem Conſtantii Imperatoris,

ratoris, & Liberii Papæ temporibus, circa annum Domini 357. Hi porro (teſte Philaſtrio & Epiphanio lib. de hæreſibus) de patre & filio contra Eunomianos bene quidem ſentiunt, vnam vtique eorundem qualitatis ſubſtantiam, vnam diuinitatem eſſe credentes: Spiritũ autem ſanctum non de diuina ſubſtantia, nec Deum verum, ſed factum atque creatum prædicantes, adeo quidem, vt eum coniungant atque comparent creaturæ, cum Chriſtus Dominus patri ſibique in fide baptiſmi ſalutis æternæ coniunxerit, eumque cum patre & filio cunctis credentibus adorandum iuſſerit, omnique ſeculo Deum verum prædicandum ſtatuerit.

Non intelligunt autem illi, quod cum dicit Euangeliſta, Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil, non de Spiritu ſancto dicatur, quaſi factum ſpiritum per filium. Nam propheta Trinitatem omnia feciſſe viſibilia & inuiſibilia definit, dicens: Verbo Domini cæli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius omnis virtus eorum. In omni itaq; creatura, quam per Spiritum factam eſſe aſſerit, non aliquid prætermiſit quod non per eum factum ſit. Alioqui in fide ſeruus cum Domino non iungeretur, ſi diuinus & ſanctus ſpiritus creatura eſſet. Quapropter omnis ſcriptura & Dominus quoque Chriſtus, remitti omnia peccata hominibus præter blaſphemiam diuini & adorandi ſpiritus, cæleſti ſententia pronuntiauit. Hæc Philaſtrius.

SERRAS.

SErras fautor ac defenſor Aëtianæ impietatis & perfidiæ pertinaciſſimus fuit in concilio, quod ſub Conſtantio Imperatore & Liberio ſummo Romanorum Pontifice, Conſtantinopoli coactum eſt, in quo & cõdemnatus eſt, & in exilium pulſus Aëtius, & ipſe Serras cum Stephano, Heliodoro, & Theophilo eius ſequacibus excommunicatus, circa annum Domini 363.

Dicebant autem iſti cum eodem Aëtio, Acacio quoq; & Eudoxio, oportere ſermonem ſimilis ſubſtantiæ auferri ab expoſitione fidei traditæ tam in Arimino, quã Niceno conci-

Concilio: non celantes,(vt Socratis verba accommodem ex lib. 5. Tripartitæ hiſtor. c. 42.) ſed apertè dicentes, quod per omnia diſſimilis filius eſt patri, nõ ſolum ſecundũ ſubſtantiam, ſed etiam ſecundum voluntatem: & quod ex non extantibus eſſet, ſicut prædicauerat Arrius. Hoc porrò ſyllogiſmo ſuam confirmabant ſententiam Aëtius & eius ſectatores, quemadmodum author eſt Theodoritus, in eadem hiſtoria: Quæ diſſimiliter proferuntur, aiebant, diſſimilia ſecundum ſubſtantiam ſunt. Vnus Deus pater, ex quo omnia, & vnus Dominus Ieſus Chriſtus, per quem omnia: Diſſimile autem eſt, ex quo, & per quem: diſſimilis igitur filius Deo & patri.

Catholici verò contra diſputatiuè atque veraciter dicebant: Si ex non exiſtentibus non eſt, neque creatura, nec ex alia ſubſtantia Deus verbum, igitur conſubſtantialis eſt genitori patri: ſicut Deus ex Deo, & lumen ex lumine, eandemq; habet cum genitore naturam. Qua ſententia commotus Imperator, qui eidem diſputationi aderat, & Arrianis fauebat, exilium illis interminatus eſt, niſi aliter, hoc eſt, cum Arrianis de filio ſentirét. At illi: Poteſtatem, inquiunt, habes, ô Imperator, nos puniendi, non tamen eam ob rem Patrum ſtatuta deſtruimus. Tunc Imperator illos pelli iuſſit Eccleſiis, & pro eis alios ordinari. Cùm itaq; Aëtium cum ſcriptis ſuis, & eos qui eius videbantur eſſe conſortes, abdicauiſſent Catholici, Georgio Alexandrinæ ciuitatis Epiſcopo ſcripſerunt, quod ibi fuerat geſtum.

De hac re vide plura in Aëtio, Acacio, & Eudoxio.

SERGIVS CONSTANTINOPOLITANVS Patriarcha.

SErgius Patriarcha Conſtantinopolitanus, Monothelitarum hæreſis Princeps & propagator fuit, duas quidem in Chriſto eſſe voluntates & virtutes operatrices, diuinam videlicet & humanam ante vnionem aſſerens, ſed deinde ea vnitas fuiſſe & confuſas, vt in vnam eandemque naturã abierint, atq; mixtionẽ ſubierint: adeo vt & diuinitas ea, quæ humanitatis ſunt, paſſa fuerit, & contra. Quamobrem

eos, qui hæc ita ſunt opinati, Monophyſitas & Theopaſchitas Diui Patres noſtri cognominauerunt. Floruit autem hic Sergius ſub Phoca Imperatore & Sabiniano Romanorum ſummo Pontifice, circa annum Domini 604.

De hoc ſcribit Nicephorus lib. 18. cap. 54. Sed enim Iacobitarum contagione Sergius etiam, qui non ita pridem Archiepiſcopatus Conſtantinopolitani gubernacula ſuſceperat, maximè infectus eſt, per quem Monothelitarum hæreſis admodum eſt propagata. De hac re vide plura in Monophyſitis, Iacobitis, Theopaſchitis, Armeniis, Chazinzariis, & Aphthartodocitis, & aliis.

SERGIVS PSEVDOMONACHVS.

SErgius Monachus primò, ſed à monachatu reſiliens, in errorē Arrii atq; deinde Neſtorii prolapſus eſt, Chriſtū Dei filium ex Virgine Maria natum, hominem duntaxat, non etiam Deum, eſſe contendens, Heraclii Imperatoris, & Honorii primi Romanorum Antiſtitis temporibus, circa annum Domini 6,0.

Hic in Arabiam veniens, Mahometo Pſeudoprophetæ & Antichriſti præcurſori adhæſit ac ſociatus eſt, quem in vtroque Teſtamento multa falsò detorta & interpretata docuit, multaſque leges, quas poſtea ipſe Mahometus promulgauit. Ex quo & ſuum Satanicum Alcoranum Saracenis compoſuit, innumeris blaſphemiis & neniis ſcatentem. De quo vide ſupra in Mahomete.

SERPENTICOLÆ.

SErpenticolæ ſunt, qui quondam apud Iudæos ſerpentem æreum, quem, cum illi in deſerto & vaſta ſolitudine in Deum demurmurantes, à ſerpentib. ignitis morderentur atque deperirent, iuſſerat Dominus ſeruo ſuo Moſi fieri atque ſupra lignum erigi, vt qui in illum intuerentur, à plagis & vulneribus ſuis ſaluarentur, adorabant, eiq; ſacrificabant. Quæ ſanè impietas vſq; ad Ezechiæ Regis tempora apud eos perdurauit, quemadmodum 4. lib. Regum cap. 18.

habetur

habetur in hæc verba : Anno tertio Oſeæ Regis Iſraël, regnauit Ezechias filius Achaz Regis Iuda: fecitq; quod erat bonum coram Domino, iuxta omnia quæ fecerat Dauid pater eius. Ipſe diſſipauit excelſa, & contriuit ſtatuas, & ſuccidit lucos, confregitque ſerpentem æreum quem fecerat Moſes. Siquidem vſq; ad illud tempus filii Iſraël adolebant ei incenſum: vocauitque nomen eius Noheſtan, vel, vt alii volunt, Nehuſtan, id eſt, æneum.

SERVETIANI.

SErvetiani à Michaële Serueto Hiſpano, dicuntur: qui ſuam hæreſim euomuit Caroli V. Imperatoris Germani, & Pauli III. ſummi Romanorum Pontificis temporibus, circa annum Domini 1538.

1. Hic (vt ſcribit Lindanus Dubitantii ſui Dialogo 2.) nondum annos natus viginti quinque, ſe iactabat vnicum orbis totius Prophetam, teſte Caluino in eius actis. In Aphricam profectus, Alcoranum cum didiciſſet, libros ſcripſit, qui Eccleſiæ doctrinam in Mahumetiſmum transformant, (inquit Palladius Catalogo hæreſeôn) Deum eſſe vnicam perſonam. Negat enim in Chriſto ex Virgine nato, duas eſſe naturas.

2. De peccato & Iuſtificatione tantum loquitur, vt Philoſophi & Phariſæi.

3. Spiritum Sanctum quoq; negat eſſe tertiam perſonam, ait Eraſmus Alberus, lib. 2. contra Carolſtadium.

Porrò Caluinus cum miniſtris Geneuenſibus, quando eum igni cremandum tradebant, propoſitiones impias triginta octo, & in Deum blaſphemas collegerunt. Confeſſio quoq; Mansfeldenſis eius errores refutat, quos hîc rememorare non eſt locus, niſi quod puerorum baptiſma docet pluſquam Mahumeticè, immò Diabolicè, eſſe deteſtandam abominationem, regni Chriſti conculcationem, Spiritûs Sancti extinctionem, ac Chriſti denique abnegationem. Vult tamen anno demum trigeſimo baptiſmum eſſe dandum. Hæc Lindanus.

SARRABAITÆ.

Sarrabaitæ, monachorum genus quondam fuit in Ægypto teterrimum & infidele, & quemadmodum Peamon abbas decima octaua Patrum collatione aſſerit, in vera hypocriſi degens: noxia vtique illa in eis plantatione, quæ in Anania & Saphira in exordio eccleſiæ per Apoſtoli Petri ſeueritatem ſuccisa fuerat, repullulante. Ab his enim Ægyptiacæ linguæ proprietate, ſecundum Bedam, Sarrabaitarum familia exorta eſt, qui rebus & poſſeſſionibus ſuis nequaquam derelictis, Apoſtolorum diſtrictionem ſe cuſtodire ſimulabant. Sed vt eorum peſſima ſecta confundatur, (dicit idem Peamon abbas) ſciant omnes, eos in nullo monachorum ordine viuere, nec in aliqua ſectæ vocatione. Ipſi nanque (inquit) à cœnobiorum regularium, ſub obedientia viuentium, congregationibus ſe ſequeſtrant, ac ſingulatim ſuas curas & neceſſitates contra eccleſiæ ſanctionem & concilia generalia, ſtatumque ac regulam ſibi confingunt, libertatem habentes quocunque locorum euagandi, pecunias comparandi, & de craſtino cogitandi, perinde atque inopem & mendicum Deum haberent. Hæc ille.

De his item diuus Auguſtinus ſermone duodecimo ad fratres in eremo ita ſcribit: Sarrabaitæ angelicam faciem foris oſtendunt, ſed eos lupum corde habere non dubitamus, de quibus tertio nobis ſcripſit pater Hieronymus, quorum genus eſt omni affectu vitandum. Hi in Ægypto erant, in foraminibus petrarum habitantes, induti pecorum & boum pellibus, tantum cincti funibus palmarum, ſpinas ad calcaria portantes, & ad cingulum ligatas. Diſcalceati & ſanguine cruentati, cauernas exeuntes, ad feſtum ſcenopegiæ pergebant Hieroſolymam, & ſancta ſanctorum intrantes, ſe paupertatem & abſtinentiam prædicabant ſeruare: barbas poſtmodum in conſpectu hominum ſine redemptione euellere feſtinabant, & ſic acquiſita fama, ad luſtra remeabant ſolitaria, gaudentes & epulantes ſupra quam explicare poſſumus: Hos itaque nolite obſecro

Digitized by Google

cro imitari, quia non beatos, ſed damnatos eos eſſe prædicamus. Hæc Diuus Auguſtinus.

SATANISTÆ.

SAtaniſtæ vel Satanici, aduerſarii latine dicuntur. nam Hebræis Satan, contrarius, repugnans, vel aduerſarius dicitur, iuxta quod Chriſtus Petro intulit, cum illum increparet, quod dixerat ſuis diſcipulis, oportere ſe ire Hieroſolymam & multa pati à ſenioribus & Scribis, & principibus Sacerdotum, & occidi, & tertia die reſurgere: Vade, inquit ille, poſt me ſatana: ſcandalũ es mihi, quia non ſapis ea quę Dei ſunt, ſed ea q̃ hominum. Vbi quidẽ Chriſtus Petrum ſatanam, i.e. aduerſariũ appellat, quod ſuæ ſententiæ obluctari videretur. Quod ignorantes quidam ex his, qui Maſſaliani, vel Martyriani appellantur (vt author eſt Epiphanius lib. 3. contra hæreſes, hæreſi 80.) Satanæ ſacra fecerunt, quo eum velut magnum & fortem, & qui multa hominibus mala inferre ſoleat, hac re placarẽt, vt ipſis velut ſuis ſeruis parceret. Ex qua impietate ſe Satanicos cognominauerunt, idque Iouiniani Imperatoris, & Liberii Papæ temporibus, circa annum Domini 368.

SATVRNINVS.

SAturninus Antiochenus patria, à quo Saturniani hæretici, doctrinæ ſuæ mortiferæ fomenta (vt author eſt Philaſtrius) à Simone Mago & eiuſdem diſcipulo Menandro, qui Apoſtolorum temporibus viguerunt, accepit, turpitudinemque ſimoniacam in Syria inſtaurauit, atque confirmauit, Chriſti Euangelium mirandis modis dilanians, quemadmodum aduerſus Luciferianos teſtis eſt diuus Hieronymus, dum prodigioſa fabularum figmenta comminiſcitur. Idque Traiani Imperatoris & Euariſti Romani Pontificis temporibus, circa annum Domini 118. De quo Euſebius libr. 4. cap. 6. loquitur in hunc modum: Humani generis deceptor antiquus poſt Menãdrum

Simonis ſucceſſorem, velut quandam beſtiam bino ore ſibilantem, biniſque linguis diabolica venena vibrantem, Saturninum quendam Antiochiæ genitum, & Baſilidem Alexandriæ ortum produxit: quorum vterq; ſuis in regionibus officinas impiæ ac Deo inuiſæ condidit diſciplinæ. Equidem in eodem pene Saturninum quo Menandrum commendatum eſſe ſcribit Irenæus, Baſilidemq; ſub prætextu myſticæ doctrinæ in immenſum tetendiſſe mentis impiæ cogitatum, dum prodigioſa fabularum figmenta ſibimet complacerent. Hæc Euſebius Pamphili Cæſareenſis Epiſcopus.

1 Docebant autem Saturniani, teſte Tertulliano lib. de hæreſibus, & Philaſtrio, ſolos ſeptem angelos mundum feciſſe præter conſcientiam Dei Patris. Diſtare autem angelos à virtute illa ſuperna, à qua dicunt lumen fuiſſe demiſſum, quo mundus iſte, quem aſſerunt per ordinem angelis diuiſum, illuminaretur. Cuius luminis concupiſcentia adducti angeli, eius virtutis videndæ maximo tenebantur deſiderio, ſed ſtatim in cælum conſcendit, ab eoque receptum eſt. Videntes itaq; ſe aſſequi non poſſe, quod maxime exoptabant angeli, inuicem dixerunt: Faciamus hominem ſecundum imaginem & ſimilitudinem noſtram. Qui cum factus eſſet, tantæ imbecillitatis & impotentiæ inuentus eſt, vt in eo vita ſubſiſtere non poſſet. Quod videns virtus illa ſuperna, in eum ſcintillam immiſit, quæ illum erexit, exuſcitauitque, & viuere fecit. Ideoq; illi ſcintillæ non minorem tribuunt virtutem, quam ipſi Deo.

2 Chriſtum autem vmbraliter tantum apparuiſſe affirmant, non carnem hominis veram & animam ſumpſiſſe, atque omnem œconomiam myſterii Saluatoris ita compleſſe. Hæc Philaſter Brixienſis Epiſcopus.

3 Docuerunt etiam cum Simone mago eorum magiſtro, promiſcuum fœminarũ vſum eſſe licitum: ita vt quiſque, qua vellet vti, ſine peccato poſſet.

4 Saturninus etiam, authore Tertulliano de hæreſibus, Chriſtum phantaſmate paſſum eſſe docuit, & reſurrectionem negauit.

De

Digitized by Google

De hoc vide plura in Baſilide, Encratitis, Marcione, Menandro, & Simone Mago.

SECVNDVS, VALENTINI ET PTOLEMAI hæreticorum diſcipulus.

SEcundus quidam nomine, Valentini & Ptolemæi perfidiæ ſucceſſor, Æonas ſimiliter (vt inquit Philaſtrius) docebat factos, ſed tamen infinitos aſſerebat. Chriſtum autem quaſi per phantaſiam apparuiſſe, id eſt, velut vmbram, humano generi. & non veram carnem hominis habuiſſe ſuſpicabatur. Hæc Philaſtrius. Floruit autem Antonini Pii Imperatoris, & Higini maximi Romanorum Pontificis temporibus, circa annum Domini 150.

SECVNDVS, PTOLEMAIDIS Epiſcopus.

SEcundus alius hoc nomine inſignitus, Ptolemaidis Epiſcopus fuit, cum Theona Marmaricæ vrbis epiſcopo ſectæ Arrianæ defenſor & alumnus acerrimus. Niceni cōcilii tempore, quod ſub Conſtantino Magno Imperatore, & Papa Sylueſtro 318. epiſcopis celebratum eſt, anno Domini 325. in quo cum ſuis condemnatus fuit ſub hæc verba: Qui dicunt, fuiſſe aliquando cum non eſſet filius, aut non fuiſſe, priuſquam genitus ſit, aut ex non exiſtentibus factum eſſe, aut ex alia ſubſiſtentia vel ſubſtantia fuiſſe, aut creatum, aut mutationi alterationive obnoxium, eos anathemate ferit catholica & Apoſtolica eccleſia Dei. Ad hunc modum omnibus epiſcopis in ea Synodo congregatis inter ſe conuenit, vt Conſubſtantialem patri filium eſſe decernerent, & ſanam fidem complecterentur. Theonas porro & Secundus, quod idem facere nollent, ab omnibus, ſuffragiis conſentientibus, ſunt excommunicati, vt qui Arrii blaſphemiam veritati Euangelicæ anteferrent. Hæc Nicephorus libro octauo, capite decimoſeptimo & vigeſimo.

SECVNDINVS.

SEcundinus Manichæi diſcipulus fuit, floruitque circa annum Domini quadringenteſimumquintum ſub Archadio Imperatore & Innocentio huius nominis primo ſummo Romanorum Pontifice. Hic ad Diuum Auguſtinum epiſtolam ſcripſerat, licet illum antea nõ vidiſſet Auguſtinus, qua eum toto conatu hortabatur, vt ad Manichæorum ſectam, à qua Chriſtianus factus defecerat, redire dignaretur. Cuius epiſtolæ reſpondens Auguſtinus, in eum librum conſcripſit, in quo illum ſuæ ſuorũ nq; veſaniæ carpens, fallacem eius beneuolentiam prorſus re i=cit. eumque mirandum in modum hortatur, vt ipſemet relicta ſua perfidia, ad catholicam fidem reuertatur.

1 Hic Auguſtinum reliquoſque Catholicos errare in fide aſſeuerabat.

2 Dicebat quoque, Chriſtum non eſſe vnigenitum patris ſecundum naturam.

3 Deum eſſe mutabilem.

4 Malum eſſe quandam ſubſtantiam.

5 Carnes denique non eſſe edendas, quod à malo principio creatas diceret. Reliquos eius errores vide in eo libro, quem idem Auguſtinus aduerſus eum ſcripſit. Vide etiam de Manichæorum hæreſi ſupra in Manichæis.

SELEVCIANI ET HERMIANI.

SEleuciani & Hermiani, à Seleuco & Hermia Galatis (vt author eſt Philaſtrius) originem deduxerunt, à quibus etiam Maſſalianorum hæreſis exorta eſt, quemadmodum Tripartitæ hiſtoriæ libr. 7. cap. 11. dicitur: idque Valentis Imperatoris & Damaſi ſummi Romanorum antiſtitis temporibus, circa annum Domini 380.

1 Hi, vt idem inquit Philaſtrius & Auguſtinus libr. de hæreſibus ca. 59. cum volunt Deum eſſe corporeum, Hylen etiam, id eſt, materiam mundi, coæternam eſſe Deo aſſerunt. Et materiam quidem elementorum, quæ eſt ſine

Digitized by Google

anima, irrationabilis ſcilicet, quæ à Deo patre per filium ex nihilo facta eſt, non ita accipiunt, vt poſſit eſſe quæ ante non erat.

2 Spiritum autem hominis, id eſt, animam non factam à Deo per filium, ſed de terra eſſe aiunt.

3 Malum aliquando à Deo, aliquando eſſe à materia adſerunt.

4 Saluatorem in carne ſedere ad dexteram patris negant, ſed carnem expoliaſſe antequam in cęlum conſcenderet, & in ſole poſuiſſe exiſtimant, propterea quod dixerit propheta, In ſole poſuit tabernaculum ſuum, neſcientes interim quid ille hac ſententia innuere vellet. De qua re vide ſupra in Paſſioniſtis.

5 Paradiſum viſibilem eſſe affirmant ex Platone: & vanitatibus huiuſcemodi inſeruiunt.

6 Animas quoque hominum ex igne & ſpiritu conſiſtere exiſtimant: ideoque aqua in baptiſmate non vtuntur, propter verbum illud Ioannis Baptiſtæ, cùm de Chriſti baptiſmo myſtice loqueretur: Ipſe vos, inquit, baptizabit in Spiritu ſancto & igne.

7 Angelos dicunt creatores eſſe animarum noſtrarum, non autem Chriſtum Saluatorem noſtrum.

8 Mundum autem iſtum, infernum eſſe aſſerunt, & nullum alium ſupereſſe.

9 Reſurrectionem denique in filiorum procreatione hanc eſſe prædicant, quæ fit in humano genere quotidie, non illam immortalitatis futuram atque glorioſam.

Ex quibus damnandis aſſertionibus apertiſſime videre eſt, bonam hæreſeon partem à gentilium librorum lectione ortum habere. Nam cum plures fuerint de natura mundi & eius qualitate hæreſes ortæ, fere omnes ex philoſophorũ officina prodiiſſe ex iſtorum hæreticorũ abſurditate colligere licet. De Hermianis vide ſupra, in Herma.

SEMIARRIANI.

SEmiarriani, tanquam non pleni Arriani, ſed quaſi Arriani appellantur. Emerſerunt autem Conſtantii Imperatoris,

ratoris, & Liberii Papæ temporibus, circa annum Domini 357. Hi porro (teſte Philaſtrio & Epiphanio lib. de hæreſibus) de patre & filio contra Eunomianos bene quidem ſentiunt, vnam vtique eorundem qualitatis ſubſtantiam, vnam diuinitatem eſſe credentes: Spiritū autem ſanctum non de diuina ſubſtantia, nec Deum verum, ſed factum atque creatum prædicantes, adeo quidem, vt eum coniungant atque comparent creaturæ, cum Chriſtus Dominus patri ſibique in fide baptiſmi ſalutis æternæ coniunxerit, eumque cum patre & filio cunctis credentibus adorandum iuſſerit, omnique ſeculo Deum verum prædicandum ſtatuerit.

Non intelligunt autem illi, quod cum dicit Euangeliſta, Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil, non de Spiritu ſancto dicatur, quaſi factum ſpiritum per filium. Nam propheta Trinitatem omnia feciſſe viſibilia & inuiſibilia definit, dicens: Verbo Domini cæli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius omnis virtus eorum. In omni itaq; creatura, quam per Spiritum factam eſſe aſſerit, non aliquid prætermiſit quod non per eum factum ſit. Alioqui in fide ſeruus cum Domino non iungeretur, ſi diuinus & ſanctus ſpiritus creatura eſſet. Quapropter omnis ſcriptura & Dominus quoque Chriſtus, remitti omnia peccata hominibus præter blaſphemiam diuini & adorandi ſpiritus, cæleſti ſententia pronuntiauit. Hæc Philaſtrius.

SERRAS.

Serras fautor ac defenſor Aëtianæ impietatis & perfidiæ pertinaciſſimus fuit in concilio, quod ſub Conſtantio Imperatore & Liberio ſummo Romanorum Pontifice, Conſtantinopoli coactum eſt, in quo & cōdemnatus eſt, & in exilium pulſus Aëtius, & ipſe Serras cum Stephano, Heliodoro, & Theophilo eius ſequacibus excommunicatus, circa annum Domini 363.

Dicebant autem iſti cum eodem Aëtio, Acacio quoq; & Eudoxio, oportere ſermonem ſimilis ſubſtantiæ auferri ab expoſitione fidei traditæ tam in Arimino, quā Niceno conci-

Concilio: non celantes,(vt Socratis verba accommodem ex lib. 5. Tripartitæ hiſtor. c. 42.) ſed apertè dicentes, quod per omnia diſſimilis filius eſt patri, nõ ſolum ſecundũ ſubſtantiam, ſed etiam ſecundum voluntatem: & quod ex non extantibus eſſet, ſicut prædicauerat Arrius. Hoc porro ſyllogiſmo ſuam confirmabant ſententiam Aëtius & eius ſectatores, quemadmodum author eſt Theodoritus, in eadem hiſtoria: Quæ diſſimiliter proferuntur, aiebant, diſſimilia ſecundum ſubſtantiam ſunt. Vnus Deus pater, ex quo omnia, & vnus Dominus Ieſus Chriſtus, per quem omnia: Diſſimile autem eſt, ex quo, & per quem: diſſimilis igitur filius Deo & patri.

Catholici verò contra diſputatiuè atque veraciter dicebant: Si ex non exiſtentibus non eſt, neque creatura, nec ex alia ſubſtantia Deus verbum, igitur conſubſtantialis eſt genitori patri: ſicut Deus ex Deo, & lumen ex lumine, eandemq; habet cum genitore naturam. Qua ſententia commotus Imperatot, qui eidem diſputationi aderat, & Arrianis fauebat, exilium illis interminatus eſt, niſi aliter, hoc eſt, cum Arrianis de filio ſentirẽt. At illi: Poteſtatem, inquiunt, habes, ô Imperator, nos puniendi, non tamen eam ob rem Patrum ſtatuta deſtruimus. Tunc Imperator illos pelli iuſſit Eccleſiis, & pro eis alios ordinari. Cùm itaq; Aëtium cum ſcriptis ſuis, & eos qui eius videbantur eſſe conſortes, abdicauiſſent Catholici, Georgio Alexandrinæ ciuitatis Epiſcopo ſcripſerunt, quod ibi fuerat geſtum.

De hac re vide plura in Aëtio, Acacio, & Eudoxio.

SERGIVS CONSTANTINOPOLITANVS Patriarcha.

SErgius Patriarcha Conſtantinopolitanus, Monothelitarum hæreſis Princeps & propagator fuit, duas quidem in Chriſto eſſe voluntates & virtutes operatrices, diuinam videlicet & humanam ante vnionem aſſerens, ſed deinde ita vnitas fuiſſe & confuſas, vt in vnam eandemque naturã abierint, atq; mixtionẽ ſubierint: adeo vt & diuinitas ea, quæ humanitatis ſunt, paſſa fuerit, & contra. Quamobrem

Digitized by Google

eos, qui hæc ita ſunt opinati, Monophyſitas & Theopaſchitas Diui Patres noſtri cognominauerunt. Floruit autem hic Sergius ſub Phoca Imperatore & Sabiniano Romanorum ſummo Pontifice, circa annum Domini 604.

De hoc ſcribit Nicephorus lib. 18. cap. 54. Sed enim Iacobitarum contagione Sergius etiam, qui non ita pridem Archiepiſcopatus Conſtantinopolitani gubernacula ſuſceperat, maximè infectus eſt, per quem Monothelitarum hæreſis admodum eſt propagata. De hac re vide plura in Monophyſitis, Iacobitis, Theopaſchitis, Armeniis, Chazinzariis, & Aphthartodocitis, & aliis.

SERGIVS PSEVDOMONACHVS.

SErgius Monachus primò, ſed à monachatu reſiliens, in errorē Arrii atq; deinde Neſtorii prolapſus eſt, Chriſtū Dei filium ex Virgine Maria natum, hominem duntaxat, non etiam Deum, eſſe contendens, Heraclii Imperatoris, & Honorii primi Romanorum Antiſtitis temporibus, circa annum Domini 6,0.

Hic in Arabiam veniens, Mahometo Pſeudoprophetæ & Antichriſti præcurſori adhæſit ac ſociatus eſt, quem in vtroque Teſtamento multa falsò detorta & interpretata docuit, multasque leges, quas poſtea ipſe Mahometus promulgauit. Ex quo & ſuum Satanicum Alcoranum Saracenis compoſuit, innumeris blaſphemiis & neniis ſcatentem. De quo vide ſupra in Mahomete.

SERPENTICOLÆ.

SErpenticolæ ſunt, qui quondam apud Iudæos ſerpentem æreum, quem, cum illi in deſerto & vaſta ſolitudine in Deum demurmurantes, à ſerpentib. ignitis morderentur atque deperirent, iuſſerat Dominus ſeruo ſuo Moſi fieri atque ſupra lignum erigi, vt qui in illum intuerentur, à plagis & vulneribus ſuis ſaluarentur, adorabant, eiq; ſacrificabant. Quæ ſanè impietas vſq; ad Ezechiæ Regis tempora apud eos perdurauit, quemadmodum 4. lib. Regum cap. 18. habetur

Digitized by Google

habetur in hæc verba : Anno tertio Oſeæ Regis Iſraël, regnauit Ezechias filius Achaz Regis Iuda : fecitq; quod erat bonum coram Domino , iuxta omnia quæ fecerat Dauid pater eius. Ipſe diſſipauit excelſa, & contriuit ſtatuas, & ſuccidit lucos, confregitque ſerpentem æreum quem fecerat Moſes. Siquidem vſq; ad illud tempus filii Iſraël adolebant ei incenſum : vocauitque nomen eius Noheſtan, vel, vt alii volunt, Nehuſtan, id eſt, æneum.

SERVETIANI.

SEruetiani à Michaële Serueto Hiſpano, dicuntur : qui ſuam hæreſim euomuit Caroli V. Imperatoris Germani, & Pauli III. ſummi Romanorum Pontificis temporibus, circa annum Domini 1538.

1. Hic (vt ſcribit Lindanus Dubitantii ſui Dialogo 2.) nondum annos natus viginti quinque, ſe iactabat vnicum orbis totius Prophetam, teſte Caluino in eius actis. In Aphricam profectus , Alcoranum cum didiciſſet, libros ſcripſit, qui Eccleſiæ doctrinam in Mahumetiſmum transformant, (inquit Palladius Catalogo hæreſeôn) Deum eſſe vnicam perſonam. Negat enim in Chriſto ex Virgine nato, duas eſſe naturas.

2. De peccato & Iuſtificatione tantum loquitur , vt Philoſophi & Phariſæi.

3. Spiritum Sanctum quoq; negat eſſe tertiam perſonam, ait Eraſmus Alberus, lib. 2. contra Caroliſtadium.

Porrò Caluinus cum miniſtris Geneuenſibus, quando eum igni cremandum tradebant, propoſitiones impias triginta octo, & in Deum blaſphemas collegerunt. Confeſſio quoq; Mansfeldenſis eius errores refutat , quos hîc rememorare non eſt locus, niſi quod puerorum baptiſma docet pluſquam Mahumeticè, immò Diabolicè, eſſe deteſtandam abominationem, regni Chriſti conculcationem , Spiritûs Sancti extinctionem , ac Chriſti denique abnegationem. Vult tamen anno demum trigeſimo baptiſmum eſſe dandum. Hæc Lindanus.

Digitized by Google

SETHIANI.

SEthiani, vel (vt Tertulliano placet libro quem de hæreſibus conſcripſit) Sethoitæ, à Seth Adæ filio natu tértio dicti ſunt, quem Iudæi quidam venerari dicebantur, quemadmodum author eſt Philaſtrius, & Auguſtinus libro de hæreſibus, cap. 19. Dicebant enim illi, Seth de ſuperna matre natum fuiſſe, eam aſſerentes cum ſuperno patre conueniſſe, vnde diuinum illud ſemen naſceretur tanquam filiorum Dei. Apud eos enim maſculi & fœminæ, dii deæq; eſſe putantur.

De his Philaſter ſcribit in hunc modum: Sethiani, Seth Adæ filium, qui poſt interfectionem Abel beatiſſimi natus eſt, ideò colunt & venerantur, quod duobus creatis hominibus in initio, & angelis in diſſenſione conſtitutis, Deus in iuſtum Seth, quem pro Abel pepererat mater Eua, magnæ virtutis ſpiritum collocâſſet, vt hoc pacto poſſent deſtrui inimicæ virtutes: quodq; de ipſo Seth Chriſtum Dominum genus deducturum aiebant: imò eorum quidam non ſolum genus de eo deducturum, ſed etiam ipſum eſſe Chriſtum aſſerebant & opinabantur. Hæc ex Philaſtrio.

SEVERIANI.

SEueriani, à Seuero quodam Tatiani hæretici diſcipulo ſunt appellati. Fuit autem Tatianus hic, Iuſtini Martyris auditor, de quo infra dicetur. Idque Marci Antonini Philoſophi Imperatoris, & Soteris ſummi Romanorum Pontificis temporibus, circa annum Domini 178. Cuius etiam Pontificis ſucceſſor Eleutherius, ſtatuit contra eoſdem Seuerianos (quemadmodum auhor eſt Irenæus lib. 5. cap. 3. & Euſebius lib. 5 cap. 6.) ne quis Chriſtianus aliquem cibum, quo veſcerentur homines, ſuperſtitionis cauſa abominaretur.

1. Seueriani ſiquidem cibos, quos Deus humano generi propoſuit ad veſcendum, damnabant, teſte Iſidoro, vinumq; potiſſimum, quo nullo pacto licere vti adſtruebant,

eô

Digitized by Google

eô quod fabuloſa quadam vanitate (vt Auguſtinus ait) dicerent, de Satana & terra vitem germinâſſe.

2. Aſſerebant etiam, primos parentes Adam & Euam eſſe damnatione perpetua in infernum detruſos, propter eorum primum inobedientiæ peccatum: quo contra Salomon de ſapientia loquens, ita ait: Hæc illum, qui primus formatus eſt à Deo pater orbis terrarum, cum ſolus eſſet creatus, cuſtodiuit, & eduxit illum à delicto ſuo. Quæ verba manifeſtò docent, Adam damnatum non eſſe, ſed per Dei miſericordiam ſalutem conſequutum.

3. Carnis reſurrectionem negant.

4. Vniuerſum vetus teſtamentum reiiciunt.

5. Actus Apoſtolorum non recipiunt, ſed eum librum ex Catalogo ſacrorum librorum conantur auferre, vt author eſt Euſebius Cæſarcenſis libro 4. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cap. 26.

6. Idem Euſebius refert, Seuerum obtrectâſſe Paulo, & omnes eius epiſtolas refutâſſe.

7. Hi deniq; omnem coitum, ſpurcum fœdumq; putabant, aliaq; ſimilia affirmabant deliramenta, quæ D. Auguſtinus lib. de hęreſib. enumerat. Contra quos etiam Muſanus librum conſcripſit.

De his autem Nicephorus libr. 4. cap. 4. meminit, in hæc verba: Tatiani ſucceſſor Seuerus, hæreſim illius magis etiam adaugens, cauſam arripuit, cur ſectatoribus illius ad ſe pertractis, à ſuo ipſe nomine Seuerianos eos vocaret. Legem quidem, Prophetas, & ipſa Euangelia ii quoque recipiunt, propriis quibuſdam interpretationibus, prout eis eſt viſum, ſacras ſcripturas accommodantes. Apoſtolum autem Paulum maledictis & conuiciis proſcindentes, Epiſtolarum eius librum, & item Apoſtolorum Acta prorſus reiiciunt. Hæc Nicephorus.

SEVERVS ANTIOCHENVS Epiſcopus.

SEuerus Acephalorum author, poſt Flauianum in exilium ab Anaſtaſio Imperatore pulſum, Antiochenam ſe-

dem inuaſit, Eutycheriſque & Dioſcori prauitati non minimum robur addidit, ſub eodem primum Anaſtaſio Orientis Imperatore, & Symmacho ſummo Romanorum Antiſtite, circa annum Domini 494. deinde ſub aliis, quemadmodum ex infra ſcriptis luculenter oſtenditur.

De eo Ioanne Damaſcenus lib. 3. cap. 3. ita ſcribit: Seuerus, inquit, & Dioſcorus, & eorum ſcelerata cohors, in Chriſto poſuerunt vnionem non perſonalem in duab. naturis verè ſubſiſtentem, ſed tantum habitualem, id eſt, ſecundum habitum, proprietatem, conditionemq; quandam diuinam, qua, cum ſolus eſſet homo, diuina tamen aſſiſtente per quandam participationem virtute, miracula operaretur. Hi porrò hæretici in quinta Synodo Conſtantinopolitana damnati ſunt.

Quomodo verò hæc Seueri hæreſis ſub Mauritio Romano Imperatore per Gregorium Theopolitanum, ſeu Antiochenæ ſedis præſidem nutu & inſpiratione diuina, ſit tandem exterminata, refert Nicephorus lib. 18. c. 23. in hæc verba: Poſtquam autem (inquit) Choſroës cruces quaſdam & diſcum aureum non paucarum minarum ponderis, in honorem Victoris martyris Sergii Deo dedicauit, Gregorius nutu diuino ſolitudinem, quæ Limetarum nomen habuit, peragrans, & loca ibi omnia circumiens, Seueri dogmata, quæ in eis partibus inualuerant, exterminauit: & ſana doctrina Eccleſiis propoſita, multa Caſtella & vicos populoſque frequentes, clerum ſimul & monaſteria, ad veram orthodoxorum & rectè ſentientium Eccleſiæ diſciplinam adduxit. De hac re vide plura in Anthimo & Theodoſio: item in Agnoëtis, Monophyſitis, & Ioanne Philopono Alexandrino Grammatico.

SIGNIFICATIVI.

Significatiui, ſunt ex noſtri ſeculi Sacramentariorum familia, nimirum qui teſte Staphylo ex Lutheri primum, deinde ex Carolſtadii & Zuinglii ſchola exorti, affirmant, non verum corpus Chriſti eſſe in Cœna Domini, (ſic enim illi

illi ſolent Altaris Sacramentum appellare) ſed corporis ſignum tantum. Ita Zuinglius ſcribit in multis ſuis de Cœna Domini libris. De his vide in Sacramentariis alibi.

SIMONIACI.

SImoniaci, vel Simoniani, à Simone Magicæ diſciplinæ peritiſſimo ſunt appellati. Fuit autem ille natione Samaritanus, ex villa quadam Gitthon vocitata, magicis artibus & ope dæmonum multos eludens, vt qui ſe eſſe virtutem quandam magnam, quæ ſupra virtutes omnes eſſet, aſſerere non vereretur: adeò quidem, vt omnes qui in Samaria erant, eidem auſcultarent, dicentes, vt eſt in actis Apoſtolicis: Hic eſt virtus Dei quæ vocatur magna. Cumque iam multo tempore ſuis præſtigiis Samaritanos dementâſſet, eum tandem perinde atque patrem venerabantur & colebant: ita vt apud illos numinis loco habitus fuerit, & honore ſimulacri decoratus, cum hac inſcriptione: Simoni Deo ſancto. Ab hoc itaq; (teſte Euſebio lib. 2. Eccleſiaſt. hiſtor.) caput totius prauitatis & omnis hæreſis principium cœptũ eſt, idque ſub Domitio Nerone, & Petro Apoſtolo, circa annum Domini 55.

Hic cum à Philippo Diacono, in Samaria verbum Dei annuntiante, baptiſma ſuſcepiſſet, & ab eo Apoſtolisq; Ioanne & Petro fidem Chriſtianam edoctus fuiſſet, ab ea tandem reſiliit, ſceleratamque & pernicioſam hæreſim ſeminauit.

1. Dicebat enim, Chriſtum nec veniſſe, nec à Iudæis quicquam mali pertuliſſe: imò ſe ipſum Chriſtum eſſe aſſerebat. Vnde D. Hieronymus contra Luciferianos: Simon Magus (inquit) & Menander diſcipulus eius, ſe Dei aſſeruêre virtutes.

2. Docebat, promiſcuum fœminarum vſum ita fore licitum, vt quiſque, qua vellet, vti ſine peccato poſſet.

3. Audebat quoq; dicere, vniuerſum hunc mundum ab Angelis factum fuiſſe: Angelos autem factos à quibuſdã ſenſibus de cœlo præditis, eosq; genus humanum fefelliſſe.

4. Intellectum autem quendam alium aſſerit eſſe, qui in mundum ſalutis cauſa hominum deſcenderit.

5. Spiritus Sancti gratiam venalem eſſe putabat, atque ſpiritualia Dei dona pecunia comparari: ex quo peccatum illud & hæreſis ab illo nomen ſortita eſt, vt à Simone ſimonia dicatur. De qua re in Actis Apoſtolorum cap. 8. ita habetur: Videns autem Simon, quod per impoſitionem manuum Apoſtolorum daretur Spiritus Sanctus, obtulit Apoſtolis pecuniam, dicens: Date & mihi hanc poteſtatem, vt, cuicunque manus impoſuero, accipiat Spiritum Sanctum. Petrus autem ad eum, Pecunia tua tecum ſit in perditionem, quoniam donum Dei exiſtimâſti pecunia poſſideri. Non eſt enim tibi pars, neque ſors in ſermone iſto. Cor enim tuum non eſt rectum coram Deo. Pœnitentiam itaq; age ab hac nequitia tua: & roga Deum, ſi fortè remittatur tibi hæc cogitatio cordis tui. In felle enim amaritudinis & obligatione iniquitatis video te eſſe.

6. Carnis denique reſurrectionem eſſe futuram negabat.

Hic porrò, cum beatum Petrum fugeret, ab Hieroſolyma diſcedens, Romam venit, ibique cum eodem Apoſtolo apud Neronem congredi auſus, Petri oratione tandem deuictus, atque ab angelo percuſſus, ſic meruit interire, (inquit Philaſtrius) vt eius magiæ euidens mendacium cunctis hominibus patefieret.

Nerone autem imperante, (vt refert Nicephorus eiuſdem libri cap. 27.) Simon iſte Magus Romæ miracula per impoſturas & præſtigia edebat. Canem autem maximum pro foribus catenis vinctum habebat, per quem ad ſe venire volentes, ſi ei minus placuiſſet, arcebat. Aduenit porrò magnus ille Petrus ad Simonem viſendum: qui canem eum efferatum & horrendum in ſe ferri videns, quum authorem eundem ante aduentum ſuum mortis permultis fuiſſe, qui ingredi voluiſſent, intellexiſſet, vinculis eum ſoluit, atq; humana voce annunciare hero ſuo, Petrum Chriſti ſeruum adeſſe, iubet. Canis porrò quo iuſſus fuerat modo,

nuntium

Digitized by Google

nuntium perfert. Ad eam rem, qui tum cum Simone erant, conſternati obſtupuerunt. Quibus ille: Nihil noui eſſe, ſe quoque eadem facere poſſe dixit. Itaque canem exire, & Apoſtolum ad ſe vocare iubet. Petrus accitus ingreditur. ibi in Colloquio mutuo multa inter ſe verba faciunt. Miraculis equidem & variis prodigiorum operibus Simon longè ſuperatur. Quapropter multi ex illis ad Chriſtũ accedunt, atque baptiſmum ſubeunt.

Enimuerò & Simon ipſe, dæmonum ei inſeruientium opera, multa admiranda faciebat. Nam vt ſtatuæ mouerentur curabat, & in ædibus vaſa atque inſtrumenta domeſtica ſe ſponte propria hinc inde transferebant: & ipſe flammis circundatus non vrebatur. Ferebatur quoque volans in aëre. Ex lapidibus, fuco hominibus obiecto, panes faciebat. Draconis quoque formam induebat, & in varias animantium ſpecies mutabatur. Duplici facie indutus conſpiciebatur. In aurum ſeſe totum transformabat. Fores vectibus & clauſtris probè communitas & occluſas, dicto aperiebat. Vincula ferrea diſrumpebat. In conuiuiis omnifaria formularum ſimulacra exhibebat. Vt plurimæ ante eum præcederent vmbræ, efficiebat, quas defunctorum dudum eſſe animas, nugabatur. Nec ipſe modò ad quam vellet, transformabatur ſpeciem: verum etiam alios, quos voluiſſet, in variarum animantium formas mutabat. Quoſdam autem, cum planum eum & ſcurram eſſe coarguere & conuincere tentarent, amicitiæ prætextu ſimulato, bouem ſacrificans ad epulas inuitabat, & inde multiformibus eiſque incurabilibus morbis & immanibus dæmonibus ſubiiciebat. Hæc atque his ſimilia, quum Diuus quidem Petrus verè ac re ipſa, Simon autem falsò & impoſturarum fuco faceret, Nero vtrunque euocat: & quum quod melius eſſet, diſpicere non poſſet, tum quidem vt inſolentium prodigiorum effectores, ambos tanquam errones & ſcurras, Roma expellit. Poſtea autem animum ad impoſtorem & impurum Simonem, quippe & ipſe impius, maximè confert. Hæc ibidem.

De interitu verò Simonis, idem Nicephorus tradit eiuſdem lib. 2. cap. 36. in hæc verba: Sed enim (inquit) quum ibi mirificis beatorum Petri & Pauli (nam extremis Neronis temporibus Romam, vrbium omnium reginam, quum ibi quoque Paulus eſſet, Petrus peruenit) miraculis tanta ad Chriſtianiſmum conflueret multitudo, vt numerus eius iniri non poſſet: Nero, penes quem ſumma rerum erat, ad improba impiaq; delapſus flagitia, ea re cognita, cõtra ipſam diuini cultûs armatur pietatem: & percuſſoribus diſpoſitis, tot fideles ferro necat Romanos, vt etiam Senatus admodum iam propter paucitatem ſui ordinis hominum imbecillis, alias ſuper alias accumulatas cædes ægrè ferret. Inde Simoni admodum Apoſtolos perſequenti, aditus liber ad Senatum & Neronem datus. Atq; is omnem (vt in prouerbio eſt) mouet funem, vt illorum etiam nomina è medio tolleret, tanquam qui cædis tantæ multitudinis authores fuiſſent. Itaq; Nero Apoſtolis infenſus, planum Simonem ipſe quoq; planus eſt complexus. Quum igitur Petrus Simoni reſiſtens, cum eo ſæpè conflictatus eſſet, tumorq; impietatis in malefico illo ſupra modum excreuiſſet, poſtremò quàm licentioſiſſimè in conſpectu omnium Romæ ad Petrum, Tu verò quid ais? inquit: proptereane Chriſtus tuus magnus eſt, quod à terra cœlos conſcendit? Quin & mihi id facere procliue eſt. Et confeſtim manibus extenſis, ſurſum verſum, dæmonibus eum, quibus ſe permiſerat, ducentibus, ferebatur.

Petrus autem admodum anxius eſſe, & cum Deo in corde per precationem colloqui: & tandem ſpiritu plenus, poteſtates illas, quæ nefarium hominem in ſublime attollebant, increpare, & vt ab eo diſcederent, iubere. At ille ſtatim præceps deorſum verſum fertur, & humi alliſus, mortuusq; rumpitur.

Ibi qui aderant ex populo, quique antea Simonem diuinos vſurpantem honores laudibus celebrauerant, ſubitò ita proſtratum videntes, laudesque priſtinas per palinodiam recantantes, ingenti claraq; voce, Vnus eſt magnus Deus, accla-

acclamant. Locus ſanè ipſe, in quem luctuoſum hoc ſpectaculum incidit, ad hodiernum vſque diem, Simonium vocatur, etiamnum Simonis Antichriſti perniciem & interitum declarans. Et erant ibi nõnulli, qui eum reuicturum eſſe opinarentur, & ob id diutius in publico iacuit. Cæterum vbi iam cadauer diffluere, maleque olere cœpit, re deſperata, in occultis illum ſepeliere locis. Hactenus Nicephorus.

SISINIVS NOVATIANORVM APVD Conſtantinopolim Epiſcopus.

SIſinius Nouatianorum Sectæ præfuit apud Conſtantinopolim, Theodoſii iunioris, & Cœleſtini Maximi Romanorum Antiſtitis temporibus, circa annum Dom. 428. Hic (teſte Socrate Eccleſiaſt. hiſtor. lib. 6. c. 22) præter morem Eccleſię alba veſte vtebatur, qua morum ſynceritatem, vitæ puritatem, & cordis munditiam, inſtar eorum, qui Nouati ſectã amplectebãtur, ſignificare volebat. De quo etiam Nicephorus lib. 12. c. 36 ſcribit in hunc modum: Diximus, Eccleſiam, quum primum factionibus eſſet diuiſa, in eo rerum ſtatu non permanſiſſe: verum eos deinde qui ſeceſſionem feciſſent, parua aliqua arrepta occaſione, à ſuis defeciuiſſe, & in ſectas alias abiiſſe. Cæterum alii aliter diuiſi ſunt. Nouatiani autem per occaſionem & prætextum Paſchalis feſti (quemadmodum ſupra diximus, cum de his mentionẽ fecimus) in partes diſceſſere. Neque illi in vna partium ſeceſſione conſtiterunt, ſed etiam de diebus & hebdomadibus, aliiſq; non magni momenti rebus diſceptantes, in ſectas alias ſunt diſſecti: qui quidem alicubi ſegregati, ſeorſum conuentus egêre, alibi autem communiter ſimul conuenire ſoliti fuêre.

Illud porrò obſeruandũ eſt obiter Eccleſiæ eorum Conſtantinopoli ad annos quadraginta Agelium præfuiſſe, à Conſtantii temporibus, ad annum Theodoſii ſextum. Qui cum æger eſſet, & moriturũ ſe eſſe putaret, ſucceſſorem ſibi deſignauit Siſinium. Is Presbyter ſub eo fuit, vir præclarus, & qui vnà cum Iuliano in Philoſophicis diſciplinis Maximo

Philoſopho præceptore vſus fuerat. Quum autem Nouatianorum plebs electionem talem, Marcianum potius, hominem religioſum ac celebrem, cuius virtute ſub Valente Eccleſia eorum pacata permanſerat, deſignatum oportuiſſe rata, reprehenderet: Agelius populi ſententiæ gratificari volens, Siſinio poſthabito, Marcianum Epiſcopum legit. At vbi ex morbo cōualuit, Eccleſiam ingreſſus, per ſeipſum ad populum retulit: Marcianum eos ab obitu ſuo, poſt Marcianum verò Siſinium Epiſcopum habituros. Hæc verba proloquutus, breui poſtea deceſſit. Sed & Marciano non multò poſt defuncto, Siſinius Epiſcopatum recepit: vir, quemadmodum dictum eſt, valdè clarus. Simul enim philoſophicas & ſacras literas accurata diligentia ad ſummum addidicerat, potiſſimum verò ſingulari cura in Dialectica & diſſerendi arte ſe exercuerat. Quamobrem Eunomius etiam, cuius ars ea præcipuum opus fuit, ſæpè diſputationem eius declinauit.

Vita adeò moderata fuit, vt obtrectatorum quoque calumnias ſuperârit. Diæta & quotidiani victûs ratio non adeò frugalis, ſed lætior quodammodo & ſumptuoſior erat: ita vt quibuſdam videretur, eum in ſplendore & delitiis tantis pudicitiam & continentiam colere non poſſe. Et veſtitu in primis exquiſito vſus eſt, & bis interdum die vno in balneis publicis lauit. Moribus præterea iucundus, atque in familiaribus colloquiis gratioſus. Proinde non Nouatianis tantum, ſed & Epiſcopis Principibusque viris & magiſtratibus Eccleſiæ Catholicæ charus eſſe viſus eſt. Quum enim facetè cum gratia quadam ſales & dicta in alios iecit, tum id etiam ab aliis humaniter pertulit. Et vtrunque ea moderatione fecit, vt quàm longiſſimè ab hoſtili acerbitate abeſſet. Vt verò etiam cum venuſtate quadam interrogantibus, aptè atque tempeſtiuè reſponderet, vt Socrati videtur, mirificè promptus erat. Et aliquando quodam eum percontante, cuiuſnam gratia, quum Epiſcopus eſſet, bis die lauaret? Quia ter, inquit, non poſſum. Rurſum quum à quodam, qui Catholicæ Eccleſiæ erat, dicto quod candidã
gesta-

Digitized by Google

geſtaret veſtem, quæ Epiſcopum vt aliena minus deceret, perſtrictus eſſet, ſtatim dicacitatem in eum retorquens: Tibi verò, inquit, oſtendendum potius eſt, vbinam ſcriptũ ſit, quod Epiſcopum pulla veſte vti oporteat. Atque ille vbi cogitabundus, quia quod reſponderet non habebat, ſtaret, ſubintulit ilicò Siſinius: Tu quidem oſtendere id non potes, at Salomon me, vt id faciam, adhortatur, dicens: Sint veſtimenta tua ſemper candida. Verum & Seruator in Euangeliis candida veſte vſus eſſe videtur, qui diſcipulis, qui ſecum montem Thabor conſcenderant, Moſen & Heliam candidatos exhibuerit. Hæc atque his ſimilia quum ita diceret, admirationi hominibus fuit. Quin & illud lepidè, vt ego puto, ab eo dictum, recenſendum eſſe videtur. Aduenerat Conſtantinopolim Leontius, Ancyræ minoris Galatiæ Epiſcopus, qui tum ibi Nouatianis Eccleſiam ademerat. Conuenit hunc Siſinius, & ſupplicans rogauit, vt corpori ſuo Eccleſiam redderet Quod vbi ille ſe facturum negauit, Nouatianos etiam conuiciis acerbè proſcidit, minimè eos Eccleſiam habere dictitans, quod pœnitentiam tollerent, & miſericordiam Dei reiicerent. Talia verò, atque alia hiſce ſimilia continuans, quum Nouatianos ſuggillaret: Atqui, Siſinius inquit, & ego, vt haud ſciam an magis quiſquam, pœnitentiam ago. Quum autem Leontius eum, quonam modo pœnitentiam ageret, interrogaret: reſpondens ille, Quod te nunc, inquit, ita animatum video.

Vitam is ita produxit, vt Eccleſiam Nouatianorum adhuc adminiſtraret, quum Ioannes Chryſoſtomus Patriarcham gereret. Et auſus etiam eſt contra eum diſſerere, quum ſcripto ille pœnitentiam introduceret, atque ita diceret: Vel decies millies per pœnitentiam reſipiſcens, Eccleſiam ingredere. Paratus enim ego ſum pœnitentem admittere, vt modò deinceps ſimilibus per peccatum non circumueniatur malis. Et accidit aliquando, vt Diuus Ioannes inter deambulandum Siſinio occurreret, eique obiiceret, non debere vnam vrbem duos habere Epiſcopos. Prodibat enim & ille cum ſplendore & comitatu multo. Cui Siſinius re-

ſpondens, Minimè eam duos habere dixit, ſeipſum germanum legitimumq; Epiſcopum eſſe exiſtimans. Eo verò dicto grauius accepto, Ioannes ad illum: Videſne, ait, te ſolum eſſe velle Conſtantinopolitanum Epiſcopum? Atque ibi rurſum Siſinius: Non hoc ego, inquit, dico: ſed cum aliis omnibus Epiſcopus ſim, apud te vnum is eſſe non exiſtimor. Et Ioanne excandeſcente atq; inferente: At ego efficiam, vt qui fœdiſſima labores hęreſi, amplius ad populum pro concione verba non facias. Siſinius perquàm facetè verbis eius occurrens: Ego verò, inquit, plurimas etiam tibi agam gratias, ſi me labore & onere tanto liberaris. Quo verbo Ioannes tandem flexus: Quandoquidem, ait, tibi concionandi munus moleſtiam & dolorem parit, minimè tibi, quando id Deus fecit, concionibus interdicam. Hæc Nicephorus.

SPIRITVALES.

SPirituales ſunt ſecta Antilutherani, ex tertia claſſe noſtri temporis Euangelicorum: ſic appellati, teſte Lindano Dubitantii ſui Dialogo ſecundo, quod ſe ſpiritum viuificantem ſequi dicant & iactitent, cæteros carnales appellantes. Dicuntur & Separati, propterea quod vulgi cultum & vſum ciborum, armaque deteſtantur, in Chriſtum tamen & eius ſponſam Eccleſiã ſuis in conuentib. ſedulò debacchantes, omnemque exercentes impietatem, vt qui Anabaptiſmum ſequantur.

STANCARIANI.

STancariani à Franciſco Stancaro Mantuano appellantur, qui (authore Lindano Dialogo ſecundo ſui Dubitantii) Oſiandro ſe opponens, dum Chriſti defendit humanitatem, per quam iuſtificamur, in contrariam incidit hæreſim, ait Palladius Catalogo hæreſeôn, & Chriſti diuinitatem cum Arrio perſequutus eſt, eumq; ait Rabinorum contagiis infectum.

1. Docet autem, Chriſtum eſſe iuſtificatorem, ait Staphylus, iuxta ſolam naturam humanam, excluſa diuina. Ita

Stan-

Stancarus, inquit, & publicè dixit, & ſcripſit contra Andream Muſculum Francofordiæ ad Oderam.

STEBLERI.

STebleri ſunt, quos ſupra Baculares nuncupauimus ſecta quidem Anabaptiſtæ.

Hi (teſte Staphylo) docent, quod ſcriptura vetet portare gladium & peram. Item quod non liceat Chriſtianis accuſare in iudicio: quod vim vi repellere non ſit Chriſtianum, ſed percutienti in vnam maxillam, alteram obuertere debere. Hæc Staphylus. De his vide in Bacularibus.

STEPHANVS ANTIOCHENVS Epiſcopus.

STephanus, quartus adnumeratur à Diuo Hieronymo inter eos Epiſcopos, qui in ſede Antiochena, Arriana contagione infecti fuerunt: Antiochiæ, inquit, poſt Paulinum Euſtathius ordinatur Epiſcopus: quo in exilium ob fidem truſo, vſque in præſentem diem Arriani Eccleſiam occupârunt, Eulalius, Euphronius, Phlacitus, Stephanus, Leontius, Eudoxius, Meletius, Euzoius, Dorotheus, & rurſum alter Meletius, quorum idcirco tempora non digeſſi, eò quod hoſtes potius Chriſti, quàm Epiſcopos iudicem. Hæc Hieronymus. Vixit autem hic Stephanus Conſtantii Imperatoris, & Iulii huius nominis primi ſummi Romanorum Pontificis temporibus, circa annum Domini 350.

De hoc ſic habet Theodoritus apud Tripartitam hiſtoriam libro quarto, capite vigeſimo quinto: Cum Conſtans leuitatem fratris ſui Conſtantii cognouiſſet, infremuit aduerſus inſtigatores malorum, & Imperatoris facilitatem ita decipientium. Multa enim ac ſæpius Arrianam veſaniam ſequentes præſumpſerant aduerſus Dei ſeruos & rectam fidem cuſtodientes, Athanaſium Alexandrinum, & Marcellum Ancyræ Galatiæ, & Aſclepam Gazæum Epiſcopum, & quamplurimos alios. Adulteram namq; doctrinam proponentes, orthodoxos expellere ſunt conati Euſe-

Digitized by Google

bius,& Maris, & Theodorus atque Theogonius, Vrſatius & Valens,& Menophantus, & Stephanus, & complures alii aduerſæ factionis Epiſcopi: & in tantum inſurrexerunt aduerſus fidem, vt neque auditus Deo amabilium lateret Imperatorum. Quorum Conſtans ea de cauſa duos Epiſcopos ex Sardicenſi Concilio electos cum literis miſit ad fratrem, cum quibus & magiſtrum militum Salianum pietate iuſtitiaque fulgentem. Literę verò non ſolum monitionem habuerunt atque conſilium, ſed etiam interminationem pio Principi condecentem. Primum quidem denunciauit fratri, vt Epiſcopis præberet auditum, & iniquitates à Stephano aliisque præſumptas agnoſceret, nec non & Athanaſium gregi proprio reſtitueret, patefacta quidem calumnia, piorumque iudicum iniquitate & crudelitate reuelata: adiecitque, quod niſi vellet quod iuſtum eſt facere, ipſe Alexandriam proficiſceretur, & Athanaſium ouibus deſiderantibus reſtitueret, inimicorumque cateruas procul expelleret. Hanc autem epiſtolam Conſtantius Antiochiæ ſuſcipiens, promiſit ſe facturum, quæ turbarum illarum particeps petiiſſet. Sed cum hoc doleret veritatis impugnatoribus, nefandiſſimum machinati ſunt ſcelus. Diuertetat enim par illud Epiſcoporum, quos Concilium miſerat, in domum ad montem ſitam: Magiſter autem militum, alibi diuerſorium acceperat.

Porrò Stephanus tunc Antiochenus Epiſcopus, cum aliis tyrannicis cooperatoribus naues naufragio pręparabat, cum quibus aſſertores rectorum dogmatum variis nitebatur abſorbere calumniis. Horum itaq; erat dux quidam iuuenis, Onager nomine, licenter viuens, & iniqua conuerſatione congaudens: qui non ſolum in plateis diuerſos violentia afficiebat, & fuſtibus pulſabat, ſed etiam domos impudenter inuadens, viros & mulieres honeſtiſſimas abſtrahebat. Et ne longius eius extendam flagitia, contra optimos viros præparatam narrabo præſumptionem.

Is Onager ad quandam fornicariam veniens, ait, modò quoſdam veniſſe peregrinos, & noctu opus habere meretrice.

trice. Porrò ſumens quindecim ſeditioſos nebulones, & eos in vicino Epiſcoporum diuerſorio circa ſepem celans, profectus eſt cum meretrice ad ianuam, vbi illi viri quieſcebant. Eamque apertam inueniens perſuaſit vni puerorum domeſticorum, pecunia data, vt mulierem introduceret, intra ianuam quam ipſe demonſtrabat, vbi quidem vterque ſacerdotum dormire videbantur, eamq; mulierem intrò præcepit accedere: ipſe verò vocaturus ſocios eſt egreſſus. Contigerat enim, alterum Epiſcoporum, Euphratam nomine, in loco exteriore dormire. Vincentius autem (ſic enim vocabatur alter) in interiori cubiculo quieſcebat. Cumque intra oſtium puella veniſſet, ſonum pedum Euphratas ſentiens, cum eſſet obſcurum, quis ambularet, interrogauit. Illa verò loquente, conturbatus Euphratas, dæmonem putans eſſe, mulieris imitatum vocem, repentè ſaluatorem Chriſtum ad ſuum vocauit auxilium. Onager autē, dux iniquitatis huius, hoc facto cum ſociis eſt ingreſſus, iniquos clamans eos, & iniquitatis iudices deſtinatos. Multo clamore facto, concurrunt & ſerui, ſurrexitque Vincentius, & claudentes ianuam domus, ſeptem quidem calumniatorum comprehendere potuerunt. Onager verò cum reliquis fugit. Detenta tamen eſt cum illis & mulier. Diluculo autem magiſtrum militum, qui cum illis venerat, excitantes, ad palatium proceſſerunt, & præſumptiones Stephani proclamantes, dicebant iam non egere iudicio neq; verberibus iniquitates eius.

Magiſter verò militum præcipuè clamitabat, rogans, vt iuberet Imperator, non ſynodicè, ſed iudicialiter potius iniquam examinari præſumptionem, promittens primum ſe Epiſcoporum clericos traditurum, & oportere etiam miniſtros Stephani ita contradi. Cum autem ille impudenter contenderet, dicens clericos non eſſe ſubdendos verberibus, placuit & Imperatori & Iudicibus, vt intra palatium cauſæ fieret examinatio. Et primum quidem interrogauerunt mulierē, quis eam ad diuerſoriū duxiſſet Epiſcoporū. Quæ dixit, quendam iuuenem ad ſe veniſſe, & aduentum

indicaſſe peregrinorum, & quid opus haberent, & quod veſpere veniens, duxiſſet eam ad habitaculum quoddam, eamq; intra ianuam domûs & porticum introire præcepe-rit. Adiecit etiam inquiſitionem Epiſcopi, & terrorem factum, & orationem eius, & ſuperuenientium repentinas inuaſiones. Hæc iudices cognoſcentes, captum inter alios omnium maximè iuuenem, in medium deduxerunt. Qui non expectans neceſſitatem verberum, machinatum conſilium patefecit, & Onagrum hæc omnia perpetraſſe confeſſus eſt. Qui deductus ad medium, Stephanum dixit hæc omnia præcepiſſe. Sic itaq; Stephani cognoſcentes iniquitatem, præſentibus tunc Epiſcopis permiſerunt vt eum damnarent, & ab Eccleſia procul expulſus eſt. Non omninò tamen ab Arriana peſte Eccleſia liberata eſt. Nam Leontius poſt eum ordinatur, genere Phryx, voluntate nequiſſimus. Verum Conſtantius ea quæ contra Epiſcopos fuerant machinata, experimento cognoſcens, ſcripſit Athanaſio maximo & ſemel, & ſecundò, & tertiò, inuitans eum, vt à partibus remearet Heſperiis, ſicut ipſis literis indicatur. Hæc Theodoritus.

SYMMACHVS EBIONITA.

SYmmachus, à quo Symmachiani heretici, genere Samaritanus, vnus ex Bibliorum interpretibus fuit, Ebionis impium dogma ſequutus, Seueri Imperatoris, & Victoris Papæ temporibus, circa annum Domini 196. De quo Epiphanius libro de menſuris & ponderibus ſic ſcribit: Seueri temporibus, inquit, Symmachus quidam Samarita ex numero ſapientum apud ipſos, quum non reperiſſet fidem apud propriam gentem, principatûs ſtudio ęgrotans, & contra propriam tribum indignatus, accedit ad Iudæos, & fit proſelytus, & circumciditur ſecunda circunciſione. Qui enim à Iudæis ad Samaritas profugiunt, rurſus circunciduntur: ſimiliter & qui à Samaritis ad Iudæos transfugiunt. Hic itaq; Symmachus ad peruerſionem interpretationum apud Samaritas, tertiam edidit interpretationem à ſe conuerſam. Hæc Epiphanius.

1. Hic

Digitized by Google

1. Hic autem, authore Euſebio libro 6. aſſeruit, Chriſtum de Ioſeph & Mariæ concubitu natum, hominemque purum fuiſſe, & legem ritu Iudaico ſeruandam. Commentarios autem conſcripſit, in quibus conatur de Euangelio ſecundum Matthæum, authoritatem ſuæ huius hæreſis & inſaniæ confirmare. Hæc ille.

Symmachianos verò Philaſtrius, Patricii cuiuſdam Romani (de quo ante diximus) diſcipulos fuiſſe tradit, eadem cum eo ſentientes in omnibus: cumque iudicium futurum non ſperent, vitiis ſecularibus & carnalibus concupiſcentiis prædicant ſeruiendum.

De Symmacho ſic item ſcribit Nicephorus hiſt. Eccleſ. lib. 5. c. 12. Sciendum porrò, inquit, Symmachum interpretem, Ebionitarum ſectæ fuiſſe, quæ (ſicut in ſuperioribus expoſuimus) inopes quaſdam & mendicas opiniones de Chriſto induxit: illum ſcilicet purum eſſe hominem, & ex Maria & Ioſeph principium & ortum ſumpſiſſe, legemque Iudaico more obſeruari oportere confirmans. Edidit quoque Symmachus in ſacrum Matthęi Euangelium commentaria, ex quo hæreſim ſuam adſtruere & ſtabilire videtur. Ea verò Commentaria Symmachi vnà cum eiuſdem ſcripturarum verſione, Origenes ſcripſit ſe à quadam fœmina Iuliana recepiſſe: quę quidem fœmina eos libros ab ipſo authore acceptos apud ſe reſeruauerit. Hæc Nicephorus.

SYRVS ALEXANDRINVS.

SYrus genere Alexandrinus, arte Medicus, ex Philoſopho Monachus, prius aduerſus Neſtorem ſcripſit, ſed poſtea Timotheanū dogma fouere cœpit. Deniq; ambiguus etiam ſui, ſuſpendit animum à conſenſu Chalcedonenſis decreti, nec acquieſcendum putauit, filium Dei duabus poſt incarnationem conſtare naturis. Hæc Gennadius. Vixit autem hic Syrus Iuſtiniani Imperatoris & Agapeti Romanorum Pontificis temporibus, circa annum Domini quingenteſimum quadrageſimum.

LIBER DECIMVS OCTAVVS.

TANDEMVS.

TAndemus hæreticus, authore Sigeberto, circa annum Domini milleſimum centeſimum vigeſimum quartum in Germania emerſit ſub Henrico V. huius nominis Cæſare Germano, & Calliſto II. Romanorum Pontifice.

Hic, vt idem Sigebertus ait, cum laicus eſſet, non minimæ tamen ſubtilitatis erat, ſed multis etiam diſertis clericis in ſermone acutior, adeò quidem, vt eos ſuperare omni in re videretur. In pretioſo habitu & veſtibus deauratis incedens, triplici funiculo crinibus intortis, verbis perſuaſibilib. & conuiuiorum apparatibus eos, qui illum circiter tria millia armati ſequebantur, alliciebat, & per eos in ſibi reſiſtentes cædibus ſæuiebat. Qui ei in tantum credebant, eumque adeò reuerebantur, vt aquam, in qua corpus lauiſſet, biberent, & pro reliquiis abſportarent. Qui tamen cum tantæ incontinentiæ & impietatis eſſet, vt filias in matrum præſentia, ſponſaſque maritis intuentibus corrumperet, id opus eſſe ſpirituale aſſerebat. Ab hoc itaq; præſtigiatore oppidani caſtri Antuerpienſis ſeducti, paulatim à fide & bonis moribus deſciuerunt.

1. Hic inter inſigniores quos tuebatur errores, ſacri ordinis miniſtros, Epiſcopalemq; ac ſacerdotalem gradum & ordinem, nihil eſſe dicebat.

2. Item corporis & ſanguinis Chriſti perceptionem ſumentibus, ad ſalutem prodeſſe negabat. Et alia huiuſmodi quàm plurima.

Qui

Qui tandem poſt multos ſeminatos errores, multaſque cædes perpetratas, inter nauigandum à quodam Presbytero in cerebro percuſſus occubuit. Sed tamen poſt eius mortem, error ipſius non tam facilè extirpari potuit. Propter quod à clericis loci eius Eccleſia cum redditib. per manum Epiſcopi Norberto cuidam docto & ſancto viro regenda data fuit, ſperantibus quod per eius ſalutarem doctrinam, hæreſis illa dè medio tolleretur. Quod & factum eſt. Siquidem ipſo prędicante, viri & mulieres compuncti, corpus Dominicum quod in ciſtis & foraminibus per decem annos & amplius repoſuerant, attulerunt, & per eius doctrinam paulatim ad ſanctam fidem reſipuerunt. Hæc Sigebertus.

TASCODRVGITÆ.

TAſcodrugitæ, ad Phrygaſtarum ſeu Montaniſtarum Sectam pertinent. ſunt enim omnes hi (vt ait Epiphanius lib. 2. tomo 1. contra hæreſes) eiuſdem factionis, eiſdemque ſpiritibus erroris & dæmonum doctrinis addicti. Emerſerunt autem Commodi Imperatoris, & Soteri ſummi Romanorum Pontificis temporibus, circiter annum Domini 181.

Hi cum Catholicorum more vetus & nouum teſtamentum ſuſcipiant, reliquos tamen veros Prophetas, ſuis falſis Prophetis Montano, Priſcæ, & Maximillæ poſtponunt, hos illis præſtantiores eſſe iactitantes; de quibus vide locis ſuis.

Vocantur autem Taſcodrugitę, (vt idem ait Epiphanius) quod Taſcus apud ipſos pertica, Drugus verò naſus ſiue roſtrum appellatur. Et ab eo quod imponunt digitum ſuum, indicem appellatum, in naſum dum orant, triſtitiæ nimirum ac vltroneæ iuſtitiæ gratia, ab aliquibus Taſcodrugitæ appellati, hoc eſt, perticonaſati, aut perticoroſtrati. Hæc Epiphanius.

Hos tamen Taſcodrugitas ad Manichæorum inſaniam ſpectare quidam contendunt, de quibus etiam fit mentio,

C. de hæreticis & Manichæis, l. Quoniam, in hæc verba: Quos Manichęticus furor detinet, his omne teſtimonium, ſicut & alias legitimas conuerſationes, ſancimus eſſe interdictum.

TATIANI.

TAtiani, à Tatiano Iuſtini Martyris & Philoſophi, qui ex Samaritanis in Chriſtum credidit, diſcipulo ſunt appellati. Hic Marci Antonini Philoſophi Imperatoris, & Soteri Maximi Romanorum Pontificis temporibus vixit, circa annum Domini 173. Is porrò quamdiu eius magiſter Iuſtinus vitam egit, nunquam ſe de fide malè ſentire oſtendit, quemadmodum teſtatur Euſebius Cæſareenſis in Eccleſiaſtica hiſtoria: at poſtea quàm ille martyrio vitæ finem conſequutus eſt, à veritatis tramite deuiauit: cumque doctoris nomẽ omni ambiret ratione, maluit magiſter fieri erroris, quàm diſcipulus veritatis. Et quemadmodum cæcus qui manuducitur, inquit Epiphanius, ſi à manuducẽte relictus fuerit in præcipitia ſeipſum dat, & ob eam quam habet cæcitatem defertur, ita vt retineri non poſſit, donec ad mortem fuerit perlatus, ſic etiam ipſe Tatianus. Fuit autem Syrus genere, & ſuam ſcholam ab initio quidem in Meſopotamia erexit circa duodecimum fermè annum Antonini Cęſaris, Pii cognominati. Nam à Roma poſt mortem S. Iuſtini, digreſſus ad Orientis partes, & illic conuerſatus, in malam opinionem incidit, & ſæcula quædam ac fabulas Valentini, & principatus quoſdam ac emiſſiones etiam ipſe introduxit. Maximam verò prædicationis ſuæ partem in Antiochia iuxta Daphnem ſita confecit, & in Cilicum partibus: multum autem in Piſidia valuit. Ab hoc enim per ſucceſſionẽ qui Encratitæ appellantur, venenum tranſſumpſerunt. Dicitur ab ipſo factus eſſe liber, qui ex quatuor Euangelijs conſtat, quem aliqui Euangelium ſecundum Hebræos vocant. Hæc Epiphanius.

1. Eadem porrò quæ veteres hæretici, Valentinus videlicet, Marcion, & Saturninus, qui eum præceſſerant, docuerunt,

cuerunt, etiam hic docet, ad ea quoq; de ſuo cerebro nonnulla adiiciens & confingens. Et primum quidem cum Encratitis Adamum non ſaluari aſſerit, ſed damnatione perpetua ob lapſum ſuum puniendum eſſe.

2. Continentiam verò hic prædicat, nuptias autem, ſcortationem, & corruptionem putat, aſſerens nihil differre matrimonium à ſcortatione, ſed idem eſſe. Vnde prætextu continentiæ & continentium morum, nequiſſimam vitam duxit, velut lupus rapax ouilla pelle indutus, & temporario prętextu deceptos ſeducens. Cum itaq; hominum generationem execratur, iusq; nuptiarum legitimum abiicit, id iuris à Deo ſtatutum non cõfitetur, vt inquit Philaſtrius.

3. Prolationes quaſdam ſeculorum & æonas fabuloſas, velut Marcion, comminiſcitur, & circa eas delirat.

4. Dicebat, non licere veſci carnibus, eas abominandas velut à dæmone creatas exiſtimans.

5. Cumq; ad ſanctæ Eccleſiæ imitationem myſteriis ſimiliter vteretur, ſola tamen aqua in eiſdem vtebatur, vllo pacto vino vtendum eſſe inficians, quod fabuloſa quadam vanitate adſtrueret, de Satana & terra vitem germinaſſe. Quod etiam Diuus teſtatur Hieronymus in Commentariis ſuper Prophetam Amos, cum illum Prophetæ locum, Propinabatis Nazaræis vinũ, interpretatur: De hoc, inquit, loco hæreſim ſuam Tatianus Encratitarum Princeps ſtruere nititur, vinum aſſerens non bibendum, cum & lege præceptum ſit, ne Nazaræi bibant vinum, & nunc accuſentur à Propheta, qui propinant Nazaræis vinum. Qui ſi literam ſequuntur in omnibus, & Iudaicas fabulas Eccleſiis ingerũt Chriſti, ergo & comam nutrire debent, & vuam paſſam ac viridem non comedere, & ſuper patre & matre mortuis nõ ingredi. Et ſi fortè hęc fecerint, & fuerint vel humana fragilitate & neceſſitate ſuperati, radant capita, & irriti ſint omnes dies conſecrationis & laboris eorũ. Quod ſi hæc non faciunt, neq; poſſunt more Iudaicorũ cauponũ miſcere aquam vino, vmbras veritati, Euangelii gratiæ legis neceſſitatẽ, ebrietatem illam intelligant, qua curis ſecularibus inc-

briatur & obruitur animæ vigor, & illos Prophetis mandare dicentes: Ne prophetetis: quo liuore ſuperati, prohibent eruditos viros doctrinæ proferre ſermonem. Hucuſque Hieronymus. Ex cuius verbis conſtat, Tatianum hanc etiam docuiſſe hæreſim, quamuis Auguſtinus & Philaſter cum de Tatiano loquuntur, eius non meminerint. De hoc vide latius in Encratitis.

TEMPLARII.

Templarii, ſeu Templaris militiæ Ordo cœpit anno Domini 1120. Sic autem nuncupantur, quod iuxta templum Domini Hieroſolymis in palatio regio à prima eorum inſtitutione manſionem haberẽt, quemadmodum author eſt Gulielmus Tyrenſis Archiepiſcopus, in ſua belli ſacri hiſtoria lib. 12. c. 7. De quib. eorumq; primordio ſcribit in hęc verba: Eodem, inquit, anno, quo Dominus Balduinus de Burge Comes Ediſſenus, ſecundus ex Latinis Hieroſolymorum Rex electus eſt, quidam nobiles viri de equeſtri ordine, Deo deuoti, religioſi, ac timentes Deum, in manu Domini Patriarchæ, Chriſti ſeruitio ſe mancipantes, more Canonicorum regularium, in caſtitate & obedientia, & ſine proprio velle, perpetuò viuere profeſſi ſunt. Inter quos primi & præcipui fuerunt viri venerabiles, Hugo de Paganis, & Ganfredus de Sancto Aldemaro. Quibus, quoniam neque Eccleſia erat, neque certum habebant domicilium, Rex in palatio ſuo, quod ſecus templum Domini ad auſtralem habet portam, eis ad tempus conceſſit habitaculum. Canonici templi Domini, plateam quam circa prædictum habebant palatium, ad opus officinarum certis quibuſdam conditionibus conceſſerunt. Dominus autem Rex cum ſuis proceribus, Dominus quoque Patriarcha cum Prælatis Eccleſiarum, de propriis Dominicalibus certa eis pro victu & amictu beneficia quædam ad tempus, quædam in perpetuum contulerunt.

Prima autem eorum profeſſio, quodque eis à Domino Patriarcha & reliquis Epiſcopis in remiſſionẽ peccatorum ſuorum

Digitized by Google

ſucrum iniunctum eſt, hoc fuit, vt vias & itinera maximè ad ſalutem peregrinorum, qui ex Chriſtiano orbe ad terram ſanctam vndique confluebant, & à latrunculis quibuſdam ſpoliabantur, contra iſtorum inſidias & incurſiones pro viribus conſeruarent. Nouem autem annis poſt eorum inſtitutionem, in habitu fuerunt ſeculari, talibus vtentes veſtimentis, quales pro remedio animarum ſuarum populus largiebatur. Tandem anno nono à prima eorum inſtitutione atque profeſſione, Concilio in Francia apud Trecas habito, cui interfuerunt Dominus Rhemenſis, & Dominus Senonenſis Archiepiſcopi cum ſuffraganeis ſuis: Albanenſis quoque Epiſcopus, Apoſtolicæ ſedis Legatus: Abbates quoque Ciſtertienſis & Clarauallenſis, cum aliis pluribus, inſtituta eis eſt regula, & habitus aſſignatus, albus videlicet de mandato Domini Honorii Papæ, & Domini Stephani Hieroſolymitani Patriarchæ.

Cumque iam annis nouem in eo fuiſſent propoſito, (non autem niſi nouem erant) extunc cœpit eorum numerus augeri, & poſſeſſiones multiplicabantur. Poſtmodum verò tempore Eugenii Papæ (vt dicitur) cruces de panno rubeo, vt inter cæteros eſſent notabiliores, mantellis ſuis cœperunt aſſuere, tam equites, quàm eorum fratres inferiores, qui dicuntur Seruientes: quorum res adeò creuit in immenſum, vt hodie trecentos plus minuſue in conuentu habeant equites, albis chlamydibus indutos: exceptis aliis fratribus, quorũ penè infinitus eſt numerus. Poſſeſſiones autem tam vltra quàm citra mare adeò dicuntur habere, vt iam non ſit in orbe Chriſtiano prouincia, quæ prædictis fratribus bonorum ſuorum portionem nõ contulerit, & regiis opulentiis pares hodie dicuntur habere copias. Qui, quoniam iuxta templum Domini (vt prædiximus) in palatio regio manſionem haberent, Fratres militiæ templi dicuntur.

Qui cum diu in honeſto ſe ſeruâſſent propoſito, profeſſioni ſuæ ſatis prudenter ſatisfacientes, tandem neglecta humilitate (quæ omnium virtutum cuſtos eſſe dignoſcitur,

& in imo ſpontè ſedens, non habet vnde caſum patiatur) Patriarchæ Hieroſolymitano, à quo & ordinis inſtitutionē, & prima beneficia ſuſceperant, ſeſe ſubtraxerunt, obedientiam ei, quam eorum prædeceſſores eidem exhibuerant, denegantes: ſed & Eccleſiis Dei decimas & primitias ſubtrahentes, & earum indebitè turbando poſſeſſiones, facti ſunt omnibus valdè moleſti. Hactenus Gulielmus Tyrius Archiepiſcopus.

Cum itaq; in maximam ſanctitatis opinionem veniſſent Templarii, indeque adeò breui tempore multas diuitias ac templa ſibi comparâſſent, incraſſati, impinguati, dilatati, Deum tandem factorem ſuum dereliquerunt, & receſſerunt à Deo ſalutari ſuo: prouocauerũtq; eum in diis alienis, & in abominationib. ad iracundiam in ſeſe concitauerunt. Nam Chriſti ſacris impudentiſſimè (vt quidam tradunt) abdicatis in tam horrenda, abominandaq; diuerterunt flagitia, vt & ſummi Romanorũ Pontificis Clementis V. Patrumq; decreto ad Reges Francorum Philippi Pulchri inſtigationem in Viennenſi Concilio vniuerſali, à quadringentis Epiſcopis anno Domini 1311. celebrato, damnati, & flammis deuoti fuerint, & eorum ordo, qui iam ferè ducentis annis integer perdurârat, euerſus, eorumque bona Rhodiis militibus conceſſa, quod imprimis ad Saracenos defeciſſe dicerentur. Vnde Alpharus lib. 2. de planctu Eccleſiæ: Templarii, inquit, propter ſua flagitia ab Eccleſia reprobati ſunt. Et ſubitò deſtruuntur mirantibus vniuerſis: quorum Magiſter cum multis aliis, Pariſiis viuus exuſtus eſt, quamuis illa quæ eis obiecta erant crimina non faterentur, ſed conſtantiſſimè denegarent, & falſa atque commentitia eſſe dicerent.

1. Nam illis opponebatur, quod Chriſtum abnegaſſent.

2. Quod in crucem Chriſti conſpuiſſent.

3. Quod eorum profeſſio eſſet prophana.

4. Quod eorum magiſtri ordinatio, clanculum & occultè fieret.

5. Quod

Digitized by Google

5. Quod propter illos terra ſancta in Turcarum ac Saracenorum manus iterum deueniſſet, quibus tot Chriſtianorum fuſo ſanguine, adempta pridem fuerat.

6. Quod nefanda maſculorum libidine conflagrâſſent.

7. Quod miro artificio ſimulacrum quoddam conflauiſſent, hominis cutem eo ſuperinducentes, & in eius fronte binis carbunculis oculorum vice promicantibus collocatis: quod ſanè loco numinis reuerebantur & colebant.

8. Quod morientium cadauera in cineres reſoluta, cæteris darent in poculum, quô in ea ſecta firmiores & conſtantiores conſiſterent.

9. Quod deniq; infantem natum ex Templarii, virginiſq; concubitu, torrerent igne, ex cuius humore deliquato, ſuum perungerent ſimulacrum. Et alia quamplurima, quæ ſi quis noſſe volet, legat Clementis huius nominis V. Maximi Romanorum Pontificis vitam apud Volaterranũ, Platinam, & Polydorum Vergilium, item Francorum annales. Sunt tamen nonnulli, qui illos immeritò damnatos eſſe & morte affectos aſſerunt, & regi Franciç, ea mala, quç poſtea pertulit, eam ob cauſam accidiſſe, quod in eorum poſſeſſiones inuaſerit. Cui opinioni ſubſcribit Iacobus Moguntinus, Nauclerus, Antonius Sabellicus in hiſtoriarum rhapſodia, & Ioannes Bocatius libro de Ruina Principum, aitq; ſe id à patre accepiſſe, qui ſententiæ in eos latæ executioni præſtò fuit. Diuus quoque Antoninus Florentiæ Archiepiſcopus, in tertia parte ſuæ hiſtoriæ cap. 21. his videtur accedere. Tu qui locos tenes, vide ibi quæ cenſeant illi, & vtrum Templarii ſint inter hæreticos adnumerandi, an nõ. ego enim aliorum iudicio ea omnia relinquo. Mihi tantum ſat fuerit, authores probos, qui de hçreſibus tractârunt, huc adduxiſſe.

TERTVLLIANISTÆ.

TErtullianiſtæ, à Tertulliano Africanæ prouinciæ (vt author eſt Hieronymus in Catalogo virorum illuſtrium) Preſbytero, ciue verò Carthaginenſi, vocantur

qui Alexandri Seueri Imperatoris, & Pontiani Maximi Romanorum Pontificis temporibus, illuſtris habitus eſt apud Africam, circa annum Domini 228. De cuius omnifaria eruditione & ingenii acumine multa ſunt in veterum monumentis. Diuus Cyprianus tanti hunc fecit, tamq́ue habuit charum, vt ne diem quidem ſine eius lectione traduceret, ſolitus notario dicere, Da magiſtrum, Tertullianũ ſignificans. Neque verò minoris hunc Diuus Hieronymus fecit, qui paſſim data occaſione, eius laudes eloquitur. Hinc in epiſtol. ad Magnum Oratorem: Tertulliano, inquit, quid acutius? quid eruditius? Denique in Apologetico libro, quem aduerſus gentes conſcripſit, cunctam ſeculi diſciplinam contineri dixit. Quod proculdubio verum eſt, quum acris & ardentis ingenii non ferens Gentilium inſolentiam atque ſæuitiam, qua in Chriſtianos ferebantur, omnes ingenii ſui neruos in horum defenſionem intendit, incomparabiles interim eruditionis ac eloquentiæ ſuæ opes iſthic oſtentans.

Verum (quod dolendum) hoc tam præclarum doctrinę lumen, quum multos ex errorum tenebris ad veram lucem reuocâſſet, ipſe poſtea, neſcio quo malo genio afflatus, in fœdos ac pudendos errores prolapſus eſt, ſecutus imprimis Montani impoſtoris vecordiam, qui ſe paracletum à patre miſſum eſſe fingebat. Tertullianus (inquit D. Hieronymus de viris illuſt. capite de Melitone Aſiano) vſque ad mediam ætatem presbyter fuit Eccleſię Africanę in Numidia, poſtea verò contumelia Clericorum Romanæ Eccleſiæ, ad Montani dogmata delapſus eſt. Denique Millenariorum, quos Græci Chiliaſtas vocant, fauit errori, quibus perſuaſum erat, facta communi reſurrectione, nos in hac terra veluti in campis elyſiis ſuauiter & lautè annos mille victuros. Erat quoque caſtitatis tantus amator, vt Cataphrygarum ſecutus inſaniam, ſecundas nuptias damnaret. Id quod ſubinde aliàs, tum verò ex profeſſo in opere ſuo de Monogamia facit. Eius itaq; errores ſunt hi, ordine digeſti.

1. Dicebat inprimis (teſte Diuo Auguſtino lib. de hæreſibus

Digitized by Google

reſibus cap. 86. & Iſidoro) animam quidem immortalem eſſe, ſed corpoream, hoc eſt, animam filii fieri per traducem ab anima patris, quemadmodum corpus ex corpore propagatur.

2. Item ſceleratorum hominum animas poſt mortem verti in dæmones, & in quæcunq; animalia bruta ſuis meritis congrua.

3. Deum quoque Tertullianiſtæ, (vt D. Thomas lib. 1. contra gentes cap. 21. aſſerit) corporalibus lineamentis figurabant: quam tamen opinionem in eis excuſat Auguſtinus vbi ſupra.

4. Multa (inquit idem Auguſtinus lib. de hæreſibus ad Quoduultdeum) Tertulliani leguntur opuſcula elegantiſſimè ſcripta, ſed paulatim defecerunt. Et tranſiens ad Cataphrygas, quos ante deſtruxerat, cœpit etiam ſecundas nuptias, contra Apoſtolicam doctrinam, tanquam ſtupra damnare: & poſtmodum etiam ab ipſis diuiſus, ſua conuenticula propagauit. Extat vſque hodie liber, quem pro huius erroris defenſione edidit, qui inſcribitur de Monogamia: quem (inquit Hieronymus in epiſtola ad Titum cap. 1.) Apoſtolo contraire, nemo qui Apoſtolum legerit, ignorabit.

TETRADITÆ.

TEtraditæ ad Seueritarum familiam (de qua ſupra in Seuero Antiochienſi Epiſcopo diximus) ſpectant, emerſeruntq; Mauricii Imperatoris, & Pelagii ſecundi, Romanorum ſummi Pontificis temporibus, circa annum Domini 599.

Porrò cum Seueritarum cohors (vt inquit Nicephorus lib. 18. cap. 49.) in multas Sectas eſſet diſſecta, alii Agnoëtæ, alii Contobalditæ, à loco quodam nomine hoc ſumpto, alii Theodoſiani, alii Pauliani, alii Damianiſtæ, alii Petritæ fuerunt appellati, congruentia nomina à ſuis miniſtris accipientes. Quorum aliqui, vtpote Damianiſtæ & Pauliani, alium eſſe dicebant patrem, alium filium, & alium Paracle-

tum, Spiritum videlicet Sanctum: non eſſe autem horum quemque per ſeipſum naturam, ſed habere communem Deum ſiue Deitatem in eis exiſtentem: atque de ea Deitate indiuiſibili modo participantes, quemlibet eſſe Deum. Vnam autem ſubſiſtentiam opinabantur eſſe, Patrem & Filium, & Spiritum Sanctum: communẽ verò ipſum Deum, ſubſtantiam & naturam. Alii verò Seueritæ, qui ab Epiſcopo quodam ſuo Petro nomen conſequuti, Petritæ nuncupabantur, nimirũ qui Seuero & Theodoſio recepto, Paulũ & Damianũ non admiſerant, quippe opinionẽ vtriuſq; improbantes: quodq; cũ Eccleſia Catholica cõmunicãtes, Synodum quartam approbârant, eos reiicientes, profitebantur Deum, ſecundum veritatem, & eſſentiam & naturã quanq; per ſeipſam: Patrem & Filium & Spiritum Sanctum dicentes, non numero, ſed per omnia ſimili eſſentia. Eos Paulus & Damianus Tritheitas nominabant, ſicuti illi hoſce quandoque Tetraditas, quandoq; etiam Sabellianiſtas. Hæc Nicephorus.

Quæ ſanè hæreticorum colluuies, primum à Manichæis progreſſa, deinde in multas factiones & ſectas diuiſa eſt. Multa nempe hæreticorum genera, diuerſis nominibus appellata, ſub hac hæreſi militaſſe, Codicis liber teſtis eſt, & manifeſtò commonſtrat, vbi agitur de hæreticis & Manichæis. Vnde illud: Iſti & cæteri Manichæi nuſquam in Romano ſolo conueniendi morandique habeant facultatem. De his vide in Seuero, Ioanne Philopono, Theodoſio, Angelitis, Tritheitis, & Cononitis.

TESSARESCÆDECATITÆ.

TEſſareſcædecatitæ ſunt hi, quos ſupra Quatuordecimanos ſeu Paſchatitas nominauimus, à quartadecima luna ſic appellati, qua die putabant Paſcha eſſe neceſſariò celebrandum, & non alio tempore, quod ex veteri lege eo die Paſcha eſſet. Qua de re non minima digladiatio inter Orientales & Occidentales Epiſcopos oborta eſt in Eccleſia Antonini Pii Imperatoris & Aniceti ſummi Romanorum Pontificis temporibus, circa annum Domini 154. hoc diſſidium

dium vſque ad Victoris Papæ huius nominis primi ætatem, ſed tandem in Concilio Niceno omninò finitum eſt: in quo decretum fuit, vt die Dominico ab omnibus Paſchale myſterium celebraretur in memoriam Dominicæ reſurrectionis, quæ eo die facta eſt. Quod decretum quamuis inter Niceni Concilii decreta, quæ modò extant, non reperiatur, habetur tamen in ſecundo libro hiſtoriæ Tripartitæ ex Theodorito cap. 12. ea epiſtola quæ ab eodem Concilio ad Alexandrinam Eccleſiam & fratres per Ægyptum, & Libyam, & Pentapolim conſtitutos, deſtinata fuit, in hæc verba: Euangelizamus autem vobis, & de conſonantia ſanctiſſimi Paſchæ, quia veſtris orationibus eſt correctum etiam hoc opus: ita vt omnes Orientales fratres, qui cum Iudæis id primitus celebrabant conſonè cum Romanis & vobiſcum, & cum omnibus ab initio Paſcha cuſtodientibus, ex hoc tempore debeant cuſtodire. Hæc Concilium Nicenum.

Huius hæreſis quis primus author aut inuentor fuerit, non exprimit D. Auguſtinus libro quem de hæreſib. inſcripſit, licet hanc hæreſim inter alias recenſeat vigeſimam nonam, ſed ſolum aſſerit illos Teſſareſcædecatitas appellari. Tertullianus tamen in opuſculo ſuo de hæreſibus, quendā Blaſtum nominat, quem ait huius hæreſis authorem. Ex quo coniicere licet, hanc hæreſim, Commodi Imperatoris temporibus ab eodem Blaſto renouatam fuiſſe, cum ſub Antonino Pio iam ſumpſiſſet initium. Huic errori, teſte Auguſtino, adhæſerunt Anthropomorphitæ.

De Teſſareſcædecatitis porrò Epiphanius contra hæreſes lib. 2. tomo 1. tradit in hunc modum: Ab his, inquit, duabus ſectis ſimul inter ſe permixtis, Phrygorum & Quintilianorum, ſiue Priſcillianorum, emerſit rurſus mundo alia hæreſis, Teſſareſcędecatitarum appellata, quos quartadecimanos quidam appellant. Et hi quidem omnia habēt velut Eccleſia. Aberrant autem ab omnibus, eò quod non conſequentiæ & doctrinæ rituum attendunt, Iudaicis adhuc fabulis addicti. Et neque æqualia ipſis docent. Non enim

nouerunt quæ dicunt, neque de quibus affirmant. Semel enim in anno vnam diem tales cõtentioſè Paſchatis agunt. Et quidem cum de Patre & Filio & Spiritu Sancto, benè & æqualiter ſentiant, & Prophetas ſuſcipiant, & Apoſtolos atque Euangeliſtas; reſurrectionemque carnis ſimiliter confiteantur, & futurum iudicium ac vitam æternam: inciderunt tamen in errorem non vulgarem, vſi nimirum dicto in quo dixit lex: Maledictus qui non faciet Paſcha decim quarta die menſis, &c. De his vide plura in Paſchatitis, & Quatuordecimanis.

THABORITÆ.

THaboritæ fuerunt Bohemi quidam, hoc nomine appellati à loco quodam, quem mœnibus cingentes, nomen Thabor illi indiderunt. Horum dux & princeps fuit Ziſcha quidam nobilis genere, & Procopius Ioannis Rockeſana cognomento defenſor acerrimus. Is Ziſcha (vt ait Æneas Syluius lib. 4. de origine Bohemorum) incredibili furore perditorum hominum turbam, & qui non tam nouam fidem ſecuti, quàm iudicia & carceres fugiſſe videbantur, aggregans, Eccleſias inuaſit, euertit templa, ſacraria ſpoliauit, Monaſteria deſtruxit, fugauit Monachos, aliaq; ſimilia facinora perpetrans. Quô autem ſecurius degeret, locum Vlrici cuiuſdam veræ fidei cultoris natura munitum cœpit vi, Vlricumque ac familiam ſuam omnem gladio peremit: quem locum mœnibus cingens, vt quiſque ex militibus tentoria fixerat, ita ædificari ſibi domos imperauit. Thabor illi loco nomen indidit, comitesque ſuos Thaboritas appellari voluit, tanquam cum tribus Apoſtolis Saluatoris Chriſti transfigurationem in monte Thabor vidiſſent, indeque ſuas opiniones mutuati eſſent, quas fidei veritates appellabant. De his vide plura in Ioanne à Rockeſana, & Orphanis.

Exorti ſunt autem Thaboritæ ſub Sigiſmundo Cæſare Germano, & Ioanne huius nominis vigeſimotertio ſummo Romanorum Pontifice, circa annum Domini 1411.

Contra

Digitized by Google

Contra quos potiſſimum coactum eſt Conſtãtienſe concilium, quod anno Domini 1415. inchoatum eſt, & quatuor annis perfectum.

THEBVTES.

THebutes, quem alii Thebulim vocant, vnus fuit ex ſeptem illis hæreticis, qui à primordio eccleſiæ (vt eſt apud eccleſiaſticam hiſtoriam Euſebii Cæſareenſis libr. 4. cap. 18.) eius vnitatem in diuerſas partes ſcindentes, per corruptelam doctrinę, caſtum eius cubile macularunt, impietatem loquentes aduerſus Dominum, & aduerſus Chriſtum eius. Emerſit autem T. Claudii Cæſaris, & Petri Apoſtoli temporibus, circa annum Dom. 40.

Huius & aliorum plurium meminit quoq; Egeſippus in hæc verba: Propterea, inquit, eccleſiam vocauerunt virginem, quod nondum eſſet inanibus & vanis corrupta doctrinis. Primus eam deprauare cœpit, quod in petitione Epiſcopatus repulſam tuliſſet, Thebutes, vnus è ſeptem primis hæreticis, & plebeius: à quibus & Simon eſt, vnde Simoniani dicti, &c. Ab his Pſeudochriſti, Pſeudoprophetæ, & Pſeudoapoſtoli, qui eccleſiæ vnitatem primo diuiſerunt. Hæc ex Nicephoro lib. 4. cap. 7.

THEODORVS MOPSVESTIENSIS *Epiſcopus.*

THeodorus Mopſueſtienſis Epiſcopus, vir quidem eloquens, Ioannis Chryſoſtomi condiſcipulus fuit, & Arrianorum, quamdiu vixit, acerrimus Antagoniſta. Qui tamen poſtea in Ebionis & Neſtorii hæreſim collapſus eſt, Zenonis Imp. & Simplicii Romani antiſtitis temporibus, circa annum Dom. 476.

1 Affirmabat autem hic, Mariam virginem hominem tantum, non Deum, peperiſſe.

2 Item (vt author eſt D. Thomas in prologo expoſitionis Pſalmorum) in veteri teſtamento nihil expreſſe dictum fuiſſe de Chriſto.

Contra hunc Theodorum & Anthemium Conſtantinopolitanum Epiſcopum, qui in Eutychianam hæreſim lapſus erat, altera Synodus Conſtantinopolitana congregata fuit Anno 549. in qua conſtituitur, quod virgo Maria ſit θεοτόκος, & damnatur Origenes. Aduerſus quam etiam Theodori hæreſim & ſuæ dæmoniacæ inuentionis errorē, ſcribit Ioan. Damaſcenus libr. 3. c. 3. & eum vocat Deo odibilem, & igne dignum. Quem etiamnum Nonnus ſanctæ memoriæ Edeſſenæ ciuitatis Epiſcopus, poſt mortem in ſua eccleſia anathematizauit.

De hac re vide plura in Iba, Ebionitis, & Neſtorio.

THEODERICHVS ARRIANVS *Oſtrogotthorum Rex.*

THeoderichus, vel Theuderichus, Theodemiri filius, Oſtrogotthorum Rex, fuit ſecta Arrianus, qui ad Veronam Odoacro ſub Zenone Imperatore, & Gelaſio primo ſummo Romanorum Pontifice, circa ann. Dom. 485. vniuerſam Italiam cum ſua poſteritate annis ſeptuaginta tenuit. Vir quidem tanta ferocia cum ſuis Hunis præditus, vt nonnulli illos magis ex dæmonum, quam ex hominum ſemine natos crediderint. Ex quibus etiam magnus ille Attilas ortus eſt, qui ſubacta Pannonia, Italiam ingreſſus (vt author eſt Pius papa in ſua Coſmagraph. vbi Aſiæ deſcriptionem facit) cum exercitu quingentorum trecentorū millium, Aquileiam ſubuertit, & in Germaniam trāſiens, plurimas vaſtitates edidit: ac tranſmiſſo Rheno, in agris Catelaunicis memorabile illud prælium commiſit, in quo ſupra centum ſexaginta millia hominum cecidere. Et quamuis victus eſſet, id tamen ſolatii tulit, quod Theoderichum Gotthorum præſtantiſſimum ducem obtruncatum cognouit. Hæc Pius Papa.

De eo Theodericho Niceph. lib. 16. c. 21. ſcribit in hūc modum: Theuderichus, quem Zeno conſulem & Thraciæ ducem renuntiauerat, vbi inſidias ſibi ab eo ſtrui ſenſit, aduerſus veterem Romam exercitum duxit, Odoacrū bello vicit, & regia veſte ſumpta, regem ſe dixit. Multas præterea

Digitized by Google

terea Occidentales gẽtes abſq; prælio, item Vandalos, magnam vrbem Romam, & (vt ſemel dicam) Heſperiam plagam omnem cepit, & ditioni ſuæ ſubiecit. Hæc ille.

Quomodo vero pro Arrianis ante ſanctam magnam vniuerſalem quintam Synodum ad Iuſtinum Imperatorem legationem miſerit, ita refert idem Nicephorus libro 17. capit. 9. Porro quum Epiſcopatum, inquit, Epiphanius ſuperioribus temporibus Conſtantinopoli gereret, Ioannes quoque Papa eo venit, quum eum Theuderichus Roma vrbe potitus, legatum ad Iuſtinum miſiſſet. Arrianam namque is religionem defendens, legationem pro Arrianis miſit, vt ne deſciſcere ab opinione ſua cogerentur. Et legationi minas addidit: quod ſi Iuſtinus id facere nollet, ſe itidem per Italiam in Nicenæ Synodi cultores ſæuiturum eſſe. Quod & factum ab eodem eſt. Nam cum à Iuſtino (vt inquit Blondus) Epiſcoporum hæreticorum reſtitutio denegata eſſet, Ioannem cæteroſque legatos eius ſocios, Agapitum videlicet, & Patricium conſules, Theodorum & Importunum, Theuderichus Rauennæ poſt reditum in carcere fame occidit. Deinde nonageſimo octauo die Theuderichus profluuio ventris diem ſuum obiit. Symmachum quoque & Boethium Chriſtianum Philoſophum martyrio affecit, authore Sabellico & Volaterrano. De eius tamen morte aliud tradit Nicephorus lib. decimoſeptimo, cap. 21. Theuderichus Scytha, inquit, magnis comparatis opibus, aduerſus Zenonem arma cepit. Et cum copiis in Thracia coactis, Romanam ditionem ingreſſus, obuia quæque diripuit, & vſque ad os Euxini peruenit. Atque ille Imperialem etiam fere cepiſſet vrbem, niſi ex neceſſariis eius quidam vitæ eius inſidiati fuiſſent. Quos veritus, retroceſſit. Neque ita multum interceſſit temporis, quum vitam etiam finiuit, per cauſſam huiuſmodi: Haſta expetita patrio more pro tabernaculo eius ſublimis collocata erat. Cum autẽ corpus exercere deberet, equũ adduci iuſſit: atq; moræ impatiẽs, ex terra in illum inſiliit. Quod autẽ ex paſcuis & equitio is nuper admodũ veniſſet, fero-

citatemq; ſpiraret, necdum Teuderichus recte ei inſediſſet, priores pedes in ſublime iactans, poſterioribus tantum inſtitit. Theuderichus autem cum equo concertans, neq; freno cohibere eum potuit (ne ſcilicet fera ſuper eum reſupina concideret) neque ſatis certo aut firmitèr illi inhæſit. Atque cum ita cum equo huc atque illuc in gyrum verteretur, neſcio quomodo haſtam illam concuſſit: & illa oblique in eum illata, latus eius vulnerauit. Ex quo vulnere lecto affixus, vbi viſcera eius ex conuulſione & inflammatione commarcuerunt, breui vitam amiſit.

Is vero cum ſubito defunctus eſſet, à quodam ſanctiſſimo eremita (vt author eſt Sigebertus) viſus eſt, nudus & diſcalceatus à Ioanne Papa & Symmacho atque Patritio in ollam Vulcani detrudi, vel, vt alii dicunt, in Ignem Lipareũ immergi. Idem refert Carion. De hoc vide plura in Genſericho Africæ rege, Gotthis, & Vandalis.

THEODOSIANI.

THeodoſiani, à Theodoſio quodam Monophyſitarum hæreſis principe, & à Seueritis Alexandriæ Papa creato, appellantur. Floruit autem is Mauritii Imp. & Pelagii huius nominis ſecundi temporibus, circa annum Domini 592.

Hic cum ſectatoribus ſuis (vt author eſt Nicephorus libro 18. cap. 48.) communem humanam naturam, ipſamq; etiam diuinam, quam indiuiſibilem dicimus, in plurimas partitur perſonas, diſcernens eam, & ſingulatim indiuiduis triouens, & tribus ſuperſubſtantialis naturæ ſubſiſtentiis diſpertiens. Ideoque Chalcedonenſe concilium reſpuunt, Eutychetis & Dioſcori errores ſequentes.

Quæ hæreſis contraria eſt hæreſi Neſtorianæ. Neſtorius enim, propter duas naturas, duas etiam ſubſiſtentias numerat: Theodoſiani vero propter vnam ſubſiſtentiam, vnam quoque ſubſtantiam & naturam in Chriſto dicunt.

Fertur

Digitized by Google

Fertur vero ſectæ iſtius ducem (inquit idem Nicephor. cap. 49.) primum Seuerum fuiſſe, poſtea autem Ioannem Philoponum eam defendiſſe. Porro autem poſt Seuerum, hæreſim hanc primum recepiſſe Theodoſium, qui apud eos Alexandriæ Papa factus eſt. Deinde & alios: à quibus & qui Agnoetæ dicuntur, & Contobabditæ, à loco quodam nomine hoc ſumpto, prodierunt: qui & Theodoſiani, quod ſcilicet eum, quem diximus, Theodoſium potiſſimum conſectati ſint, ſunt appellati: ſed poſtea ab illo anathemati ſubiecti ſunt: ita vt ignorantiæ hæreſis intercidés, ignorantię mandata ſit. Et paulo infra: Eſt alia etiam Seueritarum cohors, qui & Theodoſiani vocantur: propterea quod ambos hoſce admiſerint, tertiumq; inſuper Paulum cognomento Nigrum: Tertii præterea Seueritæ ſunt, qui & ipſi Theodoſiani dicuntur, & Angelitæ, & Damianiſtæ. Ii epiſcopos ſuos quoque habent, à quibus congruentia nomina accipiunt.

Porro Seueritæ iſti, qui ijdem & Theodoſiani & Angelitæ, necnon & Damianiſtæ ſunt, alium eſſe dicunt Patrem, alium Filium, & alium paracletum, Spiritum videlicet ſanctum: non eſſe autem horum quemque per ſeipſum naturam, ſed habere communem Deum ſiue deitatem in eis exiſtentem: atque de ea deitate indiuiſibili modo participantes quemlibet eſſe Deum. Vnam autem ſubſiſtentiam opinantur eſſe, Patrem & Filium & Spiritum ſanctũ: communem vero ipſum Deum, ſubſtantiam & naturam. Hæc Nicephorus. De his vide planius in Eutychete & Dioſcoro, in Ioan. Philopono, Seueritis, Agnoetis, Angelitis, Monophyſitis, Tetraditis, & Neſtorio.

THEODOTVS BYZANTIVS coriarius.

THeodotus (à quo Theodotiani hæretici) arte quidem coriarius, ſed multæ interim eruditionis & doctrinæ extitit apud Conſtantinopolim, à qua vrbe Romam fugiens, quod ei vitio verteretur, perſecutione inſtante Chri-

ſtum abnegaſſe, in hæreſim tandem & deliramenta Artemonis,& Montani hæreticorum relapſus eſt, Heliogabali Imp. & Vrbani I.huius nominis Romanorum Pontificis temporibus,circa annum Domini 221.

Hic humanam tantum naturam tribuebat Chriſto, illum hominem purum fuiſſe aſſerens. Fatebatur tamen verbum Dei in eo habitaſſe ob excellentem eius virtutem.

Ideoque Mariam non Dei,ſed hominis tantum matrem eſſe,& appellari debere.

Hoc autem dicebat,inquit Philaſtrius, vt qui Chriſtum in perſequutione abiuraſſet, hac occaſione huiuſce abnegationis opprobrium ab hominibus non amplius pateretur,cogitans quod ſi quis ei obiiceret,cur Chriſtum Deum & hominem negaſſet,diceret,ſe non Deum,ſed hominem negaſſe. Vtuntur autem,qui ſunt huius ſectę,capitulis tantum ſcripturarum,quæ de Chriſto velut homine edocent: quæ autem de Deo docent, ea non accipiunt:ſemper legentes,ſed quæ legunt,nullo modo intelligẽtes, impietatiſq; paganæ&cæcitatis Iudaicæ ſe potius cõſortes,q̃ Chriſtianæ ſalutis participes eſſe demonſtrantes.Hæc Philaſtr.

De hoc Nicephorus libro quarto,cap.vigeſimoprimo. Coriarius quidam Byzantius, Theodotus nomine, Artemonis diſcipulus,alterius ſectæ princeps extitit, & multo adhuc peiora quam Artemon eſt commentus. Præclaram autem rem ſe facere exiſtimauit, quod authoritatem diuinitus inſpiratis literis abrogauit, & eas, quas ipſemet recepit,corrupit. His Victor Epiſcopus Romanus, veluti doctrinam fidei adulterantibus generoſe reſtitit, coriariumque ab eccleſia proſcripſit. Qui paruum Labyrinthum compoſuit ſcriptor, hos redarguit, aſſerentes ſe eiuſmodi doctrinam ab Apoſtolis & ſucceſſoribus eorum accepiſſe, veritatemque vſque ad Victoris tempora, qui decimustertius à Petro Romanæ vrbis epiſcopus fuit, obtinuiſſe, & à ſucceſſore eius Zephyrino corruptam fuiſſe. Verba eius ſic habent:Et fortaſſe id quod illi dicebant, veriſimile fuiſſet,niſi eis refragarentur primũ diuinæ ſcripturæ,deinde fra-

Digitized by Google

de fratrum quorũdam Victoris tẽpore presbyterorum libri, quos illi & adgentes, & aduerſus hæreſes pro veritate ſcripſerunt: Iuſtini, inquam, & Miltiadis, Tatiani, Clementis, & aliorum complurium, in quibus omnibus diuinitas Chriſto tribuitur. Nam Irenæi, Melitonis, & reliquorum, quis ignorat ſcripta Chriſtum Deum eundemq; hominem deprædicare? Pſalmi etiam & carmina quæcunq; iam inde à principio à fidelib. ſunt compoſita, Verbũ Dei Chriſtum laudibus celebrantia, deitatẽ ei tribuunt. Quomodo igitur eccleſiaſtico dogmate à tot annis deprędicato defendi poteſt, vſque ad Victoris tempora doctrinam hanc, vt ipſi dicunt, in eccleſiis obtinuiſſe? Quomodo etiam non erubeſcũt, hæc contra Victorẽ ementientes, quum certo ſciant, Theodotum Coriariũ, qui poſt Artemonem, pater & princeps huius diuinitatem negantis defectionis fuit, & Chriſtum primus purum hominem eſſe dixit, à Victore eſſe à communione repulſum? Si enim Victor eadem quæ illi ſenſiſſet, ſicuti illorum docet blaſphemia, quomodo is Theodotum hæreſis eius inuentorem reieciſſet?

Adhæc, illa adiicit, ſcripturas quidem ſacras abſque timore & pudore omni adulterarunt, antiquos fidei canones abrogarunt, Chriſtum ignorarũt. Nec illi, quid diuinæ literæ dicant, quærunt, ſed Euclidem fortaſſe & Galenum adorant. Et paulo poſt: Propter eam cauſſam ſcil. diuinis literis manus iniecerunt, emendare ſe & caſtigare eas dicentes: & ſubdola improbitate ſimplicem ſacrarum ſcripturarum vim & ſententiam deprauarunt, ſapientiores ſeipſos Spiritu ſancto iactantes. Memoriæ etiam prodidit, non vno ſenſu hoc eos feciſſe. Aliter enim Theodotum, aliter Aſclepiadotum, aliter quoque Hermophilum, Apollonidem rurſum aliter ſcripſiſſe. Quemlibet etiam illorum caſtigationem propriorum ſcriptorum edidiſſe: idq; variãtium & diſſidentium inter ſe exemplarium diſcordantiam indicare. Quoſdam enim iſtorum refert, non deprauaſſe ſcripturas: ſed Lege & Prophetis prorſus abnegatis & abolitis, per iniquam & impiam plane doctrinam

ſub gratiæ obtentu, ad extremum perditionis delapſos.

De Theodoti & Montani eius præceptoris, atque Maximillæ miſeranda morte, ſic quoque ex Euſebio Cæſareenſi tradit Nicephorus eiuſdem lib. cap. 23. Quemadmodum, inquit, Montanus & Maximilla, à ſpiritu veſano vterque agitatus ſeipſum ſeorſim ſuſpendit, eoque modo ad inſtar Iudæ proditoris vitam finiuit: ita etiam primus prophetiarum eorum defenſor, admirandus ille Theodotus, quum ſe ſeductionis ſpiritui commendaſſet, poteſtatique eius permiſiſſet, iactatus, atque ſublatus in cœlum, ac rurſum delapſus, peſſime periit. Hactenus Nicephorus.

THEODOTION BIBLIOrum interpres.

THeodotion Epheſius patria, Marcionis hæreſiarchæ ſectator, atque Tatiani philoſophi, cum adhuc fidelis eſſet, quondam diſcipulus, Hebraici & Græci ſermonis quũ peritiſſimus eſſet, & ex Chriſtianiſmo ad Iudaiſmum lapſus, poſt Aquilæ & Symmachi ſacrarum ſcripturarũ tranſlationes, ipſe quoque tertiam edidit, Ælii Pertinacis Imperatoris, & Victoris Afri temporibus, circa annum Domini 193.

De hoc Epiphanius, libro de menſuris & ponderibus ſcribit in hunc modum: Poſt Symmachum, inquit, mox ſequenti progreſſu temporis, hoc eſt, circa ſecundi Commodi regnum, qui regnauit poſt prædictum Commodum Lucium Aurelium, annos tredecim, Theodotion quidam Ponticus, ex ſectatoribus Marcionis hæreſiarchæ Sinopitæ, infenſus & ipſe illius hæreſi, & ad Iudaiſmum declinãs, ac circumciſus, & Hebræorũ linguam ipſorumq; elementa edoctus, priuatim etiam ipſe interpretationem, & pleraque conſonanter cum ſeptuaginta duobus edidit. Habebat enim hic plurima exercitia ex conſuetudine Septuaginta duorum. Hæc Epiphanius.

Huius quoque meminit & diuus Hieronymus ſecundo contra Ruffinum libro: Miror, inquit, quod Theodotionẽ hære-

Digitized by Google

hæreticum & iudaizantem legit, & quantumcunque peccatoris, Chriſtiani translationem faſtidit. De hoc vide etiam in Aquila & Symmacho.

THEOGNIS NICENVS Epiſcopus.

THeognis Niceæ ciuitatis Epiſcopus Arrianus ſecta, vnus eorum epiſcoporum fuit, qui in concilio Niceno vocem & ſententiam τ8 ὁμουσίου reprehenderunt: hoc eſt, qui conſubſtantialem patri filium decernere renuerunt: ſed qui cum Arrio, fuiſſe aliquando cum non eſſet, aut nõ fuiſſe priuſquam genitus eſſet Chriſtus, aut ex non exiſtentibus factum eſſe, aut ex alia ſubſiſtentia vel ſubſtantia fuiſſe, aut creatum, aut mutationi alterationiue obnoxium dixerunt, ſub Conſtantino Magno Imperatore, & Syluestro Roman. Pontifice, circa annum Domini 328. Hiſtor. tripart. lib. 1. cap. 1. Ruffin. 1. cap. 6.

De hoc ita habet Nicephorus lib. 8. cap. 18. At pauci, inquit, admodum in cõcilio Niceno Arrii laudarunt opinionem. Paulo poſt tamen & ipſi fidem eam approbarunt, qui etiam Conſubſtantialis vocem reprehenderunt, (excepto Secundo & Theona) inter quos erat Theognis Niceæ ciuitatis Epiſcopus, & Euſebius Nicomediæ; quos etiam eam ob cauſam Conſtantinus Imperator ſedibus ſuis exegit. Itaque non ſolum illi ſunt proſcripti, ſed alii quoq; in eorum locum lecti. Pro Euſebio enim, Nicomediæ Amphion, pro Theognide autem, Niceæ Chreſtus, epiſcopi facti, ambo ſincerioris pietatis quam maxime ſtudioſi.

Illud autem ſcire oportet, Euſebium & Theognidem, quique præterea factionis eius erant, alios, fidei ſuæ doctrinam in ſcriptum relatam, ſeorſim Synodo obtuliſſe, eamque vt adulterinam & impietatis plenam diſcerptam eſſe. Quam ob cauſam, quod ingens turba excitata, atque omnes propter manifeſtã impietatem aduerſus eos commoti eſſent, ipſi quoque (præter Secundum & Theonam)

Arrium quidem Anathemati ſubiecere: exauthorationiq; illius ſubſcribere nolentes, fidei profeſſioni ſubſcripſerunt: quod tamen ſimulanter & inſincere fecerunt, ab exilio reuerſi, ſicut poſtea oſtendemus. Teſtificabuntur id quoq; res eorum aduerſus pietatis defenſores actæ, & quæ ipſi de rebus his reliquerunt ſcripta.

Nunc quemadmodum Euſebius & Theognis Arriani, libello pœnitentiæ exhibito, ab exilio reuocati fuerint, ſuaſque receperint eccleſias, & eos qui in eorum locũ ſurrogati erant, eiecerint, dicendum: Laudatiſſimus Imperator Conſtantinus, omnem mouebat funem, vt religio noſtra magis ac magis augeretur, & incrementa ſua caperet, quippe qui Apoſtolico cæleſtique prorſus eſſet animo. Inter eccleſiarum autem præſides, rerumq; ſacrarum magiſtratus tum erant, qui non ſolum cum illo ædificandum, verum etiam deſtruendum ſibi, & eccleſiæ fundamenta funditus euertendum ſtatuerant: ſicuti ſtylo progreſſi oſtendemus. Arrius enim ſynodi ipſius atque Imperatoris calculo condemnatus, & exilio mactatus fuerat: atque itidem Euſebius Nicomedienſis, ſectatoreſque eius, qui profeſſioni quidem fidei ſubſcripſerant, Arrii autem exauthorationem ſententiis ſuis comprobare noluerant. Et Arrius non longe poſt Nicenam ſynodum ab exilio quidem poſt reuocatus, Alexandriam autem ire prohibitus.

Breui quoq; Euſebius & Theognis Eccleſias ſuas receperunt: eis qui in eorũ locum ſurrogati fuerant, Amphione Nicomedia, & Chreſto Nicea eiectis. Quum nãq; pœnitentię libellum primariis epiſcopis miſiſſent, Imperatoris iuſſu ſunt reuocati: reuocati Eccleſias ſuas receperunt, eis qui illis ſuffecti fuerãt, repulſis, ſicuti dictum eſt. Sic illi ſub prætextu, ouium pellibus amicti, lupos egerunt. Nam Imperatoris humanitate ad ſeductionis commoditatem abuſi, & continuo Imperatorię aulę aditu priſtinam dominationem conſequuti, res peſſimas admiſerunt. Nam arte quadam illi (vt idem ait Nicephorus eiuſdem libri capite 46.)

Digitized by Google

46.) eum cui decretum Nicenæ ſynodi aſſeruandum commiſſum fuerat, dicuntur circunuenilſe, ſubſcriptioneſque ſuas deleuiſſe: atque libere & propalam docuiſſe, non oportere filium patri conſubſtantialem dicere. Ii quoque primi Athanaſio authores fuere, earum quas pertulit ærumnarum. Multam nanque ab Imperatore conſequuti poteſtatem & libertatem, Arrium quidem, qui conſentiens & amicus illis eſſet, Alexandriam reducere: illum vero, veluti ex diametro eis repugnantem, abigere inde contenderunt. Et ſane vix tandem conſilium id ad exitum ſuum perduxere. Quomodo autem id conficere potuerint, & quo pacto Imperator, vt Arrium reciperet, adductus ſit, ſi quis noſſe volet, legat eundem Nicephorum eiuſdem libri cap. 47.

Et rurſus libro 9. cap. 3. idem ait Nicephorus: Porro, inquit, Euſebio & Theognidi res, quæ incrementa ſua in deterius capiebat, & quotidie, vt ita dicam, magis magiſque excitabantur, ex ſententia procedebant. Qui imprimis ſtudebant id, quod conſtituiſſent, ad exitum perducere. Id vero erat, vt vnum aliquem, qui opinionis eorum eſſet, Alexandrinæ eccleſiæ hierarcham præficerent. Sed conſilium eorum ab Occidente reuerſus impediuit Athanaſius, vnius Auguſtorum, iunioris videlicet Conſtantini, qui Occidentalibus Gallis imperabat, literis fretus. Is nanque vbi cognouit, patrem cognominemque ſuum, Athanaſii exilium teſtamento abrogaſſe: reditu conceſſo, vt Alexandriam is reuerteretur, curauit. Hucuſq; Nicephorus. De quo vide plura in Euſebio Nicomedienſi Epiſcopo & Arrianis.

THEONAS MARMARICÆ Epiſcopus.

THeonas Marmaricenus Epiſcopus, fuit cum Secundo Ptolemaidis epiſcopo, Arrii defenſor vehementiſſimus in Concilio Niceno. Qui quoniam Arriū anathemati

ſubiicere, exauthorationiſque illius ſubſcribere, aut fidei profeſſioni ibidem approbatæ atq; decretæ ſuffragari noluerunt, filium quidem illi inter creaturas, & non æqualem patri conſtituentes, ideo (inquit Nicephorus lib. 8. c. 21.) in eodem Niceno concilio ab omnibus, ſuffragiis cõſentientibus ſunt excommunicati, vt qui Arrii blaſphemiam veritati Euangelicæ anteferrent. Fuit autem hic ſub Conſtantino Magno Imperatore, & Syluestro ſummo Romanorum Pontifice, circa annum Domini 330.

Hic Theonas, teſte Euſebio lib. 4. cap. 19. Arrogantia elatus, Apoſtolicæ ſibi aliquid authoritatis aſſumens, epiſtolam ad omnes eccleſias ſcripſerat, in qua docere eos conabatur, qui multo rectius, quam ipſe, credebant, & cohortabatur omnes ad nouas verborum adinuentiones accommodare aures ſuas. Blaſphemabat autem Dominum, & Apoſtolos eius, & ſanctam eccleſiam.

THEOPASCHITÆ.

THeopaſchitæ ſunt ii, quos Monophyſitas ſupra nominauimus, hoc eſt, qui vnam verbi & carnis naturam poſt ineffabilem illam in Chriſto vnionem eſſe ſentiunt & docent, Deum vtique crucifixum & paſſum fuiſſe credentes: atque quartam ſynodum Chalcedonenſem, in qua hæc hæreſis damnata eſt, reiicientes. Exorti ſunt autem Zenonis & Anaſtaſii Imperatorum, & Hormiſdæ ſummi Romanorum Pontificis temporibus, circa annum Domini 513. De quibus vide in Monophyſitis, Cnapheo, Seuero Antiocheno, Dioſcoro, Gaino, Iacobitis, & Ioanne Philopono.

THEOPHRONIVS.

THeophronius Cappadox & Eupſychius ſectæ Eunomianæ adprime ſtudioſi fuerunt, & qui tempore Valentiniani Imperatoris & Liberii ſummi Romanorum Pontificis, circa annum Domini 368. ſeipſos ab eccleſia reſcindentes, quum in aliis rebus ex Eunomii opinionibus, tum

Google

tum in ſacro baptiſmo res nouas induxerunt: non in Trinitatem, ſed in Chriſti mortem baptizandum eſſe docentes. Hæc Niceph. lib. 11. c. 11. eccleſ. ſuæ hiſtoriæ.

Quomodo vero Eunomianorum hæreſis à morte ſui inſtitutoris Eunomii, in multas alias hæreſes ſit diuiſa, & quibus ex cauſis quæque earum ab alia ſit ſeiuncta, idem refert Nicephorus lib. 12. cap. 30. in hæc verba: *Sic quidem, inquit, diem ſuum obiit Eunomius. Sectatores autem eius in diuerſas diſceſſere ſectas. Primus Theophronius quidam, genere Cappadox fuit, qui ab eo in contentioſa diſputandi ratione edoctus, ſectatoribus eius ſe coniunxit. Et mediocriter ſeu craſſe potius, vt rectius quiſpiam dixerit, in Ariſtotelis prædicamentis, & eiuſdem περὶ ἑρμηνείας, hoc eſt, de interpretatione, ſeu enuntiatione libro verſatus, compendium, veluti quandam introductionem, de eis, quibus ipſi vtuntur, ſyllogiſmis & ratiocinationibus editum reliquit, quod de exercitio mentis inſcripſit. Deinde populariũm ſuorum odio expetitus, quod ad ineptam & inſanam prolapſus eſſet abſurditatem, quippe qui in magiſtri ſui doctrina acquieſcere nollet, reiectus ab eis eſt. Quod nanque curioſus maxime eſſet, ex nominibus, quæ in ſacris ſcripturis poſita ſunt, collegit quod Deus id quod non extat, præſciens, id autem quod extat, ſciens, atque id quod extitit, memoria tenens, non eodem ſemper modo ſe habeat: vtpote qui cognitionem transferat ad præſentia, ad futura, & ad præterita. Atque eam ob rem repudiatus, conuentus ſuos ſibi ſeorſim cogens, ſub nomine ſuo hæreſim inſtituit.*

Porro quod diuinus etiam baptiſmus ita per adulterinum vſum deprauatus eſt, vt non in Trinitatem, ſed ſemel in mortem Chriſti merſio fiat: non Eunomio, ſed diſcipulis eius Theophronio & Eupſychio, multorum opinione atque ſermone aſſcribitur. Cauſas haſce breuiter expoſuimus, vt quiſque norit, quamobrem Eunomiani in diuerſas diſceſſerint partes. At qui Theophronium ſequuti ſunt, Eunomiotheophroniani: qui vero Eupſychiũ,

Eunomioeupſychiani cognominati ſunt. Diſputationes autem & orationes omnes, quæ de his quæſtionibus habitæ ſunt, commemorare, perlongum & prorſus difficile eſſet, præſertim quum aliud mihi propoſitum ſit inſtitutum. Hæc Nicephorus. De hoc vide in Eupſychianis & Eunomianis.

THOMAS MANICHÆVS.

THomas Manichæus vnus fuit ex tribus illis Manetis ſectatoribus, quem ad ſua dogmata euulganda ad Indos miſit, Aureliani Imperatoris, & Felicis Papæ temporibus, circa annum Domini 273. De quibus item ſcribit Nicephorus lib. *6*. cap. 32. in hæc verba: Manes autem quum tres haberet ſectatores, Addam, Thomam, & Hermeam: ex iis Addam ad Syros, ad Indos autem Thomam miſit, præcones. Qui reuerſi, quum ſe dicerent multa dura paſſos eſſe, neque quenquam doctrinam eius recipere voluiſſe, auſus eſt omnium hominum importuniſſimus, ſeipſum Chriſtum nominare, & Spiritum ſanctum, aliumque Paracletum miſſum eſſe dicere, &c. Vide reliqua in Manichæis.

Huic hiſtoriæ fere ſubſcribit Epiphanius cum de Manichæis tractat, contra octoginta hæreſes lib. 2. tom. 2. hęreſi *66*. Manes, inquit, à rege Perſarum in Perſide arundine excoriatus, tres reliquit diſcipulos, Addã, Thomam, & Hermeam, qui ſane antequam ipſe pœnam penderet, emiſſi erant ab ipſo, Hermeas in Ægyptum, cum quo etiam multi conuerſati ſunt. Non enim eſt antiqua hæreſis, vt qui cum prædicto Hermea cõuerſati ſunt, nobis de ipſo narrauerunt. Addas vero in ſuperiores Orientis partes. Thomas autem in Indiam, ex quibus corroboratũ eſt dogma hucuſque. Hæc Epiphanius.

THOMAS DE VIO CAIETANVS.

THomas de Vio, cognomine Caietanus, ex fratrum Prædicatorum ordine fuit, à Caieta vrbe oriundus, quam

Digitized by Google

quam ob cauſam Caietanus nuncupatur. Extitit autem (vt inquit Alphonſus à Caſtro aduerſus hęreſes lib. 2.) in Theologia Scholaſtica tam inſigni doctrina excultus, vt nulli ex his, qui ſuo tempore floruerũt, ſecundus fuerit: Adeo quidem, vt ob literarum eminentiam & morum probitatem, communi fratrum ſui ordinis conſenſu, in generalem eiuſdem ordinis magiſtrum electus fuerit, indeque à Leone huius nominis decimo, ſub Maximiliano Cæſare Germano, circa annum Domini 1516. ad preſbyteri Cardinalis dignitatem euectus. Quo in loco cum per viginti annos vixiſſet, nullam tamen (vt reliquis fere omnibus mos eſt) humanorum vitiorum, ſiniſtram de ſe opinionem dedit.

Multa autem variaque opera edidit, ſed multa ſcribenti contigit, quod Salomon ait, in multiloquio non deeſt peccatum. Nam quanuis multa vtilia ſcripſit, quia tamen ſuo ingenio multum fidebat, in aliquos lapſus eſt errores, è quibus vnus eſt, in quo aſſerit, Euam non eſſe formatam ex coſta Adæ. Quę enim ſacra ſcriptura in libro Geneſis de formatione Euæ narrat, dicit ille non iuxta literam intelligenda, ſed ſecundum myſterium: non quidem per allegoriam, ſed per parabolam. Somnus enim ille, quem Dominus miſit in Adam, (vt inquit) ſimilitudinem gerit defectus virtutis virilis, vnde naturaliter producitur homo: quia homo dormiens ſemihomo eſt, & ſimiliter principium generans mulierem, ſemiuirile eſt. Ablatio coſtæ ex viro ad formandam mulierem, quatenus coſta eſt os, (vt ait) ſimilitudo eſt diminutionis roboris ex animo viri ob vxorem: quatenus vero eſt coſta, ſimilitudo eſt ſocialis vitæ inter virum & vxorem, ita quod nec ſuperior viro, nec ſerua viri, ſed collateralis eſſet viri. Quatenus autem coſta eſt vna, dicit eſſe ſimilitudinem minimi roboris tum corporis tum animi mulieris, & perinde atque proportio virium muliebrium ad vires viriles, ſed quemadmodũ proportio vnius coſtæ ad reliquas coſtas omnes. Reſtitutionem vero carnis pro coſta, dicit eſſe ſimilitudi-

nem repræſentationis quæ fit viro, dando illi carnalem generationem ac propagationem filiorum, loco diminuti roboris animi ex coniugio. Hæc ſunt, quæ ille de hac re docet in Commentariis ſuper Geneſin.

An autem propter hunc & alios eius errores ille ſit hæreticus cenſendus, an non, aliorum eſto iudicium. Ego ſiquidem de doctrina in præſentiarum diſſero, non de perſona. Potuit quidem ille errare, & hæreticus non eſſe, præſertim ſi non pertinaci animo ſuæ ſententiæ adhæſit. Hæc Alphonſus à Caſtro.

TIMOTHEVS, APOLLINARIS hæretici diſcipulus.

Timotheus, Apollinaris hæretici, de quo ſupra in Apollinariſtis egimus, diſcipulus fuit, prophanus quidem ille & ineruditus, vixitq; Valentiniani Imperatoris & Damaſi huius nominis primi temporibus, circa annum Domini 377.

1 Adulterinas autem hic cum ſuo magiſtro Apollinari de ęterna & immortali natura opiniones commentus, gradus quoſdam & dignitates inter ſe differentes introduxit, quemadmodum dicit Nicephorus lib. 12. c. 4.

2 Adhæc ſalutis etiam noſtræ adminiſtrationis myſterium imperfectum reddidit, animamque rationalem, qua corpus omne regitur, eius, quæ nobis obtigit, ſalutis expertem eſſe dixit: propterea quod hanc quoque non itidem, ſicuti reliquam corporis naturam, Deus verbum receperit, proindeque ei neque ſanationem, neque honorem aliquem tradiderit.

3 Verum corpus quidem terrenum nugatus eſt in cælo ab intellectuali militia omni adorari: animam vero ad imaginem Dei conditam, in terris manentem, vt quæ recepta non ſit, hucuſque incuratam, peccatique ignominia circundatam eſſe.

4 Atque alia etiam abſurditatis huiuſmodi plena blaterans, aliquando quidem & Dominum ipſum ex virgine carnem

Digitized by Google

carnem recepiſſe, aliquando vero eam ſecum è cælo deſcendiſſe. Interdum etiam verbum ipſum in carnem mutatum, nihil ex carne noſtra ſumpſiſſe, dixit. Atque inſuper aliis nonnullis deliris & nugacibus fabulis adinuentis, diuinas eas Seruatoris promiſſionibus coniunxit. Quas ſingulatim, præterquam quod de eis antea quoque in Apollinariſtis diximus, in præſentia recenſere ſuperuacaneum eſſe puto. Apollinaris ergo non tantum ſectatoribus ſuis peſtem hanc communicauit, ſed ex noſtris etiam multos ea infecit. Quanuis populares eius poſtea, ſuam ipſorum obſcuritatem & fidei noſtræ ſplendorē illuſtrem cernentes, paucis exceptis, omnes ad eccleſiam ſe Catholicam contulerint. & de communione quidem noſtra participauerint, ægritudinis autem ſuæ venenum non omnino euomuerint, atque id permultis ſanam opinionem obtinentibus furtim obtruſerint. Vnde etiam tanquam à radice mala, vnam eſſe & diuinitatis & carnis naturam, & diuinitatem paſſioni non obnoxiam, paſſionem ſubiiſſe (id quod ſupra quoque in eiſdem Apollinariſtis aliquatenus ex Gregorio Nazanzeno retulimus) opinio pullulauit: & aliæ præterea, quæ & multitudini & eius antiſtitibus, contentionem maximam bellumque implacabile, & non indictum peperere, prodierunt.

Sed enim Damaſus vir celeberrimus, vbi hanc quoque hæreſim exortam eſſe cognouit, non Apollinarim modo, ſed & Timotheum ſectatorem eius exauthoratum ſemel atq; iterum proſcripſit. Atque id Epiſcopis Orientalibus per epiſtolam ſignificauit: quæ videatur apud dictum Nicephorum.

TIMOTHEVS ÆLVRVS VIOLENTVS *epiſcopatus Alexandrini occupator.*

Timotheus cognomento Æluras, (à quo Timotheani hæretici ſunt appellati) Neſtorianæ hæreſis propugnator vehementiſſimus fuit, profeſſione quidem primo monachus, ſed poſtea preſbyter Eccleſiæ Alexandrinæ fa-

ctus, & deinde per impoſturam epiſcopatus Alexandrini violentus occupator, ſub Leone huius nominis primo poſt Martianum Orientis Imperatore, & Leone huius nominis itidem primo, doctrina & eloquio inſigni Romanorum ſummo Pontifice, circa annum Domini 460.

Hic (authore Gennadio) ita carnem verbum factum eſſe dicebat, vt manente verbo in ſua ſubſtantia, & homine in ſua natura, ſocietate, non commixtione, vnam filii Dei factam eſſe perſonam aſſereret.

De hoc idem Gennadius libro contra Neſtorium ſcribit in hunc modum: Extincto, inquit, ab Alexādrinis Proterio epiſcopo, hic in locū occiſi intruſus eſt. Et quia plebs Proterium exoſum habuerat, ideo Timotheus ad habendam gratiam plebis, omnes, quibus ille communicauerat, Neſtoreos eſſe pronuntiat. Et maculam conſcientiæ temeritate abluendam præſumens, ſcripſit ad Leonem Imperatorem libellum valde ſuaſoriū, quem prauo ſenſu patrum teſtimoniis intantum elaborare conatus eſt, vt ad decipiendum Imperatorem, & ſuam hæreſim conſtituendam, pene Leonem vrbis Romæ Pontificem, & Chalcedonenſem ſynodum, ac totos Occidentales Epiſcopos, illorum adminiculo eſſe Neſtorianos oſtenderet: ſed fauēte Deo, à Chalcedonenſi concilio hoſtis eccleſiæ coarguitur & cōfutatur. Vnde & hoc in exilium pulſo, iam hæreſiarches dicitur & habetur. Hæc Gennadius Maſſilienſis preſbyter.

Quomodo vero poſtea à Tyranno Baſiliſco (qui Zenonem Imperatorem Leonis generum, & in imperio eiuſdem ſucceſſorem, eo imperio per tyrannidem exuere modis omnibus conatus fuerat) Timotheus iſte Ælurus cum Petro Cnaphæo ſimiliter hæretico, fuerit ab exilio reuocatus, & recuperata ſede Alexandrina, magis atque magis quartam ſynodum Chalcedonenſem oppugnauerit, recenſet Nicephorus, lib. 16. cap. 2. Paruo, inquit, elapſo tempore, Baſiliſcus Verinæ Auguſtæ frater, aduerſus Zenonem conſurrexit. Zeno vero nihil quod virum & Imperatorem

ratorem deceret, ſed illiberale & ſummiſſum quiddam cogitans, & Verinæ dolum ſuſpectum habens, per aduerſam tempeſtatem celeriter in Iſaurorum regionem, Adiadnam coniugem quæ à matre tandem fugerat, & qui præterea fidi ei erant, ſecum habens, ſe contulit. Porro Baſiliſcus imperio tanquam ſpolio quodam ſine ſanguine arrepto, imperiale ſibi ipſi impoſuit diadema, & Marcum filium ſuum Cæſarem creauit, exercitumque ingentem ad Zenonem Seleuciæ apud Iſauros (in qua vrbe ſicut prius in lucem editus fuerat, ita tum profugus latebat) obſidendum miſit, & bellum id aduerſus Zenonem gerendum Illo & Leontio commiſit.

Atque vbi res ſuas, ſicuti videbatur, probe conſtitutas eſſe putauit, minus ſibi legibus parendum eſſe duxit. Ac niſi contra quam Leo, & qui ante eum imperauerant, fecerant, rempublicam adminiſtraret, ne imperandum ſibi quidem exiſtimauit. Ad eam rem autem eum maxime coniux nomine Zenonis, quam etiam Auguſtam dixit, incitauit. Cum qua aduerſus fidei profeſſionem bellum cœpit. Ac primum quidem ad quorundam Alexandrinorum legatorum petitiones, Timotheum Ælurũ ab exilio, in quo decem & octo annos vixerat, reuocauit. Is in vrbem Imperialem primo venit, atque ibi cohortem hominum diſſolutorum ſecum trahens, magnifice proceſſit: atque aſino inſidens, ex imperiali palatio templum ſupplicationum gratia petiit. Cæterum quum iumentum id caſu quodam procidiſſet, ipſe pede fracto, cum ignominia inde eſt profectus. Petrum quoque Cnaphæum Baſiliſcus ex Inſomnium monaſterio, vbi abditus latebat, acciuit: & Æluro quidem Alexandrinũ, Cnaphæo autem Antiochenum rurſum thronum, Timotheo, qui Proterio ſucceſſerat, & ſacro Calandione pulſis conceſſit.

Iſti quamprimum ſedes eas receperunt, armis ſtrenue ſumptis, quartam Synodũ anathemati ſubiecerunt. Multis præterea aliis Baſiliſcus licentiam multam permiſit, quoſcunq; eccleſiaſticis opinionibus aduerſari ſatis poſſe ſciret.

Prius autem quam thronos ſuos Ælurus & Cnaphæus reciperent, quum adhuc Conſtantinopoli eſſent, Baſiliſco perſuaſerunt, vt ad epiſcopos vniuerſos circulares daret literas, quibus Concilium Chalcedonenſe, & Leonis libellum, per anathema damnaret. Qui illis facile obſequutus eſt.

Porro Baſiliſcus quod aduerſus fidem bellum gereret, odium omnium incurrit. Quod vbi cognouere, quibus Zenonis obſidio commiſſa fuerat, iuramento interpoſito ſe fidos illi futuros, Zenoni conciliati ſunt: eoque recepto, ad vrbem imperantem ire contenderunt: quum quidem dona ab eo partim iam accepiſſent, partim ſe accepturos eſſe ſtipulati eſſent. Baſiliſcus de Zenonis motu certior factus conſobrinũ ſuum Harmatium copiarum in Thracia ducem, qui progreſſum illius impediret, aduerſus eum miſit, eumque iureiurando ſane quam horrendo ne ſe vnquam Zenoni coniungeret, obſtrinxit. Harmatius cum Zenone ad Niceam congreſſus, in illum coniecit metum, vt fruſtra ſe rem, quam conficere nequiret, aggredi putarit, niſi donis ac pollicitationibus Harmatium, ſe videlicet Baſiliſcum filium eius Cæſarea tenia exornaturum eſſe, expugnaret. Atque ita hunc quoque iuriſiurandi religionem paruifacientem, Zeno aduerſus Baſiliſcum in partibus ſuis habuit. At Baſiliſcus his rebus cognitis, ſtatim ſententiam mutauit: & Imperiali corona ſacræ menſæ impoſita, ſupplex ipſe cum Zenonide ad baptiſterium confugit. Zeno confeſtim Conſtantinopoli exceptus, primũ ecclesiam magnam, deinde cum apparatu & comitatu maximo imperialem regiam ingreſſus eſt. Baſiliſcus autem quum viginti menſes in Romano imperio tyrannus fuiſſet, in Cappadociam moriturus miſſus eſt: atque in manſione quadam ſeu militari diuerſorio, cui Acuſi nomen eſt, cum vxore & liberis interfectus eſt. De eius tamen morte Procopius aliter tradit in hunc modum: Baſiliſcum tyrannum, inquit, cum vxore & filiis, Zeno in Cappadociam miſit hyemis tempore, eoſque neque veſte, neque cibaris

bariis iuuari iuſſit. Vnde breui ſe inuicem complexi, collachrymantes, miſere perierunt. Deinde Zeno pro eo, atque paulo ante ſe facturum iurauerat, Harmatii quidem filium Baſilisci cum ad Cæſaris dignitatem extulit: poſtea autem Harmatium, quod eum non magis ſibi, quam Baſiliſco fuiſſet, fidum fore arbitraretur, iugulari iuſſit. Filium porro eius Cæſarem, ſacerdotem fecit: qui deinde multo poſt Eccleſiam Cyzicenam optime adminiſtrauit.

Zeno ſimul atque in imperium reſtitutus eſt, per conſtitutionem ſcriptam quamprimum quicquid à tyranno Baſiliſco per circulatores literas contra fidem nouatum fuerat, abrogauit. Quod vbi Aſiani Epiſcopi intellexerunt, miſſis ad Acacium Conſtantinopolitanum Epiſcopum pœnitentiæ libellis, gratiam ſibi fieri petierunt, illa deprecatione vſi, quod non ſua ſponte, ſed vi maxima adacti circularibus ſubſcripſiſſent. Eamque rem non aliter ſe habere, & ſe Chalcedonenſi ſynodo aſſentiri, atque iuxta eius decretum & antea credidiſſe, & nunc credere, iuramento confirmarunt.

Zeno Petrum Cnaphæum, vt qui à Baſiliſco reuocatus eſſet, Antiochia expulit, & Calandioni Stephani ſucceſſori epiſcopatum reſtituit. Paulum etiam Epheſo exegit, Neſtorium item Tarſo, & Cyrum Hierapoli, Romanum Chalcedone, Samoſatis Euſebium, Mopſueſtia Iulianum, Paulum Conſtantia, & Andream Theodoſiopoli. Conſtituerat autem Zeno Timotheum quoque Ælurum Alexandria eiicere. Poſtquam autem ad multam eum ſenectutem perueniſſe, & iam non longe à ſepulchro abeſſe cognouit, conſilium mutauit. Atque ille paulo poſt ad inferorum migrauit iudicium.

Alexandrini autem poteſtate ſibi & authoritate vſurpata, paſtorem ſibi delegerunt, impietate Æluro longe deteriorem, Petrum cognomento Moggum: quem vnus & alter, ſicuti ferunt, epiſcopi conſecrarunt, quibus legitima dignitas adempta fuerat. Quod vbi Zeno reſciuit, eos qui illum epiſcopum legerant, morte mulctauit. Timotheum

autem Salophaciolum, Proterii ſucceſſorem, qui Canopi (ſicuti diximus) degebat, in ſedem ſuam reſtituit, cui Moggus diebus triginta ſex incubauerat. Ac Timotheus quidem Imperatoriis literis thronum ſuum recuperauit. Hæc Nicephorus, de hoc vide plura in Neſtorio & Dioſcoro.

TOPHETITÆ.

TOphetitæ ab ara, quam Tophet nominabant, apud Iudæos idololatræ quidam, quæ interpretata, tympanum ſeu ſeductio dicitur, ſunt appellati. Hanc porro alicuius idoli nomine in valle filiorum Ennon collocare ſolebant, ſuper quã illi filios ſuos, ac filias dæmoniis immolabant. Eam vero idololatriam profectam ab Aſſyriis ad Iudæos videtur innuere Iſaias propheta, cum eoſdem Iudæos, qui ſpretis Dei conſiliis, ſuæ prudentiæ innitebantur, in creaturis ſpem ſuam collocantes cõtra Sennacherib coarguit & increpat, minitaturque nihilominus ipſis Aſſyriis cap. 30. Addatur Ieremiæ cap. 7. & 19.

TRINITARII.

TRinitarii ſunt (inquit Lindanus Dubitantii ſui dialogo ſecundo) qui ſacroſanctam ore blaſphemo violant Trinitatem, vti per Bohemiam, ait Staphylus, infernalem eam latrantes Cerberum, & per Sileſiam Matthias Zarienſis Paſtor.

Trinitariorum porro propoſitiones, vltra eas quas in Deiſtis diximus, ſunt huiuſmodi.

1 Dicunt primo, quod diuina eſſentia in ſe nec ab angelo, nec ab homine videtur, nec videbitur.

2 Quod diuina eſſentia eadem in Patre, & Filio, & Spiritu ſancto, tamen vt hæc eſſentia eſt, in ratione formæ vna eſt in Patre, vna eſt in Filio, licet non vna in Spiritu ſancto: & in huiuſmodi tamen, forma eſt idem quod diuina eſſentia.

3 Quod angelus malus, in inſtanti ſuæ creationis fuit malus, & nunquam niſi malus.

Quod

Digitized by Google

4 Quod diabolus nunquam habuit vnde poſſet ſtare, nec etiam Adam in ſtatu innocentiæ.

5 Quod intellectus humanus eſt æternus, quia eius cauſa ſemper eodem modo ſe habet, & quoniam non habet materiam, per quam prius eſt in potentia quam actu.

6 Quod liberum arbitrium eſt potentia paſſiua, non actiua, & quod neceſſitate mouetur appetibili.

7 Quod natura, quæ eſt principium motus in corporibus cæleſtibus, eſt ab intelligentia mouente.

8 Quod nullus peccat, volendo aliqualiter aliter, quam Deus velit eum velle.

9 Quod quicunque peccat, conformat voluntatem ſuam voluntati beneplaciti Dei: ſic quod ille vult, ſicut Deus vult eum velle.

10 Quod aliquis habens vſum liberi arbitrii, & incidēs in tentationem tantam, vt non poſſit illi reſiſtere, moueatur ad illecebram cum aliena vxore, non committit adulterium: & item de aliis tentationibus & peccatis.

11 Quod Deus eſt cauſa cuiuslibet modi actus, & cuiuslibet circunſtantiæ productæ.

12 Quod propter alicuius opera futura bona, Deus aliquem præordinauit ab æterno.

13 Quod non eſt credendum niſi per ſe notum, vel quod ex per ſe certis poſſit declarari.

14 Quod non contingit corpus corruptum redire idem numero, nec idem numero reſurgere.

15 Quod non eſt curandum de ſepultura.

16 Quod anima quæ eſt forma hominis, ſecundum quod homo, corrumpitur, corrupto corpore.

17 Quod anima ſeparata à corpore, poſt mortem non patitur ignem corporeum.

18 Quod Deus cognoſcat ſingula, ex quo aſſerunt, non eſſe orandum quod nunquam voluit, & nuſquam debuit euenire.

19 Quod Deus ſpiritus eſt, ideoq; debemus in ſolo ſpiritu, h. e. mentaliter, & non vocaliter, eum inuocare & adorare.

Digitized by Google

De his vide plura in eiſdem Deiſtis, Valentiniſtis, Luca Sternberger, Arrianis, Campaniſtis, Seruetianis.

TROGLODYTÆ.

TRoglodytæ, apud Iudæos quondam dicebantur, (authore Philaſtrio) qui in ſpeluncis habitantes abditis, idola colebant, abominationeſque execrandas operabantur: quas in ſpiritu in Hieruſalem adducto Ezechieli oſtẽdit Dominus, quemadmodum idem Ezechiel prophetiæ ſuæ cap. octauo deſcribit.

TROPISTÆ.

TRopiſtæ ſunt, (authore Staphylo) qui hoc noſtro ſæculo aiunt figuram tantum corporis Domini eſſe in Cœna, non autem verum corpus.

Appellantur quoque Tropiſtæ (vt inquit Philaſtrius) ii, qui dicunt conuerſum verbum in carnem, non intelligentes quod ait Apoſtolus Ioannes, Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis. Nec attendentes quod verbum, id eſt, Deus Dei filius, id eſt immutabile & conuertibile; caro autem quam accepit pro noſtra ſalute, ipſe eam formando adſumpſit & induit noſtræ cauſa incapacitatis. Ad eum videndum itaque res iſtę in vnum coniunctę pro noſtra ſalute, non commutationem verbi in carnem, ſed aſſumptionem magis rei viſibilis declarabant, vt inuiſibilis per viſibilem carnem videri poſſet, credi atque cognoſci, & ab humano generę capaciter adorari. Hæc Philaſtrius.

TVRILVPINI.

TRrilupinorum ſuperſtitio, qui (teſte Ioanne Tillio in ſuo de Regibus Francorum Chronico) cognomen ſibi adſumpſerant paupertatis ſocietatem, cum ſcriptis libris & habitu damnati, exuſti, atque deleti ſunt, Caroli IV. Cæſaris Germani, & Gregorii huius nominis vndecimi, maximi Romanorum antiſtitis temporibus, circa annum Domini 1371.

1 Hi, vt inquit Ioannes Gerſon ſermone quodam de D. Ludouico Francorũ rege, dicebant, de nulla re, quæ nobis à

bis à natura data eſt, erubeſcẽdum eſſe. Quamobrem Cynicorum philoſophorum more, omnia verenda publicitus nudata geſtabant, & in publico velut iumenta coibant, inſtar canum in nuditate & exercitio membrorum pudẽdorum degentes. Vnde idem Ioannes Gerſon in de examine doctrinarum conſideratione ſexta, ita inquit: Sicut nulla vehementior quam luxurioſa libido, ſic ad errãdum falſumque docendum, nulla pernicioſior. Id quidem patuit in ſectis Turilupinorum, quorum ſequaces non deſunt vſque, quando & vbi ſe latere putauerint, ſerpunt vbilibet Epicurei ſub tunica Chriſti, qui in mulierculis primo deuotionem fingentes ſpecietenus, paulatim eis fidem, antequam lumen & oculos tollere quærunt, quatenus eas licentius ad deſideria ſua maligna proſtituant. Hæc ille.

2 Tenent etiam Turilupini omnes Begardorum errores, dicuntque non eſſe orandum vocaliter, ſed mentaliter tantum, ea vtiq; in ſpiritus libertate, quam dicunt non ſubiici præceptis diuinis.

LIBER DECIMVS NONVS.

VADIANI.

VAdiani ſunt ii, quos Anthropomorphitas ſupra nominauimus à ſuæ hæreſis nomine denominationem ſortiti, qui exorti ſunt Theodoſii maioris Imper. & Siricii Papæ temporib. circa annum Do. 395. Dicunt autem Deum eſſe corporeum, & perinde atque homines membra habere, ſacrarũ literarum

ſententia moti, & potiſſimum veteris teſtamenti, in quo ſæpius reperias Deo membra attribui. Vnde Adam factus eſſe dicitur ad imaginem & ſimilitudinem Dei: ex quo Deum colligunt membra velut Adam habere. Eſt autem hæc hæreſis ruſticana prorſus & inſulſa: de qua dicit gloſſa in ſecundum caput Amos Prophetæ, in hunc modum: Oſſa regis Idumæi comburit, qui de maieſtate Dei male ſentiens, Deum in modum humani corporis cogitat, quaſi membris diſtendatur, & videat, & audiat vt homo: illum ſibi fingens cogitatione carnali in ſimilitudinem imaginis corruptibilis hominis. Nam ſi Deus corporeus eſſet, & figuram haberet humanam, & membra & partes, vt homo, eum oporteret finitum eſſe, & certis quibuſdam limitibus concludi, vt doctiſſime argumentatur Alphonſus à Caſtro li. 5. aduerſus hæreſes, quoniam, inquit, id quod infinitum eſt, nullius poteſt eſſe figuræ, quum ad figuram perficiendam neceſſario requiratur, vt termino vel terminis claudatur. At Deus, qui infinitus eſt, nullo poteſt limite concludi: ergo nec figuram habere, nec loco claudi. Excelſior eſt enim cœlo, vt eſt apud Iob, & ſuper ſtellarum verticem collocatur. Et propheta ait: Magnus Dominus & laudabilis nimis, & magnitudinis eius non eſt finis. Quod ſi magnitudinis eius nullus eſt finis, nulla etiam illius erit figura.

Præterea ſi corporeus eſt Deus, & mēbra vt homo habet, ſequitur, quod nō ſit totus vbique, ſed pars eius in vno loco, & pars alia in alio, & ita erit per partes in loca diuiſus, quod ſummæ illius perfectioni maxime reluctatur.

Ruſum, oportet etiam in Deo fateri compoſitionem, & dicere ea, quæ in Deo ſunt, non eſſe omnia infinitæ perfectionis: quoniam quælibet illarum partium, ex quibus componitur minor eſt ſuo toto, & ita non æque perfecta vt totum: quapropter neceſſario erit finita, quoniā quod infinitum eſt, excedi non poteſt. Multa alia ſimilia fieri poſſunt argumēta, ſumpta ex imperfectionibus quæ corporibus inſunt & adiacent: ſed prolixitatem nimiam euitantes,

Digitized by Google

tantes, illa hic omittenda ducimus, ad perfectiora perlati. Ipſa enim veritas apud Ioannem ait: Spiritus eſt Deus. Si Deus eſt ſpiritus, ergo non eſt corporeus, nec humana membra habet: quoniam eadem veritas apud Lucam ait: Spiritus carnem & oſſa non habet, ſicut me videtis habere.

Quod autem Vadiani ſeu Anthropomorphitæ pro ſe adferunt, parum momenti habet, & ex praua ſcripturæ intelligentia proficiſcitur. Quamuis enim ſcriptura ſacra ſæpe nominet Dei membra, vt puta caput, oculos, linguam, aures, manus, brachia & his ſimilia, non ſunt tamen iuxta litteram, ſed iuxta latens myſterium per res illas deſignatũ, ſumenda. Sunt enim pleraque in ſacris codicibus, & in veteri teſtamento potiſſimum, quod carnali adhuc & rudi populo datum eſt, quæ nulla ratione iuxta literæ primam ſignificationem accipienda ſunt, nec accipi poſſunt: ſed in illis quid res ipſa per literam ſignificata vlterius portẽdat, conſpiciendum eſt. Res namque ipſæ ſæpe etiam ſignificant, & aliquid ingerunt ſenſibus, æque vt voces. Quod in omnibus metaphoricis locutionibus contingere eſt manifeſtum, in quibus propter ſimilitudinem inter aliqua repertam, vnum alterius nomine appellatur, vt ſi voracem, lupum, dixeris: aut auarum, talpam: non quod hæc ſint, ſed illa, quibus ſimilia eſſe reperiuntur. Ad eundem modum multa ſunt in ſacris literis interpretanda, non autem iuxta primam vocum ſignificationem, quod teſtante Apoſtolo litera occidat, ſpiritus autem viuificet.

Ex quibus omnibus hoc vnum & præcipuum eſt. Quotieſcunque Deo aliquod membrum, aut effigies aliqua tribuitur, tunc membro audito, eo nomine intelligas, Deo tribui vim illam & virtutem, quæ perfectior in illo membro reperitur: vt cum audis in Deo caput, intellige diuinam eſſentiam, quæ omnia præcedit. Et cum dicitur caput reſpectu corporis myſtici, quod eſt eccleſia, intellige influxum in reliqua membra, quæ nos ſumus. Cum audis oculos, intellige virtutem videndi talem, vt nihil eum latere

poſſit. Sic enim ait Apoſtolus: Nulla creatura ei inuiſibilis eſt: omnia nuda & aperta ſunt oculis eius. Aures habere dicitur, quia talis eſt in eo vis, vt verbum quantumlibet ſummiſſe prolatum, latere eum non poſſit: de quo Sapiens ait: Auris cœli audit omnia, & tumultus murmurationis non abſcondetur. De quorum omnium myſtica ſignificatione, extat liber B. Anſelmi, cuius titulus eſt, De membris Deo attributis; in quo exponit, quid ſingula membra Deo attributa ſignificent. Eſt etiam de eadem re alius tractatus ſub nomine diui Hieronymi inſcriptus, quem velut nothum, & beatum Hieronymum minime redolentem, vir doctiſſimus Eraſmus Roterodamus in quarto tomo operum illius collocauit: in quem locum reiicit omnia quæ hucuſque falſo aſſcripta erant Hieronymo. Contra hos Vadianos ſeu Anthropomorphitas ſcripſit Theophilus Alexandrinus. Scripſere etiam (vt teſtatur Ioannes Tritthemius in ſuo catalogo ſcriptorum eccleſiaſticorũ) Fauſtus epiſcopus Regienſis, & Ratherius monachus. Hæc Alphonſus à Caſtro.

VALESII.

VAleſii, à Valente quodam Arabe ſunt dicti. Hi, teſte Epiphanio libro 2. tom 1. contra hæreſes, in Bachato regionis Philadelphinæ habitant, quos indigenæ Gnoſticos appellari volunt, cum tamen ex Gnoſticorum familia non ſint; aliter enim hi ſentiunt. Exorti ſunt autem ſub Seuero Imp. & Victore Papa, circa annum Dom. 198.

Sunt autem omnes Valeſii execti. Quumque in ſuam ipſorum diſciplinam aliquem ſuſceperint, quanto quidem tempore membris nondum exectus eſt, animatis non veſcitur. Vbi vero quæ ſibi volunt, eidem perſuaſerint, aut per vim execuerint, tũc omnibus veſcitur, velut iam à certamine quietus, & non amplius in periculo conſtitutus, vt impellatur per edulia ad concupiſcentiæ voluptatem. Non autem ſolum proprios hoc modo perficiunt, ſed ſæpe etiam peregrinos ad eos accedentes, & adhuc apud ipſos

Digitized by Google

pſos hoſpitio acceptos, ad talem vitam deducunt, velut multa de hac re fama fertur. Abripiunt enim tales intus, & vinculis alligatos, per vim caſtrant. Hæc Epiphanius.

At quomodo, inquit Epiphanius, poſſint in regno cœlorum aliqua eſſe detruncata? Si enim regnum cœlorum perficit omnia, id imperfecti nihil quidquam habere neceſſe eſt. quumque corporum erit reſurrectio, omnia mẽbra reſurgent, & nullum ex ipſis relinquetur. Et ſi omnino membrum non reſurget, neque totum corpus reſurget. Et ſi vnum membrum, quod offendiculo fuit, ſolum relinquitur, nullum omnino membrum reſtans relinquetur: omnia enim nobis offendiculo fuerunt. Quis vero reſcindet cor ſuum, quod omnibus offendiculo eſt? ex corde, inquit, procedunt fornicationes, adulteria, petulantia, & his ſimilia. Quis igitur rumpet cor ſuum? Si vero non reſurgit corpus, iuxta quorundam dementiam & impietatem, quomodo ergo differet ſermo de his decretus? Quũ enim omnia membra non ingrediantur in regnum cœlorum, quid amplius opus circa vnum fieri membrum, quũ alia hoc non expleant? Si vero reſurgit corpus (reſurgit enim) quomodo poſſibile eſt adhuc in regno cœlorum fieri mutilationem? Aut quomodo non erit indecorum regnum cœlorum, multa habens corpora ad gloriam? Vide quæ ſuperſunt apud eundem Epiphanium.

Rurſum, ſi omnes viri caſtrandi eſſent, humanum genus citiſſime deperiret, non ex Dei præcepto & voluntate, ſed propagationis defectu. Sed huic ſententiæ obnititur Domini præceptum, dicentis: Creſcite & multiplicamini. Quod præceptum in mundi exordio propter generis humani multiplicationem omnes adſtrinxit, nunc autem, cum iam plus ſatis ſit propagatum, & longe lateque diffuſum, non adſtringit neque obligat, niſi ita vrgeret neceſſitas, vt ſi humanum genus forte eſſet quadam ex calamitate ad tantam paucitatem redactum, vt eſſet neceſſe ad eius conſeruationem homines commiſceri mulieribus, eo e-

Digitized by Google

nim caſu inſtante, tunc præceptum illud de multiplicatione ſpeciei humanæ, forte vires ſuas reſumeret, & æque obligaret, atque ab initio inſtitutionis humanæ. Nam hac ſola ratione filiæ Loth coeuntes cum Patre, excuſantur à peccato inceſtus, (vt inquit B. Irenæus lib. 4. aduerſus hæreſes cap. 51. & Origenes homil. 5. ſuper Geneſ.) quod videlicet credebant, poſt incendium Sodomæ & Gomorrhæ cunctos periiſſe homines, neque alium præter earum patrem ſuperſtitem eſſe. Tantam enim ſancti viri putarunt eſſe illius præcepti vim, vt etiam ad Patris cum filia concubitum, extendi exiſtimarint, propter vitandam generis humani deletionem.

Alia quoque hæretica Valeſii docere dicuntur & turpia, ſed quæ ſint illa, nec ipſe commemorat Epiphanius, nec Auguſtinus quidem de hæreſibus. Sunt autem ii ſimiles ſacerdotibus Cybeles, qui, teſte diuo Auguſtino libro 2. de Ciuitate Dei cap. 4. ſeſe in templis caſtrabant, plangentes factum Atys pulcherrimi iuuenis, quem (vt aiunt poetæ) Cybele caſto amore adamauit, eumque ſacris ſuis præfecit ea lege, vt perpetuo caſtitatem ſeruaret. Sed cum poſtea voti ſui parum memor, Sangaritidem nympham cōpreſſiſſet, ab irata Dea in furorem actus, teſtes ſibi execuit.

VALENS IMPERATOR.

VAlens frater Valentiniani Imperatoris egregii fuit, & ab eo, dum adhuc viueret, in ſocietatem imperii aſſumptus. Digni ſane imperio fratres, & inter bonos referendi, niſi Valens Arrianorum delirio virtutes egregias inquinaſſet. Is enim ab Eudoxio Arriani dogmatis aſſertore baptizatus, in ſæuiſſimam hæreſim lapſus eſt, ſub Damaſo Hiſpano eccleſiæ Romanæ ſummo pontifice, circa ann. Domini 378. Sed malignam inſectationem (inquit Oroſius) diu texit, ne voluptati poteſtatem admiſceret, qui adhuc viuentis fratris authoritate reprimebatur. Sed eo mortuo, cum iam impie agere poſſe non erubeſceret, illico effrenata audacia legem dedit, vt monachi ad militandum cogе-

cogerentur. Et in Ægypti ſolitudinibus multa ſanctorum agmina monachorũ ab eo interfecta ſunt. Ceterũ impietatis huius inſignes pœnas dedit, quando à Gotthis prope Conſtantinopolim cæſus cum omni exercitu eſt. Etenim cum in fugam verſus Valens, in oppidulum ſe recepiſſet, incenſo à Gotthis oppidulo, concrematus periit.

Eius vitam & impia acta Niceph. Eccleſiaſticæ ſuæ hiſtoriæ lib. 11. c. 1. deſcribit, qui legatur.

VALENS MVRSIÆ, ET Vrſicius Singidonis in Pannonia Epiſcopi Arriani.

VAlens & Vrſicius Pannoniæ Epiſcopi, Arriani dogmatis valde ſtudioſi, vel, vt verius dicam, meri Protei extiterunt, Conſtantii Imperatoris & Iulii huius nominis primi ſummi Romanorum Pontificis temporibus, circa annum Dom. 343. De quibus ait D. Hieronymus ad Damaſum Papam: Abſit, inquit, à Romana ſede, vt iungatur cum beatitudine tua Vrſicius, & cum Ambroſio ſocietur Auxentius.

Hos tres potiſſimum & alios complures damnauit cõcilium Ariminenſe, eo quod Arrianũ dogma anathematizare noluiſſent. Contra hos Athanaſius Alexandrinus epiſcopus librum conſcripſit, & rurſus D. Hilarius Pictauẽſis epiſcopus alium edidit, vniuerſam Arimini concilii hiſtoriam complectentem.

De his ita ſcribit Nicephorus libr. 9. cap. 13. Sardicenſi, inquit, conuentu ita peracto, domum ſe quiſque recepit. Ac deinceps Occidens ab Oriente per ſeceſſionem diuiſus eſt. Non amplius enim Occidentales cum Oriẽtalibus, haud eadem ſecum ſentientibus, negotii ſibi quidquam & coniunctionis eſſe voluere. Et cõmunionis finis Occidentalibus fuit inter Illyricũ & Thraciam, circa montem qui Suſacis dictus eſt. Vltra eũ autem locum propter variantẽ fidem, minime inter ſe inuicem communicare voluerunt. Vt vero fieri ſolet, in eccleſiis calumniæ & diſſenſiones

Digitized by Google

erant. Et ingens turba & confuſio eccleſiam catholicam inuaſit. Antea ſiquidem, etiamſi diſſiderent, conſuetudine tamen inter ſe iungebantur, nec adeo grauem eam rem putabant: & conſuetudinem eiuſmodi, eundem de Chriſto ſenſum eſſe exiſtimabant. Et, vt paucis dicam, eccleſia Occidentalis omnis patriæ inſiſtens religioni, contentionis expers, & à ſtudio de dogmatibus nugandi aliena fuit, ſincere profeſſionem fidei Nicenam ſonans atque profitens. Quamuis etiam tũ Vrſicias Pannonius & Auxentius Mediolanenſis conati ſunt eccleſias diſtrahere, & ad Arrianam opinionem traducere: efficere tamen id nequiuere, ſede Romana & aliis Occidentalibus epiſcopis vigilantibus, & hæreſis eius ſurculos ilico extirpantibus. Oriens autem poſt Antiochenum concilium ſeditiones concitauit, & propalam aduerſus Nicenam fidem diſceptans iudicio cõtendit: reuera tamen, ſicuti colligere eſt, plures ſententiam Niceni dogmatis comprobabant, filium ex ſubſtantia patris eſſe confitentes. Contentionis vero cupiditate deuincti, aduerſus verbum Conſubſtantialis, impotentibus animis pugnabant.

Quomodo vero in eodem Sardicenſi concilio ob ſuam hæreſim damnati, & excommunicati fuerint, his verbis refert idem Nicephorus eodem libro cap. 12. Abrogarunt quoque, inquit, Occidentales, epiſcopatum Georgio Alexandrino, Baſilio Ancyrano, & Quintiniano Gazæo: & vt non modo epiſcoporum, ſed ne Chriſtianorum quidem appellatione honorarẽtur, ſtatuere. Idem fecerunt Theodoro Perinthio, Narciſſo Irenopolitano, Acacio Cæſarenſi, Euſebii Pamphili ſucceſſori, Menophanto Epheſio, Vrſicio Singidonis, & Valenti Murſiæ Pannoniorum epiſcopis, & Laodicenſi Georgio, quamuis ſynodo Orientalium is non intereſſet. His omnibus dignitate adempta, communione interdixerunt, quod filium Dei à paterna ſubſtantia ſepararent: & quod, qui dudum propter Arrianam hæreſim reiecti fuerant, eos recepiſſent, & ad ampliorem miniſterii Dei euexiſſent dignitatẽ. Eis damnatis ad

omnes

omnes vbique Epiſcopos miſerunt, vt decreta eá rata haberent & confirmarent, necnon Nicenis placitis conſentirent.

At quomodo poſtea ſuum agnoſcentes errorem, libellum reſipiſcentiæ Iulio Romano Pontifici obtulerint, & vt Nicenam fidem amplexi, cum Athanaſio in gratiã redierint, habet Nicephorus eod lib. cap. 27.

Qua ratione autem poſtea ab opinione catholica reſilierint illi, recenſet idem Nicephorus eodem libro cap. 39. Epiſcopi, inquit, ſicuti Imperator iuſſerat, conuenere: & primum quidem Arimini Occidentales quadringenti, & aliquot præterea numero. Et qui grauiter in Athanaſium animati erant, minime omnium de eo quidquam mouẽdum eſſe duxere, quod hoc ſic commodius eſſe putarent. Cæterum poſtquam de fide quomodo eam profiteri conueniret, quæſtio propoſita eſt, ibi Valens & Vrſicius, qui primum Arrii opinionem defenderant, medio autem tempore libello ſupplici Iulio Romano antiſtiti dato, Cõſubſtantiali aſſenſerãt, quemadmodum diximus, temporibus ſeſe & rebus obtinentibus ſemper accommodantes, aliis alia, ſicuti fieri ſolet, cenſentibus, dixere, priores fidei formulas abolendas eſſe: vnamque obtinere oportere, quæ non ita pridem Sirmii lingua Romana compoſita, ab ipſo etiam Imperatore plurimi fieret. Debere quippe Synodum quoque de ſententia illius profeſſionem eam approbare, neque vlterius quidquam curioſius indagare, vt eo modo omnis diſcordiæ occaſio, verbis nihil ambigui habentibus, quæ ſubtili & accurata exploratione perpenſa eſſent, in formula inſertis, præcideretur. Longe præſtantius eſſe aſſerentes, cum ruſticitate quadam rectam de Deo tenere opinionem, quam ex Græcorum nugamentis nouis petitis verbis, quæ non intelligerentur, inducere vocabula. Quibus illi dictis obſcure innuebant, ſeu potius propalam Conſubſtantialis verbum per calumniam reprehenderunt, veluti in ſacris literis non expreſſum.

Sub hæc verba charta prolata, legi eam poſtularunt, in qua æqualem patri filium ſecundum ſcripturas dicebant: mentionẽ vero ſubſtantiæ in Deo, omnino fieri interdicebant, & pro eo, æqualem per omnia filium patri reponi volebant. Hæc porro formula illa erat, quam antea quidem preſſam ſeruauerant, tum vero in lucem proferebãt: eam maxime probabant Germinius, & Auxentius, & Caius, & Demophilus. Ea lecta, plurimi nihil opus eſſe noua fidei formula eo tempore affirmabant, contentos ſe eſſe profeſſione Nicena. In præſentia propterea in locum vnum conueniſſe, ſi quid nouatum eſſet, vt id inhiberetur. Et vtcunque ea quæ tum lecta eſſent, nihil haberent nouarum rerum: vt dicerent tamen eos, qui ſcriptum id compoſuiſſent, atque vt illi ipſi Arrii dogma, quippe quod turbas vbiq; in eccleſiis conciliarit, anathemati primum ſubiicerent, petebant.

Vbi Valens & Germinius petitionem eam repudiarũt, illi formulas hæreticorum & item Nicenam in medium proferre iuſſere, vt illæ quidem damnatæ reiicerentur, hęc vero authoritate denuo ſuffragiis ſynodi confirmaretur. Et vt de cætero neque diſputatio de fide moueretur, neque ſynodus peteretur, ſanxerunt. Sufficere enim quæ à Maioribus dudum conſtituta eſſent: ea complecti poſteros debere, & perquam abſurdum eſſe, nunc demum fidem conſcribere eos, qui nuper admodum credere cœpiſſent, & veterum traditionem abolere, per quam & ipſi, & patres eorum eccleſias gubernaſſent, ex quibus plures martyriis & obitæ confeſſionis coronis condecorati fuiſſent. Et ii quidem ſic dicta ſententia antiquitus decretis ſtare, nihilq; nouum inducere conſtituerunt.

Illi autem, Valens ſcilicet, & reliqui, quos paulo ante nominauimus, contra niſi ſunt. Summopere namque cõtenderunt, vt ſynodus recens compoſitam Sirmii fidei formulam comprobaret. Tantum autem abeſt, vt patres id facerent, vt etiam Vrſicium, Valentem, eorumque complices damnationis ſententia exauthorarint. Et ſynodus profeſſio-

Digitized by Google

pfeſſionem Nicenam amplius etiam cōfirmauit. Illi autem damnationem ægre ferentes, ad Imperatorem confugere. Condemnationis autem eius cauſſam præcipuam fuiſſe Socrates ſcribit, quod Arrianum dogma Arrianizantes damnare noluerint. Dicebant enim nomen Eſſentiæ per ſimplicitatem à patribus poſitum, non intellectum vero à populis ſcandalo & offendiculo eſſe. Et quoniam ſcripturæ id quoque non haberent, ideo eis placitum eſſe id tollere, & deinceps nullam omnino Eſſentiæ in Deo facere mentionem, propterea quod diuinæ ſcripturæ Patris & Filii ſubſtantiæ prorſus non meminere. Æqualem autem Filium patri per omnia dicimus, ſicut ſacræ ſcripturæ & dicunt, & docent. Hæc illi. Inſeruiſſem autem hic fidei formulam Latinam Sirmienſis conuentus, quam tuebantur illi, niſi orationis prolixitatem fugiens, ſtudioſis eam inquirendam, atque ex ea rem omnem cognoſcendam, relinquerem. Damnati illi, ſicuti dixi, formulam ſecum ferentes, ad Imperatorem confugere. Concilium vero, decem ad eum legatis epiſcopis, literis quoque rem actam declarauit.

Sed Valens & Vrſicius legatos præuenerunt, & Imperatori rem omnem arbitratu ſuo expoſuerunt: ſcriptoque quod legerant, oſtenſo, Synodum apud eum calumnioſe proſciderunt, vt quæ formulam non receperit, cui conſcribendæ ipſe adfuiſſet. Atque ille ſynodo ſuccenſens, Oratores, quibus diuturna mora in aulis moleſta erat, diem de die diffundens, differebat, contra autem, quos illi damnauerant, in pretio habebat. Et vix tandem excuſans ſe, ſcripſit, quod neceſſitate vrgente, vt contra hoſtes iret, per expeditionem eam legatos facile videre non potuerit. Adrianopoli autem redeuntem ſe expectare illos iuſſit, vt ibi ab extremis tumultibus liber, per otium & legationem audiret, & quæ opus eſſent, conſtitueret.

Addidit & illud, de rebus diuinis deliberare volentem, negotiis aliis vacuum animumque ſincerum atque quietum obtinere debere. At quæ ſynodus reſcripſit, nihil ſe

aliud omnino quam decretum eſſet, etiamſi quidquã prætereà ſtatueretur, facturam. Et non modo ſcripſit, ſed id quoque dicere legatos iuſſit. Inſuper eidem ſupplicauit, vt placide oratoribus receptis, & quæ dicturi eſſent, benigne acciperet, & quæ ipſi ſcripſiſſent, diligenter cognoſceret. Durum etiam quodammodo eſſe ſignificauerunt, ipſo imperante tot eccleſias tanto tempore viuis adhuc epiſcopis orbari. Opuſque eſſe, ſi ipſe quoque videretur, prius eos ad eccleſiam quemque ſuam redire, quam hyems eos opprimeret. Hæc atque alia hiſce ſimilia, ita vti ſupplices Epiſcopos decebat, quum oratione ad perſuadendum appoſita per epiſtolam grauem & terſam ad eum ſcripſiſſent, atque celeriter eis nihil reſpondiſſet, ſatis diu adhuc ibi morati, deinde ad ſedes ſuas ſunt reuerſi. Atque quod Epiſcopi quidem Arimini congregati, Nicenam confirmarint fidem, ſatis iam conſtat.

Quod vero poſtea multi formulæ ab Vrſicio & Valente ex Sirmio allatæ ſubſcripſerint, id quoq; declarabimus. Qua de re duplex fertur opinio: Harum altera eſt, Imperatorem occaſione arrepta à Synodo, quaſi non ſua volũtate ſoluta, Valenti eiuſque ſectatoribus facultatem permiſiſſe, vt quas vellent in Occidente eccleſias adminiſtrarent, omnibuſque lectam ab eis fidem traderent, & quicunque ſubſcribere illi nollent, ſedibus ſuis deiicerent, atque alios factionis ſuæ illis ſubrogarent. Qua poteſtate accepta, illos vi omnes, vt quam diximus, formulam comprobarent, adortos eſſe: & qui id facere noluiſſent, quamprimum eccleſiis expuliſſe. Primumque Liberium, quod dicto audiens non fuiſſet, vi exactum eſſe. Atque illos rebus ita per Italiam geſtis, eadem per Orientem quoque facere conſtituiſſe. Et per Thraciam euntes, vbi in oppidum quoddam regionis eius, nomine Nica, perueniſſent, conuentum coegiſſe: fidemque Arimini à ſe lectam, ex Latina in Græcam linguam conuerſam ſtabilire conatos eſſe: atque publice ſermonibus ſparſiſſe, formulam eam Nicæ à Synodo vniuerſali rite, atque ordine editam, confirmatam-

tam-

tamque eſſe: vt videlicet nominum vicinitate, per fraudem ſimpliciores ſcriptum id, perinde atque Niceæ in Bythinia compoſitum eſſet, accipientes, decipere poſſent. Verum calliditatem, cauillationemque eam deprehenſam, in riſum atque ludibrium abiiſſe. Atque hoc ſic nonnulli tradidere.

Altera autem opinio fuit: Quum epiſcopi Arimini cõgregati, quod Imperator reſponſum differret, quodque illis rediro ad ſua non liceret, macerarentur: qui alteri ſententiæ addicti erant, ſubornarunt quoſdam, qui dicerent, non conuenire, quod quidam vnum ſubſtantiæ verbum tantopere propugnarent, vt proptérea omnes vbique epiſcopi per ſeditionem diſſideant: Licere æqualem patri filium dicere, & vniuerſalem orbis contentionem ſopire: Epiſcopos Oriẽtales, niſi ſubſtantię nomẽ tolleretur, conquieturos non eſſe. Hæc quum ab eius ſententiæ ſtudioſis cum verſuta quadam grauitate, & vi dicta eſſent, ægre tandem Synodum adductam eſſe, vt Vrſicii & Valentis formulę ſubſcribendum putaret. Veritos quippe artifices doli iſtius eſſe, ne legati apud Imperatorem Occidentalium Epiſcoporum Conſtantem, quam inde ab initio præſtitiſſent alacritatem, & Conſubſtantialis tollendi cauſſam exponerent. Quare illud eos inueniſſe conſilium, vt Oratores in oppido Thraciæ, quod dictum eſt Nica, diſtinerentur, per cauſſæ eiuſmodi obtentum, propter hyemis aſperitatem & itinerum difficultatem, iumenta progredi & viæ laborem ferre non poſſe. Atque in ea interim mora conſtituiſſe, fidem ab ipſis compoſitam, ex Latino in Græcum ſermonem tranſlatam, ad Orientales mittere Epiſcopos. Sic namque fore, quum illi ad ſententiam eorum inclinati eſſent, vt quod ageretur, perficerent. Fallaciam vero talem non deprehenſum iri ab eis, qui rem hanc conſideraturi eſſent, conuentum videlicet Ariminenſem, inuitum ab Conſubſtantialis verbo receſſiſſe: vtpote ab Orientalibus Epiſcopis, qui dictionem eam prorſus reiecíſſent, coactum. Quod quidem re ipſa falſum erat. Fere

enim omnes in Oriente, paucis exceptis, ſubſtantia patri æqualem filium ſunt opinati. Et controuerſia in eo tantũ erat, quod partim quidem Conſubſtantialem, partim autem Æquiſubſtantialem filium dicerent. De hac re vide plura in Arrianis, Conſtantio & Valente Imperatoribus.

VALENTINIANI.

VAlentiniani, à Valentino quodam Pythagoræ verius quam Chriſti ſectatore, ſunt appellati. Emerſerũt autem Antonini Pii Imperatoris, & Higini ſummi Romanorum Pontificis temporibus, circa annum Domini 150.

De eo itaque Valentino Philaſtrius: Poſt Ebionem, inquit, Valentinus quidam ſurrexit, Pythagoricus magis, quam Chriſtianus, vanam quandam ac pernicioſam doctrinam eructans, & velut arithmeticam, id eſt, numeroſitatis nouam fallaciam prædicans, eaque ratione multorum animas ignorantium captiuauit. Et primum quidem fuit in eccleſia, elatior autem factus poſtmodum, errore non paruo deceptus eſt, degenſque in Cypri prouincia, cœpit hoc definire: Nihil aliud inquit, erat ante in mundo, niſi profundum maris & ſilentium, quod poetæ chaos adſerunt, deque hoc profundo & ſilentio docet proceſſiſſe intellectum & veritatem: de intellectu autem & veritate, verbum & vitam: de verbo autem & vita, hominem & eccleſiam; de homine autem & eccleſia, duodecim Æonas, id eſt, ſecula: & de verbo & vita, decem Æonas: de Intellectu rurſus & veritate, octo Æonas emanaſſe: & hanc eſſe τριακοντάδα ſeculorum, id eſt, triginta Æonas. De ogdoade ergo & decade, & duodecade, conſiſtere triginta Æonas dictitat. Dicit etiam Chriſtum à patre, quem Profundum nomine appellat, ad totius mundi ſalutem fuiſſe dimiſſum, deque cœlo eum carnem detuliſſe, nihil autem accepiſſe de ſancta Virgine, ſed vt aquam per riuum, ita tranſiſſe per eam affirmat. Animam ergo ſolam ſaluari, corpus

corpus autem hominis non ſaluari arbitratur. Hæc Philaſtrius.

VALENTINISTÆ.

VAlentiniſtæ authore Lindano Dubitantii ſui dialogo ſecundo, à Ioanne Valentino Gentili Neapolitano Pædagogo ſunt dicti. Spectant autem ad tertiam noſtræ tempeſtatis Euangelicorum claſſem. Prodierunt enim ex impia illa Caluini ſchola, quę ſacroſanctam oppugnat Trinitatem. Tales namque complures (ait idem Lindanus) habuit eccleſia italica Geneuæ, quorum duces facit libellus Geneuæ editus de actis & impietate ipſius Valentini Gentilis, Ioannem Paulum, Alciatum, & Gribaldum, cuius hiſtrionem ait eſſe Valentinum illum.

1 Hic porro ter, quaterque periurus apoſtata, falli docebat eos, qui in vna Dei eſſentia tres perſonas ſtatuunt. comminiſcitur enim eſſentiam Dei in ſolo patre. Itaque illum prædicat ſolum eſſe verum Deum: filio deinde concedit Dei nomen, ſed quaſi precarium, quia ſit eſſentiatus à Patre, quem eſſentiatorem fingit, atque αὐτόθεον.

2 Diuí Athanaſii ſymbolum vocat ſophiſticum, quod quartum Deum inducat, cui & triperſonatum Deum exprobrat, eum appellans præſtigiatorem, adeoque ſacrilegum, quod ſoluat Chriſtum.

3 Patrem ergo ſolum dicit eſſe αὐτόθεον, id eſt, à nullo ſuperiore numine eſſentiatum, ſed à ſeipſo Deum: qui vero filium dicit αὐτόθεον, is duo, inquit, aſſerit principia.

4 In ſumma filium Dei docet impius ille, à Patre differre numero ſubſtantiali, hoc eſt, ſubſtantialiter alium à Patre. Vnde duas facit eſſe ſubſtantias, ſed filium non habere αὐτουσίαν, vti Pater.

5 Ita per prophanas vocum nouitates & falſo nominatæ ſcientiæ oppoſitiones, impii iſti ſuum produnt ſpiritum, quo tranſuerſim acti, in ſuis conſiſtere nequeunt. De hac re vide plura in Deiſtis & Trinitariis.

VENVSTIANI.

VEnuſtiani ſunt ii, quos ſupra Paternianos nuncupauimus, qui quo tempore eruperint, vel à quo authore nomen ſortiti ſint, ſubticent Auguſtinus & Philaſtrius, qui eorundem ſoli meminerunt.

Dicebant autem hi, inferiores partes corporis humani non à Deo, ſed à diabolo factas eſſe: ex quo effectum, vt omnium flagitiorum licentiam illis partibus tribuentes, impuriſſime viuerent. De his ſupra in Paternianis.

VIGILANTIVS.

VIgilantius, quem Dormitantium vocat Hieronymus, qui contra illum duos libros ſcripſit, Gallus fuit genere, conditione autem Barchinonenſis eccleſiæ presbyter, floruitque Archadii Imp. & Anaſtaſii ſummi Pontif. temporibus, circa annum Dom. 402.

Docebat hic, ſanctos venerandos aut inuocandos non eſſe.

Rurſus, diuitias paupertati præferendas.

De hoc Hieronymus ad Riparium & Deſiderium preſbyteros inquit in hunc modum: Vigilantius ortus eſt ſubito, qui contra Chriſti ſpiritum, martyrum negat ſepulcra veneranda, damnatq; ſanctorũ vigilias. ex quo fit, vt Dormitantius potius, quam Vigilantius, vocari debeat.

De quo item B. Thomas contra impugnantes religionem, ita inquit: Vigilantius hic veritatem fidei impugnabat: pudicitiam odio habens, & in conuiuio ſeculariũ contra ieiunia declamabat. Nulla quippe hæreſis vnquam cõſtituta eſt, niſi propter gulam & ventrem, ſeducens mulierculas oneratas peccatis.

Et Diuus Hieronymus, Hæretici, inquit, aſſumunt ſibi linguas ſuas, vt cordis venena ore pronuntient. O præſcindendam itaque linguam (inquit contra eundem Vigilantium) & in partes & fruſta lacerandam: meam iniuriam patienter tuli, impietatem contra Deum ferre non valui.

Item

Digitized by Google

Item Gennadius in Catalogo: Vigilantius non ſolum Iouinianum contentus fuit imitari, conſilium de virginitate euacuans, ſed ſuperaddere auſus eſt, vt etiam conſilium de paupertate ſeruanda deſtrueret, contra illud Matthęi 19. Si vis perfectus eſſe, &c. Et præſumens ſupra vires ſuas homo lingua politus, non ſenſu ſcripturarum exercitatus, expoſuit prauo ingenio ſecundam Danielis viſionem.

VITALIS ANTIOCHENVS Epiſcopus.

Vitalis Antiochenſis epiſcopus, Apollinaris Laodiceni hæreſis ſectator fuit, Valentis Imperatoris Arrianæ hæreſeos adſertoris, & Damaſi maximi Romanorum Pōtificis temporibus, circa annum Domini 378.

De hoc ita ſcribit Nicephor. libr. 11, ҫap. 12. Apollinares, inquit, duo fuerunt, pater & filius. Et pater quidem presbyter, filius autem lector fuit. Sed Apollinaris filius, multis ab eccleſia abductis, ſuos ſibi conuentus egit, ſociumque conſtituendi dogmatis ſui Vitalem accepit Antiochenum, ex eorum numero qui Meletii eccleſiam frequētabant, presbyterum, virum nemini illuſtri vitæ & morum ſanctitate cedētem, & eorum, qui fidei eius commiſſi fuerant, curandorum perquam ſtudioſum, eaque de cauſa à populo egregie cultum & veneratum. Paulo poſt enim cum à communione Meletii diſceſſiſſet, Apollinari ſe cōiunxit, ſectatoribuſque eius Antiochiæ præfuit, vitæ reuerentia non exiguam plebis partem addictam ſibi habēs: qui etiam nomine ab eo accepto, Vitaliani vſque ad Theodoſii iunioris imperium ab Antiochenis ſunt vocati.

Dicitur autem hoc feciſſe, dolore impulſus: perinde atque à Flauiano, qui poſtea ſedem Antiochenam accepit, tum autem presbyter cum illo erat, deſpectus, & quo minus familiariter cum epiſcopo eſſe poſſet, impeditus fuiſſet. Quod nanque ea re diminutam eſſe famam ſuam putaret, hominum more, dolore eo victus, ad Apollinarem

ſe contulit, & cum eo communicauit, amicitia eius inprimis vſus.

Quomodo vero tandem Apollinariſtis Antiochiæ præfectus fuerit, idem refert Niceph. lib. 11. c. 4. Sed enim, inquit, Apollinaris vbi ſpe ſua excidit, perinde atque eccleſiæ ei ademptæ eſſent, propalam & clare hæreſim docuit, & ducem ſe nouæ opinionis conſtituit. Lectoque & ordinato Antiochiæ Vitali, homine vitæ ſanctitate præclaro, & qui antea quidem eccleſiaſtica doctrina enituerit, poſtea autem contagioſo Apollinaris morbo infectus fuerit: ipſe Laodiceam, vbi plurimum erat, conceſſit. Hæc Niceph.

WALDENSES.

Waldenſes ab Waldone quodam ciue Lugdunenſi dicti ſunt, qui cum diues admodum eſſet, (quemadmodum ſupra in pauperibus de Lugduno dictum eſt) opibus relictis, pauperibusq; erogatis, euangelicam paupertatem ſe ſeruaturum in animum induxit, ſub hoc velamine & prætextu interim non modicos impios errores occultans. Nam cum plane idiota eſſet, quoſdam libros vulgari ac materna lingua ſibi conſcribi fecit, cum nonnullis ſacrarum literarum teſtimoniis: quas cum non ſine, vti decebat, intelligeret, ſuo tamen elatus ſpiritu, Apoſtolorum munus in prædicando vſurpare non veritus eſt.

Hæc porro Waldenſium ſecta exorta eſt ſub Friderici huius nominis primi Imperatoris, & Alexandri III. Romanorum ſupremi Pontificis temporibus, circa annum Domini 1160. fuitque Romæ in generali concilio damnata, circa annum Domini 1170. celebrato. De qua vide ſupra in Pauperibus de Lugduno.

WICLEFIVS.

Wiclefius in Anglia ſuam hæreſim diſſeminauit, ſub Carolo IV. Cæſare Germano, & Innocentio ſexto maximo Romanorum Pontifice, circa annum Domini milleſimum trecenteſimum quinquageſimum ſecundum. De quo vide ſupra in Ioanne Wickeffo.

LIBER

Digitized by Google

LIBER VIGESIMVS.

XENAIAS HIERAPOLITANVS Epiſcopus.

XEnaias Perſa fuit natione, Eutychetis, Dioſcori & Seueri hæreſis propugnator acerrimus, & Chalcedonenſis ſynodi inſectator vehementiſſimus, Anaſtaſii primi huius nominis Imperatoris, & Symmachi Romanorum Pontificis temporibus, circa annum Domini 494.

De hoc ita habet Niceph. eccleſiaſt. hiſt. lib. 16. cap. 27. De Flauiano Antiocheno epiſcopo, inquit, hæc memoriæ prodita ſunt: Xenaias quidam erat (Philoxenum græca lingua recte vocet) genere Perſa, & fortuna ſeruus, peridoneus ſatanæ miniſter: qui ſub Calandionis epiſcopatu, quum ab hero ſuo profugiſſet, ad eccleſiam Dei acceſſit, clericum ſe eſſe affirmans, quum quidem nondum diuinæ regenerationis lauacro initiatus eſſet. Calandion vbi hominem eum, & latentem in eo maleuolentiam ex ſignis & coniecturis quibuſdam cognouit, ab eccleſia eum proſcripſit. Vbi vero Calandioni Petrus Cnaphæus ſucceſſit, Xenaiam ille non ſolum recepit: verum etiam nondum baptiſmo initiatum, vicinæ Hierapolis epiſcopum creauit, & Philoxenum nominauit. Et Petrus, vbi tandem ſe epiſcopatum viro nondum baptizato mandaſſe intellexit, dixiſſe fertur, ſufficere ei pro baptiſmo conſecrationem.

Xenaias iſte primus (ô audacem animum, & os impudens) vocem illam euomuit: Chriſti, & eorum qui illi placuere, imagines venerandas non eſſe. Itaq; impietatis iſtud mancipiũ magno cũ tumultu, multis ſibi ex prima Syrorũ

gente adſcitis, & non exigua ex Cynegico ſiue Venatico monaſterio multitudine aſſumpta, vna cum innata ſibi improbitate in vrbem peruenit: & Flauiano vim maximam intentauit, vt Chalcedonenſem ſynodũ & Leonis tomum ille anathemate damnaret. Quod cum Flauianus ſe facturum non eſſe confirmaret, & monachi ei contra imminerent, populus epiſcopum ſuum periclitari audiens, pro ſe quiſque ſtatim, vt potuit, conſurgens affuit: & cædes tanta monachorum facta eſt, vt corpora eorum propter multitudinem in Orontem amnem, vt vndas eis pro ſepulchris haberent, coniecta ſint.

Adhæc etiam iſto non minus accidit malum. Monachi nãq; in Cœleſyria Flauiano valde addicti, propterea quod is in vicino quodam loco, cui Tilmognus nomen erat, monaſticam egiſſet vitam, turba ea cognita, Antiochiam ſe contulerunt, Flauianum modis omnibus defenſuri. Atque ibi tum non minor accepta clades. Propter hunc igitur & illum caſum, Flauianus fraude quadam in exilium abductus eſt, petram quandam præruptam & ſublimem in Palæſtinæ finibus incolere per vitam iuſſus. Hæ cauſæ ſunt, quamobrem tantus vir Flauianus, ſede ſua exactus eſt. De quo etiam monachi Palæſtini ad Alciſonem ſcribentes, hæc verbis hiſce commemorant:

Petro vero, inquiunt, defuncto, rurſus inter ſe diſſidere cœperunt Alexandria, & Ægyptus, & Libya: & factio quælibet ſuos ſibi conuentus egit. Reliquus etiam Oriens ab aliis eccleſiis ſegregatus eſt, quod Occidentales non aliter communicare cum eo voluerint, quam ſi Neſtorium, Eutychetẽ, & Dioſcorum anathemati ſubiiceret, eiſdemq; Petrum Moggum & Acacium adderet. In hoc ſtatu, quum eccleſiæ orbis vniuerſi res eſſent, qui Germani Dioſcori & Eutychetis ſectatores fuere, ad maximam paucitatem redacti ſunt. Et quum res illorum eo recidiſſent, vt quamprimum in terra deficerent, ampliuſq; non extarent, Xenaias re ipſa nomini ſuo reſpondens (alienus quippe prorſus à Deo) neſcimus quo conſilio, quaſve aduerſus Flauianum inimi-

inimicitias vindicans ſub obtentu fidei, ſicuti pleriq; aiunt, contra eum commotus, veluti Neſtorianum calumnioſe criminari cœpit. Atq; vbi ille Neſtorianum vna cum opinione ſua anathemate confodit, ex quo tempore rurſum ad Dioſcorum, Theodorum, Theodoritum, Iban, Cyrum, Eleutherium, & Ioannem tranſiit, & neſcimus quos alios inſuper & vnde collegit. Quorum quidam vere Neſtorii dogma profitebantur: quidam autem eius hæreſis ſuſpecti, anathema in Neſtorium contorſerant, & in eccleſiæ communione acquieſcebant. Eis ita collectis ad Flauianum: Hoſce, inquit, omnes Neſtorii contagione infectos, niſi anathemari ſubdideris, Neſtorianus es, vtcunque vel decies millies illum vna cum dogmate ſuo anathemate confodias. Per literas quoq; Dioſcorianos & Eutychianos permouit, eiſq; perſuaſit, vt ſibi patroni aduerſus Flauianum adeſſent: ſecum petituri, vt ille non in ſynodum, ſed in eos, quos diximus, viros anathema iacularetur.

Eis vero Flauianus epiſcopus diu multumq; reſtitit. Sedenim vbi alii quoq; cõtra ipſum cum Xenaia cõiuncti ſunt, Eleuſinus videlicet quidam ſecundæ Cappadociæ, Nicias Laodiciæ Syrorum, atq; alii alicunde epiſcopi, (quorũ puſillanimitatis erga Flauianum cauſam, non noſtrum, ſed aliorum potius eſt exponere) tandem per eos ipſos ſe illos ad pacem adducturum eſſe arbitratus, cõtentioni ei ceſſit, & in ſcripto anathema in eos qui dicti ſunt, viros coniecit, atque id ad Imperatorem miſit. Nam & hunc quoq; contra eum veluti Neſtorianum commouerant.

Verum Xenaias hiſce non contentus, rurſum anathema in ipſam Synodum, & eos qui duas naturas & carnis & diuinitatis in Domino profitentur, iaciendum à Flauiano petiit. Atque vbi ille ei non paruit, vt Neſtorianum rurſus criminatus eſt. Et cum de his rebus multa agitata eſſent, & Patriarcha formulã fidei compoſuiſſet, in qua Synodum quidẽ propter Neſtorii & Eutychetis condemnationem, non autem vt vim decreti doctrinæ fidei haberet, recipiendam eſſe profitebatur: rurſum eum, vt qui occulte Neſto-

Digitized by Google

rianus eſſet, aduerſarii, niſi anathemati etiam ſynodum ipsā, & duas naturas carnis & diuinitatis in domino profitentes ſubiiceret, criminari cœperunt. Adduxerunt illi quoque multa verborum fraude in ſententiam ſuam ſlauros: & ſcripto de fide edito, in quo ſynodum vna cum eis, qui duas naturas aut proprietates in Domino eſſe dicunt, anathemate condemnarunt. Itaque à Flauiano & Macedonio ſeceſſerunt, & cum aliis ſe coniunxerunt, qui ſcripto ei ſubſcripſere.

Interea etiam ab Hieroſolymitano antiſtite de fide ſcriptum exegere, qui id compoſitū ad Imperatorem per ipſos Dioſcorianos miſit. Atque id illi quidem, anathema complectens in eos qui duas naturas dicunt proferunt. Ipſe autem Hieroſolymitanus Epiſcopus deprauatū id ab eis eſſe aſſeuerat, aliudque ſcriptum ſine eiuſcemodi anathemate producit. Neq; id mirum, ſiquidem ſcripta patrum quoq; adulterarunt: & multos Apollinaris libellos, per inſcriptiones ipſas Athanaſio, & Gregorio mirifico illi, & Iulio attribuerunt, per quos maxime ad impietatē ſuam multos pertraxerunt. Efflagitarunt vero à Macedonio Conſtantinopolitano epiſcopo etiam ſcriptam fidei formulam, quam ille quoq; edidit: ſolam ſe trecentorum decem & octo, & rurſum centum & quinquaginta patrum fidem noſſe confirmans. Neſtoriumq; & Eutychetem, atque eos, qui vel duos filios aut Chriſtos opinantur, vel naturas diuidunt, anathemate feriens: neq; Epheſinæ, à qua Neſtorius damnatus eſt, neq; Chalcedonenſis, quæ Eutycheti dignitatem abrogauit, ſynodi mentionē faciens. Quam rem monaſteria Conſtantinopoli ægre tulere, & ab Epiſcopo Macedonio deſciuere.

Interea Xenaias & Dioſcorus multis ſibi adſcitis epiſcopis, ſuperbi & intolerabiles facti ſunt: motuſque aduerſus eos qui in anathema non conſentirent, graues concitarūt: inter quos, ſi qui illi prorſus non cederēt, eos modis omnibus in exilium pellere ſunt conati. Atq; ita tandem Macedonius & Flauianus, & Ioannes inſuper Palti Epiſcopus, ſolum exilii cauſa verterunt. Hact. Niceph.

Digitized by Google

LIBER VIGESIMVS-PRIMVS.

ZENO IMPERATOR.

ZEno Iſauricus Leonis Imperatoris gener, imperium ſortitus eſt circa annum Domini 476. ſummum Romanæ ſedis Pontificatum agēte Simplicio Tiburtino. Is cum vir ſupra modum flagitioſus eſſet, non vt Auguſtus, ſed vt tyrannus, imperauit, Eutycheis & Dioſcori, qui vnam Chriſto naturam tribuebant, hæreſi infectus. Adeo tamen vafer, & ſui diſſimilis, vt ſuo henotico, id eſt, conciliatorio ſeu pacificatorio edicto, neque reiecerit, neque comprobarit Chalcedonenſem ſynodum, in qua ea hæreſis damnata eſt.

De eo ſic tradit Ioannes Baptiſta Egnatius Venetus lib. 2. de Romanis principibus: Quam varie, inquit, Rebus Romanis illuſerit fortunæ vis, hic Zeno facile cum pleriſque, qui explicandi mihi principes erunt, prodet. Vir obſcuriſſimi ſanguinis,& quum facie deformis, tum moribus plane tyrannicis, vt Iſaurum agnoſcas. Hic Theodoricum Oſtrogotthorum regem cum vnice diligeret, in Italiam aduerſus Odoacrem miſit, conſulem prius à ſe factum. Pulſus vero à Baſiliſco factione vxoris, cum in Iſauriam conceſſiſſet, non multo poſt reuerſus, & Baſiliſcum expulit, quem & inedia mori coegit, & annos tredecim tyrannum verius quam principem egit. Sunt qui viuum adhuc inclusum ab vxore ſepulchro tradant, fruſtraque reſipiſcentem,& opem quiritantē obiiſſe. Hoc principe incendium adeo graue fuit, vt præter maximam vrbis partem confla-

gratam, centum & viginti librorum millia combuſta ſint: inter quæ & Homeri poëma, inteſtino Draconis centum viginti pedum aureis literis deſcriptum. Hæc Egnatius.

Nicephorus quoque hiſt. eccl. lib. 16. c. 1. de eo ſcribit in hæc verba: Zeno autem poſtquam imperium accepit, non recte ſe rerum ſummam gubernare poſſe putauit, niſi voluptatibus omnibus cum poteſtate ſumma perfrueretur. Quibus adeo ſe à primis, quod dicitur, carceribus corrumpēdum permiſit, vt nihil prorſus eſſet, quod impetum eius in facinora teterrima inhibere poſſet. Ita ſiquidem turpibus flagitiis ſe contaminauit, vt exiſtimaret, ſi clam intra regiæ penetralia ſcelera patraret, obſcurum id & minus generoſum eſſe. Sin publicitus & aperte in conſpectu omnium abſque pudore omni flagitioſus eſſet, id demum principe & Imperatore dignum eſſe cenſuit. Quod ille ſic ſeruiliter admodum, & periculoſe arbitratus eſt. Talis itaque ab ipſo ſtatim initio & ingreſſu Imperii Zeno fuit, vir incompoſitus, diſſolutus, intemperans, & corruptus. Quamobrem & ei qui ſceptrum illi tradidit, honorem debitum piis operibus non tribuit, & imperium male adminiſtrauit. Proinde populi ſubditi omnes in Oriente ſimul & Occidente afflicti ſunt. Nam qui ab ipſa Agar originem ducunt populi, Meſopotamiam vaſtarunt. Thraciam autem innumera Hunnorum, qui antea Maſſagetæ dicti fuerunt, & tum Iſtrum tranſierant, multitudo, nemine obſiſtente, libere percurrit. Si quid vero ex illorum direptione fuit reliquum, idipſum Zeno per vim abſtulit, qui non minus quam barbari ipſi hoſtiliter eam inuaſit. Nec ille longinqua modo loca detrimentis affecit, verum etiam domum ſuam per abſurdas fœdaſque voluptates vaſtam dedit.

Quomodo vero is ſuo henotico, hoc eſt pacificationis edicto neque reiecerit, neque comprobarit Chalcedonenſe concilium, idem refert Nicephorus eodem libr. cap. 12. in hæc verba: Imperator Cæſar Zeno pius, victor, triumphator, maximus, ſemper colendus Auguſtus: Alexandrinis,

Digitized by

his, & qui per Ægyptum & Libyam & Pentapolim religioſiſſimis epiſcopis & clericis, & monachis & laicis: Cum imperii noſtri initium & conſeruationem; tum autem opes atque armaturam inexpugnabilem perſuaſum habeamus eſſe; ſolam rectam & veram fidem; quam diuina inſpiratione Niceę trecenti decem & octo ſancti patres congregati promulgauerunt, & Conſtantinopoli centũ quinquaginta itidem ſancti patres coacti confirmauerunt, diu noctuque precationibus; ſtudiis; legibuſq; noſtris omnibus hoc agimus, vt per eam vbique locorum ſancta Dei catholica & Apoſtolica eccleſia incrementa capiat; quæ incorruptibilis & immortalis ſceptrorum noſtrorum mater, & pii populi noſtri in pace & religionis diuinæ concordia perſiſtentes, acceptabiles pro imperio noſtro preces vna cum Dei amantiſſimis epiſcopis & piiſſimis clericis, & archimandritis & monachis fundant. Cum enim magnus Deus & Saluator noſter Chriſtus Ieſus, qui ex ſancta virgine & Dei genitrice Maria incarnatus & natus eſt; glorificationem & ſacrum cultum noſtrum cõſentientem laudauerit, benigneque ſuſceperit, tum gentes hoſtiles conterentur atque extinguentur; & omnes colla ſua Imperio ſecundum Deum noſtro ſubmittent: &c.

Et paulo infra: Quapropter ſcire vos volumus, neque nos, neque quæ vbique locorum ſunt eccleſias, aliud ſymbolum aut doctrinam, aut formulam fidei, aut fidem etiam, præterquam quod (ſicut dictum eſt) à trecentis decem & octo ſanctis patribus editum, & à centum & quinquaginta, quorum mentionem etiam fecimus; ſanctis patribus comprobatum eſt, ſanctum ſymbolum, vel habuiſſe, vel habere, vel habituros eſſe, neque aliquos, qui habeant, ſcire: atque ſi quis etiam habeat, alienum illum putare. Nam id ſolum ſymbolum, quemadmodum diximus, imperium noſtrum conſeruare confidimus. Et populi vniuerſi, qui ſalutarem conſequuntur illuminationem hoc ſolo recepto baptizantur. Hoc etiam ſequuti ſunt ſancti [pat]res Epheſi congregati, qui impium Neſtorium & o-

pinionis eius poſtea ſectatores condemnarunt: quem ſane Neſtoriũ vna cum Eutychete, quod diuerſa ab eis, quæ dicta ſunt, ſentiant, anathemate ferimus: duodecim etiam capita illa à ſanctæ memoriæ Cyrillo ſanctæ catholicæ Alexandrinorum eccleſiæ archiepiſcopo promulgata, recipientes.

Profitemur autem vnigenitum filium Dei & Deum (qui vere homo factus eſt, Dominũ noſtrum Ieſum Chriſtum, qui conſubſtantialis eſt patri ſecundum diuinitatem, & idem conſubſtantialis nobis iuxta humanitatem: & qui deſcendit & incarnatus eſt ex Spiritu ſancto, & Maria virgine & Dei genitrice) vnum eſſe, & non duos. Vnius enim eſſe dicimus & miracula, & perpeſſiones, quas ſponte ſua carne pertulit. Eos vero, qui eum diuidunt aut confundunt, aut phantaſiam ſeu ſpectrum inducunt, haudquaquam approbamus. Quemlibet vero, qui aliud quicquam ſenſit, aut ſentit, aut nunc, aut quandocunque, vel Chalcedone, vel in quacunque ſynodo alia, anathemati ſubiicimus: præcipue vero quos diximus Neſtorium & Eutychetem, & qui cum eis ſentiunt, &c.

De Zenonis autem obitu ſic tandem habet idem Nicephorus eodem lib. cap. 24. Zeno, inquit, finem vitæ ſibi appropinquare videns, ex eis qui futura prædicere exiſtimantur, Maurianum quẽdam, quiſnam poſt eum (liberos enim ex lumbis ſuis procreatos non habebat) imperaturus eſſet, conſuluit. Qui reſpondiſſe dicitur, ex Silentiariis aliquem, non imperium modo, ſed & vxorem eius recepturum eſſe. Zeno autem quod Pelagium deſignari putabat, virum præclarum & ſapientem, ferro eum cædi iuſſit: atque inſuper alios etiam nihil commeritos necari curauit. Et morbo comitiali correptus, quod vim eius non ferret, animam egit, Pelagii nomen in ore habens. Fertur etiam, quod cum Ariadna coniux odiſſet, quum epilepſiæ doloribus diſtenderetur, & ſpeciem defuncti præberet, viuum adhuc ab illa ſepulchro incluſum eſſe. Alii vero tradunt

qui

Digitized by Google

quùm ex [illegible]brietate ſenſum [illegible] amiſiſſet, in [illegible]mulu[illegible] coniectum eſſe: & poſtquàm ad ſeipſum per ſob[illegible]etatem rediiſſet, in ipſo monumento exclamaſſe, vitam ni[illegible]lam, non etiam imperium petere, paratumque eſſe cui[illegible] iureiurando interpoſito, eo cedere: neminem autem illum ea [illegible]centem, propter[illegible]a quod coniux Ariadna id prohibuiſſet, miſeratum [illegible]e. Hic ad hunc modum vitam finiuit, cum decem & ſeptem annos in imperio tyranni[illegible] exercuiſſet. Hæc Nice[illegible]

[illegible]

ffff 2

P 19

PHILOSOPHORUM SERIES AB OR BE CONDITO AD NOSTRA VSQVE TEMPORA, collectore Ioanne F ri

Anno Mundi [illegible] *ſatiuit.*

90. Ante C [illegible] *2172.*

Linguarum [illegible] Sermonis idioma, quod tunc Diui [illegible] implex & vnicum erat (Hebræum ſcilicet, quod & in pii patris *H ber* familia remanſi [illegible] in diuerſa Deus diſperſit idiomata [illegible], ita vt confuſis omnium linguis neuter alterum intelli[illegible] ret: qua neceſſitate coacti, homines in diuerſas mundi regiones diſperſi ſunt.

Anno Mundi 1800. Ante Chriſtum 2162.

Samothes cognomento Diſ[illegible] apud Celtiberos claruit, quo nemo ea ætate ſapientio[illegible] fuit: ac propterea Samothes dictus eſt. Fuit ex nepotib[illegible] Tubalis filii Iapeti.

Anno Mundi 1810. Ante Ch[illegible]ſtum 2152.

Thuyſcon qui à Moſe Aſcenas [illegible] is Gomeri primogenitus, *Sarmatas* maximos populos fundauit, qui nunc *Thuyſcones* Germani, die Teutſchen.

Anno Mundi 1820. Ante Chriſtum 2142.

Chameſenuus, qui nobis Cham, Thelchines in Ægypto Magicam docens maxima opinione celebratur. Func. In libris recognitionum Clementis Romani legitur, *Zoroaſtres* Meſraimi Chami filius fuit, qui magicæ artis tradidit diſciplinam: hunc gentes Zoroaſtrem appellauerunt, admira-

P2D

Google

admiratæ eius [illegible] em: quem quaſi ζῶον ἄστρον aſtrum viuens coluerunt; alij dictum volunt quaſi ἀστροθύτην, hoc eſt, aſtrorum ſacerdotem.

Anno Mundi 1970. Ante Chriſtum 199.

Sabatius Saga Italos poſtea dictos, agriculturam & religionem docuit.

Anno Mundi 2000. Ante Chriſtum 19[illegible].

Ninias V. Aſ[illegible]iorum rex qui in ſanctis [illegible]turis vocatur Amraphe o[illegible] templa Deorum, & [illegible]ldæos, id eſt, Sapientes Baby[illegible]oniæ, Aſtronomos, Phyſic[illegible] &c. ampliauit. Beros.

Chaldæi apud Babylonios & Aſſyrios Aſt[illegible]giæ periti, & prædictionum: de primis ſapientibus a[illegible] barbaros.

Oſiris inuentor agriculturæ, ſenſim [illegible] peragrauit orbem docens quæcunque in[illegible]at. [illegible]us in Ninia.

Primus aratra manu ſolerti feci[illegible]us lib. 1. eleg. 7.

Anno Mundi 2010. Ante Chriſtum 1952.

Ingeuon publica literarum ſtudia apud Thuyſcones, ad comprimendam hominum audaciam, inſtituit. Beros. meminit & huius Cornel. Tacitus de morib. Germ.

Sarron apud Celtas regnans, vt reprimeret ferociam hominum tum recentum, publica literarum ſtudia inſtituit. Beros.

Anno Mundi 2030. Ante Chriſtum 1932.

Camelenuus, qui tum quoque *Zoroaſtres* dicebatur paulo ante mortem Niniæ filij Nini, temporibus Abrahami, ab omni ferme orbe terrarum pulſus, in Bactrianos ſeſe contulit, & magico illos præſtigio ſibi deuinxit, adeo vt illis potenter imperaret, forte idem de quo ad an. mundi 1810. De Zoroaſte Perſomeda, vide ad tempora Perſarum & Medorum ad an. 3400.

Anno Mundi 2070. Ante [illegible] ..892.

Dryius vir plenus peritiæ regna[illegible] apu[illegible] Celtas.

Druidæ Celtarum ſeu Gallorum ſacerdotes à Dryio illo [illegible]minati ſunt, ſapientes primi [illegible]pud Gallos: quorum mem[illegible] runt in ſuis ſcriptis C. Iulius Cæſar de bello Gallico lib. [illegible]. Plinius lib. 16. cap. 44. Et qu[illegible] his poteſtas fuerit, docet Cornel. Tacitus in libello de m[illegible]rib. German. Sacra eorum [illegible] ceremoniæ verſibus multis millibus continebantur: [illegible] quibus quod literarum [illegible] m contemnerent, & eos al[illegible]us veluti per manus, ſine [illegible]ptione vlla, traderent, ho[illegible] nihil eſt reliqui.

[illegible]no Mundi 2160. Ante Chriſtum 1802.

Pr[illegible]etheus Ægyptius, frater Atlantis Mauri vir pru[illegible] [illegible]is fui[illegible] qui primus aſtrologiam Aſſyriis indica[illegible] [illegible] reſidens in monte altiſſimo Caucaſo, cura & ſolicitu[illegible] depr[illegible]enderat. Deprehendit etiam rationem fulm[illegible] [illegible]ibus indi[illegible]auit: vnde cœleſtem ignem à poe[illegible] [illegible]us.

[illegible] mundi 2170. Ante Chriſtum 1792.

Atlas Maurus frater Promethei Aſtrologiæ peritiſſimus claret: Func. Sed Marſil. Ficinus in præfatione ſua in Mercurium Triſmegiſtum, ſcribit, Atlantem floruiſſe eo tempore quo Moſes natus eſt, id eſt circa an. mun. 2370.

Anno mundi 2330. Ante Chriſtum 1632.

Patriarcharum duodecim filiorum Iacob Teſtamentum, liber peruetuſtus.

Eum ex Hebræo in Græcum tranſlatum, Latine vertit Robertus Lincolnien. epiſcopus. Huius operis meminit Origenes homilia 15. in Ioſue.

Anno mundi 2370. Ante Chriſtum 1592.

Atlas Mauritaniæ Rex, Aſtronomiam dicitur inueniſſe: quapropter à poetis cœlicam machinam, humeris geſtaſſe fingitur. Floruit hoc tempore, ſecundum Marſilium Ficinum.

Anno

Anno mundi 2390. Ante Chriſtum 1572.

Arogilus ſeu Proclitus, primus Quadrigam iunxiſſe dicitur. Euſebius.

Proclitus vide Arogilus.

Anno mundi 2410. Ante Chriſtum 1562.

Mercurius Maior nepos ex matre Atlantis Aſtrologi. Ficinus.

Anno mundi 2420. Ante Chriſtum 1542.

Mercurius filius Maioris, pater Triſmegiſti: ſecundum Marſilium Ficinum.

Anno mundi 2430. Ante Chriſtum 1532.

Mercurius Triſmegiſtus Maioris nepos, Ægyptiorum philoſophus admirandus, circa hæc tempora floruit. Func. Extant adhuc quædam eius ſcripta, Baſileæ, Pariſiis, Norinbergæ, Venetiis & Toruniæ excuſa, quæ diuinam in eo ſapientiam ſatis indicant. Vt ſunt dialogi inſcripti Pymander & Aſclepius, de poteſtate, ſapientia, & voluntate Dei. Item Iatromathematica. Eidem (vel Orpheo ſecundum alios) attribuuntur, verſus 66. de ſignificationibus terræ motuum: qui leguntur in anthologio Græco. Stobæus etiam quædam huius authoris fragmenta citat, quæ in prædictis dialogis non extant. Vide etiam Suidam. *Mercuri facunde, nepos Atlantis*, Horat. 1. carm. Ode 10.

Anno mundi 2460. Ante Chriſtum 1502.

Maria ſoror Moyſis: cuius liber alchymiſticus circumfertur. M. ſcript.

Anno mundi 2580. Ante Chriſtum 1382.

Cadmus Agenoris filius, rudem Græciam docuit, & Thebis regnauit anno mundi 2586. Inde pulſus ann. mun. 2590.

Anno mundi 2600. Ante Chriſtum 1362.

Phemonoe, apud Pythiam vates prima, hexametris verſibus futura ceciniſſe narratur. Euſeb.

Anno Mundi 2670. A Chri m 12

Dædalus Athenienſis claru chitec ura i Creta regi Minoi Labyrinthum conſtruxit. lio ro, arte admiranda, alas aptauit, quibus mare, quod .... er Myconem & Gyarum, è Creta fugiens, tranſuolare pote Sed cum vltra patris iuſſa altius euolaſſet, ſolis ardore ce .. qua pennæ continebantur, liquefacta eſt, & ab alis defluxi, ..pieque Icarus in mare decidit. Hinc Ouid. libro 1. Triſtium, *Icarus, Icariis nomina fecit aquis.* Ex huius igitur artificis excellentia, natum prouerbium, vt clara opera, *Dædala* appellentur. Cæterum vt arte fuit admirandus, ſic ob vitia animi deteſtandus. Inuidia tantopere laborauit, vt Telen puerum diſcipulum ſuum interfecerit: quod figuli rotam repeiſſet, & ſerram: inuenta ſpina piſcis ad eius ſimilitudinem formata. Commoditatem & occaſionem etiam præbuit adulterio Paſiphaæ vxoris Minois regis Cretenſium: quæ cum Tauro notario, quem Paſiphae amauit, in domo Dædali concubuit: & quia geminos peperit, vnum de Minoe, & alium de Tauro, enixa eſſe Minotaurum dicitur: Hic Dædalus ob ſuum homicidium & lenocinium in exilia actus, & tandem à Cocalo rege ſpecie colloquii in thermis retentus, donec æſtu ſuffocaretur. Hanc hiſtoriam veram, poetæ ſuo more in fabulam commutauerunt, de qua Catullus in Argonaut. Ouid. epiſt. 10. Diodorus Siculus libro quinto, capite decimo tertio, & Seruius in Vergil. 6. Æneidos 5.

Anno Mundi 2690. Ante Chriſtum 1272.

Thamyras. Thrax poeta ante Homerum. Suid. Hic bellum Titanum aduerſus Deos dimicantium carmine de- ſcripſiſſe traditur. Plutarch. de Muſica. Suidas ait eius ologiam extare verſibus 3000. Pater fuit Muſæi Theb. de quo ad an. 2710.

rouerbio occaſionem dedit, Thamyras inſanit: de quo de Eraſmum & Statium 4. Thebaid. 37.

Anno

Digitized by Google

Anno Mundi 2700. Ante Chr. 1262.

Orpheus. Thrax, poeta præſtantiſſimus Argonautarum hiſtoriæ author, clar. Iudicum in Iſrael temporibus. Opera eius excuſa Venetiis & Baſileæ: ſed Critici aſſerunt eſſe alterius, neque tam antiqui.

Pherecides Athenienſis philoſophus, qui ab Orpheo multa didicit, ſcripſitque Theogoniam libris decem: item libellum de rerum principio.

Anno Mundi 2710. Ante Chr. 1252.

Linus poeta, magiſter Herculis claret apud Thebanos. Mundi ortum, ſolis & lunæ vias, animalium & fructuum origines deſcripſit. Eius quidam verſus leguntur apud Stobæum in ſermone de prudentia.

Muſæus poeta Eleuſinus diſcipulus Orphei; Theogoniam & ſphæram primus tractare eſt aggreſſus, docuitque, Ex vno omnia oriri, & in idem redire. Scripſit vitæ præcepta ad Eumolpum filium verſuũ ferme 4000. Suid. & Volat. lib. 17. Eius quædam ſunt excuſa Venetiis apud Aldum 1517. aliosque. ſed Critici putant eſſe hominis minus antiqui.

Anno Mundi 2720. Ante Chr. 1242.

Muſæus Thebanus Thamyræ filius, ante bellum Troianum: poeta Melicus ſcripſit hymnos & cantica. Suida.

Anno Mundi 2730. Ante Chr. 1232.

Euander Arcas, in Italiam veniens Romanæ conditor arcis, miraculo literarum, quas primus ibi docuit, venerabilis. Liuius.

Anno Mundi 2750. Ante Chr. 1212.

Cadmus Mileſius paulo poſt Orpheum; forte hic collocandus. Scripſit hiſtorias Mileti & totius Ioniæ, vt autor eſt Suida. Hunc Plinius ait primum proſam orationem inueniſſe.

Anno Mundi 2770. Ante Chr. 1192.

Orpheus, qui de gemmis ſcripſit tempore Theodamanti filii Priami regis vixit.

Anno mundi 2780. Ante Chr. 1182.

Eumol[illegible]us Eleuſinius vel Athenienſis, filius Muſæi, poeta anti[illegible]uiſſimus: ſecundum alios Orphei diſcipulus ante Hom[illegible]ri tempus, deſcripſit ſacra Cereris & chiroſcopica de [illegible]nanuum inſpectione librum, citatur ab Athenæo.

Sancho[illegible]iaton Tyrius philoſophus, tempore belli Troiani Suid.

Anno mundi 2800. Ante Chriſtum 1162.

Dares Phrygius hiſtoricorum fere primus in bello Troiano militauit: quod & deſcripſit: Opus excuſum Baſileæ, Anno 1541. verum multis admodum eſt ſuſpectum.

Dictys Cretenſis meruit tempore belli Troiani ſub Idomeneo, de quo bello ſcripſit libros ſex, excuſos Baſileæ anno 1529. & huius opus non putatur genuinum.

Homerus primus patria Smirnenſis floruit. Hic fuit Regis Patriæ ſuæ præfectus. Archiloch.

Anno Mundi 2860. Ante Chr. 1102.

Homorus ſecundus Chius medicina clarus floruit. Archiloch.

Anno Mundi 2890. Ante Chr. 1072.

Homerus tertius Chius magica arte clarus floruit. Archiloch.

Anno mundi 2920. Ante Chr. 1042.

Homerus IV. inſtitoria arte Salaminenſis ciuis prędiues floruit. Archiloch.

Anno Mundi 2930. Ante Chr. 1032.

Homerus V. Colophius pictor & ſtatuarius præclarus habetur. Archiloch.

Anno Mundi 2960. Ante Chr. 1002.

Homerus VI. Ciuis Athenienſis floruit ſub Archippo III. Athenienſium Iudice, & nouas Athenienſibus leges dedit Archiloch.

Thale-

Thaletas Cres aut Illyrius Lyricu[...] tem. Suid.

Ageſilaus rex Lacedæmoniorum. eius [...] regi-um politicum extat apud Stobæum ſermo[...]

Anno Mundi 3050. Ante Ch[...]

Homerus poeta, vti ſcribit Cornelius [...] it an-nis 160. ante conditam vrbem. Et Cicer[o] [...] in Bru-to Homeri tempora etiamſi ſint incerta, [...] tamen annis multis fuiſſe ante Romulum: ſiquidem non infra ſuperiorem Lycurgum fuerit: à quo ſit diſciplina Lacedæmoniorum aſtricta legibus anno mundi 3180. Secundum Herodotum, in eius vitæ deſcriptione, natus eſt Homerus anno 168. poſt bellum Troianum, anno mundi 2950. Alij longe inferiorem ætate, faciunt: exiſtimantes Græcos antiquitatis laudem affectantes, multas annorum centurias ementiri ſolere, vide igitur ad annum mund. 3280.

Anno mundi 3060. Ante Chriſtum 900.

Aquila Septonius Anglorum vates: ſcripſit prophetiarum ſuarum librum, quas Angli, veluti Sybillina oracula in precio habuerunt: extant quædam fragmenta, quæ legit Baleus.

Anno mundi 3090. Ante Chriſtum 872.

Homerus VII. arte Muſica & Geometrica clarus, apud Argiuos habetur. Archiloch.

Anno mundi 3140. Ante Chriſtum 822.

Phidon Argiuus: menſuras & pondera reperit anno mundi 3145. cum apud Hebræos regnaret Azarias: temporibus Ionæ & Oſeæ prophetarum.

Anno mundi 3189. Ante Chriſtum 773.

Inchoantur Græcorum Olympiades, ſecundum quas Græcis longo tempore vſitatum fuit, ſeriem rerum geſtarum in publicis monumentis perſcribere. Nomen autem Olympias comprehendit annos quatuor. Et ſe-

...o conuentu, Græcorum ad Elide... ...emper poſt quartum a...um, in menſe qui... ...um anni erat, videlicet in plenilunio, quod ſolſtiti... ...proxi num eſt.

...mundi 3190. Ante Chriſtum 772.

Ar... ...ſius po... fl...Func. ex Euſeb.

Ar... ...mar...oris hoc tempore cœpit, Plinius libro 36...

Anno mundi 3200. Ante Chr. 762.

...rchimus poeta qui Iliacam vaſtationem ſcripſit.

Cumelus poeta.

Cynethon Lacedæmonius poeta Theogoniam ſcripſit.

Sibyllæ fuerunt decem.

1 Perſica cuius mentionem facit Nicanor, qui res geſtas Alexandri Magni deſcripſit.

2 Libica cuius meminit Euripides.

3 Delphica de qua locutus eſt Chryſippus de diuinatione.

4 Cumœa quam Næuius in libro belli Punici: Piſo in annalibus nominauit, cuius libri à Romanis occuluntur, &c.

Erythræa quam Apollodorus Erythræus ſuam ciu...n eſſe ...firmauit: Graiiſque Ilium petentibus vaticina...m, & perituram eſſe Troiam, & Homerum mendacia ſcripturum.

6 Samia de qua ſcripſit Eratoſthenes in antiquis annalibus Samiorum reperiſſe ſe ſcriptum.

7 Cumana, nomine Amalthea, quæ ab aliis Demophile, vel Herophile nominatur. Hanc fuiſſe affirmāt quæ dicitur nouem libros ad regem Tarquinium Priſcum att...liſſe, ac pro eis trecentos Philippeos poſtulaſſe, vide li... cap. 19. Gellium.

8 Helleſpontica, in agro Troiano nata, quæ fuit Solonis & Cyri temporibus.

9 Ph...

Digitized by Google

9 Phrygia, quæ vaticinata eſt Ancyræ.

10 Tyburt... , nomine Albunæa. cuius ſacra Senatus in Capitolium tranſtulit.

Sibyllarum libri 8. v. heroicis conſcripti Græce cum annotationib. Xyſti Betulei. & Latine à Seb. Caſtalione redditi Baſleæ ſunt excuſi Anno 1545. & 1546. & bis deinde Pariſiis quædam aſſeruantur in biblioth. Vaticana: quædam in imperatoria Viennæ.

Anno mundi 3220. Ante Chriſtum 742.

Sib. Erythræa agnoſcitur. Euſeb.

Anno mundi 3280. Ante Chriſtum 682.

Homerus poeta clarus habetur, quingentis annis poſt Troiana tempora, circa Olympiadē 23. qua regnauit Gyges ex Lydorum. In qua ſententia eſt Theopompus in 43. re um Philippicarum, referente Clemente Alexandrino libro 5. Stromaton. E... ſententiam etiam Tatianus Aſſyrius recenſet in ... e ad gentes. Et Archilocho hiſtorico ſoli præter o... ditur: cum quod ſtudioſiſſimus annalium per... perſcrutator: tum præcipue quia Homero de qu... ur ipſe coætaneus fuit: Claruit Archilochus Ol... 29. Anno mūdi 3300. & in libello de temporib... m Homerorum ætate explicata, De vltimo hunc in modum ſcribit: *Vltimum hunc Homerum, ætas noſtra cernit, qui Olympiade 23. & à Troiæ excidio anno quingenteſimo Anno mundi 3280. patria Mæon Olympico certamine victor, iudicio totius Græciæ eximius poëtarum eſt habitus, & ei ſoli ius tributū emendandi characteres, & nomina & linguam Græcam, quæ, vt ferunt, Cadmus Samothrax, fere barbara, & plena ruditatis attulit; ſub excidium Troianum, &c.* Hanc Homeri ætatis notationem ſequitur & Funccius diligentiſſ. chronologus. Varietatem tamen notationis aliorum a... horum, hic etiam paucis aſcribemus.

Euſebius ex aliorum ſententia collocat eum in anno mun. 2800. ſed eſt Homerus I. præfectus.

Eratoſthenes in an. 2883. tum fuit Homerus III magis clarus.

Philoſtratus 2910. Et Saſſius in an. 2923. illis annis vixit Homerus IV. Inſtitor.

Cyrillus Alexandrinus & Philochorus in an. 2950. vel 60. circa quæ tempora vixit Homerus VI. Athenienſ. Apollodorus & Euphorbus: Eutropius Solinus & rurſum Euſebius decem tantum annis differunt eum collo in ann. mun. 3043. vel 3055.

Plutarchus & Suidas in an. 3090. De Cornelio Nepote, Cicerone, & Herodoto diximus ſupra ad annum 3050. Cauſſa diſcrepantiæ etiam hæc eſſe poteſt, quod quidam tempus nativitatis, quidam tempus mortis: quidam tempus quo vixit & floruit aſcribunt. præcipua cauſſa diſcrepantiæ ... Homeri fuerunt. Et hic noſter poeta ſupra annos 100. ... vide Gyraldum de vitis poetarum:

Eius poemata Græca, nem... dyſſea, &c. Venetiis apud Aldum excuſa ſunt: ... entiæ, & Argentinæ. Baſileæ autem Græce & I... gione, in fol. anno Dom. 1551. Porro Ilias ab Eo... ſo Latino carmine expreſſa: & Odyſſea itidem à ... Lemnio, excuſa apud Ioannem Oporinum anno 1549. Rurſum poemata Homeri Græce excuſa ſunt Pariſiis apud Adrianum Turnebum, anno 1554. in 8. typis regiis. Romæ anno 15.. cum commentariis Euſtathii. Item Baſileæ. Elegantiſſime autem nuper, cum aliis poetis Græcis, Heroici carminis principibus excudit Henricus Stephanus in fol. grandibus literis.

Pſammeticus vnus è duodecim Ducibus Ægypti: regno ſolus potitus, Ægyptiorum pueros, Græcis locum ad inhabitandum concedens, Græce docuit.

Anno

Anno mundi 3290.

Alcman poeta Lyricus natus circa Olympiad. 27. de quo vide ad ann. 3310. quo floruit.

Anno mundi 3300. Ante Chriſtum 662.

Archilochus Hiſtoricus, de temporibus ſcripſit: qui libellus impreſſus eſt Baſileæ: & cum commentariis Annii Viterbien. Antuerpiæ anno Dom. 1542. Et Lugd. in 16. an. 1555. cum Beroſo.

Archilochus Lacedæmonius poeta, claruit Tullio Hoſtilio Romæ regnante. Libros ſcripſit teſte Varrone, quos Lacedæmonii vrbe ſua exportari iuſſerunt. Extant eius verſus apud Stobæum, & citatur etiam à Plutarcho.

Ariſtoxenes Muſicus illuſtris habetur. Eius harmoniacorum libri 3. extant Bononiæ in Bibliothec. Saluatoris Græce ſcripti, & alibi in Italia. Quos Antonius de Gogaua in Latinam linguam tranſtulit. Venetiis (forte) impreſſi.

Simonides, clarus, Func.

Sibylla quæ & Herophila, in Samo nobilis habetur. Euſeb.

Zaleucus legum lator & cuſtos acerrimus atque rariſſimus Locrenſium.

Eius dicta duo politica de legibus extant, apud Stobæum ſermone 37. Et 43. Et de vero Dei cultu, non in ceremoniis ſumptuoſis, ſed in pietate, poſito, alibi.

Anno mundi 3310. Ante Chriſtum 652.

Phalaris Agrigentinorum tyrannus: cuius epiſtolæ ſunt impreſſæ Venetiis & Baſileæ in quarto & decimoſexto.

Alcman poeta Lyricus Laconicus ſiue Meſſenius, genitus circa Olympiadem 27. patre Damante, Inuentor amatorii carminis, ſcripſit lingua Dorica. Suid. Is morbo pediculari periit, vt ſcribit Ælianus, &

Digitized by Google

Plin.lib.11.cap.33.vide etiam Diodor. Siculum lib.qu cap.6.

Terpander Muſicus & poeta inſignis habetur temporibus Ieremiæ & Sophoniæ prophetar. Hic modos poematibus primus adiecit. Citantur eius carmina apud Plutarchum in Lycurgo:& plura de eius inuentis ſcribit in libro de Muſica.

Tyrtæus elegiarum poeta circa Olympiadem 35. clar: Suid. & apud Stobæum plures extant verſus animoſi ſpiritus.

Anno mundi 3340. Ante Chriſtum 622.

Periander rex Corinthiorum vnus è ſeptem ſapientibus Græciæ:ſucceſſit patri Cypſelo in regno, Olympiade 38. Volater. Regnauit an. 40. ſtipatus ſemper militibus,ocioſos & in foro oſcitantes vſque formidans. Scripſit ὑποθήκας, id eſt, humanæ vitæ præcepta. Huius illud eſt, χόλου κράτει,id eſt,*iram compeſce*. Diogen. Laer. & Suid.

Anno mundi 3350. Ante Chriſtum 612.

Arion Methymnæus Citharœdus & poeta Lyricus, emicuit Olympiade 41. Func. Scripſit cantica circa verſuum duo millia. Dicitur & Tragici carminis primus inuentor fuiſſe, & chorum inſtituiſſe, ac Dithyrambicum carmen ceciniſſe, author Suid. Huius Arionis hiſtoriam, vide apud Ouid. in faſtis 2.& Gellium lib.16. cap 19.& Plinium libr.9.cap.8.9. Et Euſeb.& Herod.lib 1.cuius ſumma. Arion Lesbius à Lesbo Citharœdus optimus fuit, qui cum Tarento Corinthum multis opibus peteret: & videret ſibi in mari tendi à nautis inſidias: petiit vt cithara paululum caneret:ad cuius ſonum,cum Delphini conueniſſent, excuſſit ſe ſupra vnum: & ita imminens vitauit periculum,in portum Tenarum tranſportatus. Hactenus Seruius in hunc Vergilii locum, *Orpheus in ſyluis,inter Delphinas Arion*, ecloga 8.

Sappho Lesbia Lyrica, nomen mulieris vatis. Vnde *Sapphici verſus* appellati. Plectrum prima inuenit, & flo-

Digitized by Google

ruit tempore Tarquinii Priſci, Olympiade 42. Eius carmina Lyrica impreſſit Henricus Steph. 16.

An. Mund. 3360. Ante Chriſt. 602.

Alcæus Mitylenæus nobilis Poëta Lyricus, æqualis Pittaci, cuius vitam deſcripſit Gyraldus. Scripſit plura carmina, quorum reliquias impreſſit Henricus Stephanus Geneuæ anno 1573. Verſibus ſuis tyrannos eſt inſectatus, vnde *Minaces Alcai Camœna* dictæ ſunt: quoniam adeò amarus fuit, vt auſteritate carminis ſui multos de ciuitate eiiceret.

Steſichorus Poëta clarus habetur. Suid. moritur anno Mundi 3405. reliquias eius carminum impreſſit Henr. Stephanus.

An. Mun. 3370. Ante Chriſtum 592.

Epimenides Cretenſis Poëta.

De Epimenidis ſomno fabula eſt nota. Sunt qui illum non obdormiſſe, ſed ad tempus expatiatum aſſeuerent, intentum videlicet radicibus ſecandis. Fertur primus domus atque agros expiaſſe, delubraque erexiſſe. anno Mundi 3368. Athenas emundauit, quo tempore Rex Babyloniorum Nabuchodonoſor è regno ob inſaniam pulſus in agro egit. Eius ſcripta recenſet Diuus Hieronymus & Laërtius: quorum nihil extat præter Epiſtolium ad Solonem.

Anno Mundi 3380. Ante Chriſtum 582.

Heſiodus Cumanus Aſcræus vixit; ſecundum complurium ſententiam; poſt Homerum annis centum exactis. Fuit Sacerdos templi Muſarum in Helicone. Eius opera Græcè & Latinè ſunt excuſa Baſileæ, Tiguri, Lipſiæ, Geneuæ, Lugduni Batauorum, &c.

Septem Sapientes de primis in Græcia ſapientibus, quorum hæc ſunt nomina.

Thales.

Solon.

Digitized by Google

Periander de quo 3340.
Cleobulus de quo hîc.
Chilon qui an. 3400.
Bias.
Pittacus. Addunt quidam
Anacharſim Scytham de quo 3410.
Myſonem Cheneum.
Pherecydem Syrum, æqualem Thaletis.
Eumenidem Cretenſem.
Piſiſtratum tyrannum, qui flor. ab an. mun. 3410.
Paſſim eorum dicta ſunt impreſſa.

Bias Prienæus, vnus è ſeptem ſapientib. Scripſit de Ionia, quanam ratione florens & beata eſſe poſſit, ad duo millia verſuum.

Cleobulus, Euagoræ filius Lyndius, vnus è ſeptem Græciæ ſapientib. Robore & pulchritudine corporis eximius. E Lyndo Ægyptum philoſophandi gratia petiſſe fertur. Extat eius breuis ad Solonem epiſtola. Filiam habuit Cleobulinam, virginem doctam, quæ hexametris ænigmata quædam perſcripſit. Deceſſit Cleobulus annos natus 70. Hic dixit, *amicos atque inimicos beneficiis proſequi oportere: hos vt amicos: illos vt amiciores reddamus.* Diogenes, Laërtius & Suidas.

Myſon Chenenſis, cuius Plato meminit in Protagora: ſeptem ſapientibus annumeratur. Cuius dictum fuit: *Non ex verbis res, ſed ex rebus verba inquirenda, neq; propter verba res perfici, ſed rerum gratia verba conſummari.* Defunctus eſt anno ætatis 97.

Pittacus Mitylenæus vnus è ſeptem Græciæ ſapientibus, cuius dicta apud Stob. Plutarch. & Laërtium. Hic in templo Fortunæ ſcalam conſtituit, vt eius exprimeret effectum, quem multi in vita mortales aſcendant, deſcendantque.

Solon Athenienſium legislator apud Stob. & alios. Epigramma ſepulchro eius inſcriptum Cic. lib. 1. Tuſcul. Hic eſt quem Crœſus Rex Lydorum Cyri captiuus, cremandus inclamauit: quod ab eo fuiſſet admonitus, *nemine tantiſper*

dum

dum viueret, felicem dici poſſe. Ob quam confeſſionem fuit dimiſſus: & ita Solon eadem oratione, alterum ſeruauit è regibus, alterum cautiorem & prudentiorem reddidit.

Thales Mileſius Ionicorum Philoſophorum Princeps, tempore Solonis: primus fertur ſcripſiſſe: De Solſtitio & æquinoctio, de Aſtrologia, & defectionibus Solis:

Animas eſſe immortales.

Quanto Sol maior ſit Luna.

Initium rerum eſſe aquam.

Mundum animatum eſſe, & dæmonibus plenum.

Anni dies eſſe 365.

Eius dicta referuntur à Plutarcho, Stobæo & Laërtio. Exceſſit Olympiade 58. anno mundi 3417. dum gymnicum certamen ſpectaret, æſtu ac ſiti lapſus iam ſenex. Diogen. Laërt.

Anno mundi 3390. Ante Chriſt. 572.

Anaximander Myleſius Phyſicus. Primus terræ mariſque ambitum deſcripſit: & ſphæram inſuper conſtruxit, gnomonemque inuenit, ipſumque Lacedæmone in loco captandæ vmbræ idoneo ſtatuit, quo conuerſiones Solis, & æquinoctia notaret. Apollodorus Athenienſ. in Chronicis ait, eum adhuc floruiſſe ſub Polycrate Samiorum tyranno, Anno mundi 3427. & tum egiſſe annum ætatis 73. ac paulò poſt obiiſſe diem.

Anno mundi 3400. Ante Chriſt. 562.

Medorum & Babyloniorum potentia ad Perſas translata.

Ariſteas Democharidis F. Scripſit hiſtorias & Theogoniam. Suid. Huius ſcriptis videtur vſus Plinius lib. 7. Naturalis hiſtoriæ. Vixit Crœſi & Cyri temporib.

Chilon vnus è ſeptem ſapientib. in pretio eſt. Eius ſententiæ à Stobæo ſunt deſcriptæ, Sermone 3. Vita autem à Diogene Laërt.

Huius tria dicta fuerunt Delphis in templo Apollinis conſecrata: *Noſce teipſum: Nihil nimium cupias: Comes æris alieni atque litis, miſeria.* Quum victore Olympiæ filio, gaudio expirauiſſet, funus eius tota Græcia proſecuta eſt. Plinius lib. 7. cap. 32.

Eugamon ſiue Eugrammon Cyrenæus, qui Theogoniam ſcripſit: & ex Muſæo librum integrum de Theſprotis ſurripuit, & tanquam proprium edidit. Clem. Stromat. 6.

Magi apud Perſas, quos Græci Philoſophos, Latini Sapientes vocant, Galli Druidas, Ægyptii Sacerdotes. Cicero 1. de diuin. Hæc docuiſſe feruntur.

Duo principia eſſe, Bonum dæmonem & malum.

Bonum Iouem eſſe, & Oraſinaden dici.

Malum Plutonem, quem nominabant Arimanium. Homines ſemper futuros, & eos immortales. Omnia ſuis influxionibus manſura eſſe, Deos genitos eſſe.

Initium rerum eſſe materiam, deinde ex ea diſgregari elementa, animaliaq; tandem perfici.

Deos eſſe Solem & Lunam, id eſt, Oſirin & Iſin.

Mundum genitum eſſe, eundemq; rotundum.

Stellas ignem eſſe, & ex earum intemperie omnia gigni.

Deos eſſe ignem, terram, & aquam.

Deorum alios mares, alios fœminas eſſe.

Impium eſſe cremare mortuos.

Diuinationibus & præſagiis Deos ſe manifeſtare.

Idolis plenum eſſe aërem, quæ iis tantum apparent, qui acuti ſunt viſu.

Vtebantur veſte candida, lecto gramine, cibo olere, caſeo, pane ſecundo.

Zoroaſtes Perſomedes cognominatus, Perſarum Magiſter, & Magicæ inuentor. Fuit hic ſapientiſſimus habitus inter Perſas & Medos: cuius & adhuc quædam leguntur tum carmina, tum ſoluta oratione, quæ à Pſello expoſita & interpretata ſunt: vt Oracula magica Græca, verſibus hexametris, cum ſcholiis: excuſa Pariſiis Græcè & Latinè 1538. in 4. Feruntur etiam alia eius ſcripta, vt libri de natura quatuor:

Digitized by Google

tuor: de lapidibus pretioſis vnus: aſteroſcopica apoteleſmatica libris 5. Suid. Hic temporibus Medorum & Perſarum, vnde nomen ſortitus eſt Perſomedis, circa Xerxis tempora floruit: quod Plinius obſeruauit. De tribus Zoroaſtris vide apud Giraldum: quæ ſunt implicita.

Anno Mundi 3410. Ante Chriſtum 552.

Æſopus Phryx, cuius vitam deſcripſit Planudes, claruit tempore Crœſi Regis. Extat eius vita & fabulæ, Græcè & Latinè excuſæ è regione Baſileæ, Antuerpiæ: ſed auctiores longè ex Bibliotheca Palatina Francofurti apud Ionam Rhodium.

Anacharſis Scytha, Philoſophus, fuit Cadmæ Scytharum Regis frater. verſibus deſcripſit Scytharum leges: de frugalitate humanæ vitæ verſus 800. Hic & anchoram & rotam figulinam inueniſſe dicitur à Plinio. Sed teſte Seneca apud Homerum, longè antiquior inuenitur figuli rota. Vixit temporibus Crœſi. Suidas. Eiuſdem vitam deſcripſit Laërtius libro 1. in qua & Apophthegmata eius, & epiſtola ad Crœſum Regem leguntur. Eiuſdem epiſtolæ nouem impreſſæ ſunt ab Aldo, cum aliis diuerſorum Græcorum epiſtolis, in folio Venetiis. Hunc Philoſophum Cicero ſcribit libro 5. Tuſcul. fuiſſe ſapientiæ admirandæ. Cuius imaginibus inſcriptum fuit, lingua, ventre, pudendis abſtinendum eſſe. Ibat nudis pedibus, dormiebat in terra, & famem pro pulmento habebat. Idem *leges aranearum telis quàm ſimilimas eſſe* dicebat. Interrogatus autem quo pacto, *abſtemius quis fieret*, reſpondit, *ſi ebrioſorum motus ſibi ante oculos ponat*.

Ariſtæas, ſcripſit verſibus hiſtoriam Ariſmaſporum Hyperboreorum: & Theogoniam. Suid. vixit Crœſi & Cyri temporibus.

Piſiſtratus Athenienſis, tyrannus, à nonnullis ſeptem ſapientibus annumeratur. Epiſtolium quoddam eius ad Solonem, extat apud Plutarchum, & Diogenem Laërtium.

Eloquentia tanta fuit, vt ea deliniti Athenienſes, liber-

Digitized by Google

tate qua nihil charius habebant, ſe ſponte exuerent, illiusq́; facundiæ ſanctitatem Solonis poſthaberent. De hoc plura vide apud Trogum lib. 2. & Cicero, ad Atticum lib. 7. 138. 3.

An. Mund. 3420. Ante Chriſt. 542.

Hellanicus Mityleneus Hiſtoricus: cum Herodoto olim apud Amyntam Macedonum Regem verſatus. Scripſit plura. Suid. Athenæus.

Hipponax Poëta. Suid. Eius quidam ſenarii aliquoties proferuntur à Stob. Ab hoc *Iambicum Hipponacticum*, ſiue *Hipponactium*, quod & *Scazon* dicitur, nomen ſumpſiſſe videtur. De eius vultus fœditate, & carminis amaritudine, vide Plinium lib. 36. c. 5. 1.

Phocylides Mileſius Philoſophus, æqualis Theognidi, poſt annos 647. à bello Troiano, Olympiade 59. Scripſit carmina & elegias, parænesſes ſiue ſententias, ſubtractas ex carminibus Sibyllinis. Suid. Extant eius præcepta excuſa cum alibi, tum Baſileæ apud Frobenios, cum fabulis Æſopi: Pariſiis cum ſententioſis Poëtis: Geneuæ apud Henric. Stephanum cum Homero.

Theognis Megarenſis claruit Olympiade 59. Cuius gnomologia excuſa Baſileæ ab Oporino anno 1551. Græcè cum commentario Ioachimi Camerarii, & Latinè poſtea conuerſa carmine à Iacobo Scheggio: ibid ab eodem, & ab Henrico Stephano in fol. cum Homero.

Xenophanes Colophonius Anaximandri ætate vixit, & claruit, autore Laërtio circa 60. Olympiadem. Scripſit contra Heſiodum & Homerum ſubſannans ea quæ de Diis dixere. Laërt. Strabo lib. 4. Et Cic. 4. Academ. Attigit annum ætatis 102. teſte Laërtio. Vnde rectè dicitur docuiſſe adhuc poſt Telaugem filium Pythagoræ circa an. mundi 3470. ibi vide de eodem plura.

Carmina illius quæ adhuc extant impreſſa ſunt ab Henrico Stephano 1573.

An. Mun. 3430. Ante Chriſtum 532.

Hyppias Poëta ſcripſit multa quæ enumerat Suid. & citantur

Digitized by Google

tantur ab Athenæo & Plutarcho. Docuit Autarciam, id eſt, virtutem ſuis rebus contentam finem eſſe bonorum.

Pherecydes Syrius Hiſtoricus, Pythagoræ magiſter, auditor Pittaci, clar. Seruio Tullio apud Romanos adhuc regnante, de quo vide Cicero. lib. 1. Tuſcul. Plurima de illo & ſtupenda memorantur: vt prædixerit futura, quæ mox, vti dixit euenerunt. Morbo pediculari conſumptum tradunt: quem non niſi digito per clauſtra oſtii porrecto, amicis pro forib. ſtantib. & quo in ſtatu ſit interrogantibus, oſtendere ſolitus fuit. Laërtius ſcribit fuiſſe circa Olympiad. 69. id eſt, anno mundi 3460. fortè hac vita defunctum.

Theſpis Poëta tragicus, claruit Olympiade 61. Suidas tragœdias ab eo editas commemorat. ſucceſſor Anaximandri.

Anno Mundi 3440. Ante Chriſt. 522.

Anaximenes Philoſophus Mileſius coæuus Pythagoræ ad quem extant eius epiſtolæ duæ apud Laërtium, rectè à doctiſſ. Morelio in hoc tempus 63. Olympiad. collocatur: qui quoq; ſecundum Euſebium iam anno mundi 3400. Olympiade 54. vixiſſe potuit, & tum Anaximandri auditor fuiſſe, vti annotat Laërtius. Cum his non conuenit quod Apollodorus referente Laërtio annotat, 63. demum Olympiad. fuiſſe natum. Hic principium rerum aëra opinatus eſt, quem genere infinitum, qualitatibus finitum aiebat, cuius condenſatione ac rarefactione cuncta gigni putauit, &c.

Democedes Medicus Græcus, apud Perſas clarus habetur. Herodot. lib. 4. Hic cum inter Darii captiuos eſſet, & Darius ipſe pedibus grauiter laborans, a ſuis medicis curari non potuiſſet, ipſe vinctus compedib. regem morbo liberauit: vnde poſtea maximo in honore apud Regem & Perſas habitus fuit.

Pythagoras Samius ſeu Tyrrhenus Italicorum Philoſophorum Princeps, auditor Pherecydis. Olympiad. 60. Docuit in vltima ora Italiæ, magna Græcia, fuitque doctrina obſcura, plena ænigmatum, & ad vſum communem minus accommodata, vt

Ex numeris omnia conſtare.

Monaden initium rerum eſſe.

Diadem rerum eſſe materiam.

Inde numeros naſci, puncta, lineas, plana, corpora, &c.

Mundum animantem eſſe & intelligentem.

Omnia quæ ſunt in inferiore aëre mortalia eſſe.

Quæ in ſuperiori, immortalia & diuina.

Animam immortalem eſſe.

Aërem plenum eſſe dæmonibus & heroibus : inde ſomnia & diuinationes immitti hominibus.

Virtutem harmoniam eſſe.

Beatum eſſe qui animo & ingenio valeat.

Abſtinendum à carnibus, ouis, fabis.

Se non eſſe ſapientem ſed Philoſophum, id eſt, ſapientiæ amantem profeſſus eſt.

Symbola eius edidit Lilius Gregorius Gyraldus. Epiſtolia etiam quædam Pythagoræ impreſſit Aldus. Poëmata cum interpretatione Viti Amerbachii, impreſſit Baſileæ Ioan. Oporinus anno 1554. Moritur anno Mundi 3468.

Pythagoræi Philoſophi à Pythagora. Quia arcanos congreſſus, & ſuos quoſdam ritus Pythagorici habuerunt, propter tyrannorum ſuſpiciones deleti ſunt.

Simonides, Cous Lyricus, cuius carmina quæ hodie extant, Græcè & Latinè edita ſunt ab Henrico Stephano Geneuæ, cum cæterorum Lyricorum carminibus.

Timocreon Rhodius comicus veteris comœdiæ, ſcripſit contra Simonidem Poëtam. Suid.

Anno Mundi 3450. Ante Chriſtum 512.

Alcmæon Crotoniata, Pythagoræ auditor, cuius quædam placita in medicina, extant apud Stobæum ſermone 98. Videtur primus de naturæ ratione ſcripſiſſe. Animam dixit immortalem, moueriq; modo Solis. Diogen. Laërt.

Laſus Charbini Hermionenſis ex Achaiæ ciuitate, claruit tempore Darii filii Hiſtaſpis. Hic primus de Muſica librum ſcripſit. Suid.

Mela-

Digitized by Google

Melanippides Melius Olympiade 65. apud Suid. & Athen. Scripſit carmina.

Zopyrus nobilis Perſa, cuius fidem & operam raram Darius Rex expertus fuit. Eius enim aſtu ex deformatione vultus Darius Babylone potitus fuit. De quo Rex dicere ſolebat, *ſe Zopyrum malle integrum, quàm viginti capere Babylonas*. Vide Herodotum circa finem libri quarti.

Anno mundi 3460. Ante Chriſtum 502.

Democritus Philoſophus hic collocatur à Funckio in Olympiad. 69. at à Morellio in Olympiad. 80. infra anno mundi 3510.

Hellanicus Hiſtoriographus in hac ſerie collocatur à Funckio. Suidas & Athenæus plurima eius ſcripta commemorant.

Heraclitus Tenebroſus Epheſius, floruit tempore Darii Hiſtaſpis filii: cuius vitā deſcripſit Laërtius: & epiſtolā qua Dario ſe accerſenti, reſpondit, expoſuit. Aliæ eiuſdē epiſtolæ ſex, Venetiis ab Aldo ſunt excuſæ, in Græco volumine epiſtolarum. Suidas eum collocat in an. Darii vltimi. Hic Heraclitus ille eſt, qui quoties domo egrediebatur, flebat: quemadmodum Democritus ridere dicebatur: alteri enim omnia, quæ agimus, miſeriæ: alteri ineptiæ, videbantur.

Simonides, filius ſororis Simonidis Cæi, cognominatus Melicerta, qui ante bellum Peloponeſiacum fuit, ſcripſit genealogiam libris tribus. Suid.

Anno mundi 3470. Ante Chriſtum 492.

Telauges Pythagoræ filius & diſcipulus, Philoſophus, Magiſter Empedoclis, qui claruit anno mundi 3510. Eius ſcripta citantur à Suida & Laërtio.

Xenophanes Pythagoricus Colophonius, de quo iam ſupra ad an. mund. 3420. docuit adhuc poſt Telaugem filium Pythagoræ.

Mundos eſſe infinitos.

Dei naturam, non eſſe ſpecie humana, ſed figura rotunda.

Deum omnia videre & audire.

Quicquid natum eſt interire.

Animam ſpiritum eſſe.

Zeno Eleates, qui claruit Olympiade 70. Laërt. inquit Olymp 60. Hic fuit Dialecticæ inuentor: ſicut Empedocles Rhetorices, teſte Ariſtotele: reliquit volumina ſapientiæ pleniſſima. Laërt. & Suid. Docuit: Vacuum nihil eſſe.

Oriri homines ex terra.

Omnia ex calido, frigido & ſicco naſci.

Animam temperationem eſſe ex elementis.

Anno mundi 3480. Ante Chriſt. 482.

Anaxagoras Philoſophus, tempore Xerxis Perſarum Regis, Olympiad. 74. Scripſit de regno. Aſtronomica, & alia non extantia.

Docuit, Res omnes ſimul factas eſſe.

Deinde ornatas à mente fuiſſe, & diſtinctas.

Niuem nigram eſſe dixit. Cic. 4. Academ. 119. Hic totum patrimonium ſuis ſponte reliquit: & patria excedens, ad ſpeculandum naturam rerum ſe contulit. Accuſatus amicè, quod nulla ei patriæ cura eſſet, reſpondit: *Mihi verò patria cura eſt, & quidem ſumma,* digitum in cœlum intendens, &c. Deceſſit ſecundum Apollodori in Chronicis notationem Olympiade 78. anno 8. an. mun. 3497.

Diogenes Apolloniates, fuit Anaxagoræ temporibus. Hunc ait Demetrius Phalereus in Socratis defenſione Athenis, præ nimia inuidia periclitatum de vita. Eius opiniones de mundo recitat Laërt.

Diagoras, Mileſius Philoſophus & Poëta Melitus, poſt Pindarum; quem Democritus ob phyſiognomiam, quum ſeruus eſſet, emit mille drachmis. Vocatus eſt ἄθεος: quod nullos Deos eſſe putaret. Quare ab Athenienſib. pulſus eſt, qui talentum polliciti ſunt iis, qui eum interfeciſſent. Suid. Cicero gaudio exanimatum ſcribit libr. 1. de Nat. deor. 85. vide etiam Gellium lib. 3. c. 15.

Leucip-

Digitized by Google

Leucippus Zenonis Eleatæ auditor, anatomorum autor docuit, omnia eſſe infinita, & inter ſe mutari.

Quicquid eſt, vacuum eſſe aut corpus.

Rerum initia atomos eſſe.

Mundos eſſe infinitos.

Scripſit magnum Diacoſmum, qui aliâs Democrito inſcribitur. Laërt.

Pindarus Lyricus Poëta, Thebanus natus fuit Olympiade 65. quadragenarius fuit in expeditione Xerxis Olympiade 74.

Altiſſimus fertur & verborum & ſententiarum copia: quem etiam non imitabilem Horatius ſcribit 4. carm. Ode 2.1. Scripſit Olympia, Pythia, Nemea & Iſthmia, id eſt, encomia illorum qui in quatuor iſtis ludorum generibus, victores extiterunt : quæ ſunt excuſa Venetiis apud Aldum Græcè: & cum Commentariis Græcis antiquis Romæ an. Dom. 1515. & Francofor. 1542. Et Græcolatina cum cæterorum octo Lyricorum carminib. edidit Hen. Steph. in 16. aliiq; multi.

Timæus Locrus Philoſophus Pythagoricus antiquior Platone à quo citatur, vitæ Pythagoræ deſcriptionis autor: Suid. Eius in fine Græcorum Platonis operum extat libellus, de natura & anima mundi. Quin etiam in Dialogo Timæo, ipſum Plato de natura diſſerentem inducit.

Anno Mundi 3490. Ante Chriſt. 472.

Æſchylus Athenienſis primus in lucem protulit Tragœdias, teſte Quintiliano: cuius tragœdias ſex Aldus impreſſit Venetiis 1518. Et totidem, Adrianus Turnebus Pariſiis an. 1552. & rurſum Venetiis an. 1552. cum commentariis Franciſci Robortelli, apud Gualtherum Scotum: & ſeptem cum ſcholiis apud Hen. Stephanum anno 1557. Latinas edidit Ioannes Sauromanus Baſileæ 1550. Et rurſum Græcas omnes Guilielmus Canterus, Antuerpiæ 1582.

Hic cum in fatis eſſe audiret, vt ex ictu supernè veniente mori eum oporteret, tecta vitauit, & ſub dio manere ſolitus

fuit: ſed ex aquilæ ore, demiſſa teſtudo, eiusque capiti capillis vacuo illiſa: eo ictu extinctus eſt anno 58. de quo Valer. Plin. lib. 10. c. 3. Quintil. lib. 10. c. 1. Cic. 2. Tuſc. 39.

Sophocles, Athenienſis, Poëta Tragicus, æqualis Periclis, eiusque Collega quandoque in prætura: Deceſſit poſt Euripidem annos ſex. Cui ſtyli magnitudine præfertur, licet eius ſententiis inferior. de quo Cic. de Seneꝭt. Ex inſperato gaudio ob victoriam ex tragœdia quadam repentino obiiſſe, Valerius autor eſt. Eius tragœdiæ ſeptem extant, quas Aldus Græcè impreſſit Venetiis: Et Secerius Hagenoæ cum Commentariis Ioachimi Camerarii: Et Henricus Stephanus cum Annotationibus in 4. anno 1568. aliique deinde plures.

Zeuxis pictor clariſſimus habetur.

Anno mundi 3500. Ante Chriſtum 462.

Pericles Athenienſis, clarus autoritate & eloquentia, quem *Olympium* Poëtæ comici vocant, quod tonare in concionibus ac fulmen ciere, videretur. Suggeſtum aſcenſurus, Diis vota faciebat, ne verbum ſe imprudente, aut inuito efflueret, quod ad rempub. minus pertineret. Periclis etiam meminit Cicero in Bruto. & 1. de Offic. Meminit & Quintil. li. 11. c. 2. & li. 1. c. 18. Itē li. 12. c. 8. 9. & 10. & li. 3. c. 1. Hic primus ſcriptam orationem in foro recitauit, cum antea ex tempore diceretur. Suid.

Anno mundi 3510. Ante Chriſtum 452.

Archelaus diſcipulus Anaxagoræ qui ex Ionia Philoſophiam Athenas tranſtulit. Docuit

Ortus rerum duas eſſe cauſas, calidum & frigidum.

Animalia ex luto gigni.

Iuſtum & iniuſtum non natura, ſed lege conſtitutum eſſe.

Vocem percuſſionem eſſe aëris definiuit.

Maximum aſtrorum ſolem eſſe.

Vniuerſum infinitum eſſe.

Eius

Digitized by Google

Eius diſcipulus fuit Socrates, de quo vide ad an. mund. 3530. N. reliquit ſcriptum.

Ariſtarchus Samius Poëta Tragicus Aſtronomus & Geometra Artaxerxis primi temporib. claruit. Eius Aſtronomica & Geometrica quædam extant manuſcripta in 4. in Bibl. Imp. Viennæ & Romæ in Bibl. Cardinalis S. Floræ nondum impreſſa.

Democritus Abderita Leucippi diſcipulus vixit Olympiade 80. De atomis idem docuit quod magiſter. Animi tranquillitatem ſummum bonum eſſe, quam εὐεστὼ, εὐθυμίαν & ἀθαμβίαν appellabat.

Scripſit plures libros quos Laërtius in ſex claſſes diſtributos enumerat. Morales, Naturales, Incompoſitos, Mathematicos, Muſicos & Medicos aliarumque artium. Ex his extat tantum Epiſtola ad Hippocratem, quæ cum reliquis veterum epiſtolis ab Aldo excuſa eſt. Eiuſdem Phyſicam cum Commentariis Syneſii & Stephani cuiuſdam Græcè manuſcriptam habet Ioannes Dee Anglus.

Empedocles Phyſicus, diſcipulus fuit Pythagoræ, & inuentor Rhetoricæ. Animum eſſe cenſebat, cordi ſuffuſum ſanguinem. Cic. 1. Tuſc. 30. Et de nat. Deor. lib. 1. 43. De eodem ſcripſerunt Horat. in arte Poët. Gellius lib. 4. cap. 11. Et Cælius lib. 11. cap. 18. Scripta eius enumerat Suid. De ſphæra lib. 1. Græcè habetur in Bibliotheca Strozæ.

Herodotus Halicarnaſſæus, ſcripſit hiſtoriarum libros nouem: quos Muſarum nominibus inſcripſit. Item Homeri vitam: excuſa Græcè & Latinè apud Henricum Stephanum, & Wechelianos in fol. & olim Venetiis apud Aldum: & alibi.

Parmenides Phyſicus. Func. vide ad an. 3470.

Pherecydes Lerius Hiſtoricus natus paulò ante 75. Olympiadem circiter annum mundi 3480. ſcripſit quædam quæ enumerat Suid.

Anno mundi 3520. Ante Chriſtum 442.

Meliſſus Philoſophus cum Heraclito venit in Collo-

quium,&c.floruit circa 84. Olympiadem referente Laërtio.

Phidias Athenienſium artificum celeberrimus floruit: A Plinio inter primos numeratur, qui artem Statuariam cum laude exercuerit. lib. 34.c.8.

Pictura & Statuaria artes in Græcia cœperunt. Plin. lib. 36.cap.5.

Anno mundi 3530. Ante Chriſt. 432.

Ariſtophanes Poëta comicus Rhodius ſiue Lydius genere, lege verò Athenienſis, inuentor tetrametri & octometri verſus. Hic Atticæ linguæ nobilitate adeò præpolluit, vt Dionyſio roganti, Athenienſes, aliquem eius ſermonis eruditum autorem, hunc miſerint, de quo Horat. li. 1. Serm. Satyra 4.

Eius comœdię nouem cum antiquis commentariis Grę-cis impreſſæ ſunt ab Aldo Venet. 1502. & Florentiæ 1515. & nuper Geneuæ. Extant autem comœdiæ vndecim, excuſæ Baſileæ 1548. & Pariſiis anno 1528. & Latinè D. Iuſtinopol. interprete; item Friſchlino, &c.

Crito Athenienſis, Socratis amantiſſimus ſtudioſiſſimusque: cuius curam ita egit, vt nunquam aliquid ex ſuis quæ ſunt ad vſum neceſſaria illi deeſſe pateretur. Scripſit dialogos 17.

Euripides Athenienſis, Poëta tragœdus, natus eſt anno mundi 3482. quo die Xerxes Rex ab Athenienſibus fugatus eſt, vixit annis 75. Noctu excedens à canibus diſcerptus, obiit an. mun. 3557. claruit Archelai Macedonis regis tempore. Scripſit in vniuerſum fabulas 92. ex quibus extant decem & nouem, quæ Baſileæ Græcè & Latinè ſunt editæ in fol. & Venetiis, & Antuerpiæ, & Heidelbergæ.

Hippocrates Cous Medicorum Princeps. Vixit apud Perdicam Macedoniæ Regem. Exceſſit è vita annos natus 104. Eius libri, tanquam diuino emanauerint ore, vbique celebrantur. Suid. Excuſi ſunt tomis 2. Baſileæ, Argentinæ, Lugduni, Venetiis, Francfurti.

Melitus, accuſator ille Socratis. Suid.

Nicocha-

Nicochares Athenienſ. Comicus, æqualis Ariſtophani. Suid.& Athen.

Nicomachus Athenienſis Tragicus contemporaneus Euripidi. Suidas ex fabulis eius Oedipum eſſe ſcribit.

Nicophron Athenienſis Comicus apud Suid. Ariſtophani coæqualis.

Philiſtion Pruſaënſis Comicus, obiit viuente Socrate, præ nimio riſu. Suid. Scripſit res incredibiles. Epiphan.

Plato Comicus, viguit cum Ariſtophane Phrynicho. Suid. eius fabulas enumerat.

Prodicus ex inſula Ceo, Phyſicus, æqualis Democrito. Stobæus quaſdam eius ſententias refert.

Protagoras Abderites aut Teius, auditor Democriti, præceptor Iſocratis, primus ſophiſticem profeſſus eſt, & mercedem à diſcipulis exegit centum minas. cuius libros, quod de Diis dubitarent, decreto publico Athenienſes expulſerunt. A Laërtio plures eius libri enumerantur.

Simon Athenienſis Coriarius. Quoties ad eius officinam perrexiſſet Socrates, atq; diſſereret, omnia quę meminiſſe poterat, notabat. Huic cum Pericles polliceretur, ſi ad ſe veniret, cuncta illi neceſſaria exhibiturum: *Libertatem*, inquit, *vendere, conſilii non fuerit*. Laërt.

Socrates diſcipulus Archelai autor Philoſophiæ de moribus, natus Olympiade 77. an. mundi 3493. Vnicum bonum ſcientiam eſſe dicebat: reliquas res nihil ſancti habere.

Se hoc vnum ſcire, quod nihil ſciret.

Phyſica & cætera illius generis nihil ad nos pertinere.

Aliorum ſentẽtias refellere, quàm ſuas ſtatuere malebat.

Ex eius variis in omnem partem diffuſis diſputationib. plures fluxére diſcipuli. Et quum alius aliud apprehenderet, proſeminatæ ſunt, quaſi familiæ diſſentientes inter ſe, quum tamen omnes ſe Philoſophos, Socraticos & dici vellent, & eſſe arbitrarentur. Primum ab ipſo Socrate, Plato, à Platone, Ariſtoteles & Xenocrates, &c. Socratem nihil vnquam ſcripſiſſe conſtat, ſed eius diſſertationes à Platone commemorantur.

Sophron Syracuſius claruit Euripidis tempore. Suid. Scripſit Mimos.

Thucydides Athenienſis Hiſtoriographus interfuit Olympiade 87. Duxit vxorem diuitem, è Thracia oriundam: cuius opes aſſecutus, non in voluptates, ſed partim in otium literarium erogauit. Nam bellū Peloponeſ. ſcribere aggreſſus, tempore quo illud gerebatur, Athenienſib. pariter ac hoſtibus Lacedæmoniis militibus, qui bello intereſſent, mercedem præbebat, vti res quotidie veras ei renunciarent: quas fidelius accipere ſperabat, ſi non ſolum ab amicis, verum etiam ab inimicis edoceretur, ne partes quiſq; ſuas falsò tueretur. Eius hiſtoriarum libri 8. Græci impreſſi ſunt Florentiæ anno 1506. cum commentariis Græcis anonymis, & Baſileæ anno 1540. & Latinè Vito Vinshemio interprete. Wittenbergæ 1569. & Geneuæ ab Henrico Stephano Græcè, & ſeorſim etiam Latinè in fol. item Græcolatinè à Wechelianis.

Zopyrus Phyſionomiſta: qui cum turpia quædam & à virtute aliena de Socrate dixiſſet, ac à multis idcircò derideretur: *Non errat,* (Socrates reſpondit) *Zopyrus: Huiuſmodi enim natura eſſem, niſi naturam Philoſophia ſuperaſſem.*

Anno mundi 3546. Ante Chriſtum 422.

Cebes Thebanus Philoſophus Socratis diſcipulus. Scripſit dialogos tres, ex quibus vnus, qui inſcribitur Tabula, noſtra ætate adhuc extat, Græcè & Latinè in Italia, Gallia & Germania excuſa: ſeparatim etiam pictura expreſſa eſt: eandem commentariis illuſtrarunt Ioannes Camers, & Iuſtus Velſius.

Euclides Megarenſis Philoſophus, auditor Socratis, & inſignis Geometra: qui è patria Athenas veniebat, vt Socratem audiret: & tempore belli veſtitu muliebri induebatur, ne noſceretur. Docuit, Id bonum ſolum eſſe, quod ſit vnum, ſimile idem, & ſemper.

Bonum appellari aliâs prouidentiam, aliâs Deum, aliâs mentem.

Quæ

Quæ bono aduerſentur, nulla eſſe.

Omne bonum in mente poſitum eſſe, & acie mentis, quà verum cernitur.

Hanc diſciplinam ſecutus eſt Menedemus, de quo ad an. mund. 3570.

Anno mundi 3550. Ante Chriſtum 412.

Agatho Comicus, qui Socrate magiſtro vſus fuit. Agathonis (neſcio an alius) ſententiæ citantur à Stobæo.

Antiſthenes Athenienſis, Socratis diſcipulus, Cynicorum princeps ſic dictus ab impudentia & mordacitate. Docuit

Virtutem doceri poſſe.

Eoſdem eſſe nobiles & virtute præditos.

Seipſa ad vitam beatam contentam eſſe virtutem.

Virtutem rebus non verbis metiendam eſſe.

Tam eſſe expetendum vulgi contemptum, quàm opes & diuitias.

Bona honeſta, mala turpia ſola eſſe.

Nihil eſſe turpe, quod naturæ conueniat. Eum ſecutus eſt Diogenes Cynicus, de quo ad an. 3570.

Scripſit Antiſtenes librorum tomos decem, qui recenſentur à Laërtio. Ex quibus tractatus de Aiace & Vlyſſe, Græcè extant ad S. Antonium.

Epicharmus Philoſophus Cous Pythagoræ auditor: ſcripſit de natura rerum, &c. obiit anno ætatis 90. Laërt.

Eupolis vel Soſipolis Athenienſis comicus: eius dicta plura apud Athenæ. periit naufragio in Helleſponto cum pugnaretur aduerſus Lacedæmonios: vnde cautum eſt inpoſterum, ne quis Poëtarum militaret. Suid. Fabulæ eius citantur ab Athenæo. Vitia populi magna cum libertate reprehendit. *Eupolin iratum* vocat Perſius, quaſi vehementi ira in hominum vitia inuectum.

Megarici, ab Euclide Megaren. dicti: non multum à Platone diſſentientes.

Hhhh

Digitized by Google

Menedemus Eretrias Megaricorum diſciplinam ſecutus eſt.

Phædon Elienſis Philoſophus, tempore Alcibiadis Athen. ducis, à quo redemptus, Socrate præceptore eſt vſus. Scripſit dialogos.

Phileterus Athenienſis Comicus Ariſtophanis comici filius. Suid. Fabulas ſcripſit 21.

Polybus Medicus illuſtris, Hippocratis diſcipulus & ſucceſſor.

Opuſcula eius aliquot Græca cum Hippocratis operibus impreſſa ſunt. Eadem Latinè Albano Torino interprete exierunt Baſileæ apud Opor. 1544. vt de tuenda valetudine, &c.

Theetætus Athenienſis Aſtrologus, Socratis diſcipulus, primus ſcripſit τὰ πέντε καλούμενα στερεά. Suid.

Theſſalus, Hippocratis clariſſimi illius viri filius, Medicus Cous. Scripſit libros Medicinales ſex. At eius oratio in Athenienſium Senatu habita excuſa eſt cum operibus Hippocratis.

Anno mundi 3560. Ante Chriſt. 402.

Antimachus Colophonius, Grammaticus & Poëta. Floruit tempore Lyſandri, iuuene adhuc Platone. Cum poëma obſcurum in auditorio recitaret, atque omnes præter Platonem; (quod propter ignorantiam illud non intelligerent) diſceſſiſſent, *Plato mihi*, inquit, *pro omnibus*. Scripſit expeditionem Argiuorum contra Thebanos.

Ariſtippus Cyrenenſis diſcipulus Socratis: Et ab eo Cirenaici prodierunt. Scripſit hiſtoriæ Libycæ libros tres ad Dionyſium miſſos. Dialogos 25. quos enumerat Laërtius. Sententiæ quædam Philoſophicæ habentur in Stobæi locis.

Chion Platonicus Xenophontis tempore vixit. Eius epiſtolæ Græcæ, excuſæ ſunt Venet. apud Aldum, cum diuerſis aliorum epiſtolis.

Dionyſius Siciliæ tyrannus ſcripſit tragœdias & comœdias, & hiſtorias. Suid.

Ephorus Cumanus, Demophili filius, Iſocratis Oratoris auditor,

Digitized by Google

auditor, Hiſtoricus, vixit Olympiade 93. Suid. apud quem malè Ephippi nomen pro Ephoro ſcriptum eſt. Scripſit hiſtoriarum ab Ilii expugnatione, Troianoq; bello vſq; ad ſua tempora lib. 30. & alia.

Ephippus Suid. vide Ephorus.

Iſocrates Orator Græcorum ſummus: natus eſt circa an. mun. 3530. claruit Olympiade 93. deceſſit Athenis centum fere natus annos, poſt Cheroniæ pugnam, non ſuſtinens cladis Athenien. nuncium. an. mun. 3627. Orationes eius 21. Ethicæ & Politicæ cum epiſtolis nouem, excuſæ ſunt Græcè & Latinè Hieronymo Wolfio interprete, Baſileæ, Geneuæque Eiuſdem ſententiæ Græcolatinæ in 8. Baſileæ 1572.

Niceratus Heracleotes, Lyſandrica poëmata ſcripſit, ob quæ à Lyſandro, corona donatus eſt. Plutarch. Eius hexaſtichon extat lib. 1. Florilegii Græci.

Palephatus Parius aut Prienenſ. ſub Artaxerxe: Eius liber Græcus de non credendis fabuloſis narrationibus impreſſus eſt Venetiis ab Aldo, cum Æſopi fabulis. & Baſileæ apud Ioan. Oporinum Græcè & Latinè, Philippo Phaſiano interprete.

Philolaus Crotoniata Pythagoricus. Ab hoc Pythagoricos libros emendos vt curaret, Dioni ſcribit Plato. Dicitur eſſe carminum author, quæ Pythagoræ tribuuntur.

Xenophon Grylli filius, Athen. Socratis diſcipulus. Ob eloquentiam *Muſa Attica* vocatus: Equorum, venationis, & rei familiaris in primis ſtudioſus, vt ex eius literis deprehendi poteſt. Venit in amicitiam Cyri minoris, cum quo militauit, ac παιδείαν ſcripſit, non tam hiſtoriæ, ſeruiens veritati, quàm vt perfectū inſtitueret ducem: vt Cicero in 2. de oratore teſtatur. Cum Platone ſimultates geſſit, vt ſcribit Gellius lib. 14. cap. 3. Omnia eius opera Græca excuſa ſunt Venetiis apud Aldum, & Florentię, & alibi. Latinè verò anno 1545. & 1550. Baſileæ: Græcolatinè à Stephano & Wechelianis. Sunt autem hiſtorica, ethica, œconomica, politica, hippatchica, varia.

Digitized by Google

Anno mundi 3570. Ante Chriſtum 390.

Amphis Amphicrati F. Athenienſis, veteris Comœdiæ Poëta, vixit Platonis ætate: Apud Stobæum extant eius dicta quædam.

Anaximander Mileſius iunior, vixit temporibus Artaxerxis cognomento Menonis. Scripſit Symbolorum Pythagoricorum enarrationem. Suid. Item hiſtorias Ionica lingua. Eius videtur eſſe heroologia, quæ ab Athenæo citatur.

Anniceris diſcipulus Ariſtippi Cyrenaici, fundator Aniceriorum: cenſuit, Vitam beatam conſtare hic poſſe etiamſi doloribus iucundæ res permiſceantur.

Antipater Cyrenæus diſcipulus Ariſtippi.

Archytas Tarentinus, Pythagoricus nobiliſſimus. Admirationi ſummæ apud plurimos habitus fuit, in omni virtutis genere. Septies ciuibus præfectus fuit, cum cæteri plus quàm annum imperare legibus prohiberentur. Platonem cum à Dionyſio necandus eſſet, per epiſtolam eripuit. Extant quædam breues eius, & Platonis epiſtolæ mutuæ, apud Laërtium.

Ariſtippus metro didactus, diſcipulus Ariſtippi Cyrenenſis.

Artaxerxes Magnus Rex: cuius extant epiſtolæ tres, inter Hippocratis medici epiſtolas.

Cyrenaici Philoſophi, ab Ariſtippo Cyrenæo. De quibus Cic. Tuſcul. quæſt. libro 3. *Atqui inquit ab Ariſtippo Cyrenaici Philoſophi nominati: omne bonum in voluptate poſuerunt, virtutemq́; cenſuerunt ob eamrem eſſe laudandam, quod efficiens eſſet voluptatis.* Qualis fuerit Cyrenaica Philoſophia, docet Diogenes Laërtius lib. 2. in Ariſtippi vita. Vide Cicer. lib. 1. de orat. & 3. offic.

Crates Philoſophus tempore Artaxerxis primi: ſcripſit libros de Agricultura.

Diogenes Cynicus cognomento, ſenex erat Olympiade 113. anno mundi 3637. Docuit Exercitationem duplicem eſſe,

Digitized by Google

eſſe, animi & corporis: alteram ſine altera imperfectam eſſe.

Naturam ſequi vitam eſſe beatam.

Nihil melius eſſe libertate.

Omnia ſapientum eſſe, quia ſunt amici Deorum.

Nobilitatem, gloriam, & cætera eſſe ornamenta vitiorum.

Communes debere eſſe vxores.

Guſtari piè poſſe carnes humanas.

Vitam eius, dicta & facta, deſcripſit Laërtius lib. 6. Sententias eius permultas paſſim recitat Stobæus. Epiſtolas eius excudit Aldus, cum reliquis veterum Græcis epiſtolis. Eaſdem Latinas Rainutio Florentino interprete, excudit Ioannes Oporinus Baſileæ, in farragine epiſtolarum Laconicarum, an. Do. 1554. in 16.

Dionyſius Syracuſanus Philoſophus Platonicus, ſororis filio eiecto: regno potitus eſt.

Eudoxus Gnidius Philoſophus Platoni æqualis.

Scripta eius Aſtronomica & Geometrica enumerat Suid. Nuper verò Florentiæ Græcè editi ſunt Hipparchi libri tres in Arati & Eudoxi phænomena. Geometricorum ſcriptorum Eudoxi ſummam proponit Proclus 2. Comment. in Euclidem.

Philiſcus Mileſius Rhetor, Iſocratis auditor. Suidas quędam eius ſcripta recenſet.

Plato, Philoſophus Athenienſis. Ex aui paterni nomine, Ariſtocles vocatus fuit. Sed cum eſſet egregio corporis habitu, & in palæſtra ſe exercuiſſet apud Ariſtonem palæſtricam, ab ipſo primum, ob humerorum latitudinem cognominatus eſt Plato. Natus eſt Athenis Olymp. 88. circa an. mun. 3539. eo die quo apud Delon Apollo.

Athenis primum Socrati dedit operam: deinde dum licuit per ætatem, in Italiam profectus eſt, vt Pythagoreos audiret: vbi Philolai Crotoniatæ libros de ſecta Pythagorea centum minis etiam in difficultate rei familiaris mercatus eſt, ex quibus multa in ſuum Timæum tranſtulit. In Ægy-

ptum deinde, vbi audiret Gymnoſophiſtas, vbi libros *Moſeos* legiſſe creditur. Adeò autem in omni diſciplinarum genere, & præſertim in Philoſophia excelluit, vt θεῖος, id eſt, *diuinus* cognominatus fuerit. Vita fuit cœlebs, ac caſtus, vt ſcribit Auguſt. Platoni cum in cunis paruulo dormienti apes in labellis conſediſſent, reſponſum eſt ſingulari illum ſuauitate orationis fore. De quo Cicero in oratore. Deceſſit annos natus 81. an. mun. 3620. morbo, vti fertur pediculari. Docuit: Summum bonum eſſe, ſi quis Deo ſimilis ſit.

Virtutem ad beatam vitam requirere, corporis & fortunæ emolumenta, non tamen neceſſaria ad beatitudinem ea eſſe.

Animam immortalem eſſe, & multa ſubire corpora.

Quatuor rerum eſſe cauſas.

Materiam, Deum, Ideam, & exemplar.

Deum curare ac intueri res humanas.

Tres eſſe animi partes, Rationem in capite, Iram in corde, Cupiditatem in iecore.

Primus dialogos conſcripſit.

Platonis opera omnia Græcè excudit Aldus Venetiis, & Latinè Marſilio Ficino interprete, Philippus Pincius ibid. an. 1517. & Baſileæ Froben. ex recognitione Simonis Grynæi: & poſtremo ex noua interpretatione Ioannis Serrani, in fol. Geneuæ Hen. Stephanus.

Phædrus diſcipulus Platonis, cuius nomine Plato nobilem librum edidit, qui inſcribitur Phædrus.

Anno mundi 3580. Ante Chriſt. 380.

Academici Philoſophi à Platone qui Academiæ præfuit.

Epitides Philoſophus Cyrenaicus diſcipulus Antipatri Cyrenæi.

Monimus Syracuſanus Diogenis Cynici diſcipulus: cum famulus menſarii cuiuſdam Corinthii fuiſſet, ſimulata veſania abiicere monetam omnemq; menſæ pecuniam capere: ſic à Domino repudiatus, ad Diogenem ſeſe contulit. Scripſit ludicra ſententiis ſeriis permixta. Laërt.

Parme-

Digitized by Google

Parmenides Eleates, floruit teſte Laërtio Olympiad. 99. Eiusque nomine Plato dialogum inſcripſit, vocauitq́; Parmenidem, ſiue de ideis. Docuit

Terram rotundam eſſe, & in medio mundi iacere.

Duo eſſe elementa, terram vt materiam : ignem vt opificem.

Rationem veracem eſſe, ſenſus verò fallaces.

Eundem eſſe Heſperum & Luciferum.

Eius phyſiologiæ fragmenta excuſa ſunt ab Henrico Stephano, an. Dom. 1573.

Philoſophus, diſcipulus Socratis & Platonis. Suidas eius ſcripta enumerat.

Theodorus Atheus, Ariſtippi metrodidacti auditor: vnde Theodorii dicti. Docuit

Deos nullos eſſe.

Lætitiam & gaudium ſummum eſſe bonum.

Triſtitiam malum eſſe externum.

Bona eſſe prudentiam & iuſtitiam.

Mala verò, quæ ſunt illis contraria.

Scripſit librum de Diis, ex quo Epicurum multa ſumpſiſſe aſſerunt.

Thraſymachus Sophiſta, Iſocratis & Platonis diſcipulus, Scripſit Rhetorica quædam. Suid.

Anno mundi 3590. Ante Chr. 370.

Eubulus Athenienſis Comicus, floruit Olympiad. 101. Scripſit fabulas complures, quæ citantur & enumerantur ab Athenæo & Higino. extat & eius diſtichon apud Stobæum, de dominis & ſeruis.

Paræbates Philoſophus Cyrenaicus diſcipulus Epitidis.

Anno mundi 3600. Ante Chriſt. 360.

Æſchines Orator, Athenienſis: cuius epiſtolæ & orationes excuſæ ſunt Græcè Venetiis apud Aldum in 4. Et Latinè Hiero. Wolphio interprete, cum Demoſthenis operib.

Et eiuſdem atq; Demoſthenis cõtrariæ duæ orationes, cum Ioan. Sturmii commentariolo, Argentinæ 1550.

Demoſthenes, Oratorum Græcorum Princeps, cuius vitam ſcripſit Plutarchus, de quo Cic. *Demoſth. vnus eminet inter omnes, in omni genere dicendi.*

Eius opera Græcè ſunt excuſa, 62. nempe orationes apud Aldum 1504. & Latinè Hieronymo Wolphio interprete Baſileæ in fol. apud Oporinum: & alia alibi.

Erythræus Naucrates Orator. Scripſit Commentarium in Homerum, teſtib. Stephano de vrbib. & Euſtathio.

Eubulides Mileſius, plurimos in Dialectica argumentandi modos tradidit: hunc Demoſthenes audiuiſſe videtur. Diog. Laërt.

Euenus elegorum Poëta, in Florileg. & apud Stob. magiſter Philiſci Syracuſani.

Hegeſias Philoſophus, ſecutus eſt Parœbatem Cyrenaicum: ipſe Hegeſiacorum Princeps, docuit

Finem bonorum eſſe voluptatem, vt malorum, dolorem.

Vtilitatis tantum cauſa experi virtutes.

Vitam beatam nuſquam conſiſtere poſſe, in tanta fortunæ varietate & incertitudine.

Natura nihil eſſe iucundum aut contra, ſed opinione.

Hegeſiaci Philoſophi ab Hegeſia.

Hegeſippus Tarentinus forte coæuus Demoſtheni. Eius tetraſticha leguntur in Planudis Florilegio libro 3. & libro ſexto.

Iſocrates Apolloniates Ampelæ Philoſophi filius, diſcipulus & ſucceſſor Iſocratis maioris clar. Olympiad. 103. Orationes eius quinq; recenſentur in Biblioth. Simleri: at editionis nulla mentio.

Menedemus, nobilis inter Socraticos Philoſophos, Phædri diſcipulus, pauperis architecti filius, oriundus ex Eretria Ciuitate, à quo Philoſophi Eretriaci dicti ſunt. Cicero 4. Acad.

Theodectes Ariſtandri F. Phaſelites Lycius, Orator & Tra-

Digitized by Google

Tragœdus, diſcipulus Platonis, Iſocratis & Ariſtotelis. Suid.

Lyſias Rhetor, vnus ex decem Oratoribus, æqualis Demoſtheni. Complures eius orationes recenſentur, & alia ſcripta. Orationes quædam ſunt excuſæ Græcè & Latinè, Eraſmo Roter. interprete.

Philippus Rex Macedonum ab anno mundi 3605. Eius epiſtolæ extant impreſſæ Venetiis apud Aldum, in volumine epiſtolarum Græcarum in 4. & duæ cum orationib. Demoſthenis ad Athenienſes, & de corona.

Anno mundi 3610. Ante Chriſtum 350.

Philiſtus Ænigeta Præceptor Alexandri Macedonis. Conſcripſit Dialogos; non ext.

Anno mundi 3620. Ante Chriſtum 340.

Ariſtoteles Stagirites Philoſophus, Platonis auditor, patre Nicomacho Medico: præceptor Alexandri Magni: cui præcipuè charus; id beneuolentiæ ſignum vel maximum, quod Stagiram eius patriam ab ſe dirutam, ipſius cauſa reſtituerit. Natus Olympiadis 99. an. 3. an. mun. 3583. Matrem habuit Phæſtiaden, vt ſcribunt nonnulli, paruus, gibboſus, & deformis, balbutienſque: verùm diues, vt qui ſocius, Præceptor, & Secretarius Regis Alexandri eſſet. Peripateticorum Philoſophorum Princeps: in Lycio inambulando Peripateticis originem dedit.

Exceſſit annorum 63, anno mundi 3646. Eodem quo Demoſthenes anno: hic in Apulia: ille in Eubœa ambo profugi, perſequente Antipatro. Plutarch. in Sylla. Eius opera, Græcè excudit Aldus Venetiis: & Latinè ex diuerſorum translationibus Baſileæ, tomis duobus, & alibi paſſim.

Demetrius Orator tempore Philippi: Eius oratio apud Philippum habita, ext.

Dicæarchus Siculus, Ariſtotelis auditor. Scripta eius enumerant Suid. & Athenæus. Eius autem Geographica

Romæ in Vaticana ſeruantur Græcè : & in Bibliotheca Henrici Scringeri.

Heraclides Ponticus, Ariſtotelis ætate vixit. Scripſit multa quæ enumerat Laërtius. Eius allegoriæ in Homeri fabulas de Diis, Græcè olim impreſſæ ſunt ab Aldo, cum Græcis Æſopi fabulis: & Latinè apud Ioannem Oporinum 1544. ex conuerſione Conradi Geſneri, adiectis etiam Græcis. Eiuſdem, rerumpub. deſcriptiones Romæ excuſæ ſunt, cum Æliani varia hiſtoria : & cum eadem Latinè, Baſileæ Iuſto Vulteio interp.

Philiſcus Syracuſanus Hiſtoricus, cognatus Dionyſii tyranni, diſcipulus fuit Eueni elegorum Poëtę. Obiit in pugna nauali contra Carthaginenſes. Suid. Cic. lib. 2. de orat. Philiſcus quum Dionyſii tyranni familiariſſimus eſſet, ocium ſuum conſumpſit in hiſtoria ſcribenda, maximeque Thucydidem eſt, ſicuti mihi videtur, imitatus. Eius hiſtoriarum libri.

Philetas Cous tempore Philippi & Alexandri. Stobæus aliquot eius verſus citat.

Speuſippus diſcipulus Platonis, claruit Olympiade 108.

Eius libellus de Platonis definitionibus impreſſ. Græcè cum Alcinoo de doctrina Platonis, Pariſiis. Idem, ni fallor, habetur cum Græcis operib. Platonis. Eiuſdem diſtichon lib. 3. Anthologii ſect. 33. Scripſit alia plura Logica, Ethica, Politica, &c. quæ enumerat Laërtius.

Theodectes Phaſeletes ſuperioris filius. Suidas ſcripta eius enumerat.

Theodorus Hierapolita. Eius quædam citat Athenæus.

Theodori diſtichon lib. 1. Anthologii ſect. 13. & eiuſd. Antidiſtichon ibidem, lib. 3. ſect. 7.

Theopompus Orator Chius, filius Damaſiſtrati, natus tempore Athenienſis monarchiæ Olympiad. 93. circa annum. 3560. vixit temporib. Philippi, cuius res geſtas deſcripſit. Suidas & Athenæus eius ſcripta citant.

Anno mundi 3630. Ante Chriſt. 330.

Alexander Magnus. Hic peragrato orbe, rectoribus

Ariſto-

Digitized by Google

Ariſtotele & Calliſthene vſus: victor omnium, vino & ira victus, morbo vinolentiæ apud Babylonem exemptus eſt an. mun. 3639. Eius epiſtolæ memorantur apud Plutarchũ in eius vita: & à Themiſtio in præfatione ſuper lib. phyſicorum: Et extant quædam inter Laconicas editas in 16. Baſileæ an. 1554 Vna item ad Ariſtotelem de Indiæ populis à Cornelio Nepote Latinitate donata, eſt impreſſa Baſileæ cum Q. Curtio.

Anaxarchus Abderites floruit circa 110. Olympiadem. Habuit hic Philoſophus ad corripiendum maximam autoritatem: & ob animi conſtantiam & facilem victum fortunatus appellabatur. Alexandrum Magnum Deum ſe eſſe arbitrantem, auertit: cum ex ictu quodam ſanguinem illi fluere vidiſſet, digito oſtendens, ait, *Hoc quidem ſanguis eſt, non autem ille cruor diuis qualis ſolet eſſe beatis.*

Cum poſt mortem Alexandri, à Nicocreonte ſatrapa, quem viuo Alexandro liberius reprehenderat: comprehenſus, ferreis malleis cæderetur: ille pœnæ ſuæ negligens, ingeminaſſe dicitur: *Tunde tunde Anaxarchi vaſculum, nam Anaxarchum nihil teris.* Laërt.

Archelaus Chorographus. Hic omnem ab Alexandro peragratam terram deſcripſit. Laërt. quædam ex libro de fluuiis allegat Stobæus.

Heraclitus Epheſius Philoſophus: floruit temporibus vltimi Darii: Suidas. Nos Laërtium ſecuti in tempore Darii Hiſtaſpis filii ipſum collocauimus in an. mun. 3460.

Leo Byzantius Philoſophus, diſcipulus Platonis vel Ariſtotelis apud Athen. & Suid.

Palæphatus Abydenus Hiſtoricus, floruit ſub Alexandro Magno amatus Ariſtoteli Philoſopho. Suidas ſcripta recenſet.

Phanias aut Phænias Ereſius Philoſophus, Ariſtotelis diſcipulus, apud Athenæum, & Suid.

Pherecrates comicus Athen. qui cum Alexandro militauit. Suidas, Athen. Stob.

Philippides Athen. Poëta nouę comœdiæ Olym. 111. Suid.

Digitized by Google

Xenocrates ſecutus eſt Speuſippum Olympiade 110. an. 2. anno mundi 3627. Scripſit plurima.

Dictaq; aliquot Xenocratis à Stobæo citantur. Sunt qui Axiochum, dialogum de morte Platonis vulgo creditum, in Xenocratem referant.

Anno mundi 3640. Ante Chr. 320.

Anaximenes Lampſacenus Hiſtoricus, Anaximenis Lampſaceni Oratoris nepos. Conſcripſit geſta Alexandri. Laërt.

Bion Boryſthenites. Dicebat

Magnum eſſe malum, ferre non poſſe malum. Elationem eſſe aſſerebat profectus impedimentum. Ad diuitem auarum. Non, inquit, hic ſubſtantiam poſſidet, ſed ab ea ipſe poſſidetur. Erat etiam, riſum mouere auditoribus maximè peritus.

Biones decem fuerunt: quos enumerat Laërt.

Conon Samius Aſtronomus. Eius ſcripta citantur à Plinio & Higino.

Crantor Solenſis: Polemonis ſocius in dicendo fuit. Reliquit Comment. ad 30. verſuum milia.

Crates Thebanus, Philoſophus, Cynicus, Diogenis diſcipulus. Emicuit Demetrii Poliorcetæ temporibus, ad quem Thebas obſidentem miſſus legatus, ſua autoritate, ab obſidione patriæ remouit: autor Plutarchus. claruit Olympiade 113. Hic eſt, qui vt ſcribit Philoſtratus in vita Apollonii: ſubſtantiam in mare proiecit, vt liberius philoſopharetur. Scripſit Tragœdias teſte Laërtio. Eiuſdem carmen, in vitæ humanæ miſeriam, (quod aliâs etiam Poſidippo inſcribitur) habetur apud Stobæum in ſermone, Quod vita ſit breuis, & lib. 1. Epigrammatum Græcorum. Epiſtolia item Cratetis quatuordecim, Aldus excudit in Græco epiſtolarum volumine diuerſorum autorum.

Demades Orator Athenienſis, claruit temporibus Philippi: eius enim dicto, Rex Philippus motus amicitiam fecit cum Athenienſib. vixit adhuc temporibus Antipatri, qui

Digitized by Google

qui fuit vnus ex Alexãdri Magni ducibus, & regni ſucceſſoribus. Hic Orator confectus ætate, luxu ſimul & auaritia perditus fuit. Eius aliquid excudit Aldus, in volumine 12. Rhetorum. Tribus in locis citatur à Stobæo. Demadis rhetoris oratio Græca, in fol. Venetiis 1527. excuſa.

Demetrius Phalerius Philoſophus Peripateticus, diſcipulus Theophraſti, ſcripſit philoſophica, politica, rhetorica, hiſtorica, poëtica, & alia, quæ enumerantur à Laërtio. Eius rhetorici tractatus ſunt excuſi Latinè, M. Antonio Antimacho interprete, Baſileæ à Wintero: Et de elocutione liber Græcè excuſus eſt ab Aldo in volumine 12. rhetorum: Et poſtea ſeparatim. Eundem in Latinam linguam tranſtulit P. Victorius, & commentaria addidit. excuſ. Florentiæ in fol. Huius autoris fuit dictum. *Quantum in bello poſſet ferrum, tantum in republ. eloquentiam valere.* Dicebat item *amicos ſecundis in rebus adeſſe aduocatos: in calamitatibus autem ſua ſponte atque innocatos.* Quomodo adminiſtrauerit rempub. apud Athenienſ. quantamque hominum ingratitudinem ſit expertus, inuidiaque vexatus, vide apud Laërtium.

Euclides qui elementa conſcripſit: & multa ab Eudoxio collecta, in ordinem luculentum compoſuit, multaque à Theetæto inchoata perfecit. Vixit ſub primo Ptolomæo. A quo quondam interrogatum fuiſſe ferunt, numqua eſſet via ad Geometriam magis compendiaria, quàm ſit iſta *στοιχείωσις*: reſpõdiſſe: *μὴ εἶναι βασιλικὴν ἀτραπὸν ἐπὶ γεωμετρίαν.* Hic Euclides natu quidem eſt minor Platone, maior verò Eratoſthene, & Archimede (hi enim æquales erant) cum Archimedes Euclidis mentionem faciat. Scripſit Optica, & Elementorum Geometricorum lib. 15. qui & ſeorſim, & cum commentariis Theonis excuſi ſunt, Baſil. Pariſ. Florent. & Argent.

Euclides totus extat in Bibl. Iacobi Marmoretæ in Italia.

Hipparchus Bithinus ſcripſit libros 3. in Arati & Eudoxi Phænomena: & librum aſteriſmorum. Græcè, omnia excuſa Florent. in fol. an. 1567.

Digitized by Google

Lycurgus Rhetor Athenienſ. vnus ex decem Oratorib. Scripſit orationes 15. quarum inſcriptiones extant apud Suid. Quaſdam Aldus excudit Græcè.

Menander Athenienſis, inter omnes nouæ comœdiæ Poëtas facilè Princeps, ſtrabus fuit, mente acutus, amore in mulieres inſanus: ſcripſit fabulas vt Suidas 80. vt alii 180: quas etiam à Terentio conuerſas eſſe, omnesq; intercidiſſe tradunt. Fragmenta de tot fabulis pauca extant: Græcè & Latine excuſ. Baſileę & Geneuę apud Hen. Steph. & Francforti apud Rhodium in Florilegio Gruteri. Scripſit etiam Menander epiſtolas ad Ptolemæum Lagi F. regem Ægypti; floruit Olympiade 115. an. mundi 3645.

Metrocles Maronita Cratetis Thebani auditor: vir in Philoſophia eminens: attamen libros ſuos combuſſit, dicens, eſſe ſomnorum imaginacula, id eſt, nugas & deliramenta. Docebat Res emi partim pecunia, vt domum: partim tempore & diligentia, vt diſciplinas liberales. Diuitias nocere, niſi quis dignè vtatur. Laërt.

Neocles Athenienſis Philoſophus, frater Epicuri. Scripſit de propria hæreſi. Eius eſt ſententia Suid. λάθε βιώσας. Suid.

Oneſicritus, cum Alexandro militauit: cuius ſcripſit παιδίας & laudes Laërt.

Polemo Athenienſ. Xenocratis diſcipulus multa ſcripſit; ex quibus nihil extat.

Theophraſtus Ereſſeus, Platonis & Ariſtotelis auditor, & huius in Philoſophiæ profeſſione ſucceſſor: Olympiade 114. qui à diuinitate loquendi, vt Cicero ait, nomen obtinuit. In ore ſemper habuit, *Sumptum pretioſiſſimum eſſe tempus*. Scripſit plurima, quæ recenſentur à Laërtio: quæ verò à tot ſeculis adhuc reſtant, omnia in vnum volumen redacta, Ioan Opor. impreſſit Baſileæ in fol. an. 1541. Sunt Phyſica & Metaphyſica Græcè: & Latinè reddita per Theodorum Gazam, Angelum Politianum, Danielem Heinſium, ibid. & Venetiis, & Pariſiis, & Lugduni Batauorum, & alibi excuſa. Obiit anno octogeſimo quinto.

Anno

Anno mundi 3650. Ante Chriſt. 310.

Crates Athenienſis Poëta Comicus, diſcipulus Polemonis, magiſter Arceſilæ, nouæ Academiæ fundatoris. Fabulas ſcripſit carmine hexametro: quas recenſet Suid. Eius aliquot verſus citantur à Stobęo, & in Arati commentariis.

Diodorus Iaſeus Dialecticus erat, primuſque inueniſſe exiſtimatus eſt inuolutum & cornutum diſſerendi genus. Apud Ptolemęum Soterem commorans, cum à Stipone ſermones quoſdam Dialecticos interrogatus extemplo nequiuiſſet ſoluere, à rege increpitus, cronuſque in iurgio vocatus, conuiuium deſeruit, egreſſuſq; librum de ea propoſitione conſcripſit, vitamq; mœrore finiuit. Laërt.

Epicurus, Athenienſis, natus Olympiade 109. an. mun. 3623. auditor Xenocratis cum 32. eſſet annorum, ſcholam inſtituit & peculiaris ſectæ fuit autor. Vixit vſque ad ſucceſſores Antigoni Gonatæ: ſchola eius permanſit vſque ad Cæſarem primum annis 235. quibus ſucceſſores habuit quatuordecim. Suid.

Docuit, Summum bonum voluptatem animi quæ καταστηματική, id eſt, ſtabilis dicitur, in non dolendo poſita: eam ex corporis voluptate naſci.

Summum malum, dolorem animi, qui ex corporis dolore oritur.

Virtutes voluptatis cauſa comparari, & eas nihil eſſe niſi voluptatem pariant.

De atomis idem docuit quod Democritus.

Mundos innumerabiles eſſe.

Imaginum quæ à rebus fluant concurſione nos videre & cogitare.

Animam non eſſe incorpoream, ideò interire cum animali.

Solem & aſtra tanta eſſe, quanta oculis videantur.

Deum non curare res humanas.

Nullam eſſe artem diſſerendi.

Senſus perpetuo veraces eſſe, nec falli nec refelli à re nulla poſſe.

Digitized by Google

Eius epiſtolæ extant apud Laërt.

Calculo, vrinæ exitum impediente, obiit anno 107. Olympiadis, cum 72. vitæ impleſſet annos.

Hecatæus Abderita cum Ptolomæo Lagi commoratus. Eius Æolica & liber de Iudæis citantur à Stephano & Suid.

Menedemus vixit adhuc tempore Demetrii Regis, & Cratis, & Stilponis Philoſophorum, cum quibus ſermones habuit, vide Laërt.

Nicolaus Myron Sophiſta Conſtantinopoli frater Dioſcoridis Grammatici, & Hipparchi, & Hipati patritii. Suid.

Pleuſius Philoſoph.

Stilpo Megarenſis cui Demetrius Antigoni filius, cum cepiſſet Megara, domum ille reſeruari, cunctamque direptam ſubſtantiam reſtitui curauit. Regem erga mortales beneficentiæ admonuit, tanta orationis vi, vt Rex illius iam ſtudioſus, prorſus auditor fieret. Athenis item hominum in ſe ſtudia conuertit, vt ex officinis ad eum confluerent viſendum. Scripſit Dialogos quos enumerat Laërt.

Theocritus Poëta vetus tempore Ptolomæi Lagi. Scripſit Idyllia ſiue poëmatia varii argumenti, & epigrammata, Græcè, impreſſa Venetiis & Baſileæ, & Romæ: & apud Henricum Stephanum in fol. magnis literis, cum Homero. Idyllia 36. Latino carmine reddidit Helius Eobanus, impreſſa Baſileæ an. 1531. edidit & Dan. Heinſius Lugd. Batau. cum comment. ſuis, & Scaligeri, & Caſauboni.

Anno Mundi 3660. Ante Chriſtum 300.

Alexis Thurius Comicus Menandri Comici F. ſcripſit fabulas complures quæ citantur ab Athenæo. apud Stobæum & in Florilegio Planudis libr. 6. ſect. 5. eius carmina decem leguntur.

Arceſilas diſcipulus Cratetis, nouæ vel ſecundum Laërtiũ mediç academiç fundator clar. Olymp. 120. quædã eius carmina à Laërtio citantur: & nonnulla eius dicta, in Collectaneis Stobæi leguntur. Obiit, vt Hermippus ait, cum merum immodicè hauſiſſet, offendiſſetque, ætatis anno 75.

Eretriaci Philoſophi diſcipuli Menedemi Eretrienſis.

Anno

Digitized by Google

Anno Mundi 3670. Ante Chriſtum 290.

Crates Callimedes qui etiam Cratinus Athenien. Filius, Comicus, ſplendido ſtylo, ſed bibulus, & fœdæ libidinis mancipium. Scripſit fabulas 21. vicit nouies. Eius fabularum exiguas reliquias, cum aliorum comicorum ſententiis, Hertelius edidit.

Cratinus vide Crates Callimedes.

Dryſo Stilponis filius, (vti refert Laertius ex Alexandri libro de ſucceſſionibus philoſophorum) fuit magiſter Pyrrhonis.

Menedemus Cynicus Coloci Lampſaceni diſcipulus. Hic ſumpto habitu Furiæ, circumire ſolitus fuit, dicens, Speculatorem ſe ex inferno veniſſe iis qui peccarent, vt deſcendens hæc ibi dæmonibus renunciaret, quæ vidiſſet. Laert.

Menippus Phœnix Cynicus: fuit fœnerator: & corraſis pluribus pecuniis, inſidias perpeſſus, omnibus priuatus, præ mœrore laqueo ſibi vitam extorſit. Ipſius libri multo riſu referti ſunt, quos tamen nonnulli non eius eſſe libros, ſed Dionyſii & Zopyri Colophoniorum, qui iocandi cauſa ſcribentes velut cenſori idoneo dederunt. Laert.

Anno Mundi 3680. Ante Chriſtum 280.

Appius Claudius cæcus tempore Pyrrhi regis. Eius vitam Bernardinus Rutilius deſcripſit: vbi & orationem eius iam ætate confecti in Senatu habitam contra Pyrrhum recenſet.

Metaſthenes Perſa. Eius annalium Perſicorum fragmentum excuſum Baſileæ an. 1530. cum Myrſilo, &c.

Pyrrho Helienſis. Hic philoſophiam commentus eſt nouam, qua de omnibus nihil decerneret: aſſenſum in omnibus retinendum: Nihil tale eſſe reuera, quale videretur, ſed opinione tantum omnia eſſe. Vixit ad annos nonaginta. Hinc eius ſectatores Pyrrhonii in decuriam 3720. anni collocantur.

Ptolomæus Philadelphus rex Ægypti ſecundus poſt Alexandrum. Huius regis labore & munificentia generi

Digitized by Google

humano reſtituta ſunt,& late propagata doctrinarum ſtudia. Ac ſcribitur motum eſſe conſiliis doctiſſimorum hominum, Ariſtæi, Stratonis & Demetrii Phalerei, qui apud eũ exul fuit, pulſus Athenis. Adfuerunt ei & alii docti viri, Callimachus, Apollonius Aratus, Bion, Theocritus, Conon, & Hipparchus mathematici.

Strato phyſicus ſucceſſit Theophraſto Olympiad. 121. Fuit & præceptor Ptolomæi Philadelphi, à quo talentis 80. donatum aiunt. Præfuit ſcholæ annis 18. Scripſit politica & phyſica, quæ enumerat Laertius.

Zeno philoſophus, ex Citio oppido Cypri, vnde Citrius dictus: natus an. mun. 3612. Athenis in Stoa porticu docuit: Stoicorum ſectæ conditor: deceſſit nonageſimo ſuæ ætatis an. Olympiadis 129. an. 2. an. mun. 3702. poſt quem Cleanthes claret de quo ad ann. mun. 3700. Zeno antiquorum libros ſtudioſe legit. Eius ſcripta politica & Ethica potiſſ. recenſet Laertius.

Anno Mundi 3690. Ante Chriſtum 270.

Aratus Solenſis poeta cuius verſ. D. Paulus allegauit: autor phænomenon, &c. clar. Olympiade 125. regnante Antigono apud quem ad extremum vſq; in honore vixit. Eius phænomena ſunt impreſſa Græce & Latine, cum ſcholiis & cum commentariis. Baſileæ & Coloniæ, & Lugd. Bat. recenſente Hugone Grotio.

Ariſtæas legatus Ptolemæi Lagi ad Eleazarum pontificem Iudæorum, in cauſſa 70. interpp. Bibliorum ſacrorum. De qua ſcripſit hiſtoriam, Græce & Latine Matthia Garbitio interprete, excuſ. Baſileæ in 8. apud Opor. 1561.

Ariſtæus Græcus, ſub Ptolomæo Philadelpho Ægypti rege, geſta deſcripſit. Forte Ariſteas eſt.

Ariſtophanes Byzantius Grammaticus diſcipulus Callimachi clar. Olympiad. 127. Eius adhuc habemus argumenta, partim proſa, partim ſenariis, in aliquot Ariſtophanis comici fabulas conſcripta.

Callimachus Cyreneus poeta Græcus, vixit apud Ptolomæum Philadelphum. S. Paulus, eius dictum, aduerſus

Cre-

Digitized by Google

Cretenſes allegauit. Carmen eius de coma Berenicis à Catullo tranſlatū habemus. Epigrammata 22. ſparſim in florilegio Planudis leguntur, Hymni, Baſileæ impreſſi ſunt olim, & Pariſiis. Nuper Callimachum Bon. Vulcanius, Latino carmine reddidit. Prætcrea librum ſcripſit, de gentium originibus & migrationibus, & veterum vrbium cōditoribus & legibus, quo libro amiſſo, multæ veteres hiſtoriæ interciderunt.

Homerus Iunior Tragicus poeta, tempore Ptolemæi, vnus de ſeptem qui Pleiades nominantur. Dicunt Heſiodi poetæ æqualem fuiſſe. Scripſit tragœdias 67.

Lyco Troadeus philoſophus Peripateticus ſucceſſit Stratoni Olympiad. 127. Vir fuit eloquens, educandis inſtituendiſque pueris maxime idoneus. *Aiebat enim adiungi neceſſario pueris Pudorem, & laudis ſtudium, velut equis calcar atque frenum.* Obiit annos natus 74. afflictus podagræ morbo.

Lycophron, vnus è 7. poetis quibus pleiades nomen à numero tribuitur, à Ptolomæo Philadelpho receptus vti ſcribit Volaterranus. Scripſit tragœdias complures quas recenſet Suidas. De quibus noſtra ætate publice extat Alexandra.

Pleiades poetæ fuerunt ſeptem, ſic à numero ſtellarū dicti: & fuerunt hi

1 Theocritus qui clar. anno mun. 3650.
2 Aratus 3690.
3 Nicandrus 3836.
4 Eantides ſiue Apollonius forte Rhodius 3830.
5 Philetus.
6 Homerus iunior 3690.
7 Lycophron 3690.

Stoici, originem ducunt à Zenone qui in Stoa porticu docuit: eorum doctrina fuit. Primam eſſe animalis appetitionem ſeipſum conſeruare.

Finem bonorum eſſe, conuenienter naturæ viuere: Id vero eſſe ex honeſto ſeu virtute viuere.

Digitized by Google

Honeſtum, virtutem & vtile idem eſſe.

Bonum non eſſe vllum præter honeſtum, vt nec malum præter turpe.

Commoda aut incommoda corporis vel fortunæ, nec bona eſſe nec mala, ſed indifferentia, eſſe tamen aliis alia anteponenda.

Bona creſcere non poſſe aut imminui, ſed omnia omnibus æqualia, & paria eſſe, vt etiam mala & peccata.

Officium eſſe, quod naturæ & rationi congruat.

Πάθη motus eſſe vitioſos non naturales, ſed ex opinione peruerſa natos: ideo iis carere ſapientes, id eſt, eſſe impatibiles, ἀπαθεῖς.

Solos ſapientes eſſe ſacerdotes, reges, dictatores, &c. liberos, innocentes, amicos, beneficos, omnium rerum dominos, formoſos, inuictos, vinciri non poſſe, &c. Contra, ſtultos.

Nullam eſſe in virtute progreſſionem quæ leuet à miſeria.

Meliores alios aliis nullos eſſe.

Communes eſſe debere ſapientibus vxores.

Mundum finitum eſſe.

Vacuum rem eſſe infinitam.

Solem ignem eſſe ſyncerum.

Deum prouidere mundo & partibus eius.

Timon Nicæus, Stilponis & Pyrrhonis auditor, Antigono regi & Ptolomæo Philadelpho charus: cuius vitam conſcripſit Antigonus Caryſtius. Aratum dicunt ab illo quæſiuiſſe, quo pacto quiſpiam Homeri poema ſine menda conſequi poſſet, reſpondiſſe illum: Antiqua ſi incidat in exemplaria, non ea quæ nuper emendata ſunt. Scripſit ille poemata plura quæ enumerat Laertius.

Anno Mundi 3700. Ante Chriſtum 260.

Cleantes poſt Zenonem ſcholam aperuit. Scripſit pulcherrimos libros, ex quibus complures à Diogene Laertio recenſentur. Memoriæ proditum eſt, Cleanthem hunc

hunc laborioſiſſimum fuiſſe: adeo vt inopia cogente mercenariam faceret, ac noctu quidem in hortis hauriret aquas, interdiu autem operam ſtudiis liberalibus daret: vnde & φρεάντλης, hoc eſt, exhauriens puteos appellaretur.

Lacydes, autor nouæ academiæ vt Arceſilas mediæ: Scholam habuit in horto, quem Attalus rex fieri curauerat. Suida teſte, ſcripſit philoſophica & de natura. Mortuus eſt ex paralyſi quam ex immodica potatione contraxerat Olympiadis 134. anno 4. ann. mun. 3721. annis 26. in ſchola conſumptis.

Quintus Fabius Pictor, bello Punico clarus, an. vrbis cond. 490. Scriptor rerum Romanarum. Eius de aureo ſeculo, & de origine vrbis Romæ, eiuſque deſcriptione libri 2. Impreſſi Baſil. 1539. & cum commentariis Ioannis Annii Viterbienſis. Antuerpiæ an. 1552.

Anno Mundi 3710. Ante Chriſtum 250.

Chryſippus Apollonii filius Solenſis ſeu Tarſenſis, Stoicæ ſectæ philoſophus, Zenonis & Cleantis auditor. Laertius teſtatur à Chryſippo fuiſſe ſcripta volumina 705. de quibus enumerat logicos libros 310. & morales 121. idem Contemptorem aliorum hominum, etiam Regum, vocare videtur, eique vitio vertere: quod cum tam multa ſcripſerit, nulli vnquam tamen Regi quicquam aſcripſerit. Obiit Olympiade 143. an. mun. 3757.

Anno Mundi 3720. Ante Chriſtum 240.

Antipater Tarſenſis Stoicus philoſophus doctor Panætii. Scripſit libros 2. de diuinatione vel potius de ſomniis, referente Cicerone lib. 1. de diuin.

Ariſtochius diſcipulus Chriſippi, qui ſcripſit epiſtolas ad Cleantem. Docebat

Nulla eſſe momenta ad eligendum in mediis rebus inter virtutem & vitium, ſed omnia paria eſſe.

Partem philoſophiæ de natura, & artem diſſerendi nullam eſſe: quod altera ſit ſupra nos, altera nihil ad nos attineat.

Erillus, diſcipulus Chryſippi.

Finem eſſe dixit, ſcientiam.

Indifferētia eſſe omnino commoda corporis & animę.

Iulius Obſequens. ab an. V.C. 505. Scripſit prodigiorum librum imperfectum: quem Conradus Lycoſthenes Rubeaquenſis ſuæ integritati ita ex Liuio, Dionyſio, Oroſio, Eutropio, ac aliis Romanorum hiſtoriis reſtituit, vt temporis iniuria nihil plane interiiſſe videatur.

Pyrrhonii, Sceptici, Ephectici, Zetetici, & ſimiles dicti ſunt, à Pyrrhone, de quo ſupra ad an. mun. 3650. qui attigit annum ætatis 90. Huc igitur eius ſucceſſores collocari poſſunt.

Panætius Iunior Nicagoræ filius Rhodius, Philoſophus Stoicus, Diogeni familiaris: Scipionis Africani poſt Polybium Megalopolitem præceptor: is quem Cicero ſecutum ſe teſtatur in libris officiorum. N. de eius ſcriptis ext.

Polybius Lyci filius Megapolites ex Arcadia, præceptor Scipionis Africani, quo tempore & Panætius Philoſophus, ſub Ptolomæo Euergete. Eius hiſtoriarum libri Græce & Latine excuſi ſunt Baſileæ, & alibi, etiam Pariſiis recenſente Caſaubono.

Anno Mundi 3740. Ante Chriſtum 220.

Ptolomæus Philopater.

Sphærus Boſphoranus Philoſophus, Alexandriæ cum Ptolomæo Philopatore rege ſermones contulit. Scripſit multa volumina quæ nominat Laert.

Anno Mundi 3750. Ante Chriſtum 210.

Archagatus Peloponen. primus Romæ medicus.

Archimedes Geometra, M. Marcelli interdicto captis Siracuſis, clarus. Eius opera Græce & Latine impreſſa ſunt Baſileæ, anno 1544. cum Commentariis. ſunt tamen qui eius eſſe negant.

Erato-

Digitized by Google

Eratoſthenes Cyrenæus, Grammaticus, Poeta, Philoſophus, Geometra & Aſtrologus celebris fuit, primus philologus cognominatus eſt. Scripſit multa, quæ citantur ab Athenæo, Laertio, Plutarcho, Clemente Alexandrino, & aliis. Elegia eius extat apud Eutocium Aſcalonitam, in Commentario Siracuſani Archimedis. Tetraſtichon elegiacum de vino apud Stobæum, extat, de incontinentia. Diſtichon libro 6. florilegii Græci, ſectione 23.

Quintus Ennius poeta antiquiſſimus, natus eſt Tarenti an. mun. 3726. Scripſit libros complures qui laudantur à grauiſſimis autorib. Fragmenta eius excuſa ſunt ab Henrico Stephano, cum aliorum veterum poetarum Latinorum, fragmentis. exinde Columna & Merula vaſtis edidere cum commentariis.

Simonides Magnes, poeta Antiochi Magni tempore: cuius res geſtas ſcripſit, ac bellum aduerſus Galatas. Suid.

Anno Mundi 3760. Ante Chriſtum 200.

Marcus Actius Plautus flor. an vrb. cond. 548. Scripſit comœdias multas, quarum viginti impreſſæ Venetiis apud Aldum, & Lugduni apud Gryphium 1535. Item cum Commentariis Bernardi Saraceni, & Ioannis Petri Vallæ, Venetiis 1516. & Coloniæ & Baſileæ, & alibi paſſim, nuperrime cum Comment. Frid. Taubmanni Witeberg.

Cicero in Bruto Plautum mortuum ſcribit P. Claudio L. Portio Coſſ. & Catone cenſore an. mun. 3781.

Polemon Ilienſis hiſtoricus tempore Ptolomæi Epiphanis, ſecundum alios Ariſtophanis Grammatici & Panætii Rhodii tempore. Ilii deſcriptionem edidit, & geographica complura ſcripſit, quæ enumerat Suidas.

Anno Mundi 3780. Ante Chriſtum 180.

Ariſtobulus natione Iudæus Peripateticus Philoſophus: de quo etiam in Nomenclatore Theolog.

Iaſon Cyrenæus. Res geſtas Iudæ Machabæi libris quinque eſt complexus. 2. Machab. 2.

M. Porcius Cato Cenſorinus natus ann. mun. 3733 Scripſit multa, politica, ethica, iuridica, hiſtorica libris aliquot & orationibus centum & quinquaginta, quarum inſcriptiones vide in epitome bibliothecæ Conradi Geſſneri. Ex quibus omnibus tantum ſupereſt liber de re Ruſtica, ab Aldo, Roberto Stephano & Hier. Commelino impreſſus. Circumferuntur etiam quædam fragmenta ex libro Originum de gentibus Italiæ, impreſſa cum Beroſo, Myrſilo, & aliis quibuſdam. Oratio eiuſd. de lege Oppia contra Lucium Valerium (ex Liuio vt arbitror deſumpta) Pariſiis à Wechelo edita eſt.

Statius Cæcilius natione Gallus comœdiarum ſcriptor, claret: familiaris fuit Ennio, annoque poſt mortem eius ipſe quoque interiit. Euſeb.

Titus Liuius Tragœdiarum ſcriptor, Liuii Salinatoris libertus clarus habetur.

Anno Mundi 3790. *Ante Chriſtum* 170.

Heraclides Oxyrinchites philoſophus cognomento Lembus, ſub Ptolomæo VI. floruit. Fœdus cum Antiocho factum ſcripſit. Scripſit & philoſophica & alia. Suidas.

Muſæus Epheſius verſificator tempore Eumenis & Atali Pergami regum. Scripſit res Pergamenſes. Perſeides lib. 10.

Anno Mundi 3800. *Ante Chriſtum* 160.

Antiochus Epiphanes.

Antiochus Eupator rex.

Carneades philoſophus, Stoicorum hoſtis acerrimus, moritur Olympiade 162. anno mundi 3830. cum vixiſſet annos 85. Fuit autem vehementer ſtudioſus: Phyſicæ minus curam habuit, Ethicæ ſe magis deuouit. Quocirca & cæſariem & vngues nutriebat, tanta erat in literas intentione.

tione.

tione. Feruntur eius epiſtolæ ad Ariathem Cappadociæ regem.

Crates Mallotes Grammaticus, ſub Ptolomæo Philometore, æqualis Ariſtarchi Grammatici, cognominabatur Criticus, ſiue Homericus. Scripſit in Iliada & Odyſſeam libros 9. Commentariorum, author Suidas. Hic, vt ait Tranquillus, in libro de illuſtribus Grammaticis, ſtudium Grammaticæ primus Romam intulit: miſſus ad Senatum ab Attalo rege, ſub ipſam Ennii mortem, &c. Plinius ſcripta eius libro 4. & 7. Nat. hiſt. citat.

Publius Terentius poeta Comicus, Carthagine in Africa natus, libertus Romæ Terentii Lucani fuit. Quum eſſet egregia indole, à patrono eruditus, venit in amicitiam nobilium, maxime Lælii & Scipionis: quorum opera adiutus in ſcribēdo fertur, ob elegantiam ſermonis, teſte Cicerone Attico lib. 7. 14. Eius extant comœdiæ ſex: impreſſæ Baſileæ, Tiguri, Lugduni, & alibi.

Sextus Turpilius Comicus Terentio amicus fuit, vide Gyraldum.

Sulpitius Gallus Trib. militum poſtea Conſul Romanus. Primus inter Romanos Eclipſim lunæ totalem factā in fine æſtatis reddita cauſſa prædixit. Plin. lib. 2. cap. 12.

Anno mundi 3810. Ante Chriſtum 150.

Ariſtarchus Grammaticus Alexandrinus lege, oriundus è Samothracia, patre item Ariſtarcho: floruit Olympiade 156. ſub Ptolomæo Philometore, cuius etiam filium erudiit. Scripſit commentarios ſupra mille. Deceſſit in Cypro, ſeipſum cibi abſtinentia necans morbo hydropiſeos, ætatis anno 72. Ælianus tradit, hunc tam caſtigato iudicio, vt Homeri verſus non putaretur, quem ipſe non probaret. Fertur ſcripſiſſe vltra 800. libellos.

Demetrius rex cuius epiſtola eſt apud Ioſephum libro 23. antiquit. Iudaicar. cap. 3.

Anno mundi 3820. Ante Chriſtum 140.

Antiochus Sedetes.

Apollodorus Athenienſis hiſtoric. Scripſit de Deorum origine libr. 3. impreſſos Romæ Græce & Latine an. 1555. item Heidelbergæ à Commelino. Chronica eiuſdem citantur & laudantur à Cicerone, Laertio, Plutarcho, Siculo, Clemente Alexandrino, Stephano: ex quibus Euſebius multa in ſua tranſtuliſſe fertur. Eum laudat Varro: eique Amphictiones Græciæ honorem habuerunt. Vide etiam de eodem apud Plinium.

Clitomachus Carthaginen. philoſophus, vndecim iam annos natus, cum Carneadem Athenis audiret: poſtremus Academicæ ſectæ defenſor fuit, qui & aliarum diſciplinarum ſententias apprime tenuit. Scripſit libros 40. teſte Suida. Eius verſus citat Stobæus ſermone 103.

Demetrius Ixion diſcipulus Ariſtarchi, quem Strabo Scepſium dicit. Volaterr. Scripſit Grammatica opuſcula.

Rutilius Rufus hiſtoricus, ſub Scipione tribunus militum fuit. Eius hiſtoriæ citantur à Plutarcho & aliis.

Strabo Amaſæus philoſophus Stoicus: vſus eſt amicitia Ælii Galli, qui fuit Terẽtio Varrone, à quo citatur, antiquior: Et ſcribit Strabo ſe nouiſſe Poſidoniũ Stoicum philoſophum, quem Scipioni Africano familiarem fuiſſe conſtat: non igitur demum & Auguſti & Tiberii Impp. tempore floruiſſe videtur. Eius libri Geographicorum 17. Græce & Latine ſunt excuſi Venetiis, Baſileæ, & alibi paſſim.

Anno mundi 3830. Ante Chriſtum 130.

Apollonius Rhodius, Callimachi diſcipulus, æqualis Eratoſthenis Grammatici: cuius etiam fuit ſucceſſor in præfectura Bibliothecæ apud Ptolomæum Euergetem. Eius Argonautica impreſſa ſunt Venetiis apud Aldum an. 1525. Græce cum ſcholiis græcis: Latinitate donata ab Hartungo, & impreſſa Baſileæ 1549. & Græce & Latine, heroico

carmi-

Digitized by Google

carmine tranſlata per Valentinum Rogmarum:cum eiuſdem;autoris annotationibus in certas claſſes in locos communes diſtributis. Baſileæ 1570.

Lucius Accius Tragicus poeta, natus eſt anno mundi 3796. Citatur à Varrone, Feſto, & Nonio in pluribus tragœdiis.

Nicander Colophonius vel Ætolus, Grammaticus, poeta, & medicus, Iunioris Attali, (quem Romani vicerunt) tempore floruit: cuius eruditionem admiratus eſt Fabius Quintilianus: eiuſdemque in poeſi excellentiam M.T. Cicero. Eius ſcripta medica ſunt excuſa Græce & Latine, Venetiis, Coloniæ, Pariſiis: & poemata, omnium elegantiſſime ab Henrico Stephano, cum Homero, & aliis poetis Græcis, heroici carminis principibus.

Anno mundi 3840. Ante Chriſtum 120.

Æſopus anagnoſtes Mithridatis eruditiſſimus. Scripſit de laudibus Mithridatis & de Helena, vt author eſt Suidas.

Mithridates rex Ponti, vi magna & animæ & corporis, vt ſex iuges equos regeret, duarum & xx. gentium ore loqueretur. Eius epiſtolæ ſunt excuſæ Græce Venetiis ab Aldo, cum variis aliorum epiſtolis, & epiſtola ad Arſacen, impreſſa, cum Salluſtio.

Soſitheus vnus ex Pleiade poetarum; claruit Olympiade 164. Suid. Scripta eius citantur à Suida, Athenęo, & Higino. Diſtichon eius ex Æthlio fabula citatur à Stobæo, in laude audaciæ.

Anno mundi 3870. Ante Chriſtum 90.

Plotius Gallus, primus Romæ Latinam Rhetoricam docuit, anno mundi 3877. cuius Cicero quoque alibi meminit.

Apollonius Molo, Ciceronis & Cæſaris præceptor. Scripſit calumnias quaſdam contra Iudæos, quas allegat & refutat Ioſephus lib. 2. contra Apionem.

Anno mundi 3900. Ante Chriſtum 60.

Æſopus tragœdus amicitia iunctus Ciceroni: in maximas opes ex hiſtrionica peruenit, adeo vt ſeſtertium centies ei patina ſteterit: filium reliquerit adeo diuitem ſimul & prodigum, vt is vniones aceto liquefactos cœnis apponeret, vt ſcribit Plinius lib. decimo, cap. 51. & Horat. lib. 2. Serm. 3.

Aulus Hircius aut Opius amiciſſimus Iulii Cæſaris. Eius libri tres de bellis Alexandrino, Africano, & Hiſpanienſi, impreſſi ſunt cum commentariis C. Iulii Cæſaris, diuerſis locis.

C. Aſinius Pollio. Eius epiſtolæ 3. ad Ciceronem, extãt libr. 10. familiarium. Scripſit etiam bellum ciuile Cæſaris & Pompeii.

C. Caſſius proconſul tempore Ciceronis. Eius epiſtolæ duæ ad Ciceronem libro 12. familiarium habentur, & vna libro 15.

Caius Iulius Cæſar, quem Horatius altum, inſignem, excellentem, & Inuictum vocat 4. Carm. Od. 4. & 1. Ser. Saty. 1. Cum poſt complures populi Romani hoſtes deuictos, in conſularibus comitiis domum reuerſurus, obtinere non poſſet, vt ſui ratio haberetur, arma in patriam conuertit, & Rempublicam oppreſſit, atque quartæ Monarchiæ initium dedit. Poſtea in Senatu, ann. mundi 3922. à Bruto, Caſſio, cæteriſq; coniuratis quatuor & viginti vulneribus confoſſus periit: infinitis propemodum portentis mortem eius ante denunciantibus quorum bonam partem enumerat Vergilius lib. 1. Georg. Scripſit Commentariorum de bello Gallico libros ſeptem, excuſ. paſſim. Prodiit cum comment. Franciſci Hotomani. Godofredus Iungermanus omnes omnium in ipſum commentatores ſimul edidit per Wechelianos.

Cornelius Nepos tempore Ciceronis, vir diſertus.

Vitas illuſtrium virorum ſcripſit, quarum tantum Pomponius Atticus extat, & cum Ciceronis operibus excudi ſolet. Daretis Phrygii hiſtoriam de bello Troiano, verſibus he-

Digitized by Google

bus heroicis Latinam fecit, libris ſex. excuſ. Baſileæ. Epiſtolam Alexandri Magni ad Ariſtotel. de Indiæ ſitu, populis, belluis, Latinitate donauit. Henricus Petrus excudit Baſileæ, cum Q. Curtio. Vixit adhuc anno Do. 3926. Funck.

Decius Brutus acerrimus publicæ libertatis propugnator fuit: cuius epiſtolæ 13. leguntur libro 11. familiarium Ciceronis.

Iſocrates tertius autor orationis ad Dæmonicum. flor. ætate Ciceronis. Oratio illa excuſa eſt cum operibus Iſocratis, oratorum Græcorum ſummi. Venetiis, Baſileæ & alibi, & ſeorſim Argentinæ anno 1549. cum ſcholiis Antonii Schori Græce & Latine.

M. Terentius Varro, natus anno mun. 3865. ſecundum Euſeb. 384 . claruit ætate Ciceronis. Plurimos & doctiſſimos libros compoſuit, quorum inſcriptiones, collegit Vertranius Maurus. Sed de maximo eius librorum numero, vnicum opus de re ruſtica extat: qui cum alibi, tum ab Aldo, & a Roberto Stephano editi ſunt. Item librorum 24. de Lingua Latina, pars tantum extat: excuſa apud Henricum Stephanum, an. Domini 1573. cum Victorii & Scaligeri commentariis.

M. Tullius Cicero, orator & conſul Romanus, natus ann. mun. 3860. Interfectus anno mun 3924. Eius opera præclara, philoſophica, oratoria, ethica. &c. excuſa ſunt in folio, in 8. in 16. Venetiis, Pariſiis, Lugduni, Baſileæ, Argẽtinæ, & alibi. nunc expectatur à Iano Grutero, ex emendatione Iani Gulielmi; qui dicitur ſexcentis clauſulis reddidiſſe auctiorem.

Parthenius Nicaenſis poeta Græcus, author libri de amatoriis affectionibus itemq; libelli de fluminib. & mõtibus alias Plutarcho inſcripti: captus à Cinna, cũ Romani Mithridatẽ debellarũt, poſtea manumiſſus propter doctrinam: vixit vſq; ad Tiberium Cæſarẽ. Liber eius prænominatus, excuſus eſt Græce & Latine Iano Cornario interprete: Baſileæ apud Frobeniũ 1531. item Heidelbergæ à Commelino.

Porcius Latro, cuius declamatio contra L. Catilinam, eſt impreſſa cum Saluſtii hiſtoriis. centies citatur in Senecæ Controuerſiis.

P. Lentulus P. fil. Proquæſtor, cuius epiſtolæ duæ extant lib. 12. familiarium Ciceronis.

Quintus Cicero. Eius de petitione conſulatus liber ad M. T. fratrem, impreſſus in fine operum M. T. Ciceronis. Eiuſdem epiſtolæ duæ extant libro 6. familiarium Ciceronis.

Seruius Sulpitius I C. Ciceroni coniunctiſſimus. Scripſit Iuridica extantque eius epiſtolæ 2. ad Ciceronem libro 4. familiarium epiſtolarum Ciceronis

Titus Lucretius Carus poeta & philoſophus, natus an. mun. 3871. Scripſit de rerum natura libros 6. excuſ. cum commentariis Lambini Lutetiæ 1570. & alibi vt Venetiis, Lugduni, Baſileæ, Antuerp. cum Indice Oberti Giphanii.

Anno mundi 3910. Ante Chriſtum 50.

Aulus Cecinna vixit temporibus belli ciuilis, Pompeianarum ipſe partium. Scripſit librum contra Iul. Cæſ. Eius epiſtola ad Ciceronem lib 6. familia. legitur.

Criſpus Saluſtius hiſtoricus: in Sabinis Amiterni naſcitur. an. mun. 3879. Euſeb. Eius opera & fragmēta quæ extant impreſſa ſunt Venetiis apud Aldum: & Baſil. cum cōmentariis an. 1564. & Lugduni in 8. & 16. an. 1570 Francofurti denique apud Rhodium, cum omnibus omnium cōmentariis, recēſente Grutero, qui & cōtulit cum mss. Palatin.

C Valerius Catullus Lyricus poeta naſcitur Veronæ an. mun. 3878. Varronis tempore vixit: Et Ciceronis ... eſt patrocinio. Scripſit carminum libros tres, qui cū Antonii Parthenii Lacīſii Veronenſis commentariis impreſſi ſunt Venetiis an. 1488. Et ſine commentariis Baſileæ an. 1520. & alibi. etiam cum comm. Mureti ac Scaligeri.

M. Cælius 18. epiſtolarum ad Ciceronem autor, ex quibus totus liber octauus familiarium Ciceronis epiſtolarum conficitur.

e i.

Anno mundi 3920. Ante Chriſtum 40.

Æmilius Macer Veronenſis poeta. Eius carminum de herbis meminit Ouidius. extat vero libellus carmine hexametro Æmilii Macri cuiuſdam de herbarum virtutibus excuſ. Baſileæ & Francofordiæ: ſed alius eſſe videtur ab hoc.

Albius Tibullus eques Romanus, in Latina elegia primum locum tenens. Poeta iuxta Quintiliani ſententiam cumprimis elegans & terſus, ad amores & delitias aliquanto procliuior. Eius elegiarum ſiue amorum libri 4. paſſim extant impreſſi, & ſeorſim & cum commentariis Mureti, Scaligeri aliorumque etiam Iani Douſæ filii.

Cn. Plancus Imper. Coſ. deſign. Extant eius epiſtolæ 10. ad Ciceronem libro 10. Epiſtolarum Ciceronis ad familiares.

Didymus ſcholiaſtes Homeri, cognomento Chalcenteros, quaſi æneis inteſtinis præditus, ob aſſiduitatem lectionis & ſcriptionis. Idem propter librorum multitudinem βιβλιολάθας appellatus eſt: dicunt enim ipſum libros vltra 3500. conſcripſiſſe: vixit ſub Antonio & Cicerone, vſque ad Auguſtum. De infinito eius librorum numero, hodie extant ſcholia in Odyſſeam, excuſa primum Venetiis apud Aldum, vna cum enarratione in Iliadem, & Pariſiis an. 1530. in 8.

Diodorus Siculus flor. tempore Cæſaris dictatoris. Eius Bibliothecæ hiſtoricæ libri 15. de quadraginta, ex quibus decem prius nunquam fuerant editi, Geneuæ ſunt excuſi apud Henricum Stephanum in folio Græce: deinde Græce ac Latine, interprete Laur. Rhodomanno apud Wechelianos.

Ezechiel poeta Græcus: citatur à Clemente ſtromat. 1.

M. Brutus quarundam epiſtolarum autor Græcarum, quas impreſſit Aldus Venetiis, cum cæteris diuerſorum Græcis epiſtolis. Eædem Latine tranſlatæ, extant in farragine epiſtolarum Laconicarum. Scripſit epiſtolas

Latinas, quarum ſeptem ad Ciceronem, habentur in libro epiſtolarum Ciceronis ad Brutum, & vna in appendice eiuſdem libri. Alia item ad M. Antonium conſulem libro 11. familiarium Ciceronis.

M. Lepidus author epiſtolarum aliquot ad Ciceronem lib. 10. Epp. Cic. ad familiares. an. vrb. cond. 710.

M. Vitruuius Pollio. Eius de Architectura libr. 10. impreſſi ſunt Venetiis anno 1567 & Florentiæ, & Argentinę, & Geneuæ cum accuratiſſimis commentariis Philandri.

Octauius Auguſtus Cæſar. Eius verſus heroici extant, de Vergilii Æneide non abolenda. Librum item hexametris verſibus editum reliquit. Cuius argumentum & titulus, Sicilia. Epigrammatum quoque libellum, &c. Gyrald.

Potamon Alexandrinus philoſophus ante & poſt Auguſtum vixit. Scripſit commentar. in Platonis de Republ. libros. Suid.

Sextus Aurelius Propertius poeta: Mecœnati, & Cornelio Gallo maxime acceptus: Ouidii quoque, Tibulli, & Baſſi amicus. Namque magna ex parte amiſſis bonis, ex Menauia oppido Vmbriæ, Romam ſe recepit, quum patrem ſuum in tenera adhuc ætate amiſiſſet. Eius elegiarum lib. 4. impreſſi Venetiis: & Baſileæ, & alibi. cum Scaligeri & Douſæ filii, item Paſſeratii Comment.

Anno mundi 3930. Ante Chriſtum 30.

Marcus Manilius aſtronomus poeta, ſub Auguſto Cæſare. Eius aſtronomicon verſibus heroicis ad Auguſtum Cæſarem libri 5. impreſſi Venetiis apud Aldum: & Baſileæ, & Lugduni: & alicubi cum commentariis Laurentii Bonicontrii. & Ioſephi Scaligeri.

Pub. Vergilius Maro natus eſt anno mundi 3896. claruit ſub Auguſto: vixit annos 52. obiit anno mundi 3948. Scripſit Bucolicorum eclogas 10. Georgicorum libros 4. Æneidos libros 12. & varia poemata, excuſa Venetiis,

Baſileæ.

Digitized by Google

Baſileæ, Tiguri, Lugduni, & alibi millies. Eius operum appendix, cum ſupplemento multorum antehac nunquam excuſorum poematum veterum poetarum prodiit: cum Ioſephi Scaligeri, in eandem appendicem commentariis: Lugduni, Geneuæ, Leidæ.

Q. Horatius Flaccus Poetarum Lyricorum princeps: natus eſt anno mundi 3901. ſub Bruto Tribunus militum ciuili bello militauit: captus à Cæſare, poſt magnum tempus, Mecœnatis beneficio, non ſolum ſeruatus, ſed etiam in amicitiam receptus eſt: obiit anno mundi 3956. Eius poemata excuſa ſunt Venetiis ab Aldo, & Argentinæ, & Baſileæ, & Coloniæ: & Pariſiis: & alibi cum commentariis Lambini, Cruquii, Torrentii, & Inuentario Xylandri.

Anno mundi 3940. Ante Chriſtum 20.

Dionyſius Halicarnaſſæus hiſtoricus eximius. Scripſit antiquitatum Romanarum libros 10. impreſſos Græce & Latine, Pariſiis, Baſileæ & alibi. Rhetorici tractatus eiuſdem excuſi Venetiis, Argentorati & alibi. Elogia de Græcę linguæ autoribus Geneuæ. Iudicium de Thucydidis hiſtoria, Aldus excudit in 4. Omnia opera duobus tomis dedit nobis Frider. Sylburgius, typis Wechelianis.

Gratius poeta Auguſto principe floruit: quem Ouidius in ſuo poetarum catalogo mox Vergilio ſubiunxit. Eius librum 1. de Venatione verſibus hexametris ſcriptum, impreſſit Gryphius Lugduni.

Meſſala Coruinus orator diſertiſſ. forte Auguſti temporibus. Scripſit de progenie Auguſti Cæſaris libellum: excuſ. Baſileæ 1532. cum L. Floro: Et Coloniæ anno 1537.

Nicolaus Damaſcenus hiſtoricus Herodi Iudæorum regi & Auguſto Cæſari familiaris. Scripſit hiſtoriarum libros complures: & inſtitutionem vitæ Cæſaris: teſtibus Suida & Athenæo. Eius ſyngrapha Venetiis aſſeruatur.

Anno mundi 3950. Ante Chriſtum 10.

Sulpicia Romana, fœmina doctiſſima: Auguſti Cæſaris

temporibus fuit. Fulgoſus refert, eam heroico carmine multa ſcripſiſſe. extat ſolum Satyræ fragmentum in Domitianum.

ANNO A NATIVITATE CHRISTI.

Anno Domini 10. Octauio Auguſto II. Imp.

ANtonius Muſa medicus Cæſaris Auguſti. Eius libelli duo, vnus de remediis herbæ Betonicæ 47. Tiguri, alter de conſeruanda bona valetudine, Noribergæ, ſunt excuſi annis 1538.

Aulus Sabinus poeta Ouidii temporibus. Scripſit epiſtolas elegiacas, teſte Ouidio in ſecundo elegiarum libro, & de Ponto lib. 3. in Inuidos. Priores adduntur fere Naſonis Heroidum Epiſtolis.

C. Iulius Higinus Auguſti libertus Ouidio poetæ familiariſſimus. Eius poeticon aſtronomicum Coloniæ anno 1534. & Baſileæ anno 1535. & 1548. & 1570. eſt excuſum; item à Commelino vna cum ceteris Aſtronomicis.

Phlegon Trallianus libertus Auguſti Cæſaris alias Adriani. Scripſit Olympiades libris 16. &c. vide Suidam. Fragmentum de Olympiadibus: item libellus de mirabilibus & longæuis, Græce & Latine impreſſus, Xylandro interprete. Baſileæ 1568. in 8. Repetitus eſt hic autor in Adriano, quod quis proprius eius eſſet locus, hic an illic, nobis nondum conſtaret.

Pub. Ouidius Naſo poeta natus eſt an. mun. 3925. Anno 51. Auguſti, miſſus in exiliũ. Anno Do. 21. Tiberii V. apud Getas, diem obiit. Eius opera omnia impreſſa ſunt Venetiis apud Aldum: Et Baſileæ ſæpius: & cum cõmentariis ibidem & Lugduni apud Gryphium, & alibi. nulla melior eſt editio Naugeriana, quam reuocauit Victor Giſelinus, aliquoties excuſam typis Plantinianis. Vvecheliani etiam ediderunt cum omnibus omnium commentariis.

Quintu

by Google

Quintus Curtius Claudii temporibus fuit. Eius libri 10. de rebus geſtis Alexandri Magni, duobus prioribus deficientibus, excuſi ſunt Venetiis apud Aldum, & Lugduni apud Gryphium, & Baſileæ, & Argentorati, &c. ſed nulla editio melior Modiana Colon. Curtium integrum omnino, non completum aliunde, habet Vvolfgangus Lazius.

T. Liuius Patauinus Latinæ hiſtoriæ princeps: natus eſt an. ab vrb cond. 694. an. mun. 3906. exceſſit anno ætatis 70. vel vt alii anno Tiberii Cæſaris tertio an. Dom. 19. Eius hiſtoriæ Romanæ decades elegantiſſime editæ ſunt Venetiis à Paulo Manutio, ex recognitione Sigonii, cum eiuſdem ſcholiis, & chronologia. Hanc editionem poſtea ſecuti ſunt typographi Baſilienſis & Francofordienſes, &c. multis locis caſtigauit ad mss. Palatinos Gruterus.

Anno Domini 20. C. Tiberio III. Imperatore.

Lucius Feneſtella, nobilis hiſtoriæ ſcriptor: cuius meminit Plinius, Plutarchus, Gellius: Vixit Tiberii Cæſaris tempore. Eius ſcripta non extant. Nam de autore libelli de Magiſtratibus & ſacerdotiis Romanorum vide in nomine Dominici Florentini ad ann. Dom. 1530.

Pomponius Mela Hiſpanus, vixit vti coniicit Vadianus, Claudii Imperatoris tempore. Eius de ſitu orbis libri 3. ſunt impreſſi Venetiis ab Aldo, item Florentiæ, & Baſileæ cum commentariis Vadiani. item Antverpiæ cum notis Andreæ Schotti.

Potamon Mitylenæus rhetor filius Lesbonactis, docuit Romæ ſub Tiberio. Scripſit de Alexandro Macedone Bruti laudationem, Samiorum limites, de perfecto oratore Suid.

Saluſtius Mopſeates medicus ſub Tiberio Cæſare. Suid. Scripſit medicinalia.

Scribonius Largus medicus vixit ætate Tiberii Cæſaris. Eius librum medicamentorum impreſſit Henricus Stephanus.

Digitized by Google

Valerius Maximus. Scripſit ad Tiberium Cæſarem fa-
ctorum dictorumq; memorabilium exempla libris 9. im-
preſſ. Argentinæ, Baſileæ, Venetiis, Antverpiæ, & alibi. c
primæ eſt editionis Plantina, quam publicauit Steph-
nus Pighius, recuderuntque Wecheliani cum Lipſii pra-
terea & Coleri notis.

Anno Domini 30. eodem Tiberio Imperatore.

Arrianus poeta Tiberii Imper. temporibus vixit. Eiu
opera Suidas commemorat.

Caius Velleius Paterculus alias Pub. Vel. Pater. vb
vide.

Nicodemus, Magiſter in Iſrael: deſcripſit geſta Ie
Chriſti, quæ inuenit Theodoſius Magnus Imperator i
Ieruſalem, in prætorio Pontii Pilati, ex Hebraica lingua i
Latinam tranſlata, excuſa ſunt Antverpiæ 1538.

P. Velleius Paterculus temporibus Tiberii Cæſaris flo
alias Caius Vel. Scripſit hiſtoriæ Romanæ libros duo
qui ſunt impreſſi Baſileæ, Lugduni, Geneuæ apud Steph-
num, & Venetiis anno 1571. ab Aldo Manutio Pauli F. Al
di N. &c. item Francofurti & Lugduni Bat. cum Not
Schegkii, Acidalii, Lipſii, Gruteri. Eiuſdem fragmentu
de bello Auguſti Cæſaris contra Sueuos extat Viennæ a
pud VV. Lazium.

Anno Domini 39. C. Cæſ. Caligula IV. Imper. & anno Domini 40. Claudio Druſo V. Imperatore.

Poliænus Sardianus ſophiſta, ſub primo Cæſare Cai
Suidas commemorat eius ſcripta.

Palæmon Vicentinus, Grammaticus: ſcripſit de ar
Grammatica. clatuit Claudii Cæſaris temporibus.

Anno Dom. 50. Claud. Nero Imp.

Agrippa iunior rex, qui Paulũ apoſtolum audiuit. Ei
& ſor

Digitized by Google

& ſororis Berenices oratio ad Iudæos nouis rebus ſtudentes, Græce manu ſcripta in Bib.regis Gallorum. Scripſit etiam 62. epiſtolas, quibus veritatis hiſtoriæ Ioſephi perhibet teſtimonium: quarum meminit Nicephorus, ex Ioſepho.

L. Anneus Seneca Neronis magiſter. Scripſit multa: cuius quæ hodie extant omnia opera ſunt impreſſa Baſileæ, Lugduni, Venetiis, Pariſiis, Heidelbergæ. ea mille locis correxit ad mss. Palatinos Ianus Gruterus poſt editionem Lipſianam.

L. An. Seneca Tragœdiarum author: alius à Morali illo, ulterioris mundioriſque ſtili. Nam teſte Martiali, duo fuerunt Senecæ.

Huius Tragœdiæ 10. ſunt impreſſæ Venetiis ann. 1510. & Lugduni anno 1538. & Baſileæ anno 1520. multum in iis præſtitit Delrius, Raphelengius, Lipſius, Gruterus, Scaliger, Heinſius.

L. Iunius Moderatus Columella vixit Senecæ temporibus. Scripſit de vniuerſa re ruſtica libros 13. impreſſos Lugduni apud Gryphium 1535. item Heidelbergæ apud Commelinum.

Anno Domini 60. eodem Nerone Imperatore.

Aulus Perſius poeta Romæ ſub Nerone vixit. Natus eſt Volaterris anno Domini 37. Euſeb. Scripſit ſatyras ſex, quæ ſunt impreſſæ à diuerſis partim ſolę, partim cum commentariis diuerſorum: & nuper cum Valentini Volſcii Ementini Foquelini, quos edidit Thomas Freigius in 4. Baſileæ 1580. Caſaubonus nuper egregio eum ornauit commentario.

Cornutus clar. Romæ ſub Nerone, ab eo interfectus vna cum Muſonio philoſopho.

Euax rex Indiæ, qui ſcripſit ad Neronem, de virtutibus gemmarum: extat Ferrariæ apud Petrum Bonum. vide Biblioth. Simleri.

Euodus Rhodius poeta vixit ſub Nerone. Suidas.

Manethon hiſtoricus, Auguſtorum temporibus teſt Ioann An. Viter. Fuit tamen ante Ioſephum, à quo libr contra Appionem citatur. Eius ſupplementa ad Beroſum cum Annii commentariis excuſa ſunt Antverpiæ ann 1553. Et Baſileæ cum Myrſilo, Beroſo, & a. Eiuſdem apote leſmatica phyſiologica carmine ſcripta extare dicuntur i Bibliothec. Florentina.

Philoſtratus alius Neronis tempore: Suidas enumera eius ſcripta.

Phurnutus alias Phornutus, & Cornutus. Scripſit opu ſculum de ærumnis Herculis, quod extat Græce Venet in Bibliotheca SS. Ioannis & Pauli. Eiuſdem de natur deorum gentilium commentarius, impreſſus olim Græ ab Aldo cum fabulis Æſopi: & Baſileæ apud Oporinum cum tranſlatione Conradi Clauſeri Tigurini.

Statius Surculus Tholoſanus Rhetor in Gallia celeb habetur.

Q. Aſconius Pædianus vixit Neronis tempore. Ann Dom. 78. adhuc claruit. Func. Qui 73. ætatis anno capt luminibus, 12. poſtea annis in ſummo omnium hono conſenuit. Euſebius. In aliquot Ciceronis orationes com mentarios exarauit: impreſſos apud Aldum: & Pariſiis a 1536. & Baſileæ, & Lugduni: & Coloniæ, cum Hotoma ni notis.

Anno Domini 70. Veſpaſiano X. Imperatore.

Cato diſtichorum autor fuit citra Catonum Cenſe & Vticen. tempora. alii recentiorem faciunt Auſonio D ſticha eius moralia vbique excuſa reperiuntur.

M. Annæus Lucanus Cordubenſis. Eius de bello ci libri 10. Pharſalia inſcripti excuſi ſunt Venetiis apud A dum: & Coloniæ, & alibi cum commentariis Ioan. Sulp tii Verulani. etiam Gregorius Berſmannus edidit cum v riantibus mss. librorum lectionibus.

Mu

Muſonius Capitonis Tyrrhenus dialecticus Philoſophus & Stoicus à Nerone Imperatore ob dicendi libertatem occiſus. Stobæus in locis communibus multa paſſim & prolixa fragmenta huius philoſophi citat. Epiſtolæ eius quædam Venetiis apud Aldum in volumine Græcarum epiſtolarum excuſæ ſunt. Oratio, de optimo principe, Stephano Nigro interprete, cum eiuſdem Stephani lucubrationibus cæteris, excuſa Baſileæ apud Henricum Petri.

Anno Domini 80. Tito XI. Imperatore.

Andronicus Scholiaſtes Græcus Homeri: Grammaticus, vixit circa tempora Orbilii, qui fuit præceptor Martialis. Eius ſcholia Græca in Homerum, Venetiis reſeruantur, in Bibliotheca SS. Ioannis & Pauli.

C. Iulius Solinus Veſpaſiani temporibus vixit. Eius Polyhiſtor, ſiue rerum memorabilium collectanea, impreſſa ſunt Venetiis apud Aldum: Lugduni apud Gryphium. Baſileæ item & Antverpiæ cum Mart. Antonii Delrii Notis.

C. Plinius Secundus auunculus Cæcilii, Veronenſis. Scripſit de hiſtoria mundi libros 37. variis locis excuſos: vt Baſileæ, Venetiis, Lugduni. De bellis Germanicis libros viginti citat Tacitus, & Cuſpinianus qui alicubi eos latere opinatur. Eius libri 5. de re medica, excuſi ſunt Baſileæ, cum quibuſdam Sorani, Oribaſii, &c. opuſculis.

Iacobus Dalecampius Plinium edidit, variis lectionibus ex manuſcriptorum optimorum authoritate multo & longo labore, ſingulari diligentia, & religione petitis, annotationibus etiam & obſeruationibus, quæ iuſti commentarii vice eſſe poſſint, inſignitum. ſed nihil eis fere præſtitit, quam quod veras lectiones fecerit controuerſas. nihil prius eſt editione Gelenii Geneuæ excuſa.

Incēdium Veſuuii montis curioſius inueſtigans periit anno Dom. 83.

C. Valerius Flaccus Setinus heroicus poeta admirandus: claruit ſub Cæſare Veſpaſiano & Domitiano. Eius Argonauticorum libri octo, excuſi ſunt apud Aldum Venetiis 1523. cum Ioann. Baptiſtæ Pii appendice ex quarto Argonauticon Apollonii, quæ octauum Valerii librum abſoluit, duoſque inſuper addit: & cum Orphei Argonauticis incerto interprete: Argentinæ etiã excuſi ſunt: & Pariſiis cum Maſerii commentariis. 1519. & Antuerpiæ cum Scholiis Ludouici Carrionis.

Fl. Ioſephus: celebris hiſtoriarum Iudaicarum ſcriptor clar. ſub Veſpaſiano Imperat. & Tito eius filio. Ob ingentem gloriam ſtatuam meruit Romæ. Vixit adhuc anno Dom. 100. Eius hiſtoriarum libri excuſi ſunt Venetiis, Lugduni, Baſileæ, &c. ſed GræcoLatine nuper Geneuæ 1612.

Saleius Baſſus poeta heroici carminis amatus à Veſpaſiano.

Silius Italicus poeta, Domitiano Auguſto, gratus fuit.

Eius de bello Punico libr. 17. excuſi Venetiis apud Aldum: & Baſileæ cum annotationibus Hermanni Buſchii: & Venetiis cum commentariis Petri Marſi anno 1482. innumeris locis reſtitui poſſet ex Epiſtolis Franc. Modii Nouantiquis, à quo poeta anxie conlatus fuit cum mss.

Anno Domini 90. Domitiano XII. *Imperatore.*

Iun. Iuuenalis Aquin. Romæ vixit apud Domitianum, quem cum ob ſua flagitia perſtrinxiſſet, ab eo in exilium eſt actus. Suid. Scripſit Satyras 16. id eſt, ſermones aduerſus ſui ſeculi mores verſibus hexametris. Excuſi ſunt Venetiis ab Aldo, & Pariſiis & Coloniæ & Lugduni. item apud Wechelianos cum egregia paraphraſi Eilardi Lubini.

Epicte-

Epictetus Philoſophus Stoicus, cuius vitæ maxima apud omnes homines admiratio extitit: Domitiano imperante vixit: cuius dominatu offenſus, Roma Hierapolim migrauit: atque ad M. vſque Antonini tempora peruenit, cuius ſe vſum præceptis ipſe Antoninus Imper. in vitæ ſuæ deſcriptione profitetur. Epicteti vero vitam & obitum, deque eius diſſertationibus & Enchiridion ſcripſit Arrianus Nicomedien. item Simplicius editus Græce ab Aldo, Latine interprete Hier. Wolfio.

M. Fabius Quintilianus. Primus Romæ ſcholam publice aperuit. Scripſit inſtitutionum oratoriarum libros 16. excuſ. variis locis, vt Coloniæ, Baſileæ, Lugduni &c. Idem, aut vt aliis placet, auus eius, declamationes 388. exarauit: de quibus ſuperſunt 145. impreſſæ in 8. Lutetiæ, & poſtea Heidelbergæ à Commelinianis.

M. Valerius Martialis poeta.

Eius Epigrammata libris 14. impreſſa ſunt Venetiis ab Aldo, Lugduni, Antuerpiæ, & alibi, etiam cum commentariis Domitii Calderini, Hadriani Iunii, Deſiderii Heraldi. editus etiam eſt cum omnium verborum Indice à Ioſepho Langio. Legitur præterea ab omni obſcænitate purgatus per Edmundum Augerium: cum & antea Tiguri ex expurgatione Geſſneri, in locos digeſtus publicatus fuiſſet. Gruterus poſtremo correxit ſexcentis locis ad Mſ. Palatinos, ediditque Francfurti Rhodius, prodiit quoque exinde bis cum vaſto commentario Matthæi Raderi.

Philoſophi & Mathematici vrbe expulſi, an. Dom. 91. & an. 97. Domitianus rurſus philoſophos & mathematicos Roma, per edictum extrudit. Euſeb.

Pub. Papinius Statius, poeta, ſummo honore apud Domitianum fuit. Scripſit ſyluarum libros 5. Thebaidos lib. 12. Achilleidos lib. 2. excuſ. Baſileæ an. 1541. & prius Venetiis apud Aldum, deinde Antuerpiæ cum commentario Ioannis Bernatii qui eum comparauit cum mſſ.

Rutilius Lupus floruit ætate Quintiliani. Scripſit de arte rhetorica.

Sabellus poeta impudicus, Domitiani & Neruæ temporibus cuius ſcripta digne perierunt.

Sextus Iulius Frontinus, vir conſularis, vixit ſub Nerua Auguſto, an. Dom. 98. Scripſit Stratagematum libros 3. excuſ. Pariſiis. Coloniæ, Antuerpiæ, cum notis Godſcalci Stewechii. De aquæductibus vrbis Romæ lib. 2. impreſſ. Baſileæ, & Florentiæ. Eiuſd. liber de qualitate agrorum, impreſſus Pariſiis, cum aliis limitum autorib. ex emendatione Turnebi.

Suetonius Lenis, Suetonii Tranquilli pater. Vitam Lucii Othonis Imperatoris deſcripſit, & alia quædam.

Anno Domini 100. Traiano Crinito XIV. Imper.

Apollonius Tyaneus, cuius plura ſcripta recenſet Suid. Epiſtolę eius cum aliis diuerſorum Gręcis epiſtolis impreſſæ ab Aldo. Eiuſdem verba ad familiares ſuos, apud Stobæum plurib. in locis. Eius ſententia de Imitatione, per Ioachimum Camerarium expreſſa, excuſa eſt Baſileæ. Epiſtola de contemptu mortis, Ioanne Alexandro Braſſicano interprete, in biblioth. Imperat.

Euphrates Philoſophus, moritur ſpontanea morte, anno Dom. 120.

P. Cornelius Tacitus, eques Romanus. Scripſit Annalium ab exceſſu Auguſti lib. 16. Hiſtoriarum lib. 5. De Germanorum populis: Omnia impreſſa Venetiis apud Aldum, Lugduni apud Gryphium, Baſileæ & Antuerpiæ aliquoties cum Commentario Iuſti Lipſii. Omnes aliorum Commentarios, notas, explicationes vna cum ſuis notulis edidit Gruterus typis Ionæ Rhodii, apud quem idem Tacitus nuper excuſus eſt lingua Italica, Gallica, Germanica.

Scopelianus Clazomenius ſophiſta tempore Neruæ an. Dom. 98. Suid.

Digitized by Google

Anno Domini 110. Eod. Traiano Imperat.

Archibius Alexandrinus Grammaticus ſub Traiano principe. Eius ſcripta citantur à Suida, à Volaterrano, ab Arati commentatore: & à Plinio, qui in 18. Nat. hiſt. librum quædam inde tranſcripſit.

Archigenes medicus. Scripſit tum phyſica tum medica quæ citantur apud Galenum, Aëtium & alios.

Cæcilius Siculus Callantianus rhetor vixit ſub Auguſto ad Adrianum vſque. Eius ecloga vocabulorum ordine literarum quam ſcripſit, Suidæ lexico accreuit. Eiuſdem comparatio Demoſthenis & Ciceronis, neſcio an extet.

C. Plinius Cæcilius II. Nouocomenſis tempore Traiani. Scripſit libros epiſtolar. nouem. Panegyricum Traiano Imper. Eidem tribuitur liber De viris in re militari & politia illuſtribus. De claris Grammaticis & Rhetoribus. excuſa ſunt Venetiis apud Aldum, Lugduni, Florentiæ, Baſileæ, Coloniæ. Vaſta in eum edidit commenta Catanæus. emendauit deinde ad mſſ. codd. Caſaubonus, recenſuitque poſtea Gruterus.

C. Suetonius Tranquillus Plinio Iuniori familiaris. Scripſit XII. Cæſarum vitas, & de illuſtrib. Grammaticis, & claris oratoribus libellos duos. Excuſi Lugduni, Coloniæ, Argentinæ, Baſileæ, Lutetiæ, Antuerpiæ, Geneuæ, Francfurti.

Dion Pruſæus ſophiſta & Philoſophus, Chryſoſtomus cognomine: Traiano Cæſari charus. Orationes eius 80. de rebus Politicis, Ethicis, Phyſicis, Hiſtoricis, excuſæ ſunt Venetiis, Græce: & Latine Naogeorgo interprete. Baſileæ apud Oporinũ, quæ omnia recenſuit nuper Fred. Morellus ediditque Græco-Latina egregio charactere.

Lucianus Samoſatenſis, vixiſſe fertur ſub Traiano Cæſare, cognomine blaſphemus, aut ἄθεος, id eſt impius. Scripſit multa: cuius opuſcula Græca, numero 171. impreſſa primum Venetiis apud Aldum, anno 1503. poſtea Ha-

genoæ & Baſileæ recuſa habentur. Latine vero omnia à Iacobo Micyllo, & aliis pluribus conuerſa, apud Egenolphum Francoforti ſunt impreſſa. Hic author à canibus diſcerptus interiit.

Polemon Laodiceus rhetor & ſophiſta, docuit in Smyrna, præceptor Ariſtidis rhetoris, diſcipulus Timocratis philoſophi ex Heraclea ponti, & Scopeliani Sophiſtæ: vixit ſub Traiano, & poſt eum. Suid. Eius orationes editæ ſunt ab Henrico Stephano in 4. ann. 1557. cum Himerii declamationibus.

Anno Domini 120. Adriano XV. Imper.

Ælianus Sophiſta Rom. fuit auditor Pauſaniæ ſub Hadriano. Eius libri: Animalium hiſtoria: varia hiſtoria, & de inſtruendis aciebus, & epiſtolæ, Græce & Latine excuſ. Tiguri apud Geſſneros in folio.

Ariſtides philoſophus Athenienſis, de cuius Apologia pro Chriſtianis ad Adrianum Imperat. vide Nomenclat. Theologicum.

Dionyſius Halicarnaſſeus Muſicus, flor. ſub Adriano Cæſare. Scripſit Muſicæ hiſtoriæ libros 36. & alia eiuſd. argumenti. Suidas.

Hermippus Berytius diſcipulus Philonis Biblii; Hic quamuis ſeruili genere ortus, fuit valde eloquens & multa ſcripſit. Suid. Eum Tertullianus in libro de anima refert, quinque volumina ſcripſiſſe, de oraculis & ſomniis.

Nicanor Alexandrinus Grammaticus, Hermiæ filius, fuit ſub Adriano Cæſare, Scripſit aliquot tractatus de punctis: vnde à quibuſdam per deriſum, Stigmatias, id eſt, Notis compunctus vocabatur. Suid.

Numenius rhetor: Scripſit conſolationem de Antinoo, ad Adrianum Cæſarem: & alia, Suid.

Orion Alexandrinus Grammaticus, Scripſit Adriani Cæſaris encomium & alia. Suidas.

Palladius Rutilius Taurus Æmilianus ſub Hadriano Imper. Scripſit de re ruſtica libros 14. impreſſ. Lugduni apud

apud Gryphium, an. 1535. & cum Columella & reliquis rei ruſticæ ſcriptoribus Latinis Venetiis atque Heydelbergæ.

Phlegon Trallianus hiſtoricus, libertus Adriani, alias Auguſti Cæſaris, forte quod Adrianus, (vt etiã alii Impp.) Auguſtus quoque diceretur, Scripſit Olimpiades libr. 16. &c. vide Suidam. Fragmentum de Olympiadibus: item libellus de mirabilibus & longæuis, Græce & Latine impreſſus, Xylandro interprete. Baſileæ 1568. in 8.

Plutarchus Chæroneus ex Bœotia, tempore Traiani Cæſaris, & ante ipſum floruit. Scripſit vitas illuſtrium virorum numero 48. Vitam Homeri. De dialectis apud Homerum. Moralia opuſcula, quæ excudit Aldus Græce Venetiis. Omnia Plutarchi Græce & Latine edidit Henricus Stephanus in 8. & Wecheliani in folio.

Pollio Alexandrinus cognomine Valerius Philoſophus, tempore Adriani, cuius filius Diodorus Philoſophus. Suid. Eius dictionarium Suidæ lexico acceſſit, vt inſcriptio teſtatur.

Sabinus Sophiſta ſub Adriano Cæſar. Aphtonii filium fuiſſe putant. Scripſit de materia declamatoria libris 4. & alia Suid.

Sarapion cognom. Ælius rhetor Alexandrinus tempore Adriani regis cui panegyricum ſcripſit. alia quædam eius enumerat Suidas.

Sergius Zeugmateus Aphtonii filius frater Sabini ſophiſtæ. Scripſit epitaphium fratri ſuo Sabino, & librum pro cauſidicis. Suid.

Anno Domini 130. Eod. Adriano Imperat.

Adrianus XV. Rom. Imper. anno 17. ſui Imperii. Anno Domini 134 Athenis Bibliothecam miri operis extruxit.

Atrianus Nicomedienſis, hiſtoricus clar. Romæ ſub Adriano & Antonino principibus: Auditor Epicteti philoſophi. Alexandri Magni hiſtoriam octo libris deſcripſit: & de Epicteti diſſertationibus. Et Periplum Ponti Euxini

& maris Erythræi, omnia excuſa Græce & Latine Venetiis, Baſileæ, Lugduni, Geneuæ, Interpretibus, Bonauentura Vulcanio, Iacobo Schegkio, Hieronymo Wolſio, Ioan. Guilhelmo Stuckio.

Aulus Gellius flor. circa & poſt tempora Traiani: Phauorinum Philoſophum maxime coluit, qui cum Athenis vna viuebat homo Romanus. Frontoni quoque fuit familiaris: Quod igitur ipſe libro 20. Noct. Atticar. cap. 1. videtur ſcribere ſe vixiſſe circa milleſimum ab vrbe cond. annum: forte ibi pro DCC. legend. DC: vno C. incuria librarii ſuperaddito. Libri eius 20. Noctes Atticæ, inſcripti, excuſi ſunt Venetiis primum apud Aldum: deinde paſſim alibi: vt Argentinæ, Coloniæ, Baſileæ, & cum annotationib. Moſellani, Lugduni. Henricus Stephanus ipſum excudit ex accurata recognitione Lud. Carrionis Lutetiæ 1585.

Claudius Ptolomæus Peluſien. Primus apud Græcos, cœli rationem omnem, diligentius explicuit: inuentaque ab Hipparcho inſtrumenta, clarius monſtrauit. Dum ageret 78. ætatis annum, diem obiit an. Sal. 147. Scripſit Geographica, Aſtronomica, & Aſtrologica, &c. Impreſſa Græce & Latine Venetiis, Baſileæ, & alibi.

Diodorus cognom. Valerius Philoſophus F. Pollionis Alexandrini. Scripſit expoſitionem ſuper quæſitis apud decem Rhetores.

Dionyſius Mileſius hiſtoricus. Scripſit hiſtorica quæ commemorat Suidas.

Heliodorus epiſtolarum Adriani Imperatoris Magiſter.

Palæmon Rhetor inſignis flor. Traiani & Adriani Impp. temporib. anno ab vrb. cond. 880.

Pauſanias Cæſarien. vti ſcribit Volaterran. vel ſecundum alios Lacon, æqualis Ariſtidis, Adriani principis tempore Romæ vixit: vbi etiam ſenex extinctus eſt. Scripſit vniuerſæ Græciæ geographiam, cum eius hiſtoriis: excuſa Græce apud Aldum, an. 1516. Venetiis: & Latine an. 1550.

Baſi-

Digitized by Google

Baſileæ: & Græce & Latine in fol. Francoforti apud hæredes Wecheli 1583. iterumque 1612.

Phauorinus Arelaten. ex Gallia ſub Traiano & Adriano Cæſaribus. In multitudine ſcribendi Plutarchi Chæronei æmulator, compoſuit plurima philoſophica & hiſtorica. Multa ex eius ſcriptis paſſim recitantur apud Stobæum: Et Laertius eius omnimodam hiſtoriam ſæpiſſime allegat: in deſcriptione vitarum philoſophorum.

Philo Biblius Grammaticus, ſub Adriani regno degebat: prope tempora Neronis fuit, & vixit vſque ad Marcum, &c. Suid. Edidit de libris comparandis & eligendis libros 12. & alia.

Anno Domini 140. T. Antonino Pio XVI. Imperat.

Antigonus Caryſtius, ſcripſit vitas aliquot philoſophorum. Videtur Laertii ætate vixiſſe.

Arianus Philoſophus Cæſaris Antonini præceptor illuſtris habetur. Eutrop. lib. 10.

Claudius Galenus Pergami natus, Marci & Commodi ac Pertinacis Imperatorum temporibus adhuc Romæ vixit. Apud Ludouicum Cælium lectionum antiquarum libro 16. capite 40. legitur à nonnullis proditum eſſe, Galenum vixiſſe 140. annis. Vide ibi plura & Conrad. Geſſne. Biblioth. Vt Ariſtoteles philoſophorum, ita Galenus Medicorum coryphæus ac princeps, totius poſteritatis conſenſu habitus fuit. Scripſit libros pene infinitos, quos ipſe commemorat, peculiari ſcripto de libris propriis edito: Cæterum opera eius quæ extant, Græce & Latine impreſſa ſunt tomis quinque in folio. Venetiis apud Aldum, anno Domini 1515. & Baſileæ, & Lugduni, & rurſum Venetiis apud Victorem Trincauellium, in octauo.

Diogenes Laertius. Huius ætatis, nullus chronicorum aut vitarum Scriptor, quod quidem ſciam, vſquã meminit. Sed quia Plutarchi (vt ſcribit Geſſnerus, nos reperimus Phauorini,) omnium quos citat, vt videtur recentiſſimi

teſtimonio aliquoties eſt vſus: coniectura eſt [...]n, aut illorum ſeculo floruiſſe, qui cum Adriano XV [...]perat. vixerunt, aut certe illi proximo: ideo nos eu[...] hanc decuriam, donec certiora edocti erimus, pro te[...]ore collocauimus. Scripſit de vitis celebrium philoſ[o]phorum libros 10. qui Græce & Latine editi ſunt ab Henr. Stephan. cum annotationibus & Pythagoreorum philoſophorum fragmentis, anno Domini 157[...].

Herodes prænomine Iulius, filius Attici, nepos Plutarchi Athenien. Phauorinum ac Polemonem præceptores habuit. Multa ſcripſit quæ Suidas recenſet, & Philoſtratus in ſophiſtis. Eius orationes Græcas Aldus Venetiis excudit, cum Æſchinis & aliorum aliquot orationibus.

Lamprias Plutarchi Chæronei filius, huius forte ordinis. Compoſuit tabulam ſcriptorum patris ſui, de omni Græca & Romana hiſtoria, quam nuper vulgauit Hæſchelius.

Anno Domini 150. Eodem Antonino Pio Imper.

Apollonius Stoicus natione Chalcidius Philoſophus, Veri Cæſaris præceptor, illuſtris habetur.

Baſilides Syropolitanus philoſophus Veri Cæſaris præceptor illuſtris habetur. Funck.

Cornelius Fronto orator eximius Plutarchi Chæronei vt quidam putant, nepos, M. Antonini Philoſophi Imperatoris præceptor, Gellioque familiaris: Multas orationes inſignes compoſuiſſe fertur. eius exempla elocutionũ ordine alphabeti M. ſcript. extant. Et liber de differentiis vocabulorum excuſus eſt Baſileæ 1537. & Lipſiæ 1569.

Iuſtinus Iulius Sophiſta. Eius epitome gloſſarum Pamphili librorum, ex prato variarum dictionum, quas etiam Suidas in ſuum Dictionarium tranſcripſit: excuſ. in folio Venetiis per Aldum, anno 1519.

Maxi-

Digitized by Google

Maximus Tyrius Philoſophus, clarus, Præceptor fuit Cæſaris Antonini Eutrop. lib. 10. Vixit autem adhuc ſub Commodo. Eius ſermones ſiue cap. 41. Græce & Latine edita ſunt ab Henrico Stephano in 8. Et Baſileæ, & Pariſiis in 16. anno 1554. exinde edidit cum inſigni verſione Daniel Heinſius.

Meſomedes Cretenſis Citharœdorum carminum Muſicus poeta. Scripſit librum in Antinoi Hadriani principis liberti laudem. Suid. Eius verſus 7. ext. libro 4. florilegii Græci.

Taurus Berytius Philoſophus Platonicus, ſub Antonino Pio. Suida narrat, ſcripſiſſe eum plurima, vt de differentia dogmatum Platonis & Ariſtotelis: de corporalis & incorporeis &c.

Anno Domini 160. M. Antonino Philoſopho & Commodo XVII. & XVIII. Impp.

Iuſtinus Hiſtoricus ſub Antonino Imperat. Eius ex Trogo Pompeio hiſtoria, eſt excuſa primum ab Aldo: deinde quoque Baſileæ, & Lugduni apud Gryphium, & alibi: editio Pariſina adornata ab Iacobo Bongarſio omnium optima; quam ſecutus fere eſt in Francford. Fr. Modius.

M. Antoninus Imperator, & Philoſophus ſcripſit de ſeipſo ſeu vita ſua libros 12. Græce & Latine editos Guilielmo Xylandro interprete, Tiguri apud Geſſnerum. Ea deſcriptio vitæ non eſt hiſtorica, ſed ethica, qua demonſtrat, quæ ſit vera & expedita ad tranquillitatem animi, & eam quę homini in hac vita contingere poteſt, fœlicitatem conſequendam via.

Floruit circa illud tempus, vtcunq; ſtudium ſapientiæ, cum ipſi Imperatores, aut colerent philoſophiam, aut certe eius ſectatores non aſpernarentur. Quo factum eſt, vt extiterint permulti doctrina & grauitate præſtantes viri: quorum partim nomina tantum & dicta factaque aliquot apud hiſtoriæ ſcriptores extant, partim ſcripta etiam doctiſſima & prudentiæ plena noſtrum ad æuum perdurauerunt. Xyland.

Digitized by Google

Nicoſtratus Macedonum rhetor ſub Marco Antonin. Scripſit multiplices fabulas. Encomium in Marcum & alios. Suidas.

Polyenus rhetor Macedo ſub Antonino & Vero imp. Scripſit de Thebis: de acie inſtituenda libros 3. & alia Suid. Eiuſdem Stratagematum libri 8. Latine, Iuſto Vulteio interprete excuſi ſunt Baſileæ in 8. 1550. prodierunt vero ſimul Græce 1589. à Tornæſio publicante eos Iſaaco Caſaubono.

Anno Domini 170. Eodem Antonino Philoſopho Imper.

Athenæus Naucratita Grammaticus vixit M. Anton principis tempore. Scripſit Dipnoſophiſtarum, id eſt, argute ſciteque in conuiuio diſſerentium libros 15. Hi Græce primum ab Aldo: poſtea Baſileæ an. Dom. 1535. excuſi ſunt. Dalechampius edidit Latine. Græcolatine vero Caſaubonus Lugduni.

Hermogenes è Tarſo rhetoricus claruit iam M. Antonini tempore. Rhetorica eius ſcripta perfectiſſima, excuſ. ſunt Pariſiis apud Wechelum 1530. & pleraque Latine Ioanne Sturmio interprete, & commentatore, edita Argentinæ 1570. & 1571. & Geneuæ 1569.

Sextus Chæroneus Plutarchi ſororis filius, philoſophus, tempore Marci Antonini Cæſaris: diſcipulus Herodoti Philadelphi, &c. Scripſit Ethica libris 10. Suid.

Anno Domini 180. L. Aurel. Antonino Commodo XIX. Imper.

Ariſtides Adrianeus Sophiſta clar. ſub Antonino Cæſare. Scripſit orationes 56. quæ Græce ſunt excuſæ Florentiæ: & quædam ab Aldo: & Latine Cantero interprete, in fol. Baſileæ 1566. prodierunt nuper Græcolatine Geneuæ.

Iulius Pollux ſub Commodo Imperat. Eius vocabularium ſiue Onomaſticum Græcum, impreſſum Venetiis

apud

apud Aldum, & Florentiæ 1520. & Baſileæ apud Oporinum. Et Latine Rodolpho Gualtero interprete ibidem apud Winterum, recudit id modo Marnius, recenſente Iungermanno.

Anno Domini 190. Ælio Pertinace: Didio Iuliano: & L. Septim. Seuero Impp.

Apollonius Alexandrinus cognom. *Difficilis*, pater Herodiani Grammatici, cuius libri de conſtructione, impreſſi ſunt Venetiis apud Aldum. Romæ atque Florentiæ.

Anno Domini 200. Eodem Seuero Imper.

Æmilius Paulus Papinianus vetus I C. Sceuolę diſcipulus, à Baſſiano occiſus an. Dom. 215. Eius librorum Iuris fragmenta citantur in pandectis.

Lucius Florus. Scripſit Titi Liuii hiſtoriarum Epitomen: Item rerum Romanarum ab vr. cond. ad Auguſti tempora libros 4. excuſ. Venetiis apud Aldum. Et cum Camertis annotationibus Argentorati & Baſileæ 1532. & Coloniæ 1537. denique apud Wechelianos in folio ex emendatione Gruteri, in opere cui nomen fecerunt Hiſtoriæ Auguſtæ.

Anno Domini 210. Antonino Baſſiano Caracalla Imper.

Alexander Aphrodiſienſis ſub Impp. Seuero & Antonino Philoſophiam profeſſus. Commentatus eſt in Ariſtotelem: quæ eius commentaria, & propria opera Phyſica & Philoſophica ſunt excuſa Lutetiæ, Venetiis, Baſileæ & alibi.

Oppianus Cilix poeta Græcus. Scripſit de piſcibus lib. 5. & de venatione lib. 4. excuſ. Græce & Latine Venetiis, Florentiæ, Pariſiis & alibi. Rapheiengius poſtremo publicauit cum verſione ac commentationibus Cunradi Rittershuſii. Exulans cum patre ſuo Ageſilao viro opulento, in exilio clariſſima poemata ſcripſit: & Seuero imperatore, (qui patrem in exilium egerat,) defuncto,

Romam eſt profectus: ſuaq; carmina Antonino filio exhibuit: vnde & regreſſum patris ab exilio impetrauit, & pro quolibet carmine aureum numiſma ſuſcepit.

Anno Domini 220. Heliogabalo XXV. Imper.

Heliogabalus princeps ann. 221. Eius nomine inſcripta extat oratio ad meretrices, impreſſa cum Suetonio Spartiano, & aliis hiſtoricis, Baſileæ.

Herodianus Alexandrinus filius Apollonii Grammatici cognomento Diſcoli, Antonini Cæſaris tempore floruit. Scripſit vitas Imperatorum à Commodo ad Gordianum, à Politiano in Latinum ſermonem traductas. Impreſſit Græce & Latine Aldus Venetiis: & Henric. Steph. cum Romanæ hiſtoriæ ſcriptoribus, in vnum velut corpus redactis, & Lugduni Gryphius an. 1559.

L. Apuleius Afer Madauren. Philoſophus Platonicus. floruit Carthagine ſub Loliano auito & Claudio Maximo proconſſ. Opera eius, quæ extant, excuſa ſunt Baſileæ apud Hen. Petri 1533. cum Commentariis Beroaldi, antea etiam publicatis ab Aldo. Pet. Coluius contulit cum mſſ. & textum vndiquaque emendauit anno 1587. editore Raphelengio. Ianus Wouwerius à ſe correctum edidit typis Frobenianis Hamburgi 1604.

Anno Domini 230. Eod. Alexandro Seuero Imper.

Æmylius Macer, I. C. Alexandro imperante Pipiniano σύγχρονος. De eius ſcriptis non extantibus multa citantur in Pandectis Iuris.

Africanus vetus I. C. Eius quæſtionum fragmenta in pandectis habentur.

Alphenus I. C. Eius digeſtorum libri citantur in pandectis.

Calliſtratus vetus I. C. Eius librorum fragmenta in pandectis iuris leguntur.

Dion

Digitized by Google

Dion Caſſius Cocceius, patria Nicæus flor. ſub Alexandro Seuero. Eius libri de hiſtoria Romana excuſi ſunt Venetiis. Pariſiis à Rob. Stephano, & Baſileæ, Græce & Latine Xylandro interprete, recudit etiam Henricus Stephanus 1592. ſed & recenſuit id pro Wechelianis Iungermannus 1610.

Domitius Vlpianus I. C. Alexandri principis magiſter & conſiliarius. Reliquit ingentem numerum librorum, quibus potiſſimum referta ſunt Iuſtiniani Digeſta.

Fabius Sabinus vetus I. C. Heliogabali tempore, diſcipulus Papiniani, & Alexandro Imperatori à conſiliis. Libri Iuris ab eo ſcripti, enumerantur in Bibl. Geſſneri.

Florentinus I. C. Scripſit inſtitutionum libros 12. Vnde nonnulla citantur in iure D. Iuſtiniani.

Herennius Modeſtinus I. C. Alexandri Imperatoris ætate floruit, cui familiaris & à conſiliis fuit. Eius opera in iure enumerat Bernardinus Rutilius, de vitis Iuriſconſultorum.

Hermogenes I. C. quidam, claruit circa Alexandri principis tempora.

Hermogenianus I. C. vixit circa Alexandri principis tempora. Scripſit epitomatum libros 6. N. an. ext.

Piſander Neſtoris poetæ filius verſificator & ipſe: fuit ſub Alexandro Imperatore Mamineæ filio. Scripſit hiſtoriam variam verſib.

Proculus I. C. Scripſit epiſtolarum libros 8. N. an. ext.

Venuleius Saturninus vetus I. C. Eius ſcripta in iure, enumerantur in Biblioth. Geſſn.

Anno Domini 240. Gordiano Imper.

Apſines rhetor, Gadareus ſophiſta diſcipulus Heraclidis Lycii, deinde Baſilici, conſulatem dignitatem adeptus. Suid. Eius præcepta de arte Rhetorica, Aldus Græce impreſſit, cum aliis XII. Rhetorum ſcriptis.

Maior Arabius ſophiſta contemporaneus Apſinæ & Nicagoræ ſub Philippo Cæſare & ante illum. Suidas refert, ſcripſiſſe eum de ſtatibus libros 13.

Philoſtratus ſophiſta Athenis primum, deinde Romæ, ſub Seuero Imper. ad Philippum vſque. Eius hiſtoriæ de vita Apollonii libri 8. Græci, excuſi Venetiis olim ab Aldo: eiuſdem Icones, Heroica, Vitæ ſophiſtarum, &c. ibid. cum operibus Luciani. Epiſtolæ amatoriæ impreſſæ ibid. in volumine Græcarum epiſtolarum. Item tetraſtichon in libro 4. Anthologii. Opera eadem Latine ſunt impreſſa Alemanno Rhinuccino, & Stephano Nigro interpretibus Coloniæ & Venetiis. Græce vero ac Latine è regione Pariſiis à Frederico Morello egregio charactere.

Q. Serenus Sammonicus, Gordiani Iunioris præceptor. Eius libri de medicina impreſſi ſunt Venetiis apud Aldum, & Pariſiis & Tiguri. Vide Gyraldum: qui alium putat eſſe Q. Serenum, & alium Sammonicum Serenum.

Anno Domini 250. Philippo & Decio Impp.

Arrianus Hiſtoricus, alius à Nicomedienſi, & eo poſterior: aliquot Impp. & in his etiam Gordianorum vitas deſcripſit, teſte Iulio Capitolino.

Nicagoras Athenienſis ſophiſta Mneſei Rhetoris filius vixit ſub Philippo Romanorum rege. Eius ſcripta citantur apud Fulgentium in mytholog.

Anno Domini 260. Galieno Imper.

Plotinus, quem celebrant tanquam alterum Platonem: ſub Galieno iam ſenex vixit adhuc annos 7. Scripſit de rebus philoſophicis libros Ethicos, Phyſicos, Metaphyſicos 54. in enneades ſex diſtributos, à Marſilio Ficino Florentino e Græca lingua in Latinam verſos, & inſuper doctiſſ. commentariis illuſtratos, excuſ. Baſil. apud Pernam: & Salingniaci an. Dom. 1540. prodierunt deinde etiam Baſileæ Græcolatinæ.

Anno Domini 270. Aureliano Imper.

Dexippus Philoſophus Platonicus clar. Galieni & Aureliani

Digitized by

reliani temporibus, extant eius quædam opera Logica, Platonica, hiſtorica, manuſcripta in Italia, vide Bibl. Geſſ.

Dexippus Herennius orator Athenienſis ſub Valeriano vſque ad Aurelianum.

Longinus Caſſius Philoſophus ſub Aureliano Cæſare, & præceptor Porphirii. Scripta eius enumerat Suidas: cuius Dictionario acceſſerunt, quæ Longinus iſte, de dictionibus alphabeti, ordine ſcripſerat.

Anno Domini 280. Tacito Imp.

Modeſtus, ſub Tacito Auguſto. Eius libellus de vocabulis rei militaris, impreſſus eſt Pariſiis & Coloniæ 1532. alibique ſæpius cum Vegetio, Frontino, & Æliano de aciebus.

Porphyrius Philoſophus qui contra Chriſtianos ſcripſit, Plotini diſcipulus, præceptor Iamblichi, tempore Aureliani ad Diocletianum vſque. Scripſit multa, quæ enumerat Suidas: de quibus plura opuſcula ſunt impreſſa tam Græce quam Latine: Venetiis, Baſileæ, & alibi. Sunt autem Grammatica: Logica: Poetica, vel ad poetarum fabulas intelligendum pertinentia. (vt Homericæ quæſtiones: & de Nympharum antro) Muſica, Aſtrologica, Metaphyſica: denique opuſculum Hiſtoricum de vita Plotini.

Anno Domini 290. Diocletiano Imper.

Ælius Lampridius ſub Diocletiano Auguſto. Eius hiſtoria duorum Imperatorum excuſa Baſileæ cum Suetonio & aliis, etiam recenſita ab Caſaubono & Grutero.

Ælius Spartianus. Scripſit Hadriani & Ælii Veri Caeſſ. hiſtoriam excuſ. Baſileæ cum Suetonio & aliis, neque ſecus correcta à Duumviris prænominatis.

Ioannes Stobæus vixit poſt tempora Probi Imperatoris: Chriſtianus fuiſſe videtur ex nomine. Eius collectanea ſententiarum ex variis prophanis autoribus Græcis, per locos digeſta, ſunt excuſa Venetiis: & Tiguri vna cum Latina interpretatione è regione, & Baſileæ, item Francfurti pro Cambierio: denique Geneuæ 1610.

Iulius Capitolinus ſub Diocletiano Auguſto. Scripſit vitas Cæſarum quatuor, quæ cum alibi impreſſæ ſunt tum Baſileæ cum Suetonio, & aliis hiſtoricis, emendatæ quoque à Caſaubono & Grutero

M. Aurelius Olympius Afer, flor. ſub Numeriano & Diocletiano Impp. poeta nobiliſſ. Eius Cynigetica, de canibus & equis, & Bucolica: excudit Gryphius Lugduni: vt Aldus Venetiis.

Sotericus verſificator ſub Diocletiano fuit. Suid. ſcripta eius hiſtorica commemorat.

Volcatius alias Vulcatius ſub Diocletiano. Scripſit vitas Impp. Eius vero nunc extat tantum vita Auidii Caſſii Imp. impreſſa cum C. Suetonio Baſileæ: & an. 1568. apud Henricum Steph. in 8.

Anno Domini 300. Eodem Diocletiano Imper.

Titus Calphurnius poeta Siculus, Diocletiano Cæſare, & Conſtantiis principibus floruit. Eius Bucolicorum eclogæ 7. ſunt impreſſæ Lugduni apud Gryphium, cum Gratio de venatione. Et Tiguri apud Froſchouerum, & Venetiis cum commentariis: & Baſileæ cum aliis Bucolicorum autoribus, recenſuit poſtea Robertius Titius addiditque Scholia.

Anno Domini 320. Conſtantino Imp.

Nazarius tempore Conſtantini Imperat. Cui dixit Panegyricũ qui impreſſus eſt Baſileæ apud Frobenium, cum aliquot aliorum panegyricis: quos infinitis locis correxit Ioannes Liuineius: ediditque eius notas aliorumq; Ianus Gruterus, Francfurti per Fiſcherum anno 1608.

Palladius Methoneus ſophiſta flor. ſub Conſtantino rege: ſcripſit de feſtis Romanorum & alia: quæ recenſet Suid. extare non puto.

Paulus Ægyptius ſophiſta, Imperante Conſtantino vixit. Cuius liber apoteleſmatum Græce extat in Bibl. Vaticana & Auguſtæ Vindelicorum.

Anno Domini 330. Conſtantio Imper.

Eumenius Rhetor ſub Conſtantio Cæſ. Eius oratio pro ſcholis

Digitized by Google

ſcholis inſtaurandis coram V. P. præſide Galliæ habita, excuſa Baſileæ apud Frob. ann. 1520. & Pariſiis ann. 1570. cum annotationibus Fr. Balduini. hanc quoque refinxit Liuineius.

Anno Domini 350. Conſtante Imperatore.

Euſtochius ſophiſta Cappadox tempore Conſtantis regis. Scripſit de antiquitate Cappadociæ & aliarum gentium.

Iulius Firmicus. Scripſit Aſtronomica excuſa Venetiis apud Aldum an. 1501. & Baſileæ.

Maximus Epirota aut Byzantius præceptor Iuliani Cęſaris apoſtatæ. Scripſit quædam Logica. Suid.

Anno Domini 360. Iuliano Imper.

Ammianus Marcellinus ſub Iuliano & Valent. Impp. Eius hiſtoriarum libri 17. imo 18. ſunt excuſi Baſil. Pariſ. & Geneuæ. Eodem tempore correctioni eiuſdem auctoris operam dedere Lindebroghius ac Gruterus,

Himerius Sophiſta, Bithynius vixit cum Iuliano Apoſtata. Eius declamationes, & quorundam aliorum, excuſæ ſunt ab Henrico Stephano. in 4 an. 1557.

Iulianus apoſtata princeps Romanus. Scripſit epiſtolas aliquot, impreſſ Venetiis ab Aldo, in Græco volumine epiſtolarum variorum autorum. Miſopogona, ſimul cum epiſtolis Græce & Latine impreſſit Wechelus in 8. Cæſares ſiue Sympoſium editum Baſileæ B. Vulcanio interprete. Encomia in Solem duo ſeruantur in Biblioth. Strozæ. Omnia opera ſimul edidit Pariſiis 1583. Martinius ac Cantoclarus, eorum interpretes.

Libanius, ex Antiochia Syrię tempore Iuliani principis, Scripſit oratoria: epiſtolas & declamationes, quæ ſunt impreſſæ Græce & Latine variis interpp. Baſil. Ferrar. Romæ, Pariſ &c. cum verſione Morelli typis Regiis in fol.

Oribaſius Sardianus medicus, Iuliani apoſtatæ archiater. Eius opera medica, ab Henrico Stephano ſunt excuſa, cum aliis medicorum ſcriptis in fol.

Pallada Themiſtio philoſopho coæuus, cuius epigrammata plurima paſſim in florilegio Græco leguntur.

Themiſtius Euphrada ob eloquentiam ſic dictus, Peripateticus nobiliſſ. tempore Iuliani apoſtatæ, & Valentis. Eius opera paraphraſtica in Ariſtotelis logica, analytica, & complures libros phyſicos ſunt excuſa Græce apud Aldum Venetiis: & Latine apud Curionem Baſileæ. Eiuſdem orationes varii argumenti, impreſſæ Græce ab Henrico Stepha. in 8. & Latine à Donzellino, interprete apud Pernam Baſ. in 8. item Georgio Remo: ſed nunc demum iunctim verſæ à Petauio Pariſiis 1612.

Theon Alexandrinus ſub Auguſto fuit, poſt Arium namque in fine commentariorum alloquitur Iulianum. Scripſit commentarios in Arati & Ptolomæi aſtronomica. Item in Geometricorum elementorum Euclidis libros 13. priores de quindecim: excuſi Græce & Latine in folio Baſileæ.

Theon Alexandrinus Sophiſta, Ælius dictus: neſcio an idem cum ſuperiore an alius: ſcripſit Progymnaſmata Rhetorica, excuſa Baſileæ apud Oporin. Græce & Latine Camerario interprete. an. Dom. 1541.

Anno Domini 370. Valentiniano Imperatore.

Flauius Vegetius Renatus Comes Conſtantinopolitanus clar. ſub Valentiniano Auguſto. Eius de re militari opus excuſum Romæ, Bononiæ, Coloniæ, Luteriæ: & de Mulomedicina, Baſileæ. Modius & Stewechius Tactica contulere cum mss. poſtremus præterea muniit Commentariis.

Mamertinus. Scripſit quædam panegyrica in laudem Impp. aliquot, excuſa Baſileæ apud Frobenium, anno Domini 1528. cum multis aliorum panegyricis, quos meliores fecit Liuineius.

Valentinianus Imperator Nouellarum II. autor. impreſſus liber Baſileæ cum Codice Theodoſiano.

Anno

Anno Domini 380. Theodoſio Magno Imperatore.

Heraclides Monachus. Scripſit de vita in cœnobiis degentium, cui operi titulus fuit, Paradiſus.

Marcellus vir illuſtris autor ſcripti medici flor. ſub Gratiani & Theodoſii Magni Impp. ætatem. Eius liber de medicamentis empiricis eſt excuſus Baſileæ, anno 1536. & apud Henricum Stephanum.

Symmachus V. C. Præfectus vrbis, vixit tempore Valentiniani, Theodoſ. & Arcadii Augg. Scripſit epiſtolarum libros 2. impreſſ. primum Argentinæ ſub falſo nomine Symmachi ſoceri Boetii: item Baſileæ apud Frobenium 1549. Et plures epiſtolæ quam ſint editæ, extant apud Iacobum Cuiacium, quas publicauit primum Iacobus Lectius, ac deinde laborioſe recognouit Franciſcus Iuretus, anno 1608.

Anno Domini 390. Eodem Theodoſio Magno Imp.

Chalcidius Platonis interpres & commentator. Eius Timæi Platonis traductio, & explanatio eſt impreſſa Pariſiis 1520.

Dioſcorus, cuius epiſtola numero 55. ad Auguſtinum, inter D. Auguſtini epiſtolas.

Palladius monachus, Euagrii diſcipulus, imperante Theodoſio maiore ſcripſit hiſtoriam Lauſiacam ſiue ad Lauſum, Græce: Gentianus Heruetus Lat. F. excuſ. eſt Pariſiis 1555. 1570.

Pappus Alexandrinus philoſophus, tempore Theodoſii ſenioris, æqualis Theoni. Eius quædam cum comicis Apollonii Pergæi, ſunt excuſa Bononiæ 1566. in fol. Reliqua eiuſdem ſcripta in Ptolomæum, & aſtronomica & mathematica alia: extant in Bibliothecis Romæ, & Petri Rami.

Sextus Aurelius Victor hiſtoricus, ab Octauio vſque ad Theodoſium. Scripſit de vitis Impp. impreſſa Baſil. cum

Suetonio, & aliis, & apud Aldum, & Lugduni apud Gryphium. egregie demum emẽdatus eſt ab Andrea Schotto.

Theon è Muſæo Ægyptius philoſophus Alexandrinus, ſub Theodoſio maiore. Scripta eius Mathematica enumerat Suidas.

Anno Domini 400. Arcadio Imperatore.

Claudius Claudianus poeta inſignis clar. ſub Arcadio & Honorio. Omnium qui ferme habentur veterum, recentiſſimus. Eius poemata impreſſa ſunt Florentię anno 1540. in 8. & Baſileæ, & Antverpiæ apud Plantinum in 16. emẽdante Martino Antonio Delrio. Etiam è Cuiacii mſ. politiorem fecit Claucrius.

Anno Domini 410. Theodoſio Iuniore Imperatore.

Licentius poeta Hipponenſis, qui Aurelio Auguſtino vſus eſt familiariter: à quo vocatur poeta celebris, eiuſque de Piramo & Thisbe amatorii verſus commemorantur. Scripſit etiam alia poemata, quæ commendantur. Petrus Crinit. & Gyrald.

Rufus Auienus poeta: tempore Probi viri conſularis ad quem ſcripſit. Eius verſus in Arati phænomena, &c. Impreſſi Coloniæ 1569. in fol. cum Arato.

Sextus Rufus vir conſularis: Volaterranus Feſtum Rufum ſcribendum aſſerit: quod ſi verum, videtur idem eſſe author, de quo ſupra diximus, Rufi Feſti Auieni nomine. Sexti Rufi epitome de hiſtoria Romana, excuſa Baſileæ & Coloniæ, item à Wechelianis in hiſtoria Auguſta.

Anno Domini 420. Eodem Theodoſio Iuniore Imperatore.

Cyrus Panopolita verſificator, vixit ſub Theodoſio Iuniore rege. Scripſit epigrammata, quæ libro 4. florilegii habentur.

Iucun-

Iucundiſſimus fuit ſcriptor, qui ob ingenii ſui monumenta, ad ampliſſimos honores ac dignitates eſt euectus. vide plura apud Gyraldum dialogo 5.

Decius Auſonius Burdegalenſis. Opera eius edita ab Aldo: recuſaque Baſileę. ſed integriora prodierunt Lugduni typis Tornæſianis, item Antverpiæ: integerrima vero Burdegalæ, cura Eliæ Vineti. commentatus etiam eſt in ea Ioſephus Scaliger.

Eudoxia Theodoſii Iunioris Imp. vxor, ſupra modum carminum & poetices ſtudioſa. Ipſa plurima ſcripſit poemata: extant eius Homerocentrona, id eſt Cento confectus ex Homero de Chriſto Domino. Liber excuſus ſine autoris nomine, cum interpretatione Latinâ è regione: Francoforti 1541. apud Purbachum: cum Probæ Falconiæ centonibus Vergilianis, & Nonni carminibus in Euang. Ioannis De vita Eudociæ vide Gyraldum, dialog. 5.

Helladius Alexandrinus Grammaticus, ſub Theodoſio Iuniore. Scripta eius enumerat Suidas: Lexicon tamen eius Suidæ vocabulario coniunctum eſt, vt operis inſcriptio præ ſe fert.

Priſcus Panites genere, ſophiſta, Theodoſii iunioris epiſtolarum Magiſter fuit: orator ad Attilam Hunnorũ regem. Scripſit hiſtoriam Conſtantinopolitanam, quæ hodie in Bibliotheca Vaticana continetur Raph. Volater.

Anno Domini 430. Eodem Theodoſio Iuniore Imperatore.

Proba Falconia Matrona Romana, quæ Adelphi Romani viri procõſulatis vxor fuit, floruit Honorii ac Theodoſii Iunioris Impp. temporibus. Scripſit Vergiliocentonem, quem Eudociæ Theodoſii vxori miſit: qui miro eſt artificio cõcinnatus: ex Vergilianis enim verſibus omnem Chriſti Seruatoris vitam explicauit: libellus excuſus eſt Francoforti 1546.

Socrates Græcus, hiſtoricus eccleſiaſticus, diſcipulus

fuit Helladii,& Ammonii Grammaticorum. Eius hiſtoriã eccleſiaſticam Græcam, Robertus Stephanus excudit Pariſiis 1545. cum aliis quibuſdam Græcis veterum Theologorum. Et Latine Ioanne Chriſtophorſono interprete Coloniæ anno 1581. cum Euſebio, & aliis hiſtor. eccleſiaſt. ſcriptoribus Græcis, Latine verſis. Prodiit iunctim Græce ac Latine 1612. typis Rouerianis.

Sozomenus Græcus, hiſtoricus, ſub Theodoſio Iuniore. Hiſtoriæ eius eccleſiaſticæ libri nouem integri; extãt Græce Pariſiis apud Robert. Steph. cum Euſebii, Socratis, Theodoreti eiuſdem argumenti libris. Iidem libri Latine excuſi ſunt Baſil. Wolfgango Muſculo & Coloniæ, Ioan. Chriſtophorſone interpretibus, anno 1581. recuſus quoq; à Rouerio vna cum ceteris.

Anno Domini 440. Eodem Theodoſio Iuniore Imperatore.

Orion Thebanus tempore Eudociæ vxoris Theodoſii Iunioris. Scripſit collectanea ſententiarum ſiue florilegium. Suid. Eius autem etymologiæ, ſeruantur in Biblioth. Strozæ.

Vrſo cuius extat liber de ſomniorum interpretatione.

Anno Domini 460. Leone Imp.

Nicolaus Rhetor, vide Plutarchus.

Plutarchus Neſtorii filius, alias Nicolaus Rhetor Atheníenſis philoſophus, ad quem Proclus anno ætatis ſuæ 20. deductus eſt vt eum philoſophantem audiret in ſchola Athenienſi; anteceſſor Syriani philoſophi, Clar. ſub Leone Imperatore Seniore, vſque ad Zenonem & Anaſtaſium, id eſt, ad ann. Dom. 490. Scripſit quædam Rhetorica. Suid.

Ann

Digitized by Google

Anno Domini 470. Eodem Leone Imperatore.

Pancratius Sophiſta. Vixit Leonis ſenioris tempore vſque ad Zenonem. Huius feruntur libri, de arte culinaria. Suid.

Anno Domini 480. Zenone Imperatore.

Seuerianus Ethnicus Græcus, tempore Zenonis Imp. Scripſit epiſtolas aliquot. Suid.

Anno Domini 490. Eodem Zenone Imperatore.

Æneas Sophiſta Gazæus Platonicus Chriſtianus. Eius epiſtolas Aldus impreſſit Venetiis: dialogus de immortalitate animæ, Græce & Latine excuſus Tiguri apud Geſneros: & Baſileæ.

Alcimus Auitus Gallus, Viēnenſis archiepiſcopus, poeta Chriſtianus. Eius poemata Baſileæ ſunt excuſa in 4. cum reliquis poetarum veterum eccleſiaſticorum operibus à Georgio Fabricio editis. recudit eum Marguerinus de la Bigne.

Eugenius Trophimi Grammaticus, ſub Anaſtaſio rege vixit ſenex. Eius Dictionarium Suidas adiecit ſuo, quod inſcriptio indicat: alia non extant.

Syrianus Alexandrinus philoſophus, (de quo Suidas in Syriano & in Ammoniano) ſucceſſor Plutarchi Neſtorii in ſchola Athen.

Terentianus Maurus contemporaneus Alphio Auito, Septimo, Petronio Arbitro, & Aurelio Apollinari. Excelluit in poetica, & opus compoſuit vario multiplicique carminum genere, de literis, ſyllabis, pedibus, & variis metris: impreſſum Francoforti 1532. Et Lutetiæ cum commentario Villerii cuiuſdam, in 4. apud Colinæum: deniq; Heidelbergæ apud Commelinos.

Zoſimus Gazæus aut Aſcalonites Sophiſta tempore Anaſtaſii regis. Eius commentaria in Demoſthenis Phi-

lippicas & Lexicon, ſeruantur Romæ in Biblioth. Vaticana. Eiuſdem liber de Rhetoricis dictionibus Suidæ Dictionario acceſſit.

Anno Domini 500. Anaſtaſio Imp.

Coluthus Thebanus verſificator claruit tempore Anaſtaſii principis. Eius opuſculum de Helenæ raptu, impreſſ. Venetiis apud Aldum, & Baſileæ cum annotationibus. acceſſit etiam Quinto Calabro Rhodomani à Vvechelianis edito dudum, & nunc exaucto Claudii Dauſquii notis ab Aubrianis 1614.

Heſychius Mileſius ſub Anaſtaſio rege: Scripſit catalogum celebrium in literis virorum & chronicam. Suid.

Heſychii cognomento Illuſtrii (forte huius Mileſii) liber, de his qui eruditionis fama claruerunt, Græce & Latine, Adriano Iunio interprete editus Antverpiæ, recuſus curante Meurſio per Elſeuirios 1612.

Ioannes Grammaticus cognomento Philoponus. Scripſit Grammatica, Logica, Phyſica, Arithmetica, Aſtronomica, &c. omnia potiſſimum in Ariſtotelem. Græce excuſ. Venetiis, & alibi.

Proclus Lycius vel Byzantinus potius; dictus Diadochus, Philoſophus Platonicus. Anno ætatis 20. Athenas profectus, dedit operam philoſophis, & audiuit Plutarchum, Neſtorium, & Syrianum Philoxeni filium: quibus in ſchola Platonica Athenien. ſucceſſit, vixitque annis 7.. ſucceſſoremque habuit Marinum Neapolitanum, à quo vita Procli eſt deſcripta. Eius hodie commentarios in Platonem habemus: ſcripſit etiam alia plura philoſophica: Phyſica, Aſtronomica, Geometrica, Metaphyſica, Ethica, Poetica: denique Theologica contra Chriſtianos.

Hic eſt Proclus, inquit Suid. qui poſt Porphyriũ, ſecundus, contra nos latrauit. Aduerſus quem Ioan. cognomẽto Grammaticus ſcripſit apologiam, dictitans eum quan-

Digitized by Google

quam in rebus Græcanicis magnum, ſtultum tamen eſſe, & in hac parte indoctum. Extant eius opera excuſa, Pariſiis, Venetiis, Argentinæ, Baſileæ, Tiguri, &c.

Timotheus Gazæus Grammaticus, tempore Anaſtaſii regis. Scripſit heroico verſu libros aliquot de animalibus, quos enumerat Suidas.

Anno Domini 510. Eodem Anaſtaſio Imperatore.

Symmachus patricius, Senator & Conſul Romanus, ſocer Boetii. Scripſit nihil, quod ſciam: nam epiſtolarum eius nomine editarum, author, eſt antiquior: vide ad annum Dom. 380. Symmach.

Anno Dom 520. Iuſtino Imp.

Boetius Anitius Manlius Seuerinus Romanus patricius, & exconſul in omni diſciplina egregie doctus, & in pangendis verſibus mira facilitate. Scripſit Theologica, Logica, Rhetorica, Arithmetica, Muſica, Ethica, Geometrica. Ad rationem ſtudiorum pertinentia: denique varia in epiſtolis Excuſa ſeparatim Venetiis: in Gallia, Tiguri. Et omnia quotquot extant eius opera Baſileæ apud Henric. Petri.

Marinus Neapolitanus, philoſophus & rhetor, diſcipulus & ſucceſſor Procli Vitam Procli deſcripſit. Excuſ. Græce & Latine Tiguri in 8. apud Geſneros. Vide plura apud Suidam.

Anno Domini 530. Iuſtiniano Imperatore.

Agathias Scholaſticus flor. Iuſtiniani temporibus: Scripſit poſt Procopium Cæſarienſem. Eius hiſtoriarum de rebus quæ ſub Beliſario acciderunt, tomi Græci, Romæ extant, Latine impreſſi Baſileæ libris quinque. plura excuſa Græcolatine Lugduni Batauorum.

Paulus Silentiarius cuius epigramm. in florilegio Græco.

Procopius Cæſarien. rhetor, ſophiſta, & hiſtoricus: fuit temporibus Iuſtiniani Cæſaris: ſcriba Beliſarii. Scripſit hiſtorica de Iuſtiniano Cæſare & Beliſario: & rebus Gothorum, Perſarum, & Vandalorum. Item de ædificiis Iuſtiniani. Impreſſa Græce & Latine Venetiis, Baſileæ, Auguſtæ. Eiuſdem (ſi non Procopii Gazæi) epiſtolæ aliquot, mire elegantes, impreſſæ ab Aldo in volumine Græcarum epiſtolarum.

Simplicius magnus philoſophus, circa Iuſtiniani tempora floruit. Chriſtianus non fuit. Scripſit commentarios Græcos in Ariſtotelis prædicamēta in auſcultationes Phyſicas in libros 4. de cœlo: item in enchiridion Epicteti: omnia excuſa Venetiis, & alibi.

Tribonianus vir prudentiſſimus, 50. librorum Digeſtorum author.

Anno Domini 540. Eodem Iuſtiniano Imperatore.

Damaſcius Stoicus philoſophus Platonicus claruit Iuſtiniani tempore. Scripſit in Ariſtotelis Phyſica, & in Parmenidem Platonis, extant Romæ in Vaticana Bibliotheca, & apud Diegum Hurtadum.

Martinus Epiſcopus Dumiēſis cœnobii rector & abbas. Scripſit de 4. virtutibus, ſiue formulam honeſtæ vitæ: excuſ. Baſileæ cum præfatione Gilberti Cognati.

Suidas. Dictionarii Græci, Hiſtorici & Grammatici autor primus: longe eos ætate anteceſſit, ex quibus commētaria ipſa, concinnata legimus: Quæ cum ipſe non admodum magna condidiſſet, ab aliis poſtea multis locupletata & aucta ſunt, primique Suidæ, nomen obtinuerunt: id quod & eueniſſe in Calepino noſtris diebus videmus. Antiqui illius Suidæ fit mentio à Strabone, & ab iis qui in Apollonium Rhodium commentaria ſcripſerunt, & à Stephano & aliis. Quidam duos Suidas fuiſſe autumant, Antiquiorem hiſtoricum: & recentiorem grammaticum: qui diſtinctio-

Digitized by Google

diſtinctionem improbat Gyrald. Dialog. 3. hiſtor. poetarum. Locupletatores igitur eius operis antiquioris, Suidæ nomen relinquentes, vixerunt poſt Timotheum Gazæum, & plures alios, quorum dictionaria in ſuum tranſcripſerunt: quod eſt excuſum Venetiis apud Aldum: Mediolani, item & Baſileæ in fol.

Anno Domini 610. Heraclito Imperatore.

Maximus Cæſar Auguſtanæ vrbis Epiſcopus. Scripſit de geſtis Gothorum in Hiſpania.

Theophylactus Simocates Hiſtoricus & Sophiſta, vixit poſt tempora Mauritii Imperatoris. Eius epiſtolæ, morales, ruſticæ & meretriciæ, impreſſæ Venetiis ab Aldo, in volumine Græcarum epiſtolarum variorum autorum. Eiuſdem hiſtorica, extant Græce Venetiis apud Dieguin Hurtadum: & Romæ in Vaticana bibliotheca; publicata nuper Græcolatine Auguſtæ.

Anno Domini 620. Eodem Heraclio Imperatore.

Priſcianus Grammaticus Cęſarienſis patria: claruit temporibus Coſdræ regis Perſarum, & Heraclii Imper. Eius Grammatica, & Rhetorica ſcripta, omnia ſunt excuſa Pariſiis in fol. & alibi cum cõmentariis, & Colonię. Wecheliani recuderunt, cum omnibus omnium ætatum Grammaticis 1608, recenſente Helia Putſchio.

Anno Domini 660. Conſtante Imp.

Andoenus qui & Dado epiſcopus Rothomagen. Scripſit vitam S. Eligii.

Anno Domini 670. Conſtantino Pogonat. Imperatore.

Conſtantinus Cæſar, quibuſdam, ſed perperam, autor librorũ 20. de re Ruſtica, qui ſunt excuſi Græce & Latine

Baſileæ. Eiuſdem liber de regno ad Romanum filium, extat Græce in Vaticana Bibliotheca. Conſtantinopolitanus hic Imperator, multis ſplendidis victoriis, terra ac mari potitus, & Saracenis Arabibus deuictis, pacem vbique firmauit, & Philoſophiæ ac Rhetorices ſtudia, fere deperdita, aliaſque bonas artes renouauit, &c.

Anno Domini 700. Abſimaro Imper.

Ægidius monachus Benedictinus Græcus. Scripſit carmine de pulſibus libr. 1. De vrinis lib. 1. qui ambo impreſſi ſunt Lugduni in 8. an. 1505. & Baſileæ an. 1529.

Anno Domini 760. Conſtantino Copronymo Imperatore.

Verus Epiſcopus Hiſpalenſis. Scripſit vitam Eutropii Epiſcopi.

Wilibaldus Epiſcopus primus Eyſtetẽſis, natione Scotus: Scripſit vitam S. Bonifacii Epiſcopi lib. 1.

Anno Domini 770. Leone IV. Imp.

Iſuardus monachus Benedictinus. Conſcripſit Martyrologium.

Anno Domini 820. Ludouico Pio Imper. Romano.

Philes quidam Græcus, ſub Michaele Imperatore Conſtantinopolitano. Scripſit verſus ſenarios de animalium proprietate: impreſſi ſunt Venetiis Græce, Lipſiæ Latine interprete Berſmanno. Græcolatine Pariſiis interprete Morellio.

Anno Domini 830. Eodem Ludouico Pio Imperatore.

Turpinus Archiepiſcopus Remenſis, Caroli Mag. Imperatoris ſecretarius. Eius liber de geſtis Caroli Magni editus eſt Francoforti inter quatuor celebres hiſtoricos, Germaniæ.

Anno

Digitized by Google

Anno Domini 840. Lothario Imper.

Helduinus abbas S. Dionyſii Pariſienſis. Scripſit vitam S. Dionyſii ſtylo vtroque.

Anno Domini 850. Ludouico ſecundo Imperatore.

Roſuida nobilis mulier in Saxonia nata, in Gundeshemenſi cœnobio, quod non longe ab Hildeshem diſtat, ſacromonialis docta & ſcriptis editis clara.

Wandelbertus diaconus & monachus Prumienſis. Scripſit vitam & miracula S. Goaris presbyteri: item martyrologium metrice.

Anno Domini 870. Carolo Caluo Imperatore.

Baſilius Imperator. cuius extant parænefes ad Leonem filium manuſcript Venetiis & Romæ in Vaticana Bibliothe. Strozæ: & Viennæ in Bibiioth. Imperatoris. Græcolatine publicauit Fredericus Morellus Pariſiis 1584.

Anno Domini 880. Carolo Caſſo Imperatore.

Hugbaldus monachus Eluonen. Gallus vir doctus. Eius ecloga de caluis, in qua omnia verba à litera C. incipiunt, impreſſa eſt Baſileæ anno Domini 1516. & rurſum 1546.

Anno Domini 900. Ludouico tertio Imperatore.

Aurelianus eccleſiæ Romenſis clericus muſicus. Scripſit de regulis modulationum, quas Tenores vocant.

Anno Domini 950. Othone I. Imper.

Luitprandus vel Eutrandus Ticinen. eccleſiæ diaconus hiſtoricus. Eius libri ſex, rerum ab Europæ Imperatoribus ac regibus geſtarum excuſi ſunt Pariſiis & Baſileæ anno Domini 1532.

Digitized by Google

Anno Domini 1020. Henrico II. Imperatore.

Osbertus Cantuarien. monachus. Scripſit vitam Dunſtani archiepiſcopi. Hiſtoriam Alphei archiep. De muſica & alia.

Anno Domini 1040. Henrico III. Imperatore.

Achelnotus Cantuarienſis epiſcopus ſcripſit lib. epiſtolarum ad diuerſos.

Hermannus Contractus monachus S. Galli: comes Veringenſis. Scripſit Aſtrologica, & muſica. Eius chronicon impreſſum eſt Baſileæ ann. 1536. cum Euſebio, item inter Hiſtoricos Germanicos à Wechelianis excuſos. obiit an. Dom. 1054.

Anno Domini 1050. Eodem Henrico III. Imperatore.

Merboldus ſiue Merbodæus, vel Marbodæus. Dicitur eſſe autor libelli cuiuſdam de lapidibus ac gemmis, hexametris verſibus conſcripti, impreſſi Francofordiæ cum Macro de herbis.

Anno Domini 1060. Henrico quarto Imperatore.

Eckebertus Clericus Leodien. eccleſiæ. Scripſit metro eleganti, de ænigmatibus ruſticanis libr. 2. & quædam alia.

Michael Pſellus Græcus ſcriptor eruditus Conſtantini Ducæ Imperatoris tempore floruit. Scripſit de dæmonibus libr. 2. Græcos, quos Diegus Hurtadus Venetiis poſſidet: excuſi ſunt etiam Latine in officina Aldi. Eiuſdem Arithmetica, impreſſa Pariſ. 1538. Expoſitio in oracula Chaldaica impreſſa ibid. Scholia in Homerũ habet Oporinus. Eiuſdem ſcripta medica, latent Romæ in Vaticana. In Ariſtotelis quædam logica ſunt edita Baſileæ, & Venetiis.

tiis. Varia eiuſdem philoſophica ſunt impreſſa ibid. & aſſeruantur manuſcripta in Bibl. Imperatoris Viennæ: & Diegi Hurtadi.

Anno Domini 1070. Eodem Henrico quarto Imperatore.

Iſaac Beimiram medicus. Scripſit medica, quæ enumerat Symphorianus Champerius. Eius de victus ſalubris ratione libri duo excuſi ſunt Baſileæ 1571.

Nicephorus Blemmida clar. ſub Ioanne Duca. Eius ſcripta logica ſunt impreſſa Baſileæ. Philoſophica alia extant in Bibliothecis, Venetiis & Romæ, manuſcript.

Simeon Sethus magiſter Antiochiæ tempore Michaelis Ducæ Imper. Eius liber de cibariorum facultatibus Græce & Latine excuſus Baſileæ 1538. Narrationes Indicæ vocatæ Ichnilatæ ſunt in Bibliothecis Auguſtæ Vindelicorum & Viennæ in Imperatoris.

Anno Domini 1120. Henrico V. Imperatore.

Hali filius abbas diſcipulus Abimeher Moyſi filii Seiar: cuius opus regale libr. 20. ex Arabico in Latinum ſermonem translatum an. Dom. 1127. excuſum eſt Lugduni anno 1523.

Rupertus monachus S. Remigii. Eius hiſtoria bellorum Chriſtianorum contra Saracenos excuſa Baſileæ apud Hen. Petri.

Anno Domini 1140. Conrado III. Imper.

Dudechinus presbyter eccleſiæ in Longenſtein. Scripſit de ſua peregrinatione Hieroſolymam.

Rodolphus Brughenſis. Eius tranſlatio Latina Claudii Ptolemæi planiſpherii impreſſa Baſileæ 1536.

Anno Domini 1150. Friderico I. Imper.

Auerrois medicus Cordubenſis, Commentator Ariſtotelis. Cuius commentarii in Ariſtotelis opera omnes, aliique ipſius in logica, philoſophia & medicina libri,

impreſſi ſunt Venetiis 1552. & ibidem apud Iuntas in 8. anno Dom. 1565.

Auicenna Cordubenſis. Cuius opera in re medica: & alia ſunt excuſa, Venetiis, Pariſiis, Francofordi, Baſileæ.

Guntherus tempore Friderici Barbaroſſæ. Scripſit titulo Ligurini hiſtoriam de Friderico Barbaroſſa Cæſare Argentinę excuſam: & librum de rebus Germanicis nondum impreſſum. Citatur in Chronicis Ioannis Cuſpiniani. Ligurinum eius emendauit & notis meliorem nuper fecit Rittershuſius.

Anno Domini 1160. Eodem Friderico primo Imperatorę.

Joan. Meſua vel Damaſcenus filius Meſuæ, filii Hamech, filii Heli, filii Abdela regis Damaſci: clar. teſte Symphoriano Campegio 1158. Opera eius medica ſunt impreſſa Lugduni: & quædam Pariſiis in fol. 1544.

Anno Domini 1170. Eodem Friderico primo Imperatore.

Chriſtianus Friderici I. archicancellarius, & archiepiſcopus Moguntinus, ſcripſit Friderici I. Imperatoris geſta & vitam.

Anno Domini 1190. Henrico ſexto Imperatore.

Martinus quidam Ll. profeſſor. Eius ſunt in iure deciſiones, à poſteris in controuerſiam vocatæ & confutatæ: de quibus Iaſon dicere non eſt veritus, Martinum nihil vnquam ſani verique dixiſſe. Ioan. Fichardus.

Anno Domini 1200. Philippo Barbaroſſæ F. Imper.

Euſtathius præſul patria Conſtantinopolitanus commentator Homeri. Eius commẽtarii in Homerum & Dionyſium de ſitu vrbis Romæ, Baſileæ, & Pariſiis ſunt excuſi. Opuſculũ de dialectis apud Homerũ, impreſſum ab Aldo in lib. cornucopiæ inſcripto.

Ioan-

Digitized by Google

Ioannes Boſianus I. C. præceptor Azonis. Scripſit in Pandectas & ſuper Codicem.

Papias Lombardus Grammaticus. Cuius vocabularium impreſſum Venetiis an. 1491.

Pileus Modicenſis V. I. Profeſſor. Scripſit de ordine Iudiciorum lib. 1. excuſ. Baſileæ apud Oporinum, & alia.

Saxo Grammaticus Sialandicus, hiſtoricus Danorum elegantiſſ. Scripſit hiſtoriarum Daniæ gentis libros 16. excuſ. Baſil. Pariſiis, & nuper Francofurti an. Dom. 1580.

Wernherus alias Hirnerius I. C. Extant eius gloſſulæ, & monimenta præclara in legibus, nota.

Anno Domini 1230. Friderico II. Imper.

Accurſius Florentinus vir in vtroque iure peritiſſimus, floruit ſecundum ſententiam Fichardi in vitis I. C. an Do. 1226. Trittemius eum in annum 1240. collocat. Multa ſcripſit, & primus totum ius gloſſis illuſtrauit. Eius operũ vt in ff. vetus & nouum: & ff. infortiati ſuper codice, ſuper Inſtitutis, aliorumque editio, legum ſtudioſis eſt notiſſima. Profeſſus eſt Bononiæ, vbi relicto filio Franciſco Accurſio, ipſo etiam Iureconſulto & profeſſore, deceſſit.

Azo I. C. Bononienſis, multa ad ius ciuile pertinentia opuſcula edidit, quæ à legum ſtudioſis non ignorãtur: eius ſumma in iure ciuili, impreſſa Venetiis an. 1568. & Lugduni 1557. claruit ſecundum Trittemium an. 1230. Fichardus paulo antiquiorem facit.

Bartholomæus Brixianus I. C. edidit præter commentarios iuris etiam temporum hiſtoriam: chronicon Italiæ.

Odofredus Beneuentanus Azonis auditor I. C. Eius ſumma de libellis formandis excuſa eſt Coloniæ 1552.

Anno Domini 1240. Eod. Friderico II. Imperat.

Bernardus Dorna I. C. Scripſit de libellorum conceptionibus lib. 1. & alia.

Iacobus Baldeuinus. Nullum poſt ſe ſcriptum reliquit. Ioan. Fichardus.

Ioannes de Deo I. C. Hiſpanus. Eius opera ſunt manuſcripta.

Anno Domini 1250. Conrado IV. Imper.

Henricus de Seguſia Cardinalis Hoſtienſis Iuris ſummam complexus eſt excuſ. Baſileæ 1573. in fol.

Ioannes de Bianaſco I. C. commentarii eius in tt. de actionibus in Inſtit. Impreſſi ſunt Moguntiæ, & Lugduni 1542.

Anno Domini 1260. Interregnum.

Otto Epiſcopus Friſingenſis. Scripſit chronicon lib. 8. & geſta Friderici I. Cæſaris, excuſ. Argentinæ, Baſileæ, Francfurti.

Anno Domini 1270. Rodolpho Habſpurgio Imperat.

Alphonſus rex Caſtellæ Aſtronomiæ peritiſſ. Scripſit tabulas aſtronomicas impreſſas Venetiis 1524. & Pariſiis 1545.

Guilhelmus Placentinus Medicus. Eius ſumma conſeruationis & curationis Guilelmina dicta: item chirurgia impreſſa Venetiis anno Dom. 1501.

Iacobus de Beluiſio. Cuius aurea practica criminalis excuſa in 8. Coloniæ.

Petrus Hiſpanus, Epiſcopus Tuſculanus & anno Dom. 1276. Pont. Max. Ioannes XXII. dictus. Scripſit ſummulas logicales impreſſ. Venetiis & Lugduni, &c.

Ptolomæus Lucenſis. Scripſit hiſtoriam Pontificum. Volater.

Anno Domini 1280. Eod. Rodolpho Imperat.

Thadæus Florentinus medicus. Eius in Galeni microtechniam commentarii ſunt impreſſi in fol. Neapoli 1521.

Anno Domini 1290. Adolpho Imp.

Aitonus Armenus. Hiſtoriam de Tartaris conſcripſit: itemq;

Digitized by Google

itemq; paſſagium terræ ſanctæ. Impreſſa Baſileæ an. 1531. in fol. & Hagenoæ in 4.

Garſias Hiſpanus I. V. C. Scripſit in legibus plura.

Anno Domini 1300. Alberto I. Imper.

Bernardus Gordonius medicus. Opera eius medica ſunt excuſa Venetiis anno Dom. 1498. Lipſiæ quædam anno 1570. Lugduni in 8. an. 1580.

Bonominus Bergomenſis Medicus à Symphoriano Campegio in hoc tempus collocatur Trittemius in ann. Dom. 1350. Scripſit de venenis, & alia multa. N. an ext.

Dinus de Garbo Florentinus Medicus. Opera eius in medicina ſunt excuſa Venet. & Romæ.

Dinus Mugelanus I. C. Opera eius in V. I. edita ſunt Pariſiis, Lugduni, Coloniæ, Francoforti.

Franciſcus Accurſius Florentinus, F. Accurſii.

Geruaſius Riccobaldus Ferrarien. PP. hiſtoriæ ſcriptor, vſque ad ſua tempora, hoc eſt an. Dom. 1300.

Iacobus de Arena I. C. edidit in iure ciuili plura ſcripta. Eius commentarii ſuper 1. & 2. ff. veteris, non impreſſi habentur Brixiæ in domo Gabiani.

Iacobus de Rauenna I. C. Scripſit multa in iure.

Martinus de Fano I. C. Eius quidam tractatus in iure excuſ. in fol. Venetiis an. 1546.

Nicephorus Gregoras vixit tempore Andronici Paleologi. Scripſit inter alia Byzantinam hiſtoriam libris 11. excuſ. Græce & Latine Hieron. Wolphio interprete. Baſileæ 1562.

Nicolaus de Neapoli I. C. Eius commentarii ſuper 3. libris Codicis ſunt impreſſi.

Petrus de bella Pertica alias Parthica I. C. Pleraque eius ſcripta in iure, impreſſa ſunt Lugduni, Pariſiis, & Francoforti.

Petrus de Dacia, Aſtronomus præclarus, ſcripſit de cõputo: Calendarium: & tabularum ſuarum lib. 1.

Richardus de Senis Romanæ eccleſię Viceecancellarius: tertius eorum qui Sextum Decretalium iuſſu Bonifacii

Papæ octaui comportarunt: fertur nonnulla in iure ſcripſiſſe opuſcula.

Simeon Conſtantinopolitanus ludimagiſter, compoſuit Græce Metaphraſtas, id eſt, ſanctorum vitas, extant in Biblioth. Vaticana in Palatina: & Auguſtæ Vindelicorum. Et tomis 5. vitæ ſanctorum patrum XC. numero, excuſæ Venetiis in 8. an. 1556.

Anno Domini 1310. Henrico VII. Imper.

Gentilis Fulginas medicus. Eius in Auicennam commentaria duobus tomis impreſſa Papiæ: & alia opera medica Venetiis & Baſileæ.

Lampertinus de Ramponibus I. C. Scripſit ſuper codice, & quædam alia.

Raymundi Lullii Eremitæ, natione Maioracenſis, opera varia cum in theologia: tum in omni philoſophiæ genere: excuſa ſunt pleraque in ædibus Aſcenſianis Lutetiæ, variis temporibus: quædam etiam Argentorati: Lugduni an. 1517. Norinbergæ 1546. & Baſileæ per P. Pernam, anno 1572.

Richardus Malumbra Cremonenſis Iacobi de Arena quondam auditor. Scripſit ſuper codice, ſuper inſtitutis, ſuper ff.

Anno Domini 1320. Ludouico Bauaro Imper.

Guilhelmus de Cunio, natione Gallus I. C. Scripſit ſuper ff. veteri, ſuper cod. &c.

Guilhelmus Varignaua medicus. Eius opera medica ſunt impreſſa Lugduni, 1526. & Baſileæ 1545.

Matthæus Syluaticus medicus. Scripſit librum pandectarum medicinæ: excuſ. Venetiis 1489. & Taurini anno 1526.

Olradus de Laude Italus Dini Mugelani quondam auditor I. C. Scripſit conſiliorum Volumen. doctiſſ.

Petrus de Apono Patauinus. Eius opera medica & aſtronomica impreſſa ſunt Venetiis & Pariſiis.

Digitized by Google

Anno Domini 1330. Eod. Ludo. Bau. Imper.

Andreas Barbatias I. C. Bartoli aut æqualis aut antiquior. Eius lectura in Clementinarum compilationem eſt excuſa an. Dom. 1517. Pariſiis.

Cynus Piſtorienſis L. C. edidit multa in iure ciuili.

Ioannes Dank de Saxonia aſtrologus: Scripſit aſtronomica quædam.

Ioannes de Ligneriis aſtronomus. Scripſit Canones, tabulas. & de ſphæra.

Lanfrancus Mediolanenſis chirurgus tempore Philippi regis Gallorum. Eius chirurgica ſunt impreſſa Venet. an. 1499. & Lugd.

Stephanus de Prouincia I.C. Scripſit ſuper Clementinis, &c.

Anno Domini 1340. Eod. Ludouico Imp.

Bartholomæus de Oſſa Bergomenſis. Scripſit hiſtoriarum diuerſarum libros 16.

Bartholus de Saxo Ferrato I. C. natus eſt an. Do. 1309. obiit 1355. Scripſit commentarios ſuper totum ius ciuile, excuſ. Baſileæ, Pariſiis, Venetiis, & alibi.

Ephræm ſcriptor Græcus vitarum princip. Conſtantinop. Iambico carmine, quod opus in Bibl. Vaticana cernitur.

Ioannes Eſtuidi Anglicus, ſcripſit opus aſtrologicum, libris 2. qui ſunt impreſſi.

Nicolaus de Maturellis I. C. Scripſit ſuper cod. & ſuper ff.

Paulus de Liazariis Ioannis Andreæ Bononien. auditor, & Ioannis Calderini condiſcipulus V.I. peritiſſ. Scripſit ſuper Clementin. & in decretal. &c.

Petrus de Vbaldis I. C. patre natus eiuſdem nominis medico nobili Peruſino, Baldum & Angelum fratres habuit. Scripta eius in iure Canonico memorantur.

Thomas de Garbo Florentinus, Dini medici F. alias in an. 1311. collocatur. Scripſit ſummam medicinæ, & quædam alia in Galenum.

Anno Domini 1350. Carolo IV. Imper.

Ioannes E'igerus de Gonderſleuen Aſtronomus. Scripſit Aſtrolabica.

Maximus Planudes, monachus Conſtantinopolitanus ſcripſit multa quæ extant in Bibliothecis Vaticana Imperatoria, Palatina. Eius Anthologium ſiue florilegium, id eſt, epigrammata veterum Græcorum plurimorum in libros 7. digeſta, Aldus excudit Venetiis 1521. & Baſileæ Frobenius cum commentariis Brodęi 1549. item Wecheliani in fol. Comeliniani quoque in 4. ediderunt cum interpretatione Latina Eilardi Lubini.

Paulus de Peruſio I. C. Barlaami Calabri diſcipulus: Ioanni Bocacio contemporaneus. Scripſit phyſiologica & tropologica quæ ad fabulas poeticas pertinent.

Reinherus Foroliuienſis I. C. Bartholi de Saxoferrato præceptor: varia in Iure ciuili compoſuit. Eius commentarii ſuper ff. impreſ. Lugduni in folio, anno Dom. 1525.

Anno Domini 1360. Eod. Carolo IV. Imperat.

Guido de Cauliaco Galius chirurgus. Eius chirurgiæ tractatus impreſſi Venetiis an. 1499. & Lugduni an. 1572. in 8.

Lombardus Aſuicus. Extat eius dialogus de diſpoſitione ſuæ vitæ ad Fr. Petrarcham.

Anno Domini 1370. Eodem Carolo IV. Imper.

Benenenutus de Rambaldus Imolenſis. Eius libellus qui Auguſtalis dicitur de vitis Cæſarum, impreſſus eſt Argentinæ 1505. & Baſileæ cum operib. Franc. Petrarchæ.

Ioannes Bocatius Florentinus. Scripſit multa hiſtorica, & alia. Eius compendium in hiſtoriam Romanam editum Argentinæ anno 1535. De claris mulieribus liber impreſſ. Bernæ 1539. De genealogia deorum: item de montium, ſyluarum, fontium, lacuum, &c. nominibus liber excuſus Baſileæ anno Dom. 1532. Solummodo ſæpius editum eſt.

editur.

Digitized by Google

editurque etiamnum quotidie, opus fabuloſum, *Centum Nouellarum* titulo inſigne, patria lingua ſcriptum.

Anno Domini 1380. Venceslao Imp.

R. Moſche Kimhi Fil. R. Ioſeph & frater R. Dauid Kimhi. Eius Grammatica eſt excuſa Hebr. & Latine Baſileæ, & Romæ in 4. cum expoſitione Iudæi cuiuſdam Beniamin.

Anno Domini 1390. Eodem Venceslao Imperat.

Bartholomæus Salicetus I. C. Cuius lecturæ ſuper ff. veteri & Codice, plurium Iureconſultorũ adnotationibus illuſtratæ, in fol. Venetiis.

Anno Domini 1400. Ruperto Palatino Imperat.

Manuel Palæologus Imperator. Eius in Gallia peregrinantis ſermo apologeticus: de ſyllogiſmo. itemq; epiſtolæ ſeruantur Romæ in Vaticana, Græce. prodierunt vero ex Bibliotheca Sambuci præcepta eiuſdem educationis Regię ad Ioannem filium interprete Leunclauio Baſileæ 1578.

Nicolaus Nicolus patricius Florentinus Medicus: obiit an. 1412. Eius dicuntur nonnulla extare opuſcula, forte in Bibliotheca Florentiæ. quæ ipſius liberalitate inſtructiſſima extat ad D. Marci.

Anno Domini 1410. Sigiſmundo Imper.

Dionyſius de Burgo, S. ſepulchri Ordinis Eremitarum. Scripſit commentaria in aliquot autores hiſtoricos & poetas: & in Politicorum & Rhetoricorum libros.

Petrus de Ancharano V. I. peritus, Baldi Peruſini auditor. Eius ſuper Decretal. & Clemen. Impreſſ. Lugduni an. 1533. Conſilia. Venetiis in fol. an. 1568.

Raphael Cumanus alias Comenſis, I. C. diſcipulus Chriſtophori de Caſtiliano, clar. Pataui. Eius conſilia ſunt impreſſa.

Raphael Fulgoſus Placentinus V. I. D. Chriſtoph. de Caſtiliano Mediolanen. diſcipulus. Eius conſilia, & commentar. ſuper 2. ff. veteris impreſſa.

Theodericus à Niem. Eius hiſtoria integra de ſchiſmate, impreſſa eſt Baſileæ in folio apud Guarinum an. Dom. 1566. item Francfurti &c.

Anno Domini 1420. Eodem Sigiſmundo Imper.

Alexander de Imola I. C. Scripſit ſuper ius ciuile: conſilia: & alia impreſſa omnia, Venetiis in fol. 1571.

Angelus Peruſinus I. C. In totum ius ciuile ſuas lucubrationes edidit.

Baldus Peruſinus I. C. Scripſit commentarios ſuper totum corpus Iuris ciuilis: cuius lecturæ, editæ ſunt Venetiis 1572.

Gaſparinus Grammaticus, Eius vocabularium eſt impreſſum Venetiis 1554.

Iacobus Poggius hiſtoricus Florentinus, vide Poggius.

Leonardus Aretinus. Scripſit multa & varia, nempe: 1. Ad rationem ſtudiorum pertinentia: de exercitationis vſu & neceſſitate in quolibet genere literarum. 2. De vſu diſputationum. 3. Rhetorica. 4. Varia argumenti dialogos & epiſtolas. 5. Politica 6. Hiſtorica. 7. Ethica, & alia: quæ ſunt impreſſa Baſileæ, Pariſiis, Lugduni, Auguſtæ Vindelicorum, & Argentinæ.

Omnibonus Leonicenus Vicentinus. Eius opera oratoria, & in bonos autores commentaria, edita ſunt Venetiis & Baſileæ.

Petrus Creſcentinus, Senator Bononiæ. Scripſit de agricultura lib. 12 Excuſ. Baſileæ apud Henr. Petri 1538.

Petrus Maurocenus patritius Venetus. Scripſit ſuper 6. Decretalium.

Petrus Paulus Vergerius Iuſtinopolitanus I. C. Flor. in Concilio Conſtantienſi. Scripſit hiſtorica, de Carrarien. Mantua-

Digitized by Google

Mantuanis, laudes D. Hieronymi aduerſus Malateſtum: de ingenuis ac liberalibus ſtudiis, impreſſa Baſileæ 1541.

Philippus Corneus I. C. natus eſt anno Domini 1385. Profeſſus eſt annis circiter quinquaginta. Obiit anno ætatis 77. anno Domini 1462. Eius Commentar. & lecturæ in Ius ciuile, excuſ. Papiæ & Lugduni an. 1498. & 1570.

Poggius Florentinus. Scripſit hiſtoriam Florentinam: de officio Principis, & alia quæ ſunt impreſſa in Italia, & Baſileæ.

Anno Domini 1430. Eodem Sigiſmundo Imperatore.

Antonius Gaynerus Papien. Medicus. Eius tractatus de ægritudinib. variis impreſſi Lugduni. Liber de balneis Aquę ciuitatis, excuſus Venetiis cum aliorum ſcriptis de balneis.

Blondus Flauius Forliuien. Scripſit hiſtoriæ Romanæ libros complures, impreſſ. Baſileæ an. 1531.

Caietanus patria Vicentinus, Canonicus Patauinus. Scripſit in libros Phyſicos.

Dominicus de S. Geminiano I. C. Scripſit in Iure Canonico, impreſſa Venetiis & Lugduni in folio annis 1541. & 1578.

Florianus de S. Petro. Scripſit Iuridica. Super tit. de le. liber impreſſus.

Hugo Senenſis. Eius opera medica omnia ſimul ſunt excuſa in Italia: quædam ſeorſim Venetiis, Papiæ, & Ferrariæ.

Iacobus Aluarotus I. C. obiit anno ætatis ſuæ 68. an. Do. 1453. Eius commentaria ſuper Feudis, impreſſa ſunt Francoforti an. 1570. in fol.

Iacobus Forliuienſis Medicus. Cuius opera medica ſunt impreſſa alia Venetiis, alia Papiæ, annis 1490. & 1518.

Ioannes de Concoregio Mediolanen. Medicus. Cuius ſummula de curis febrium, impreſſa Venetiis 1501.

Ioannes de Imola I. C. Eius libri in Iure Canonico potiſſimum impreſſi ſunt Venetiis, & Bononiæ in fol.

Ioannes de Marliano Philoſoph. Scripſit de reactione, de antiperiſtaſi, de caliditate corporum, & alia complura.

Ludouicus Pontanus de Roma I. C. Eius conſilia impreſſa in folio Francoforti.

Nicolaus Siculus, Abbas Monacenſ. dictus de Tudeſchis Archiepiſcopus Panormitanus I. C. Eius opera in Iure, & de conciliorum autoritate, impreſſa Lugduni, anno Dom. 1517. & 1527.

Paulus de Caſtro I. C. celeberrimus. Cuius conſilia ſunt impreſſa Venetiis, anno 1571. in folio, & Francoforti, anno 1582.

Sanctes de Arduinis Medicus. Eius opus de venenis editum Baſileæ à P. Perna.

Anno Domini 1440. Friderico III. Auſtriaco Imperatore.

Franciſcus Mataracius Peruſinus, claruit ſub Friderico III. Imp. Scripſit epiſtolas, epigrammata: de componendis verſibus, excuſ. Noribergæ 1520. Et Arithmeticam, editam in Italia.

Horatius Romanus. Hic primus Homeri Iliadem in Latinam linguam tranſtulit.

Ioannes Blanchinus Aſtronomus, ſub Friderico III. Imperatore. Eius tabulæ Aſtronomicæ impreſſæ Venetiis, 1526.

Laurentius Valla Patricius Romanus, ſcripſit multa, Grammatica, Dialectica, Rhetorica, Politica, Hiſtorica, Theologica, hinc inde à diuerſis excuſa. Cuius opera in vnum volumen collecta impreſſa ſunt (non omnia tamen) Baſileæ apud Henricum Petri, an. 1540.

Moguntiæ ars imprimendi libros inuenta.

Nicolaus Saguntinus ſub Eugenio IV. Pont. Rom. Scripſit de Scythis, teſte Ænea Syluio, in deſcriptione Aſiæ cap. 29. N. an. ext.

Q. Æmilianus Cimbriacus, Poëta, Friderici III. Imper. tempo-

Digitized by Google

tempore. Eius carmen ad Cupidinem, impreſſum eſt Taruiſii, an. Do. 1492. Et Epicedion in Fridericum III. Imperatorem, excuſum Argentinæ, an. Do. 1514.

Anno Domini 1450. Eodem Friderico III. Imperatore.

Albertus Florentinus, ſub Nicolao V. Pont. Rom. vide Albertus Leo: idem enim eſt.

Albertus Leo : vide Leo Baptiſta Alb. idem enim eſt.

Alemannus Rhinuccihus Florentinus, tranſtulit quædam ex Græco in Latin. ſermonem Philoſtrati & Plutarchi, excuſa Venetiis & Coloniæ.

Antonius Caniſianus, pars ſermonum Camaldulenſium quos deſcripſit Chriſtophorus Landinus.

Bartholomæus Facius Genuen. ſub Nicolao V. Pontif. Rom. Eius libri Hiſtorici & Ethici, de vitæ felicitate, & hominis excellentia, excuſi ſunt Lugduni apud Gryphium, in Italia & Baſileæ.

Donatus Acciaiolus, Ciuis Florentinus. Conuertit vitas Plutarchi aliquot : & deſcripſit vitam Caroli Magni, quæ Plutarchi vitis iungitur. Etiam Commentarios reliquit in Ethica & Politica Ariſtotelis, excuſa omnia Florentiæ, Pariſiis & Venetiis.

Franciſcus Barbarus Venetus Philoſoph. clarus, & ſummus Orator. Scripſit epiſtolarum libros 16. Et de re vxoria libros 2. excuſos Antuerpiæ & Hagenoæ.

Georgius Caſtellanus ſub Nicolao V. Pont. interpres operum Græcorum. Raph. Vola.

Georgius Valla Placentinus. Scripſit multa opera præclara, in Philoſophia, excuſa Baſileæ, Argentorati: & in Medicina, impreſſa ibidem & Venetiis.

Laurentius Medices, pars ſermonum Camaldulenſium, quos deſcripſit Chriſtophorus Landinus: Eius extat epiſtola lib. 10. epiſtolarum Angeli Politiani.

Leo Baptiſta de Albertis Florentinus. Scripſit de cauſis Senatoriis, excuſ. Baſileæ. Momum impreſſ. Romæ.

De Pictura, Architectura, & de Naui, impreſſ. Argentinæ. De commodis & incommodis literarum, Apologos centum, excuſ. in Italia.

Marcus Parenthius, pars ſermonum Camaldulenſium, quos deſcripſit Chriſtoph. Landinus.

Petrus Candidus December, ſub Nicolao V. Tranſtulit quædam è Græca lingua in Latinum. Scripſit vitam Philippi Vicecomitis. Eius de genitura hominis liber impreſſus olim Romæ.

Petrus de Vnzola I. C. ciuis Bononienſis collocatur à Trittemio inter huius temporis ſcriptores. Eius lectura & practica artis Notariatus, excuſa Lugduni 1558.

Anno Domini 1460. Eodem Friderico III. Imperatore.

Albertus de Eybe, Pii II. Pont. Cubicularius. Scripſit de re vxoria Epiſtolarum librum, Margaritam poëticam: impreſſ. Baſileæ anno 1495.

Angelus Decembrius, Mediolanen. ſub Pio II. Pont. Ro. Eius politiæ literariæ lib. 7. multiiuga eruditione referti, editi ſunt Auguſtæ Vindelicorum an. 1548.

Franciſcus de Accoltis Aretinus, ſub Pio II. Scripſit ſuper totum ius ciuile, opus excuſum.

Galeottus Martius Narnien. ſub Matthia Coruino Pannonum Rege. Scripſit de incognitis vulgo. De homine, impreſſ. Baſileæ apud Froben. De doctrina promiſcua librum, varia multipliciq; doctrina refertum, excuſ. Florent. 1548. in 8.

Guarinus Veronenſis. Scripſit tractatus Ethicos, Grammaticos, Poëticos, excuſ. Norimbergæ & Mediolani. Item vitas Homeri, Platonis, Euagoræ, Ariſtotelis, quæ impreſſæ ſunt Lugduni.

Ioannes Iouianus Pontanus, obiit an. 1503. Scripſit 1. Varia in dialogis. 2. Aſtronomica. 3. Phyſica. 4. Ruſtica. 5. Ethica. 6. Politica. 7. Hiſtorica, quæ omnia Venetiis impreſſa primum ſunt apud Aldum, & Baſileæ, tribus tomis, ſoluti

Digitized by Google

ſoluti ſermonis ſcripta:& poëmata ſeorſim.

Nicolaus de Cuſa Epiſcopus Brixienſis. Scripſit & Philoſophica varia: & Geometrica,& Theologica opera,impreſſa Pariſiis apud Aſcenſium anno Do.1514.& Baſileæ in officina Henricpetrina.

Nicolaus Valla,ſub Pio II. Pont. Rom. Præter translationes Homeri & Heſiodi ſcripſit epiſtolas duas carmine: nomine Romæ & Conſtantinopolis vrbium ſororum, excuſas Romæ.

Rolandus Capelutus Medicus. Scripſit de curatione peſtiferorum apoſtematum excuſ. in Italia.

Theodorus Gaza Theſſalonicenſis, obiit anno Domini 1478. Scripſit Grammaticam Græcam: & de menſib. Atticis,& multa è Græca in Lat. linguam tranſtulit,excuſ. Baſileæ,Coloniæ & Pariſiis.

Anno Domini 1470.

Andreas Brentius Patauinus. Hippocratis quædam Latina fecit,& epiſtolam ſcripſit excuſ. Venetiis 1497.

Bartholomæus Cepolla I C. Veronenſis. Eius ſcripta in iure ciuili ſunt impreſſa Lugduni in 4. & 8. & Venetiis anno 1550.

Domicius Calderinus Veronenſis. Eius Commentarii in Statium, Martialem, & alios Poëtas excuſi Baſileæ & Mediolani.

Eberhardus Schluſinger Medicus Tigurinus. Scripſit de ſtellis comatis, & aduerſus calumniatores Aſtrologorum, excuſ. Noribergæ in 4. anno 1539.

Georgius de Purbach. Scripſit multa opera Aſtronomica,excuſa Wittenbergæ, Lipſiæ,Ingolſtadii, Norimbergæ & Viennæ.

Iacobus Zenus patritius Venet. Scripſit de geſtis ſummorum Pontificum, lib. 1.

Ioannes Dlugoz, Polonicarum rerum ſcriptor clariſſ. diem obiit an. Dom. 1480. Funck.

Ioannes Regiomontanus Aſtronomus inſignis, Romæ

moritur anno 1476. Eius opera Aſtronomica potiſſimum & Geometrica, & alia ſunt excuſa Norimbergæ, Venetiis, Baſileæ.

Marius Philelfus, Franciſci Philelfi filius, Eques auratus, & Poëta Laureatus. obiit an. 1480. Scripſit de arte Rhetorica, orationes, epiſtolas, &c.

Nicolaus Perottus, Epiſcopus Sipontinus. Eius Cornucopiæ ſeu Latinæ linguæ Commentarii, excuſi Venetiis apud Aldum, & Baſileæ.

Philippus Cominæus, Hiſtoricus eximius. Cuius hiſtoria rerum geſtarum ſub Ludouico XI. Rege : & Carolo VIII. Gallicè, Latinè, & Germanicè eſt excuſa, Pariſiis & Argentinæ.

Anno Domini 1480. Eodem Friderico III. Imperatore.

Alexander ab Alexandro Neapolitanus. Eius genialium dierum libri 6. ſunt excuſi Pariſiis an. 1532. & nuper Francfurti apud Wechelianos.

Antonius Codrus Vrceus. Eius opera varii argumenti, excuſa ſunt Baſileæ & Venetiis, an. Do. 1506 & 1540.

Baptiſta de S. Blaſio de Padua; in vtroq; iure peritiſſimus: Scripſit plura in V. I.

Bartholomæus Ariſtophilus poſt Platinam, Bibliothecæ Pontificis Sixti præfectus : cuius extat oratio & verſus heroici ſuper funere ipſius Platinæ : impreſſa in fine operum Platinæ de vitis Pontificum.

Benedictus Capra I. C. Scripſit ſuper decretalib. Conſilia, & quædam alia.

Chriſtoph. Palmenſis. Scripſit diſticha excuſa Baſileæ.

Franciſcus Philelphus octogenarius Florentiæ moritur. Scripſit carmine & oratione ſoluta multa, nempe Varia: Poëtica: Ethica: Oeconomica: Politica: Hiſtorica, quæ ſunt impreſſa à diuerſis, Baſileæ, Hagenoæ, Pariſiis, &c.

Georgius Merula Alexandrinus, obiit anno Do. 1494. Scripſit de geſtis Ducum Mediolanenſ. excuſ. Romæ. In

Poëtas,

Google

Poëtas, in Ciceronem commentarios, & priſcarum vocum enarrationes, omnia excuſa Baſileæ & Venetiis.

Georgius Trapezuntius Peripateticus eruditiſſimus, in extrema ſenecta oblitus omninò literarum, Romæ deceſſit an. Do. 1484. Scripſit Rhetorica, Dialectica, pro Ariſtotele contra Platonem: Aſtrologica: & alia, excuſa Venetiis, Coloniæ, Argentorati, Baſileæ.

Hubertinus Creſcetinas. Scripſit Commentaria in Ciceronem, Ouidium: epiſtolas, & carmina, impreſſa Venetiis an. Do. 1491.

Iacobus Purliliarum Comes. Scripſit de liberorum educatione: & de re militari: impreſſa Baſileæ an. 1537. & 1541.

Ioannes Camerarius de Dalburg, Epiſc. Wormacienſ. ſub Innocentio VIII. Papa. Scripſit Carmina & Orationes.

Ioannes Campegius Bononienſis I.C Scripſit Conſilia, cum aliis multis.

Ioannes Maria Riminaldus Ferrarienſ. Imolæ auditor I.C. obiit an. Do 1496. ætatis ſuæ 63. Eius conciliorum volumen, primum, ſecundum, & tertium, excuſ. in fol. Venetiis 1579.

Iulius Pomponius Sabinus. Eius in opera Virgilii, commentarii impreſſi Baſileæ an. Do. 1544.

Iunianus Maius Parthenopæus Neapolitanus. Eius Dictionarium priſcorum verborum, eſt impreſſum Taruiſiæ an. Do. 1477.

Leodriſius Cribellus. Scripſit Sfortiæ & Franciſci filii hiſtoriam, vt refert Paulus Iouius.

Ludouicus Odaxius. Eius epiſtolæ binæ lib. 3. epiſtolarum Politiani extant.

Nicolaus Dathus Auguſtini Dathi filius. Scripſit de laudibus eloquentiæ: & de vita patris ſui librum: qui operibus Auguſtini Dathi eſt præfixus.

Octauius Cleophilus Phanenſis Poëta: obiit anno vitæ 43. an. Do. 1490. Carmina eius venuſtiſſima ſunt impreſſa Baſileæ & Romæ.

Philip. Decius Mediolan. I.C. profeſſus eſt annos circi-

ter 63. mortuus Senis anno Domini 1535. Reliquit in vtroque iure ſcripta doctiſſima, quæ ſunt impreſſa Lugduni, Venetiis aut Coloniæ.

Pomponius Lætus, Laurentium Vallam audiuit, & claruit ſub Xiſto Pontifice. Sabellicus in eius vita. Scripſit Romana, politica & hiſtorica impreſſa Moguntię, Baſileæ, Argentorati: & in 8. apud Henr. Stephanum.

Venceslaus Brak barbarus. Cuius vocabularius impreſſus olim in Germania.

Anno Domini 1490. Maximiliano I. Imperatore.

Ægidius Nettelet ſub Maximiliano rege, edidit opus epiſtolarum ex S. Hieronymi epiſtolis collectum.

Albertus de Bruſa Polonus. Scripſit Aſtronomica quædam.

Angelus Politianus ſcripſit multa ſoluta & ligata oratione: Vtpote epiſtolas, Miſcellanea: Dialectica: Poëtica: Ruſtica: Ethica: Politica: Hiſtorica. Has eius lucubrationes Aldus primum Venetiis excudit, poſt Aſcenſius Pariſiis an. 1519. Libellus de coniuratione Pacciana, contra Laurentium & Iulianum Medices, ſeparatim editus eſt Florentiæ.

Antonius Gazius Medicus. Eius de ſanitate tuenda libellus excuſus eſt Lugduni anno 1514. & alter de purgationibus Baſileæ an. 1541.

Baptiſta Cinatorius I. C. Scripſit pauca in iure.

Baptiſta Guarinus Veronenſis. Scripſit ad rationem ſtudiorum pertinentia: in aliquot Poëtas commentaria: epiſtolas & orationes. Eius liber de modo & ordine docendi ac diſſerendi, excuſus eſt Heidelbergæ an. 1489.

Bartholomæus Colonienſis. Eius dialogus mythologicus excuſ. Tubingæ an. 1514.

Bouslaus de Haſſenſtein, Baro Boëmicus. Eius farrago poëmatum: & hortatio ad Chriſtianos Reges, de mouendo in Turcas bello, impreſſa ſunt Pragæ anno 1570. & Lipſiæ.

Caro-

Digitized by Google

Carolus Verardus. Eius liber de expugnatione regni Granatę, excuſ. Baſileæ: & hiſtoria Bætica eiuſdem extat apud Raphaëlem Riarium.

Chriſtianus Molitor ex Clagenfurt Aſtrologus: obiit an. 1495.

Chriſtophorus Landinus Florentinus. Scripſit commentar. in Vergilium & Horatium. Camaldulenſes diſputationes, de ſummo hominis bono: de vita actiua & contemplatiua: in allegorias Vergilii: excuſ. Venetiis & Argentinæ.

Conradus Leontorius vulgo de Leonbergo Monachus Mulbronenſis. Eius Commentarii in Mantuanum ſunt excuſi Pariſiis. Epiſtolæ, orationes & carmina, N. vbi ext.

Darius Tibertus Poëta abbreuiator vitarum Plutarchi. Cuius epitome excuſa Baſileæ, Ferrariæ, & Pariſiis, anno 15.7.

Dominicus de Flandria. Eius quæſtiones logicæ & phyſicæ in Ariſtotelem excuſæ ſunt Venetiis, anno 1496. & 1503.

Donatus Boſſius Mediolanenſis. Scripſit Chronicon. Item de Epiſcopis & Archiepiſcopis Mediolanenſ. volumen impreſſum Mediolani an. 1492.

Engelhardus Funck, Francus Orientalis de Suobach. Eius carmina varia.

Eytelwolfus de Lapide nobilis Sueuus Scripſit de laudibus heroum.

Gabriël Zerbus Veronenſis Medicus. Eius anatome & alia quædam medica ſcripta excuſa ſunt Marpurgi & Lugduni.

Gellius Bernardinus Marmita Parmenſis. Eius commentaria in tragœdias Senecæ excuſ. Pariſ. an. 1498.

Hartmannus Scedel Nurebergenſis. Scripſit hiſtorias temporum excuſas Norimbergæ in regali cum variis imaginibus.

Haryngus Siffridi Sinnama de Hagis Phryſiæ oriundus, qui vulgo Hermannus appellatur. Scripſit ſuper libros Iuris.

Helias Reginer I.C. Scripſit caſus decretal. & Clementinar.

Henric. Eutycus Medicus, ſcripſit carmina varia doctiſſ.

Henricus Northeimenſis. Scripſit diometromachiam: & de conflictu virtutum & vitiorum.

Hermolaus Barbarus Patricius Venetus. Scripſit multa in omni Philoſophia, Epiſtolas, Orationes: Dialectica: Rhetorica: Geometrica: Aſtronomica: Phyſica: Ethica: Oeconomica: Hiſtorica: excuſa Venetiis & Baſileæ.

Hieronymus Balbus. Eius lucubrationes quæ ſunt Rhetoricæ, Politicæ, Poëticæ, & Hiſtoricæ, impreſſæ ſunt Lugduni & Romæ.

Hieronymus Donatus Patritius Venetus, ſcripſit epiſtolas, orationes, & alia.

Iacobus Philippus Bergomenſis. Eius ſupplementum Chronicorum excuſum eſt Pariſiis. Scripſit etiam de præclaris mulieribus.

Iacobus Sprenger. Eius malleus maleficarum ſæpius eſt impreſſus.

Iaſon de Maino Patricius Mediolanen. I.C. qui obiit an. 1519. Eius Commentaria in ius ciuile excuſa Venetiis anno 1568. Alia eius varia ſcripta in iure impreſſa Lugduni & Papiæ.

Ioannes Britannicus. Eius in aliquot Poëtas commentarii ſunt impreſſi, Lugduni, Venetiis & Baſileæ.

Ioannes Langer de Bolkenhan Vratislauien. edidit quædam.

Ioannes Lucilius Santritter Germanus, de fonte ſalutis: vulgo dictus Heilbrunnen.

Scripſit tractatus duos, Aſtronomicum & Aſtrologicum, excuſ. Venetiis.

Lilius Ægidius Libellius Tifernas Raphaëlis Volaterrani Præceptor. Tranſtulit quædam, Latinè.

Ludouicus Brunus I.C. Scripſit carmine doctiſſ. coronationem Maximiliani Regis.

M. Antonius Coccius Sabellicus. Scripſit potiſſimum opera

opera hiſtorica, quæ ſunt impreſſa Venetiis, Pariſiis & Baſil.

Marſilius Ficinus Florentinus Platonicus Theologus, ſcripſit multa præclara opuſcula, ſeorſim & ſimul excuſa locis diuerſis, Venetiis, Baſileæ, & Florentiæ. Eius opera referri poſſunt 1. ad Varia. 2. ad Aſtronomica. 3. ad Phyſica. 4. Metaphyſica: in Platonem. 5. ad Magica. 6. ad Ethica.

Nicaſius de Vœrda Mechlinien. cœcus, vtriuſq; Iuris eruditiſſ. Eius lectura arborum trium conſanguinitatis, affinitatis, & cognationis ſpiritualis impreſſa eſt in 4. & ſuper Inſtitutionum libri 4. Lipſiæ an. 1541.

Nicolaus Leonicenus clar. ſub Ludouico Sfortia. Eius opera medica impreſſa ſunt Baſileæ, Lugduni, & Venetiis. Extant etiam eius epiſtolæ doctæ & elegantes.

Petr. Bonomus ſcripſit epigrammata & epiſtolas plures.

Petrus Pintor Alexandri VI. Pont. medicus, natione Hiſpanus. Scripſit de epidemia lib. 1. N. an. extet.

Philippus Callimachus Italus Florentinus, Regis Poloniæ Secretarius. Scripſit hiſtorica. Eius liber de geſtis Attilæ regis impii, excuſus Hagenoæ 1531.

Ponticus Virmius, alias Virunius, patria Taruiſinus. Philoſophus eruditiſſ. claruit ſub Ludouico Sfortia. Scripſit varia. Eius hiſtoriæ Britannicæ lib. 6. excuſi ſunt Auguſtæ, anno 1534. & 1542.

Raphaël Regius Italus. Eius ſcripta in Ouidium, Homerum, Quintilianum impreſſa ſunt Baſileæ, Venetiis, & Lugduni: alia Oratoria.

Rupertus Gaguinus. Scripſit Chronicon, excuſum, & de metris, impreſſ. Phorcæ, an 1505.

Sebaſtianus Titio, aliâs Brand, Argentinenſis. Scripſit Iuridica, Hiſtorica, Politica, Poetica, &c. impreſſa Baſileæ & Pariſiis.

Sebaſt. Murtho Colmarienſ. ſcripſit de reb. Germanicis.

Theodoricus Vlſenius. Scripſit carmina. Et de pharmacandi ratione libros 2. Norimbergæ impreſſos, an. 1496.

Thomas Bricotus. Scripſit in Logicam Hiſpani & Phyſicam Ariſtotelis: excuſa Lugduni & Pariſiis.

Hactenus VETERES CLASSICI AVTORES: Quibus plures extantes, iam intermiſſi, deinceps explorato eorum quo vixerunt tempore, ſucceſſiuè inſeri & addi poſſunt.

Sequuntur RECENTIORES, *quorum omnium quædam opera literaria extant: impreſſa diuerſis locis. De quibus vide* BIBLIOTHECAS

Cùm ALPHABETICAS, Conradi Geſneri, Ioſiæ Simleri, Antonii Verderii, Antonii Donii Florentini: Franciſci de Crucecenomana, Angeli Rochenſ. Antonii Senen. Sixti Senenſ. Ioannis Mariæ Tuſcani, Ioannis Feterii Pedemontani, Zanachii & cæterorum.

Tùm METHODICAS,
In IVRE *Ioannis Wolphgangi Freymonii.*
In MEDICINA *Gaſparis Wolphii.*

Digitized by Google

RECENTIORES AVTORES IN PHILOSOPHIA.

Anno Domini 1500. Eodem Maximilian I. Imperatore.

ADrianus Cardinalis.
Ambroſius Calepinus.
Bartholomæus Cocles Bononienſis Phyſionomus.
Bartholomæus Merula Mantuanus.
Bartholomæus Veſputius Florentinus.
Cælius Calcagninus ſub Leone X. Papa & Iulio II. Philologus.
Camillus Leonardus Piſaurenſis Phyſicus.
Diomedes Guidalotus.
Felix Petančius.
Franciſcus Maturantius Peruſinus.
Guilhelmus Copus Baſilienſis Medicus, claruit Pariſiis ſub Ludouico XII. rege.
Ianus Parrhaſius Criticus.
Ioannes Cuſpinianus Hiſtoricus, D. Maximiliani Auguſti Orator.
Ioannes Franciſcus Picus Mirandulæ Dominus, Poëta.
Ioannes Maria Cataneus Philologus.
Ioannes Muntz ex Plabeirn.
Ioannes Nauclerus, Hiſtoricus.
Laurentius Laurentianus Florentinus Medicus.
Marcus Muſurus Cretenſis Grammaticus.
Michaël Ricius Neapolitanus Hiſtoricus.
Pandulphus Collenutius I. C. ſub Maximiliano primo Cæſare, Hiſtoricus.

Digitized by Google

Paulus Malleolus Andelatenſis.
Petrus Ciruellus.
Petrus Crinitus Philologus & Poëta.
Petrus Fauſtus Andrelinus Foroliuienſis, Poëta Laureatus.
Raphaël Volaterranus Hiſtoricus & Philologus.
Richardus Bartholinus Peruſinus ſub Maximiliano Auguſto, Poëta.
Thomas Plonatatius I. C.
Zacharias Lilius Vicentinus.
Zenobius Acciaiolus Florentinus, Philologus.

Anno Domini 1510. Eodem Maximiliano I. Imperatore.

Antonius Thyleſius Philologus & Poëta.
Eraſmus Stella Hiſtoricus.
Franciſcus Irenicus Hiſtoricus.
Franciſcus Sirigattus ſub Leone X. Pont.
Henricus Bebelius Philologus ac Poëta.
Henricus Penia.
Ianus Damianus ſub Leone X. Poëta.
Lucius Ioannes Scoppa Criticus.
Ludouicus Cœlius Rhodiginus Critico-Philologus.
Marius Salomonius Albertiſcus Iuriſconſult. ſub Leone X. iam ſenex.
Martinus Polichius.
Paulus Soncinas.
Petrus Ægidius Antuerpianus Poëta.
Petrus Martyr ab Anglia Mediolanenſis, Orator & Hiſtoricus.
Petrus Pomponatius, Phyſicus.
Petrus Tataretus Pariſienſis, Medicus.
Philippus Beroaldus Bononienſis Philologus.

Anno

Digitized by Google

Anno Domini 1520. Carolo V. Imperatore.

Abraham de Balmis.
Auguſtinus Niphus, Philoſophus.
Chriſtophorus Hegendorphinus, Grammaticus.
Cuthebertus Tonſtallus Philologus.
Elias Leuita Iudæus, Hebr. Linguæ Grammaticus doctiſſimus, obiit an. Dom. 1544.
Franciſcus Lucius Durantinus.
Franciſcus Maſſarius Venetus, claruit ſub Ioanne Rege, Medicus.
Franciſcus Patricius Senenſis Philologus, videtur quibuſdam eſſe idem, qui ſupra Franciſcus Lucius Durantinus dictus.
Franciſcus Valeſius Galliarum Rex ab anno Do. 1515. Sol Doctorum.
Georgius Sauromanus Eques Germanus, Oratorculus.
Gerardus Liſtrius Rhœnenſis Poëta.
Guilhelmus Budæus, omnia.
Henricus Glareanus, Philologus.
Iacobus Fontanus ſub Adriano VI.
Iacobus Locher Philomuſus, Poëta.
Iacobus Picolominus Cardinalis, Philologus.
Iacobus Spiegel, I. C. atq; Orator.
Ioannes Camers, Philologus.
Ioannes Dantiſcus, Theologus ac Poëta.
Ioannes Ludouicus Viues, Philologus.
Ioannes Murmelius Grammaticus ac Poëta.
Laurentius Abſtemius.
Leonardus Legius Medicus.
Marcellus Vergilius, Secretarius Florentinus.
M. Hieronymus Vida Cremonenſis Poëta, ſub Leone X. Pont. Rom. & Clemente VII.
Michaël Tarchaniota Marullus Conſtantinopolit. Poëta.
Nicolaus Iudecus Venetus à Sepulueda, Clementi VII. commendatus.

Nicolaus Leonicus Thomæus, Mathematicus.

Ottomarus Luſcinius Argentoratenſis Grammaticus.

Paulus Æmilius Veronenſis Hiſtoricus, obiit anno Domini 1529.

Petrus Bembus Hiſtoricus ac Poëta.

Petrus Curſius ciuis Romanus Poëta.

Petrus Moſellanus Germanus Philologus.

Stephanus Niger Mediolanenſ. Philologus.

Thomas Linacer Anglus, ſub Henrico VIII. Angliæ rege. Ab hoc ſunt multa Latinè linguæ myſteria oſtenſa, & ſine impietate prodita. Viues.

Thomas Morus Anglus ab Henrico VIII. Anglorum rege, capitis damnatus, anno Do. 1535. Philologus & Poëta

Anno Domini 1530. Eodem Carolo V. Imperatore.

Achilles Pyrminius Gaſſarus, Medicus & Philologus.

Adrianus Barlandus Hiſtoricus.

Ægydius Tſchudus.

Andreas Alciatus Mediolanenſis I. C.

Bartholomæus Riccius.

Beatus Rhenanus Criticus & Hiſtoricus.

Bernardinus Iuſtinianus Hiſtoricus.

Bernardinus Rutilius Philologus.

Chriſtiernus Morſianus Danus Medicus.

Cynthius Ioan. Baptiſta Gyraldus Ferrarienſis Poëta.

Dominicus Floccus Florentinus, author libelli de ſacerdd. Rom. Lucio Feneſtellæ aſcripti.

Eberhardus Tappius Grammaticus.

Franciſcus Floridus Sabinus, Philologus ac Criticus.

Galeacius Capella Hiſtoricus.

Georgius Macropædius Germanus, Grammaticus.

Georgius Sabinus Brandeburgenſis Poëta.

Gerardus Bucoldianus.

Gregorius Haloander I. C.

Guilhelmus Puteanus Medicus Gallus.

ſuybertus Longolius Vtricenſis.
lieronymus Cantalupus Mantuanus.
Hieronymus Rupeus.
Iuldrychus ſeu Vdalricus Zaſius, I. C. ac Philologus, obiit anno Do. 1535.
acobus Bracellus Genuenſis Hiſtoricus.
acobus Gislenus Thalaſſius.
acobus Omphalius I. C.
acobus Zonicius Bredanus.
aſon Pratenſis Zelandus Medicus.
oachimus Camerarius Philologus.
oachimus Fortius Ringelbergius Philologus.
oannes Cæſarius Grammaticus ac Poëta.
oannes Carion Hiſtoricus.
oannes Chryſoſtomus Zanchus Orator.
oannes Fernelius Medicus.
oannes Ferrarius Montanus I. C.
oannes Fichardus Francofortenſis I. C. ac Philologus.
oannes Froſchius.
oannes Geneſius Sepulueda, ſub Clemente VII. Pont. Ro. Ariſtotelicus.
oannes Huttichius Antiquarius.
oannes Ludouicus Braſſicanus Philologus.
oannes Mezletus.
oannes Pelliſon.
ulius Camillus Poëta.
unius Rabirius Philologus.
Lazarus Bayſius nomine Franciſci Gallorum Regis apud Venetos legatus, Antiquarius.
Lucas Gauricus Neapolitanus, in Mathematicis doctiſſ.
Marcellus Palingenius, ſtellatus Poëta, floruit tempore Herculis II. Eſtenſis Ferrariæ Ducis.
M. Fabius Caluus, Rauennas, ſub Clemente VII.
Marinus Barletius Hiſtoricus.
Nicolaus Beraldus Aurelii Hiſtoricus.
Nicolaus Borbonius Vandoperanus, Poëta.

Nicolaus Clenardus Grammaticus.
Orontius Fineus Delphinas Mathematicus.
Paulus Belmiſſerus Phyſicus, ſub Clemente VII. Pontif. Rom.
Paulus Conſtantinus Phrygio Hiſtoricus.
Paulus Iouius Comenſis Hiſtoricus.
Petrus Appianus dictus Benewiz.
Petrus Gyllius Gallus Hiſtoricus.
Reinardus Lorichius Hadamarius, Grammaticus.
Salmonius Macrinus, Gallus, Cubicularius Regis Franciſci, Poëta.
Sebaſtianus Corradus, Philologus.
Simon Broſſerius.
Stephanus Aquæus Bituricenſis Criticus.
Stephanus Doletus Gallus, Grammaticus.
Theophraſtus Bombaſt ex Hohenheim, poſtea Paracelſus dictus, natione Germanus: nouæ Medicinæ autor: contra quam ſcripſit Thomas Eraſtus.
Thomas Venatorius.
Valerandus Machecrier.
Victor Piſanus.
Vicentius Obſopæus, Poëta ac Philologus.
Vitus Amerbachius, Grammaticus.
Vitus Winshemius.

Anno Domini 1540. Eodem Carolo V. Imperatore.

Adrianus Iunius Hornanus, Medicus, Poëta, Criticus.
Æmilius Ferretus I.C.
Andreas à Lacuna, Medicus.
Andreas Turinus, Pauli III. Pont. Medicus.
Andreas Veſalius Bruxellenſis, Chirurgus.
Antonius Goueanus Luſitanus, Philologus ac Iuriſconſultus.
Antonius Muſa Braſauolus, Medicus Ferrarienſis.

Aonius

Digitized by Google

Aonius Palearius Verulanus, Poëta & Philologus, ſub Ferdinando Rege Romanorum: hic autor commendatur à Iacobo Sadoleto.
Arnoldus Peraxilus Arlenius, Philologus.
Auguſtinus Gadaldinus Mutinenſis.
Bartholomæus Argenterius, Medicus Italus.
Baſſianus Landus, Medicus & Criticus.
Bernardinus Donatus.
Bonauentura Caſtillioneus, Hiſtoricus.
Cælius Secundus Curio Italus, Philologus.
Chriſtianus Herlinus.
Conradus Geſnerus, Medicus & Philoſophus, Tigurinus.
Diedus Hurtadus à Mendozza, Cæſ. Maieſt. apud Venetos Legatus.
Franciſcus Maurolicus Meſſanenſis Siculus, Phyſicus.
Franciſcus Valleriola Medicus.
Gabriel Humelbergius, Rauenſpurgenſ. Medicus.
Georgius Ioachimus Rheticus, Mathematicus.
Gemma Phryſius, Mathematicus & Medicus.
Gerardus Geldenhaurius, Nouiomagus, Grammaticus.
Gualtherus Hermenius Riffus, Medicus graui cenſura notatus à Geſnero.
Guilhelmus Dorotheus Venetus.
Guilhelmus Gnapheus, Poëta.
Hieronymus Cardanus Mediolanenſis, Medicus.
Hieronymus Fracaſtorius, Medicus & Poëta.
Hieronymus Gemuſæus, Medicus.
Hieronymus Gunzius.
Hieronymus Tragus, Medicus.
Hieronymus Wildenbergius Aurimontanus.
Hubertus Thomas Leodius, Hiſtoricus.
H. Mutius, Hiſtoricus.
Ianus Cornarius, Medicus ac Philologus.
Iacobus Lebetius Ferrarienſis.
Iacobus Ludouicus Strebæus Remenſis Gallus.

Iacobus Mantinus Medicus Iudæus.
Iacobus Micyllus Argentoratenſis Poëta ac Philologus.
Iacobus Milichius Mathematicus.
Iacobus Rueffus Chirurgus.
Iacobus Schegkius Philoſophus.
Iacobus Syluius Ambianus Medicus.
Iacobus Tuſanus, Græcæ linguæ Profeſſor Pariſienſis.
Ioachimus Mynſinger Dentatus à Frundeck, I.C. & Poëta.
Ioannes Boëmus Aubanus Antiquarius.
Ioannes Dryander Mathematicus.
Ioannes Ferrerius Pedemontanus.
Ioannes Franciſcus Branchaleon, ſub Paulo III. Pontifice Romano.
Ioannes Friſius Tigurinus, Rapſodus.
Ioannes Godſcalcus.
Ioannes Guinterius Andernacus Medicus.
Ioannes Hartungus Philologus.
Ioannes Herold Acropolita Orator.
Ioannes Monhemius Phyſicus.
Ioannes Oldendorpius I.C.
Ioannes Sturmius, natione Belga, Argentinenſ. Scholæ & Academiæ Rector perpetuus: Eloquentiæ Doctor ſingularis: Scripſit ſtylo eleganti, multa & varia, quæ pleraque ſunt excuſa Argentinæ: quædam etiam Pariſiis, Tiguri, & Neapoli Nemetum. Obiit anno Do. 1589.
Iulius Cæſar Scaliger Hypercriticus.
Iuſtinus Goblerus I.C.
Leo Baptiſta Albertus Florentinus Philologus.
Leonardus Fuchſius Medicus.
Leonardus Iacchinus Medicus.
Lilius Gregorius Gyraldus Ferrarienſis, Philologus.
L. Vitruuius Roſcius Parmenſis.
Ludouicus Vaſſæus Medicus.
M. Antonius Antimachus.
M. Antonius Flaminius Poëta.
M. Irenæus quidam.

Marianus

Marianus Sanctus Barolitanus Italus Medicus.
Martinus Gregorius Medicus Lutetiæ.
Matthæus Curtius Ticinenſis Medicus.
Matthæus Dreſſerus Grammaticus & Hiſtoricus.
Maturinus Corderius Grammaticus.
Nicolaus Bellonus I.C.
Nicolaus Copernicus Mathematicus.
Nicolaus Erythræus Venetus I C.
Nicolaus Gerbelius Philologus.
Nicolaus Perrenotus à Granuilla, Caroli V. Imper. locum tenens Wormatiæ, Doctorum fautor ac promotor.
Nicolaus Sophianus Philologus.
Olaus Magnus Gothus, frater Ioannis Magni Gothi Archiepiſcopi Vpſaliæ in Suedia Hiſtoricus.
Paulus Manutius Aldi filius Philologus.
Petrus Borrana.
Petrus Cholinus Tugius.
Petrus Daſypodius Grammaticus.
Petrus Pomeranus.
Petrus Roſſetus Poëta Laureatus.
Petrus Toletus Medicus.
Petrus Victorius Criticus & Philologus.
Remaclus Fuſch Lymburgus Germanus.
Romuleus Amaſeus Philologus.
Sebaſtianus Sigmarius.
Sigiſmundus Gelenius vir doctiſſimus, aliquot annis prælis officinæ Frobenianæ, ſumma fide & diligentia præfuit.
Simon Lemnius Poëta.
Xyſtus Betulcius Auguſtanus, Rector Scholæ Auguſtanæ, Poëta.

Digitized by Google

450

BIBLIOTHECA PATRVM MINOR.

A TEMPORIBVS APOSTOLORVM: VSQVE AD TEMPORA Scholaſticorum Eccleſiæ Doctorum. Ab anno Domini 50. vſque ad annum Domini 1140.

Digitized by Google

Anno Domini 40.

CANONES Apoſtolorum: non ab Apoſtolis editi, ſed paulatim à diuerſis diuerſo tempore collecti, & vno poſtea nomine comprehenſi: ſunt excuſi Tiguri apud Geſnerum, an. 1559. Græcè & Latinè.

Anno Domini 50.

Philo Iudæus, natione Alexandrinus, de genere Sacerdotum. Floruit ſub Caio Imper. ad quem legatus ſuæ gentis miſſus eſt, & ſub Claudio & Nerone Impp. vſq; ad annum Sal. noſtræ quinquageſimũ. Scripſit plura nondũ extantia: quædam in Bibliothecis deliteſcentia. Opera verò aliquot, vt libri antiquitatum: quæſtionum & ſolutionum in Geneſin. De Eſſæis: De nominibus Hebraicis per ſingulos libros Vet. Teſt. De mundo, impreſſi ſunt Baſileæ apud Adamum Petri, an Dom. 1527. & rurſum apud filium eius Henricum Petri, an. Do. 1538. & liber de mundo Græcè & Latinè Budæo interprete, ibid. apud Walderum an. 1531. de quibus dubitatur an ſint Philonis illius inclyti, qui Platonem facundia æquauiſſe dicitur.

Opera verò omnia pręter illa commemorata, certò Philoni celebri aſcripta: Græcè excuſa ſunt Pariſiis ab Adriano Turnebo, an. Do. 1552. in fol. chart. 199. Et Baſileæ Latinè Sigiſmundo Gelenio interprete apud Froben. an. 1558. tomis duob. in 8. nunc verò 1613. prodeunt Gręcolatina typis Rouerianis.

Anno Domini 60.

Hermas, cuius Apoſtolus Paulus ad Romanos meminit. Hieron. idem putat hunc eſſe autorem libri, qui appellatur Paſtor, quem quoq; commendat. Sed Hermes autor libri viſionum, habentis titulum Paſtoris, excuſi Argentinæ, vixit temporibus Pii I. Papæ, ad an. Do. 150. ibi vide.

Anno Domini 70.

Ignatius Antiochenæ Eccleſiæ Epiſcopus. Scripſit epiſtolas, quarum vndecim impreſſæ ſunt, Baſileæ apud Henricum Petri, anno 1551. cum aliis vetuſtiſſimorum quorundam Theologorum opuſculis: Et duodecim apud Geſnerum Tiguri in fol. an. 1552. cum aliorum aliquot Theologorum veterum Orthodoxorum libris Græcis Latinitate donatis. Prodiit & Pariſiis ſeorſim Græcè, item Latinè in Bibliotheca Patrum Marg. de la Bigne.

Anno Domini 80.

Dionyſius Areopagita Athenis Chriſto lucratus per Paulum, ibidem hoc tempore Eccleſiam inſtituit. Eius opera excuſa Græcè Pariſiis cum veterum Commentariis.

Anno Domini 90.

Ioſephus Matthatiæ F. &c. Præclarum de Chriſto teſtimonium in 18. Antiquitatum libro, perſcripſit: nec non de Ioanne Baptiſta: & de cauſa excidii Hieroſolymæ ciuitatis. Scripſit hiſtoriam Iudaicam ab orbe condito, vſque ad 14. annum Domitiani, id eſt, ad annum Domini *96*. Ideo ab Hieronymo collocatur in annum Domini centeſimum: quo adhuc vixit, & ante pluribus annis floruit.

Clemens III. Epiſcopus Romanus. Eius opera omnia ſtudio Lamberti Gualtheri ſunt excuſa in folio, Coloniæ 1569.

Ioſephus Antiochenus, ſcripſit ſpeculum perfectæ militiæ Eccleſiæ primitiuæ lib. 1. teſte Riboto.

Anno Domini 100.

Papias Ioannis auditor, Hierapolitanus Epiſcopus, ſcripſit Sermonum Domini explanationem. Hieron. N. ext.

Polycarpus Ioannis Apoſtoli auditor: Scripſit ad Philippenſ. epiſtolam: Item ad Dionyſium Areopagitam, & ad alias Eccleſias. Suid. Ex his epiſtola vna, cum argumento Iacobi Fabri impreſſa eſt cum epiſtolis Ignatii. Baſileæ: & Latinitate

tinitate donata à Perionio excuſa Coloniæ, cum operibus Dionyſii Areopagitæ an. 1557.

Anno Domini 110.

S. Beatus Heluetiorum Apoſtolus floret. Stumpff. libro 7.

Anno Domini 120.

Ariſtides Athenienſis Philoſophus eloquentiſſimus, ſub priſtino habitu diſcipulus Chriſti, ſcripſit Apologeticum pro Chriſtianis, ad Hadrianum Principem. Hieronym.

Quadratus Athenienſis Epiſcopus: cum eſſet Doctor inſignis, ſcripſit inter alia pro Chriſtianis ad Adrianum Principem Apologeticum libr. 1. & alia nobis incognita. Trittem. ex D. Hieronym.

Anno Domini 130.

Agrippa cognom. Caſtor. Scripſit aduerſum 24. Baſilidis hæretici volumina. Hieron.

Iuſtinus ex Philoſopho Chriſtianus. Cuius ſcripta ſunt excuſa Græcè Pariſiis apud R. Stephanum. Latinè Ioanne Franciſco Pico Mirandulano: Sigiſmundo Gelenio: & rurſum cum Commentar. Ioanne Lango interpretibus Baſileę an. Do. 1528. & 1555.

Ioachimus Perionius, Cormeriacenſis, Ordinis Diui Benedicti, in Latinam linguam tranſtulit Beati Iuſtini Philoſophi & Martyris opera omnia quæ adhuc inueniri potuerunt, id eſt, quæ ex Regis Galliæ Bibliotheca prodierunt obſeruationeſque in multos eiuſdem Iuſtini libros fecit, Pariſiis in fol. apud Iac. Dupuys 1554. Hæc vniuerſa Græcè & è regione Latinè excudit Heidelbergæ Hieronymus Commelinus 1589.

Anno Domini 140.

Aquila Ponticus, claruit vt ſcribit Epiphanius, ſub Hadriano Auguſto. Hic ex Iudaiſmo ad fidem conuerſus,

poſtea rurſum factus proſelytus, Biblia de nouo interpretatus eſt Græcè, fide non bona. Vide Bibliothecam Sixti Senenſis.

Anno Domini 150.

Hermes Paſtor, vixit temporibus Pii I. Papæ. Cuius liber viſionum, Argentinæ excuſ. an. Do. 1522.

Iacobus Brokes, Baleo teſte ſcripſit, libr. 1. ſuper Angliæ defectione à Papa.

Anno Domini 160.

Hegeſippus Hebræus Hiſtoricus, ſcripſit omnes à paſſione Domini vſq; ad ſuam ætatem hiſtorias libris 5. Item de excidione Hieroſolymitana libros inſignes, ad miſſ. comparatos à Corn. Gualtero excuſos Coloniæ.

Melito Aſianus Epiſcopus Sarden. Scripſit pro Chriſtianis ad Imperatorem: aliaq; plura quæ enumerat Trittem.

Proculus, vir doctiſſimus, hæreticos refutat. Hieronym. in Catalogo.

Q. Septimius Florens Tertullianus: Vide ad an. Do. 200. ſecundum Trittemium.

Anno Domini 170.

Apollinaris Hierapolitanus, in Aſia Epiſcopus: Scripſit Apologeticum pro Chriſtianis lib. 1. aduerſus gentes libr. 5. & alia. Hieronym. N. ext.

Athenagoras Athenienſis, Philoſophus Chriſtianus: cuius opuſcula Græcè & latinè ſunt excuſa Tiguri in fol. apud Geſnerum, & ab Henr. Steph. eleganter in 8.

Dionyſius Corinthiorum Epiſcopus ſcripſit epiſtolas eloquentiſſimas ad Græciæ reſpublicas.

Irenæus Epiſcopus Lugdunenſis, ſcripſit aduerſus hæreſes, &c. Cuius libri Gallaſii opera eleganter editi, an. 1570. in fol. deinde auctiores facti à Franciſco Feuardentio, excuſi Pariſiis 1577. Coloniæ verò 1595.

Philippus Epiſcopus Cretenſis, præclarum aduerſus Marcio-

Digitized by Google

Marcionem edidit librum : temporibusque M. Antonini Veri,& L. Aurelii Commodi claruit. Hieronym.

Tatianus Aſſyrius. Eius oratio ad Græcos, excuſa Tiguri Græcè & Latinè.

Theophilus Antiochenus Epiſcopus : ſcripſit varia: at eius ad Autolycum libri tres, excuſi Tiguri Græcè & Latinè.

Anno Domini 188.

Apollonius vir diſertiſſimus ſcripſit aduerſus Montanum. Contra ipſum ſcripſit Tertullianus. floruit ſub Commodo Seueroq; Principib. Hieronym.

Muſanus: ſub Imperat. M. Antonino Vero, confecit librum, aduerſus quoſdam fratres, qui de Eccleſia ad Encratitarum hæreſin, declinauerant. Hieronym.

Pinytus Cretenſis, Gnoſſiæ vrbis Epiſcopus, ſcripſit ad Dionyſium Corinthi Epiſcopum, epiſtolam. Hieronym.

Theodotion Epheſinus, vir doctiſſimus: Translationem ſcripturarum ex Hebræo fecit Latinam, & etiam alia quædam conſcripſit opuſcula. Trittem.

Anno Domini 190.

Apollonius Romanæ vrbis Senator, ſub Commodo Principe, à ſeruo Seuero proditus, quod Chriſtianus eſſet, impetrato, vt fidei ſuæ rationem redderet, inſigne volumen compoſuit: quod in Senatu legit : nihilominus tamen ſententia Senatus, pro Chriſto, capite truncatus eſt: Veteri apud eos obtinente lege, abſq; negatione non dimitti Chriſtianos, qui ſemel ad eorum Iudicium pertracti eſſent. Hieronym.

Bardeſanes, in Meſopotamia clarus: Scripſit infinita aduerſus omnes penè hæreticos qui ætate eius pullulauerant, volumina.

Candidus regnantibus Commodo & Seuero, in Hexaëmeron pulcherrimos tractatus edididit. Hieron. & Euſeb.

Iuda Hiſtoriographus & Theologus: Chronographiam

ſuperiorum temporum, vſque ad decimum Seueri perduxit annum, ſcilicet 204. Chriſti. Hieronym.

Milciades, flor. M. Antonini Commodi temporibus. Hieronym. Sed Trittemius aliquot annis antiquiorem facit. Scripſit contra gentes & Iudæos: & principib. ſui temporis apologeticum dedit.

Rhodon Aſianus: temporib. Commodi & Seueri flor. Hieronym. Elegantes compoſuit tractatus: & inſignia opera.

Serapion Epiſcopus Antiochenus, ſcripſit epiſtolas & alia quæ commemorat Hieronymus.

Anno Domini 200.

Appion ſiue Appius, ſub Seuero Principe in Hexaëmeron tractatus ſ. Hieron.

Arabianus, Hieron. habet Brabianus, ſub Seuero Principe edidit quædam opuſcula, ad Chriſtianum dogma pertinentia. Hieron.

Bacchilus, Corinthi Epiſcopus: ſcripſit de Paſchate librum. clar. ſub Seuer. Imp. Rom.

Clemens Epiſcopus Alexandrinus, Præceptor Origenis, cuius opera excuſa Florentiæ & Baſileæ: poſtea Græcè ac Latinè exhibuit Commelinus.

Heraclius, ſub Commodi Seuerię; Imperio: in Apoſtolum commentarios compoſuit. Hieronym.

Maximus ventilauit quæſtion. vnde Malum: Et quod materia à Deo facta ſit. Hieronym.

Polycrates Epheſiorum Epiſcopus, cum cæteris Epiſcopis Aſiæ, ſcripſit aduerſus Victorem Epiſcopum Romanū: pro libertate obſeruationis feſtorum, epiſtolam Synodicam, in qua docet, ſe Apoſtoli Ioannis, & veterum autoritatem ſequi. Vide Hieronym. flor. temporibus Seueri Principis.

Q. Septimius Florens Tertullianus. Eius opera auctiora ſunt excuſa Pariſiis & Baſileæ in Officina Frobeniana: Nouam item eius operum editionem adornauit Iacobus Pamelius

Digitized by Google

melius cum luculentis Commentariis. flor. hoc tempore ſecundum Trittemium: ſecundum alios an. 160.

Sextus ſub Imp. Seuero. Librum de Reſurrectione ſcripſit. Hieron.

Symmachus Samarites, interpres Bibliorum, ſub Seuero agnoſcitur Iornand. de temp.

Theophilus Cæſareæ Palæſtinæ Epiſcopus: ſub Seuero Principe, aduerſus eos qui 14. Luna cum Iudæis Paſcha faciebant, cum cæteris Epiſcopis Synodicam & valdè vtilem compoſuit epiſtolam. Hieroym.

Anno Domini 210.

Pantænus Stoicæ ſectæ Philoſophus, ſub Seuero Principe & Antonino Caracalla: reliquit aliquot Commentarios in ſanctam ſcripturam. Hieronym.

Victor XIII. Romanæ vrbis Epiſcopus, ſuper quæſt. Paſchæ, ſcripſit & rexit Eccleſiam ſub Seuero Principe. Hieronym. Eius decreta cum reliquis Pontificiis impreſſa ſunt.

Anno Domini 220.

Iulius Africanus, ſub Imperat. M. Aurelio Antonino, legationem pro inſtauratione vrbis Emmaus ſuſcepit. Abdiæ Babylonii de hiſtoria certaminis Apoſtolici libros X. eſt interpretatus: qui ſunt excuſi opera Wolphgangi Lazii, Baſileę apud Oporinum in fol. an. Dom. 1551. Hieronymus plura eius ſcripta recenſet.

Anno Domini 230.

Ambroſius Origenis auditor, primo Martionites, deinde ab Origene correctus Eccleſiæ Alexandriæ Diaconus: ſcripſit de ſua conuerſione gratias agens ad Origenem, & quædam alia. Hieronym.

Ammonius Alexandrinus: tempore Origenis, qui inter alia ſcripta quæ commemorat Hieronymus, ſcripſit Canones Euangelicos, quos Ceruicornus excudit Coloniæ,

anno Dom.1532.in 8. Scripſit item in paſſiones Apoſtolorum,qui liber impreſſus Coloniæ in 4.

Berillus Arabiæ Botrenus Epiſcopus, in quandam hæreſim lapſus,ab Origene correctus, ſcripſit varia opuſcula,& maximè epiſtolas. Extat & dialogus Origenis & Berilli. Honor.ex Hieronymo.

Gaius ſub Zepherino Rom.vrbis Epiſcopo, & ſub Antonino Seueri filio diſputauit aduerſus Proculum. Montani ſectatorem. Epiſtolam, quæ fertur ad Hebræos, dixit non Pauli eſſe. Eius decreta cum reliquorum Pontificum decretis impreſſa ſunt.

Gemianus Preſbyter Antiochenus,ſub Alexandro principe,pauca ingenii ſui monumenta compoſuit Hieronym.

Hippolytus Epiſcopus & Martyr ſanctam ſcripturam commentariis ſuis illuſtrauit,teſte Euſebio libro 6. cap.17. N.an ext. At Hippolyti de Apoſtolorum peregrinatione & martyrio libellus in Bibliothec H.Memmii extat. Eiuſdemq; oratio,de cōſummatione mundi,& de Antichriſto, & de ſecundo aduentu Domini noſtri Ieſu Chriſti, Latinè edita eſt Pariſiis,anno Dom.1557.Ioanne Pico interprete.

Minutius Fœlix, Romæ inſignis Cauſidicus ſcripſit dialogum Chriſtiani & Ethnici diſputantium, qui Octauius inſcribitur.Hic dialogus hactenus falsò Arnobii libris 7.aduerſus gentes pro octauo adiectus eſt. Eidem Minutio tribuitur liber de Fato,vel contra Mathematicos: ſed ſtyli elegantia,diuerſum authorem arguit.

Origenes qui & Adamantius. Eius opera Baſileæ, & poſtremò Pariſiis à Gilberto Genebrardo edita tomis duobus in fol 1574.multa eius & Græcè edita Auguſtæ.

Tryphon,Origenis auditor, ad quem nonnullæ eius extant epiſtolæ: ſcripſit de vacca rufa, & aliis ſacrificiorum ritibus Hieron. N.ext.puto.

Anno Domini 240.

Cæcilius Cyprianus,Carthaginenſis Epiſcopus: Eius opera ſunt excuſa Baſileæ,Lugduni,Coloniæ, & Antuerpiæ 1568. poſtea quoq; Pariſiis,Romæque.

Grego-

Digitized by Google

Gregorius Neocæſarienſis Ponti Epiſcopus cognominatus Taumaturgus Origenis auditor, de cuius ſcriptis panegyricus ad Origenem. extat Romæ in Vaticana. Canones & epiſtolæ & metaphraſis in Eccleſiaſtem, excuſ. Baſileæ & Auguſtæ, &c.

Lucianus vir diſertiſſimus Antiochenæ Eccleſię Presbyter, poſtmodum Nicomediæ Epiſcopus: Scripſit librum de fide: & epiſtolas. Paſſus eſt ſub Maximiano. Hieronym.

Pamphilius Presbyter: cuius extat Apologia pro Origene in operibus Origenis, & in 2. tomo D. Hieronymi operum.

Phileas Epiſcopus Thebaidæ Ægypti, nobili genere, magnis opibus: ſcripſit de Martyrum laude: & contra iudicem iniquum. Pro Chriſto capite truncatus. Hieronym.

Pontius Diaconus Cypriani. Scripſit de vita & paſſione Cypriani: qui libellus impreſſus eſt in frontiſpicio operum ipſius Cypriani.

Theodorus, poſtea Gregorius appellatus, Neocæſareæ Ponti Epiſcopus, Origenis auditor: ſcripſit panegyricum Euchariſtiæ: & in Eccleſiaſtem. Hieronym.

Anno Domini 250.

Alexander Cappadociæ Epiſcopus, ſcripſit epiſtolas ad Origenem, & alios. Sub Decio, martyrio, carceri incluſus, coronatus eſt. Hieron.

Cornelius Romanæ vrbis Epiſcopus, cuius ſcripta quædam non extantia enumerat Hieronym. Eius Decreta vide in volumine Decretorum & Synodorum excuſo Coloniæ. Extant etiam eius epiſtolæ duæ, Lutetiæ excuſæ cum Auito.

Dionyſius Epiſcopus Alexandrinus, Origenis diſcipulus: Scripſit multa in Bibliotheca alphabetica Simleri expoſita. Apud Euſebium extat epiſtola eius, de ſæuiſſima perſecutione Chriſtianorum ſub Decio Imper lib. 6. cap. 31.

Methodius Olympi & Tyri Epiſcopus. Eius opuſcula Baſileæ ſunt excuſa. Sub Decio & Valerio in Chalcide Græciæ, martyrio coronatus eſt.

Nouatianus Romanæ vrbis Presbyter: Nouatianorum

dogma conſtituit: nolens apoſtatas ſuſcipere pœnitentes. Huius autor Nouatus Cypriani Preſbyter fuit. Scripta eius commemorat Hieronym.

Anno Domini 260.

Nepos Ægypti quidam Epiſcopus, regnum Chriſti mille annorum terrenum & Epicureum futurum docuit. hiſtor. Eccleſ. cap. 22.

Paulus Heremum primus colere incipit. Hinc *Monachatus* originem duxit. Hieronym. in vita Pauli.

Paulus Samoſatenus Artemonis hæreſim reſuſcitauit: manifeſtè negans Chriſtum Filium Dei de cœlo deſcendiſſe: ſed initium à Maria in terris ſumpſiſſe. Ob quam blaſphemiam, Concilia aliquot Antiochiæ ſunt congregata, quibus hæreſis hæc extirpari poſſet. Hiſt. Eccleſ. cap. 26.

Anno Domini 270.

Malchion Antiochenæ Eccleſiæ Preſbyter ſcripſit contra Paulum Samoſatenum: & epiſtolam grandem ex perſona Synodi, ad Dionyſium Papam.

Victorinus Pictauienſis Epiſcopus. Scripſit multa, in vet. Teſtam. libros: & in Apocalypſ. commentaria, excuſa Pariſiis. Carmen de Chriſto in opere veterum Poëtar. Baſileæ 1562.

Anno Domini 280.

Anatolius Alexandrinus, Laodiceæ Syriæ Epiſcopus, ſub Probo & Caro Impp. flor. Volumen de Paſcha compoſuit. Hieronym.

Archelaus Epiſcopus Meſopotamiæ; claruit ſub Imper. Probo, qui Aureliano Tacito ſucceſſerat. Scripſit Syro ſermone diſputationem contra Manichæum: qui tranſlatus in Græcum habetur à multis. Hieronym.

Anno Domini 290.

Anatolius Laodiceæ Syriæ Epiſcopus. Scripſit inſigne volumen de Paſchate. Hieronym.

Pierius

Pierius Alexandriæ Eccleſiæ presbyter: flor. ſub Caro & Diocletiano Principibus. Scripſit longiſſimum tractatũ in Oſeæ prophetiam: & alios diuerſos tractatus, tanta ſermonis elegantia, vt Iunior Origenes vocaretur. Honor. ex Hieronymo.

Anno Domini 300.

Arnobius Presbyt. & Rhet. Cuius opera Baſileæ ſunt excuſa cum Gelenii notis: poſtea Antverpiæ cum Canteri: denique Romæ cum Vrſini.

Nilus Epiſcopus & Martyr. Cuius ſcripta ſunt excuſa Baſileæ & Argentinæ.

Anno Domini 310.

Perſecutio omnium maxima à Diocletiano Imper. in Chriſtianos hoc tempore excitata, durauit ab anno Domini 306. annis ſequentibus tredecim.

Quirinus Epiſcopus Sceſianus pro Chriſto interficitur. Manuali enim Mola ad collum ligata, de ponte præcipitatus in flumen diutiſſime ſupernatauit, & cum aſpectãtibus collocutus, ne ſui terrerentur exemplo, vix orans vt mergeretur obtinuit. Euſeb.

Anno Domini 320.

Ræthicius Epiſcopus Auguſtodunen. Scripſit in Cant. Canticorum quam expoſitionẽ Hieronymus vt ineptam reprehendit. Vixit ſub Conſtantino.

Euſebius Cæſarienſis Epiſcopus. Eius opera omnia quæ extant, Latine excuſa ſunt Baſileæ 1570. quædam Coloniẹ. & Græce omnia Pariſiis apud Rob. Steph.

L. Cælius Firmianus Lactantius. Eius opera excuſa ſunt Venetiis, Lugduni, Coloniæ, Baſileæ in fol. cum commẽtariis Betulei, & Antuerpiæ in 8. cum Notis egregiis Michaelis Thomaſii.

Hic author, omnium hoc tempore eloquentiſſimus claruit. Sed adeo in hac vita pauper, vt plerumque etiam neceſſariis indiguerit, nedum deliciis. Euſeb.

Anno Domini 330.

Antonius Monachus & Abbas, natione Ægyptus. Scripſit epiſtolas ad cœnobia: è quibus extant 7. inſignes impreſſæ Baſileæ apud Pernam anno 1551. cum aliis quibuſdam veteris eccleſiæ opuſculis. Eius vitam deſcripſit Athanaſius.

Athanaſius Alexandrinus Epiſcopus. Scripſit plurima quæ omnia vno tomo Baſileæ apud Frobenios ſunt excuſa. Omnia item eius opera Pariſiis in fol. 1572. Græce vero ac Latine demum edidit Heidelbergæ Commelinus.

Baſilius Ancyranus Epiſcopus, ſcripſit de virginitate lib. Hieron.

Cælius Sedulius, teſte Sigeberto Gemblacen. in libello de illuſtribus viris, claruit tempore Conſtantis & Conſtiniani filiorum primi Conſtantini Imperatoris, qui imperare cœperunt anno Dom. 337. & ſimul imperauerunt annis 25. Quare vt docte annotauit Suffr. Petr Leouard. numeri 430. apud Trittemium, videntur eſſe corrupti: & carmen quod Sedulio tribuitur, eſſe ſcriptum ad Theodoſiū, docti putant non eſſe Sedulii, ſed alterius cuiuſdam. De ætate huius autoris, quod pertineat ad ann. Dom. 430. vide plura in commentario G. Fabricii in vet. poet. eccleſiaſt. Scripta huius autoris partim ſunt impreſſa: partim extant manuſcripta. Libri 4. mirabilium diuinorum, carmine heroico excuſi ſunt Venetiis in 4. anno Dom. 1502. Annotationes in omnes Pauli epiſtolas, impreſſæ Baſileæ apud Henricum Petri. Poetica edidit Georgius Fabricius ibid. in 4. anno Dom. 1562. Manuſcripti in Bibliotheca Imp. Viennæ habentur in fol. in membrana tractatus qui ſequuntur. Epiſtola ad Macedonium presbyterum. Gloſſa de verbor. ſignif. Super Euangelium Matthæi.

Euſtathius, genere Pamphilus Sidites, primum Beroeæ Syriæ, deinde Antiochiæ Epiſcopus. Multa compoſuit aduerſus Arrianorum dogmata Hieron. N. ext.

Iuuencus poeta Chriſtianus Hiſpanus, excu. Baſil. cum reliq. vet. poet.

An-

Digitized by Google

Anno Domini 340.

Aſterius Arrianæ factionis, ſcripſit regnante Conſtantino, in epiſt. ad Rom. in Euangelia, & Pſalmos comment. Hieron.

Donatus, à quo Donatiani, ſub Conſtantino Conſtantioque Principibus pullulauerunt. Scripſit de ſpiritu S. & alia Arriano dogmati congruentia. Hieron.

Euſebius Emeſenus epiſcopus. Eius quidam libri ſunt exc. Antuerp. & Pariſ. an. 1547. 1555. 1556.

Iacobus cognom. Sapiens Nizibenæ nobilis Perſarum ciuitatis Epiſcopus. Scripſit libros partim Theologicos, partim Hiſtoricos viginti ſex, qui commemorantur à Gennadio. Moritur hic autor Conſtantii temporibus. Ad eius preces vrbs ſæpe diſcrimine liberata eſt.

Iulius Romæ Epiſc. ab anno Dom. 335. ſcripſit epiſt. de incarnatione Domini. Gennad.

Sarapion, in Ægypto epiſcopus vrbis Temuſeos: qui ob elegantiam ingenii cognomen Scholaſtici meruit: edidit aduerſum Manichæum egregium librum, & de Pſalmorum titulis alium, & ad diuerſos epiſtolas. Hieronymus.

Theodorus Heracleotes ſeu Perinthius Epiſcopus: ſcripſit Euangelior. explicationes. Item in Apoſtolum comment. & Pſalterium. Hieron. & Nicephor. libr. 9. hiſt. eccleſiaſt.

Anno Domini 350.

Acacius Cæſarienſis Palæſtinæ Epiſcopus. Eius ſcripta commemorat Tritteinius ex Hieronymo.

Hilarius Epiſcopus Pictauienſis, obiit anno Dom. 372. Eius opera ſunt excuſa Pariſiis 1510. Baſileæ apud Froben. 535. & apud Henricum Petri anno Do. 1526. & Pariſiis.

Hildefonſus Toletanæ ſedis Epiſcopus: ſcripſit plura, nupere impreſſa Pariſiis.

Ioannes Scholaſticus abbas in monte Sinai, Climacus cognomine, quod Scalam ſcripſit 30. gradibus cœlum

petentem, excuſ. Venetiis Græce & Latine Ambroſio Camaldulenſi interprete.

Macarius Ægyptius Monachus: cuius homiliæ ſunt excuſæ Pariſiis Græce ac Latine.

Triphyllius Cypri epiſcopus. Scripſit in Cantic. Canticor. commentaria.

Anno Domini 360.

Marius Victorinus Afer, Hieronymi præceptor: ab aliis vocatur M. Fabius Victorinus. Eius tractatus theologici Baſileæ ſunt excuſi.

Dorotheus Epiſcopus Tyri. Extat eius Synopſis in vita & obitus 12. Apoſtolorum, & Prophetarum, excuſa in 16. Coloniæ anno Dom. 573. Quædam alia eiuſdem opera hiſtorica ſuperſunt manuſcript. in Bibliothecis.

Fortunatianus Afer, Aquileienſis Epiſcopus Imperante Conſtantino, ſcripſit in Euangelia. Hieron.

Gregorius Nazianzenus, Epiſcopus cognom. Theologus. Eius opera omnia tomis tribus ſunt excuſa Baſileæ in folio, anno 1571. opera & labore Ioannis Lewenclaii. Et anno Domini 1583. Pariſiis in via Iacobæa ſub ciconiis: cum plurimorum nouorum librorum acceſſione in duos tomos diſtincta: & cum doctiſſimis Græcorũ Nicetæ, Serronii, Pſelli, Nonni, & Eliæ Cretenſis commentariis, Iacobo Bilio Prunæo interprete, & ſcholiaſte in folio. Eadem opera prodiere Græce cum Latina interpretatione ad marginem Lutetiæ 1611. Obiit Greg. Nazian. an. Dom. 385. Proſp.

Heſychius Presbyter & Monachus in Palæſtina. Eius ſermones Ethici in Bibliotheca Italiæ habentur: & liber de quiete animi & corporis: liber de oratione ... Græce, in Bibliotheca Italiæ & Galliæ in Regia.

Macrobius presbyter, & poſtea Donatiſtarum Romæ occultus epiſcopus, ſcripſit de cuſtodia virginitatis lib. Gennad.

Marcellus Anchiranus Epiſcopus, ſub Conſtantino & Co-

Conſtantio: Scripſit multa aduerſum Arrianos. Hieron.

Mitrophanes Epiſcopus Smyrnen. Scripſit Græce, quæ adhuc extant: contra Manichæum lib. 3. Contra Eunomium libros 2.

Oſius Cordubenſis Epiſcopus: quem teſte Suffrido Petro, Trittemius perperam in ann. 390. collocat. Scripſit de virginitate & alia. Hic metuens ne ſenex ac diues damna rerum, vel exilium pateretur, Arrianæ impietati conſenſit. In Gregorium Eliberitanum Epiſcopum orthodoxum, damnationis ſententiam pronunciaturus, os vertit diſtorquens, pariter & ceruicem, ac de ſeſſu in terram eliditur, & illico expirauit. Vide hiſtor. apud Iſidorum de illuſtr. viris.

Theodorus Antiochenæ eccleſiæ presbyter. Scripſit aduerſum Apollinariſtas & Eunomianos, de incarnatione Domini libros 15. ad quindecim millia verſuum continentes. Etiamnum extant Græce in italia alicubi, & in Imperatoria Viennæ.

Vitellius Afer, Donatianorum ſchiſma defendens, ſcripſit quædam. Gennad.

Anno Domini 370.

Baſilius Magnus Cæſarienſ. Epiſcop. Eius opera excuſa ſunt Græce Baſileæ 1551. & Pariſiis Latino ſermone donata, & pluribus libris aucta, anno Domini 1571. in folio. Eiuſdem opera à Petro Galeſinio conuerſa: item in Eſaiam Prophetam: & Euangeliſtas, Commentarii. Multæ præterea de moribus orationes, complures epiſtolæ plurimaque alia, quæ nunquam antea in vulgus edita, iam ſummo ſtudio ab eodem quæſita, in lucem exeunt: additis in extremo volumine notationibus, ex veterum patrum ſententia depromptis in eos præſertim locos, quibus improba eorum, qui de Catholica fide male ſentiunt, temeritas maxime reiicitur.

Cyrillus Hieroſolymitanus archiepiſc. Cuius libri Antuerp. in 8. & in fol. ſunt excuſi.

Damaſus I. Epiſc. Rom. XXXV. Cuius ſcripta Baſil. & Colon. excuſa.

Euſebius Sardus, Vercellen. epiſc. ob confeſſionem fidei à Conſtantio Imp. relegatus, ſub Iuliano Imp. ad eccleſiam reuerſus, edidit in Pſalmos commentaria Euſebii Cęſarienſis, quos de Græco in Latinum verterat. Hieronym. obiit 374.

Eulzoius Cæſarien. Epiſcopus, Bibliothecam Origenis & Pamphili corruptam inſtaurauit: & varios tractatus compoſuit, clar. ſub Theodoſio Imp.

Golphilas alias Vlphilas Gotthorum epiſcop. Tranſtulit diuinas literas in Gotthicam linguam: fuit tempore Valentis Imp. Sigeb. Gembl.

Gregorius Bæticus Iliberi Epiſcopus de fide elegantem librum compoſuit. Hieron.

Heluidius Auxentii diſcipulus: Scripſit aduerſus virginitatem D. Mariæ: quaſi poſt natiuitatem Domini, Ioſepho ſponſo ſuo iuncta, ex eius conſortio filios ſuſcepiſſet: qui fratres Domini appellati ſint. Quem Hieronymus libello doctrina pleno refutauit. Gennad.

Hieronymus Stridonenſ. presbyter Hieroſolymitanus. Eius opera pluribus tomis paſſim ſunt excuſa Baſileæ anno Dom. 1526. apud Frobenios, cum ſcholiis & cenſuris Deſ. Eraſmi tomis nouem. Pariſiis cum argumẽtis & ſcholiis Mariani Victorii Reatini epiſc.. Amerini in Folio anno 1580.

Ioannes Chryſoſtomus Archiepiſcopus Conſtantinopolitanus, moritur in exilio anno 411. Cuius opera tomis quinque Baſileæ, Pariſiis, Antverpiæ & Venetiis ſunt excuſa.

Lucifer Caralitanus Epiſcopus, ſcripſit librum Conſtantium Imperatorem eique legendum miſi lentiniano regnante obiit. Eius opera edita ſunt à Ioanne Tilio Lutetiæ in 8. apud Morellii hæredes anno Domini 1567.

Optatus Afer Epiſcopus Milcuitanus. Cuius libri de Dona-

Donatiſtis ſunt excuſi Moguntiæ anno Domini 1549.

Paulinus Conſularis. Cuius poetica à Georg. Fabricio edita 1562. & poſtea correctius à Bignio.

Petronius Bononienſis Italiæ eccleſiæ epiſcopus: ſcripſiſſe putatur vitas patrum Ægypti monachorum. Gennad. & Trittemius ſcribit, hiſtoriam eius adhuc ſe legiſſe: obiit anno Dom. 385.

Titus Boſtrenus epiſcopus, ſub Iuliano & Iouiano Principibus flor. & obiit ſub Valente. Quare apud Trittemium numeri ſunt deprauati, vbi ponitur in an. Dom. 340. Scripſit aduerſum Manichæos. Hieronym. Hic Titus numeratur inter illos ſcriptores, ex quibus excerpta ſunt ſcholia in epiſtolam ad Romanos, impreſſa Baſileæ anno Dom. 1537. interprete Ioann. Lonicero. Eiuſdem Titi Boſtrenſis epiſcopi commentarii in Lucam extant M. ſcr.

Vlphilas Gotthorum epiſcopus, Gotthicas literas inuenit, & ſcripturas diuinas in Gotthicam linguam tranſtulit. Sozom. lib. 6. cap. 37.

Anno Domini 380.

Ambroſius epiſc. Mediolanen. Eius opera tomis quinq; Baſileæ & Pariſiis cum augmento operum ſunt excuſa, anno Dom. 1549. item poſtea Romæ.

Apollinaris vel Apollinarius Laodicenus Syriæ epiſcopus, patre presbytero, ſub Theodoſio innumerabilia in ſanctas ſcripturas compoſuit. Et libros 30. in Porphyrium, qui extabant tempore Hieronymi.

Aurelius Prudentius Hiſpanus. Cuius poetica Baſileæ in 4. cum reliq. vet. poet. ſunt excuſa. emendatius publicatus eſt cura Victoris Giſelini.

Ephræm abbas Syrus, cuius opuſcula ſunt excuſa in 16. Ingolſtadii 1585. item Coloniæ.

Epiphanius Cyprius epiſc. Eius opera Baſileæ ſunt excuſa Græcolatina.

Euagrius Antiochiæ Epiſcopus, acris ac feruentis ingenii: ſcripſit diuerſos tractatus: Et vitam Beati Antonii de

Græco Athanaſii in ſermonem Latinum tranſtulit. Hieronymus.

Hunc autorem Trittemius cum Euagrio monacho cõfundit: qui ab hoc diuerſus eſſe videtur. Suffrid. Petri.

Euagrius monachus Macarii familiaris, D. Hieronym. temporibus. Eius opera pleraque è Græco in Latinũ tranſtulit. Gennad. Aſcetica & Ethica Græce ext. in Bibl. regis Gall.

Gregorius Nyſſenus Epiſcopus frater Baſilii Magni. Cuius opera Baſileæ ſunt exc.

Heliodorus presbyter ſcripſit librũ 1. de naturis rerum exordialium: in quo oſtendit vnum eſſe principium, nec quicquam coæuum Deo, &c. Gennad.

Heraclides monachus. Scripſit de conuerſatione in cœnobiis degentium.

Ioſephus Cæcus R. cuius eſt tranſlatio Chaldaica in Pſalmos.

Maximus Philoſophus, Conſtantinop. Epiſcopus. Scripſit aduerſus Arrianos: Hieron. Eius libri 42. ſiue πράξεις 45. & logica, & dialog Pyrrhi extant Græce in Italia & alibi: pleraq; vero Romæ in Vaticana Bibl. In huius autoris laudem librum edidit Gregorius Nazianzenus.

Pacianus in Pyrenæi iugis, Barcilonæ Epiſcopus, caſtigatæ eloquentiæ, & tam vita quam ſermone clarus: ſub Theodoſio Principe iam vltima ſenectute mortuus eſt. Scripſit contra Nouatianos. Hieron.

Eius paræneſes aliquot impreſſæ ſunt. Hunc autorem Honorius Pacacium nominat.

Petrus Bononienſ. Epiſcopus de vitis patrum Ægypti Monachorum. Vide Petronius ad an. Dom. 370.

Philaſtrius: cuius hæreſeon catalogus, excuſus Baſil. 1528.

Phoebadius (non Soebadius) Agenni Galliarum epiſcopus: edidit contra Arrianos librum, & alia: teſte Hieronymo. In V. C. nominatur Fœbadius: & Geneuæ anno 1570. editus eſt in 8.

Photinus

Photinus de Gallogræcia, Sirmii Epiſcopus. Scripſit contra gentes. Hieronym. Hic Samoſateni hæreſim renocauit. A Valentiniano Imper. pulſus eſt eccleſia.

Photinus nominatur inter illos Theologos, ex quorum ſcriptis anonymus quidam collegit exegeſim in epiſtolam ad Romanos, quæ impreſſa eſt Baſileæ apud Robertum Winter, an. Dom. 1537.

Anno Domini 390.

Amphilochius Iconii Epiſcopus, cuius opera theologica extant.

Antiochus Epiſcopus Ptolemaidos. Scripſit contra auaritiam longum volumen. Gennad.

Antiochi Theologi veteris conciones Græce extant Florentiæ.

Aurelius Auguſtinus Hipponenſis Epiſcopus. Eius opera 10. tomis excuſa Baſileæ, Lutetiæ, Antuerpiæ, &c.

Audentius Epiſc. Hiſpanus: ſcripſit contra Arrianos, qui poſtmodum Bonoſiaci vocati ſunt. Gen.

Baſſianus: cuius epiſtola extat inter epiſtolas S. Ambroſii lib. 10.

Bonifacius, cuius epiſtolæ extant ad Auguſtinum.

Cæſarius Gregorii Theologi frater, cuius dialogi excuſi Baſileæ & Pariſiis, cum operibus Nazianzeni.

Dexter Patiani filius, ſcripſit ad D. Hieronymum, omnimodam hiſtoriam, quam Sophronius poſtea è Græco vertit.

Didymus Alexandrinus Cæcus cuius quædam opera extant typis excuſa in Italia: & Pariſiis.

Diodorus Tarſenſis Epiſcopus ſcripſit commentarios in Apoſtolum. Hieronym.

Eunomius, Arrianæ partis Cyzicenus Epiſcopus. Scripſit multa contra eccleſiam: Cui reſponderunt, Apollinarius, Didymus, Baſilius Cæſarien. Gregorius Nazianzenus, & Gregorius Nyſſenus. Hieronym.

Euſebius: ſcripſit de crucis Domini myſterio: & de Apoſtolorum & præcipue Petri conſtantia. Gennad.

Fauſtinus preſbyter: cuius ſcripta commemorantur à Gennadio.

Gelaſius Cæſareæ Palæſtinæ epiſcopus, accurati limatique ſermonis, fertur multa ſcripſiſſe, ſed cælare. Hieronym. Oratio eius in apparitionem Domini citatur à Theodorico in Eraniſte.

Hilarius, cuius Epiſtolæ inter epiſtolas & opera Auguſtini.

Ioannes Antiochenus preſbyter. Hieronymus legit eius librum περὶ ἱερωσύνης.

Ioannem Damaſcenum in hunc ordinem collocauit Trittemius, ſed falſo: vide an. Do. 730. Ioan. Damaſcenus.

Latronianus: cæſus & ipſe Treuiris: ſcripſit opera diuerſis metris. Hieronym.

Longinianus, cuius extat epiſtola ad D. Auguſtinum.

Lucius, poſt Athanaſium Arrianæ partis Epiſcopus: à Theodoſio principe expulſus. Scripſit ſolennes da Paſcha epiſtolas. Hieron.

Nectarius Archiep. Conſtantinopolitanus: cuius orationes ad populum ſunt excuſæ Pariſiis in 8. an. 1554.

Pachumius Abbas fundator Ægypti cœnobiorum: alias Pachomius & Bachomius ſcribitur. Scripſit quædam quæ commemorat Gennad. Eius ſententiæ quædam citantur in libello Coloniæ impreſſo 1531. de officio rectoris eccleſiæ.

Palladius vrbis Suedrorum magiſtratus: eius epiſtola, Anchorato Epiphanii lib. præponitur.

Paulinus vel Paulonas preſbyter, homo acris ingenii, diſcipulus B. Ephræm: cui magiſter obiturus, aſtanti ſibi dixiſſe fertur: *vide Pauline, ne te ſubmittas cogitationibus tuis & eleueris.* Scripſit quædam. Gennad.

Pelagius hæreſiarches. Commemorantur eius ſcripta apud Gennadium. Aduerſus eius hæreſin ſcripſerunt Auguſtinus, Cyrillus, Hieronymus, Oroſius, Genn. & alii.

Priſci-

Digitized by Google

Priſcilianus Abilæ Epiſcopus: Treuiris à Maximo tyranno cæſus eſt. De eius opuſculis extant canones, ſiue argumenta & periochæ noui Teſtamenti.

Siricius qui & Vrſinus Romanus Epiſcopus XXXVI. ſcripſit inter cætera contra Iouinianum & Auxentium lib. 1. Iſid. & Decreta, quæ habentur impreſſa, cum reliquis.

Sophronius, vir apprime eruditus ſcripſit laudes Bethlehem: de ſubuerſione Serapis: de virginitate: vitam Hilarionis monachi. Hieronym. Idem D. Hieronymi eccleſiaſticorum ſcriptorum vitas Græce tranſtulit. liber excuſus Græce & Latine è regione: Baſileæ apud Cratandrũ ann. Dom. 1539.

Cyri Sophronii paraphraſis Græca in Ariſtotelis librum de anima, & alios phyſicos, extat Florentiæ in Bibl. Medicum.

Symmachus vrbis præfectus: cuius epiſtolæ Baſileæ ſunt excuſæ.

Theophilus Alexandriæ Epiſcopus. Eius libri paſchales impreſſi Baſ. 1528. Quid ſcripſerit aduerſus Antropomorphitas, vide apud Gennadium.

Theotimus Scythiæ Tomorum Epiſcopus, ſcripſit in morem veteris eloquentiæ, breues commaticoſque tractatus. Hieronym.

Tiberianus Bæticus, ſcripſit pro ſuſpicione qua cum Priſciliano accuſabatur hæreſeos, apologeticum. Hier.

Ticonius Afer: cuius regularum libri 7. inter Orthodoxographa editi ſunt an. 1569. vide Gennad.

Vrſula Cynoſura matrona doctiſſ. ſcripſit quædam.

Anno Domini 400.

Ambroſius preſbyter Alexandrinus Didymi cæci auditor ſcripſit comment. in Iob. & contra Apollinarem.

Commodianus, factus Chriſtianus: ſcripſit contra Paganos. Gennad.

Dionyſius autor operis de Hierarchia cœleſti: excuſ. Pariſiis, Coloniæ, & Baſileæ Conrado Clauſero interprete.

Digitized by Google

Euagrius alter qui ſcripſit Altercationem Iudæi & Chriſtiani. Genn.

Gennadius Patriarcha. Scripſit de Simonia, excuſ. Baſil. 1518. cum Petri & Gregorii Neocæſarien. canonibus, Ioanne Oecolampadio interprete.

Heſychius Hieroſol. epiſcopus. Scripſit in Leuiticum excuſum Baſileæ.

Idacius Lemicæ in Hiſpania epiſcopus.

Innocentius Papa I. ſcripſit epiſtolas, quæ cum alibi tum cum Clementis recognitionibus impreſſæ extant.

Ioannes Hieroſolymorum Epiſcopus, cuius opus ab Aymerico patriarcha Antiocheno è Græco in Latinum eſt translatum, ac Venetiis tandem impreſſum.

Marcus Vlmenſis Germanus Minorita, autor Dictionarii in vniuerſam ſacram ſcript. cuius initium: *Abſtinentia multipliciter ſumitur.*

Proclus Conſtantinop. Epiſcopus, cuius epiſtola eſt excuſa Baſileæ 1528.

Rufinus monachus & Aquileien. eccleſiæ preſbyter, cui⁹ opera 2. tomis ſunt excuſa in fol. Pariſiis 1580. Gennadius duorũ librorum Inuectiuarũ Rufini faciens mentionem, per obtrectatorem Rufini intelligit Hieronymum. Vnde patet, Gennadiũ, Hieronymo præferre Rufinum. Quid vero de Rufini operibus ſenſerit Pontifex Gelaſius, videat lector diſtinct 15 cap Sancta Romana. Suffr. Petr.

Seuerianus Gabalen. eccleſiæ Epiſcopus, cuius ſcripta nondum ſunt excuſa.

Socrates de quo vide inter eccleſiaſticæ hiſtoriæ autores.

Thomas Anglicus ſcripſit plura, neſcio autem vbi excuſa. Quædam ſcripta tribuuntur Thomæ Aquinati Angelico doctori: quæ ſuſpicantur eſſe huius Anglici: vide Bibl. Sixti Senenſis.

Vigilantius preſbyter natione Gallus: Barcilonæ in Hiſpania Parochus. Hunc friuola locutum: & peruerſe ſecundam Danielis viſionem expoſuiſſe: eique B. Hierony-

mum

Digitized by Google

mum reſpondiſſe, ſcribit Gennadius in Libello de illuſtribus eccleſiæ ſcriptoribus.

Anno Domini 410.

Atticus Cõnſtantinopol. poſt Io. Chryſoſtomum Epiſcopus: ſcripſit quædam: cuius extant epiſtolæ 2. apud Nicephorum Calliſtum.

Chromatius Aquileiæ Epiſcopus: cuius ſcripta pauca excuſa Baſileæ 1528. & 1551.

Lucianus eccleſiæ Hieroſolymitanæ presbyter: cuius reuelationem de inuentione S. Stephani lib. 1. Græco ſermone Auitus presbyter Hiſpanus Latine vertit.

Mileuitani Concilii Decreta.

Anno Domini 420.

Auitus presbyter Hiſpanus, interpres. Luciani Hieroſolymit. presbyteri de quo ad an. 410.

Bonifacius Rom. Epiſcopus 42. Cuius decreta in volumine Conciliorum ſunt edita.

Carthaginen. Synodi V. decreta.

Carthaginen. Synodi VI. decreta.

Eucherius Lugdunen. Eccleſiæ Epiſcopus. Obiit ſub Valentiniano & Martiano principibus. Eius opera ſunt excuſa Baſil. 1530.

Paulus Oroſius Hiſpanus, claruit ſub Honorio. Scripſit hiſtoriam ab origine mundi vſque ad ſua tempera libris 7. Excuſ. Pariſiis, & Coloniæ, & alibi.

Petrus Galeſinius S. Eucherii opera multis mendis aſperſa emendauit. Omnia Romæ in lucem emiſſa, fol. amplo anno 1563.

Euſebius Cremonenſis Epiſcopus, diſcipulus D. Hieronymi.

Faſtidius Britanniarum Epiſcopus, ſcripſit de vita Chriſtiana: & de viduitate ſeruanda. Gennad.

Flauianus Epiſcopus Antiochenus: cuius ſermones, &c. citantur à Theodoreto in Eraniſte.

Ioannes Caſſianus Conſtantinopolit. cuius libri Græce & Latine ſunt excuſi Baſileæ.

Iſidorus Senior Epiſcopus Corduben. cuius libri in 4. libros Regum.

Iulianus Epiſcopus Campanus Pelagianus ſcripſit aduerſus ſanctos doctores: cuius verba inuenies in tomo 4. & 7. operum D. Auguſtini.

Maximus Epiſcopus Taurinen. ſcripſit multa: cuius quædam ſcripta Coloniæ & Baſileæ ſunt excuſa, item Romæ cum Saluiano.

Niceas Rom. ciuitatis Epiſcopus: cuius ſcripta commemorat Gennadius.

Nonnus poeta Panopolitanus forte his temporibus floruit ſub Theodoſio iuniore. Gyraldus enim eius hiſtoriam cum narratione de Cyro poeta coniungit qui huius temporis fuit. Scripſit carmine paraphraſin in Euangeliũ Ioannis, quæ vice prolixi commentarii eſſe poteſt, excuſ. Venetiis apud Aldũ an. 1527. & Francofordiæ apud Purbachium. hunc nitori reſtituit ſuo Franciſcus Nanſius, ediditque opera Raphelengiana.

Olympius Hiſpanus Epiſcopus. Gennad.

Orieſieſis monachus, Pachumii & Theodori Abbatum collega: Eius regulæ de inſtitutis monaſticis excuſæ ſunt Coloniæ. an. Dom. 1536. cum tribus Proſperi libris.

Paulus Oroſius presbyter Hiſpanus præter hiſtoriarum libros 7. aduerſus Paganos, impreſſos Pariſiis, Coloniæ & alibi, ſcripſit etiam Theologica: in quibus, conſultatio ad Auguſtinum de errore Priſcillianitarum & Origeniſtarũ, præmiſſa eſt libro Diui Auguſtini contra eoſdem, tomo ſexto.

Pontius Paulinus Nolanus Campaniæ vrbis epiſcopus. Pleraque eius opuſcula typis ſunt excuſa.

Simplicianus Epiſcopus Mediolanen. poſt S. Ambroſium. Scripſit epiſtolas ad Auguſtinum alioſque diuerſos, quæ hinc inde reperiuntur. Vide Gennad.

Sulpi-

Digitized by Google

Sulpitius Seuerus Hiſtoricus, vel Seuerus preſbyter cognomento Sulpitius. Eius opera quæ extant, ſunt à Victore Giſelino emendata: & excuſa Baſileæ, Coloniæ & Antuerpiæ.

Theodorus Ancyranus Galatiæ Epiſcopus, ſcripſit aduerſus Neſtorium: quod ſcriptum extat.

Theodorus preſbyter ſucceſſor Pachumii abbatis, ſcripſit ad alia monaſteria exhortationes epiſtolis 3. Gennad.

Vigilius Diaconus, ſcripſit de regulis monachorum. Gennad.

Anno Domini 430.

Achacius Conſtantinopolitan. Patriarcha: cuius librũ de fide Orthodoxa, allegant Suidas & Voleterranus.

Eutropius Preſbyter. Scripſit de geſtis Romanorum libros 10. Excuſos Venetiis apud Aldum, Lugduni in 16. Baſileæ apud Oporinum, & Geneuæ apud Henric. Stephanum.

Cl. Marius Victorinus Rhetor Maſſilien. Eius in Geneſin lib. 3. & ad Salmonem Abbatem epiſtola carmine, edita ſunt Baſileæ in 4. cum aliorum veterum poetarum ſcriptis.

Cœleſtinus 43. Epiſcopus Romanus: cuius decreta extant in volumine Conciliorum, &c.

Cælius Sedulius Scotus, hic collocatur à Trittemio, ſed vide ad an. Dom. 330.

Cyrillus Epiſcopus Alexandrinus: cuius opera vetera & noua antehac non edita 2. tomis ſtudio & labore Bonauenturæ Vulcanii. Baſileæ 1576. ſunt excuſa typis Heruagii.

Eutropius preſbyter, ſcripſit ad duas ſorores quæ ob deuotionem virginitatis, à parentibus ſunt exhæredatæ, epiſtolas conſolatorias. Hiſtoriarum libri ſunt impreſſi paſſim.

Leporius preſbyter & monachus, Pelagiani erroris ſectator primum, poſtea reſipiſcens, ſcripſit aduerſus hæreſim lib. 1. & quædam alia. Eius palinodia, legitur primo libro Caſſiani de incarnatione.

Digitized by Google

Neſtorius an. Dom. 431. Conſtantinopolitanæ eccleſię Pontificatu donatus apertum ſe hoſtem eccleſię oſtendit. Eius blaſphemiæ: item exemplar ſacrilegæ expoſitionis Neſtorii: & epiſtolæ, extant in operibus Cyrilli, & in hiſtoria eccleſiaſtica Nicephori: & multa excuſa Baſileæ apud Petrum an. 1528. cum aliis variis aliorum contra hæreticos ſcriptis.

Ninianus Bernicius Britannus, ſcripſit meditationes in Pſalterium Dauidicum.

Palladius Hibernen. Epiſcopus ſcripſit Homilias plures: & vitam Ioannis Chryſoſtomi: impreſſ. in Italia, ex interpretatione Ambroſii Camaldulen. an. 1533.

Paulus Emeſæ Epiſcopus: cuius Homilia in Epheſina Synodo, de duabus naturis Chriſti dicta, extat Romæ Græce.

Philippus preſbyter Sidæ, Ioannis Chryſoſtomi auditor, ſcripſit contra Iulianum Apoſtatam: pro defenſione totius diuinæ ſcripturæ: item libros 36. hiſtoriarum eccleſiæ.

Philippus preſbyter Hieroſolymitanus ſiue Palæſtinus B. Hieronymi diſcipulus, obiit an. Dom. 459. Eius ſcripta in Iob. Baſileæ ſunt excuſa an. 1527.

Poſidonius, & ſecundum quoſdam Codd. Poſſidius Afer Epiſcopus Calamen ſcripſit vitam S. Auguſtini: & indiculum librorum eius. Extant.

Proba Falconia Romana, cuius carmen ex diuerſis Vergilii verſibus & hemiſtichiis conſarcinatum, continens deſcriptionem veteris & noui Teſtamenti, excuſ. Francofurti an, 1546.

Victor Epiſcopus Vticenſis: cuius libri de rebus Vandalicis, tres excuſi in 8. Coloniæ an. Dom. 1537.

Vincentius monachus & preſbyter monaſterii Lirinēſis Iuſulæ, Gallus. Cuius libri impreſſi Baſileæ an. Do. 1528. & Coloniæ anno Dom. 1569. obiit hic autor Theodoſio & Valentiniano Impp.

Vigilius quidam Epiſcopus ſcripſit in laudem martyrū & epiſtolam: de iiſdem & Barbaris. Gennadius.

Am-

Digitized by Google

Anno Domini 440.

Hilarius Epiſcopus Arelatenſis. Scripſit Homilias pene infinitas: item vitam S. Honorati epiſcopi.

Iſaac Antiochenæ eccleſiæ presbyter. Obiit Leone & Martiano Imperantibus, multa ſcripſit. Eius ἀσκητικοὶ ſermones Græce, extant Romæ in Vaticana.

Iſidorus Peluſiota: cuius epiſtolæ 130. Græce, extant Romæ in Vaticana: item alia ibidem: Earum aliquot centurias primum publicauit Græce ac Latine Pariſiis Billius; auxitq; deinde Rittershuſius; edentibus Commelinianis.

Iunilius Epiſcopus cuiuſdam vrbis in Africa: Scripſit quædam: item commentar. in priora aliq. Geneſ. capita impreſſa Baſileæ 1558.

Leo I. Epiſcopus Romanus 45. dictus Magnus. Cuius opera ſunt excuſa Coloniæ & Baſileæ, & nupere Pariſiis.

Muſæus presbyter Maſilienſis. Cuius ſcripta enumerat Gennadius.

Paulus presbyter Pannonius, ſcripſit de Virginitate ſeruanda, & contemptu mundi. Gennad.

Primaſius Epiſcopus Africanus: eius opuſcula ſunt excuſa Baſileæ, Coloniæ & Lugduni.

Polychronius Epiſcopus Apamenus, Scripſit Græca commentar. in Iob. & in Ezechielem: quorum fragmenta plurima habentur in catena Græca explanationum in Iob.

Sabbatius Gallicanæ prouinciæ Epiſcopus ſcripſit quædam à Gennadio vna cum argumentis librorum, enumerata.

Seruanus vel Teruanus Scotorum Epiſcopus, ſcripſit epiſtolas plures. Bal.

Syagrius ſcripſit de fide aduerſum hæreticos. Gennad.

Teruanus Epiſcopus Scotorum: Scripſit exhortationes quaſdam lib. 1. Bald.

Timotheus Epiſcopus compoſuit librum de Natiuitat. Domini, quam credit in Epiphania factam. Gennad.

Theodoretus Cyri Epiſcopus, &c. ſub Leone Imperatore mortuus eſt. Gennad. Trittemius hunc floruiſſe dicit anno 390. Cuius error hic (inquit Suffridus Petri annotans in Gennadium) manifeſte detegitur: cum Leo primus, ſub quo eum vita defunctum Gennadius aſſerit, imperare demum cœperit, an. 457. vel ſecund. Funceii chronol, an. 461. Theodoriti autem opera Theologica & Hiſtorica: cum ſeorſim excuſa ſunt locis diuerſis; Romæ, Pariſiis, Viennæ, Baſileæ: tum ſimul Coloniæ in fol. tom. 2. anno Dom. 1573.

Vrſinus monachus, ſcripſit de non rebaptizandis hæreticis. Gennadius.

Anno Domini 450.

Chalcedonenſis Concilii Decreta.

Euſebius Epiſcopus Mediolanen. Scripſit epiſtolam in cauſſa fidei, ad Leonem Papam.

Flaualdus monachus Remenſis. Scripſit vitas PP. Remen. & SS.

Flauianus Epiſcopus Conſtantinopolitanus, eius epiſtolæ Græcæ manuſcript. extant Venetiis in Biblioth. S. Antonii. Scripſit etiam alia.

Gennadius Conſtantinopolit. eccleſiæ Pontifex. Scripſit in Danielem Prophetam. & Homilias. Obiit an. Dom. 460. Trittem.

Hilarius Viennenſis Epiſcopus, Diſputauit contra Papam: vt patet ex reſponſione Leonis Papæ epiſtola 77. aduerſus Hilarium ad epiſcopos Galliæ.

Iſaac autor libri de S. Trinitate, & de incarnatione Domini, apud Gennad.

Iulianus Epiſcopus Toletanus. Scripſit plura. prognoſticon futuri ſeculi impreſſum eſt Lipſiæ an. Dom.

Marcus Eremita. floruit Theodoſii temporibus: vſus fuit præceptore Chryſoſtomo, cōdiſcipulus fuit Nili. Cuius meminit Nicephorus libro 14. cap. 53. Multa reliquit ſcripta: in quibus Gnomæ Græcæ impreſſæ Hagenoæ 15-

cu-

cum translatione Vincentii Obſopæi. Eiuſdem opuſcula conuerſa per Ioannem Picum, Pariſiis edita in 8. an. 1563.

Mochimus Meſopotamenus apud Antiochiam preſbyter: ſcripſit contra Eutychen: teſte Gennadio.

Nilus Epiſcopus ſiue præfectus Conſtantinopolitan postea factus monachus: de quo Nicephorus libr. 14. ca. 53. & 54. diſcipulus Io. Chryſoſtomi condiſcipulus Marc Eremitæ. Scripſit de monaſtica vita, & alia. Eidem tribuendæ videntur orationes monaſticæ Græce: &c.

Paſcaſinus Sicilien. Epiſcopus: Eius quædam epiſtola inter Leonis Papæ epiſtolas habetur.

Petrus Archiepiſcopus Rauennas cognom. Chryſologus: ſcripſit ſermones & epiſtolas. Item ad Eutychen preſbyterum.

Petrus Ediſſenæ eccleſiæ preſbyter. Scripſit in Pſalm. Syro ſermone: & homilias, teſte Gennad.

Salonius Epiſcopus Viennen. Scripſit in parabolas Salomonis: excuſ. Baſileæ 1551.

Synodi Epheſinæ II. acta ſub Leone Papa I.

Victor Cartennæ Mauritaniæ ciuitatis Epiſcopus: Scripſit aduer. hæreticos: homilias & alia, teſte Gennadio.

Victorianus Buconius, Caſtellianæ vrbis Mauritaniæ Epiſcopus: Scripſit aduerſum Iudæos: & omnes hæreticos: de ſacramentis quoque lib. 1.

Vincentius preſbyter Gallus, commentatus eſt in Pſalmos. Gennadius.

Anno Domini 460.

Aſclepius Afer: Scripſit homilias, & aduerſ. hæreticos, Ob donum docendi ex tempore, celebris fuit. Gennad.

Bacchiarius Macceus Britannus natione: Cuius liber de recipiendis lapſis impreſſus eſt in 1. tomo Orthodoxographorum Baſileæ.

Cerealis Epiſcopus Africanus. Scripſit aduerſus Arrianos lib. 1. impreſſum Baſileæ apud Henric. Petri, cum pluribus aliis contra hæreticos opuſculis.

Cyrus alii Codd. habent Syrus Alexandrinus ex philoſopho monachus ſcripſit aduerſus Neſtorium.

Hilarius I. Sardus Epiſcopus Romanus XLVI. Scripſit epiſtolas: & decreta quæ impreſſa ſunt Coloniæ, cum reliquorum PP. decretis.

Proſper Aquitanicus Reginen. Epiſcopus. Cuius opera excuſa Baſileæ, Coloniæ, Lugduni & Duaci. Obiit anno Dom. 465.

Proterius Epiſcopus Alexandrinus. Scripſit Epiſtolas ad Leonem Papam: ad Hilarium, &c.

Syrus Alexandrinus, vide Cyrus.

Theodulus preſbyt. in Cœleſyria, ſcripſit inter alia de conſonantia veteris & noui Teſtamenti, aduerſum antiquos hæreticos: cuius libri argumentum lege apud Gennadium, qui de eodem ſcribit, mortuum eſſe ante triennium regnante Zenone, id eſt, anno Dom. 475. Ergo non demum an. Dom. 480. claruit, vt annotat Trittemius.

Turonici Concilii acta.

Victorinus Aquitanicus, quem alii Victorium & Victurinum vocant. Scripſit de curſu paſchali. Vide Gen.

Voconius Caſtellani Epiſcopus. Scripſit aduerſus Iudæos & Arrianos, & alios hæreticos: item de Sacramentis. Gennad.

Anno Domini 470.

Simplicius I. Tiburtinus XLVII. Epiſcopus Romanus ſcripſit epiſtolas, & decreta quæ cum cæteris decretis impreſſa ſunt.

Timotheus hæreticus, in locum Protherii Epiſcopi Alexandrini, non legitime ſubſtitutus, ſcripſit ad Imperatorem Leonem libellum, &c. quem Gennadius cauendum ſcripſit.

Anno Domini 480.

C. Sollius Sidonius Apollinaris Epiſcopus Aruernorum. Scripſit epiſtolas, & carmina: excuſ. Baſileæ in anno Dom. 1542. cum commentariis Ioan. Baptiſtæ P. Pariſiis, cum Comment. Sauaronis.

Eug-

Digitized by Google

Eugenius Carthaginen. Epiſcopus. Scripſit expoſitionem fidei Catholicæ & alia plura.

Felix III. Papa XLVIII. Scripſit decretum ſynodale & alia: excuſa Coloniæ cum reliquis Pontificum decretis & epiſtolis.

Ioannes presb. Antiochenus: ſcripſit contra Acephaos, qui vnam tantum in Chriſto naturam aſſerunt. Gennadius.

M r inus Ambroſius Britannus. Scripſit quædam in c r ali : de l p d s philoſophici allegoria. Venetiis excuſ. anno Dom. 1542.

Paſtor E i copus ſcripſit ſymbolum fidei aduerſus Pricillianos. Gennad.

Patricius Magonius cognom. Magnus. Scripſit contra gentilium ſuperſtitiones, Obiit an. 491.

Paulinus qui ſcripſit de quadrageſima, de paſchate & alia. Gennadius.

Pomerius Maurus, ſcripſit de anima: de contemptu mundi: de vitiis & virtutibus, vti narratur in Gennadio. Præterea Sermones qui ſunt impreſſi Colon.

Samuel Ediſſenæ eccleſiæ presbyter. Scripſit aduerſum Neſtorianos, Eutychianos, Timotheanos. Gennadius.

Saluianus Maſſilien. presbyter. Scripſit varia: ex quibus libri de prouidentia Dei, cura Ioan. Alexandri Braſſicani ſunt editi, & ſcholiis illuſtrati, Baſileæ 1530. omnia opera prodierunt dudum Romæ & Norimbergæ nuper recenſente Cunrado Rittershuſio.

Seruus Dei, Epiſcopus, ſcripſit de Chriſto, an viderit patrem carneis ſuis oculis. Gennad.

Timotheus Epiſcopus. Scripſit libros 4. de diuitiis huius mundi pro Dei nomine atque honore conſumendis, aut diſpenſandis. Excuſ. Baſileæ apud Henr. Petri 1528.

Victor Epiſcopus Capuanus: Scripſit contra Victorium Aquitanicum de celebratione paſchatis.

Vigilius Martyr & Epiſcopus Tridentinus. Scripſit contra hæreticos parum pie de naturarum Chriſti proprietate.

& perſonarum vnitate ſentientes. Opus excuſum Tiguri, cum aliis patrum ſcriptis contra Eutychen, an. 1571.

Anno Domini 490.

Æneas Gazæus Platonicus Philoſophus Chriſtianus, quem Suidas Æneam ſophiſtam vocat. Scripſit inter alia quæ in Bibliothecis Italiæ extant, etiam epiſtolas, quas Aldus impreſſit Venetiis cum aliis diuerſorum autorum Græcis epiſtolis. De immortalitate animæ & corporum reſurrectione. Excuſ. Tiguri & Baſileæ.

Alcimus Auitus Viennen. Archiepiſcopus. Cuius ſcripta ſunt excuſa Baſileæ 1546. & Lugduni 1536. & poemata à Geor. Fabric. in 4. Baſileæ.

Claudianus Mamertus Gallus, Viennenſis eccleſiæ presbyter. Eius ſcripta Baſileæ ſunt excuſa 1520. & poetica per Georgium Fabricium ibid. cum commentar. edita.

Fauſtus Epiſcopus Regien. Gallus. Scripſit plura, quæ enumerat Gennadius: de quibus liber de ratione fidei: Baſileæ apud Henric. Petri excuſus, anno 1528.

Fridelinus Viator, fertur ſcripſiſſe quædam. Bal.

Gelaſius Apher Epiſcop. Roma. XLIX. Scripſit plura: in quibus eius decreta cum cæteris impreſſa ſunt Coloniæ. & de duabus naturis in Chriſto, aduerſus Eutychen & Neſtorium liber excuſ. Baſil. 1528. in antidoto contra hæreſes: & Tiguri ap. Froſchouerum, cum aliis veterum ſcriptis, de vna perſona, & duabus naturis Chriſti in fol. 1571.

Gennadius Maſſilien. preſb. Scripſit aduerſus hæreſes: & de illuſtribus viris, qui liber variis in locis eſt excuſus.

Anno Domini 500.

Fulgentius Epiſcopus Ruſpenſis in Aphrica. Opera ſunt excuſa Baſileæ & alibi.

Godelbertus presbyter, ſcripſit carmine hiſtorias ſacras ab initio mundi vſque ad partum virginis, vbi er-

N, L

Hel-

Helpidius Ruſticus, Scripſit conſolationem. Carmina ſacra, edita à Georg. Fabricio in 4. Baſileæ.

Hormiſda Papa vide poſt Symmachum Papam.

Olympiodorus. Scripſit ſcholia in Eccleſiaſten: excuſa Baſileæ cum aliis veterum Theologorum opuſculis.

Paſcaſius Romanæ eccleſiæ Diaconus. Scripſit libros de Spiritu ſancto: Coloniæ 1539. typis excuſos.

Petrus Tripolitanus Abbas. Collegit in omnes epiſtolas Pauli commentar. ex dictis opuſculorum B. Auguſtini: ſeruantur Bononiæ in Bibliot. Dominicana.

Procopius Gazæus. Scripſit in priores Vet. Teſt. libros: qui ſunt excuſi Tiguri interprete Clauſero & Lauatero.

Symmachus Sardus Papa LI. Cuius decreta cum alior. PP. decretis Coloniæ ſunt excuſa, in volumine Conciliorum quatuor.

Hormisda Papa LII. Scripſit epiſtolas & decreta quæ ſunt excuſa Coloniæ, cum aliorum PP. decretis. At epiſtola ei falſo inſcripta cum operibus Fulgentii & Maxentii impreſſa.

Anno Domini 510.

Antoninus Epiſcopus Conſtantien. Scripſit conſolatoriam ad Arcadium exulem, impreſſ. Baſil. 1528. in antidoto hæreſeon.

Ennodius Epiſcopus Ticinen. Eius opuſcula aliquot impreſſa Baſileæ, anno 1569. inter orthodoxographa: ſed nunc omnia Pariſiis cum Sirmundi Notis.

Eugypius Preſbyter & Abbas. Deſcripſit vitam S. Seuerini monachi Regulam monachorum. Theſaurorum ex B. Auguſtino tomos duos: excuſos Baſileæ an. Dom. 1542. & Venetiis ann. Dom. 1543. De huius ætate inter autores eſt diſſenſio. Iſidorus, eum floruiſſe dicit poſt conſulatum Importuni, qui incidit in ann. Dom. 508. Honorius cum Iſidoro conſentit. Sigebertus eum refert ad an. Dom. 580. ſub Tiberio II. Imperat. & Pelagio II. Papa. Suffridus Leouard. Trittemius ſcribit, S. Fulgentium Ruſpenſem ſcripſiſſe epiſtolas ad Eugypium: is autem clar. circa

an. Dom. 500. Itaque Iſidori & Honorii calculus vero ſimilior videtur.

Anno Domini 520.

Auitius Boetius Manlius Seuerinus, conſul Romanus, Scripſit ad Symmachum ſocerum ſuum, plura Theologica, quæ ſunt excuſa Venetiis, ann. Dom. 1491. & Baſileæ per Henricum Petri: & liber de duabus naturis in Chriſto, editus à Simlero Tiguri cum aliis ſcriptis patrum de eadem re, additis ſcholiis.

Brigida Laginenſis Scota: Cuius libri reuelationum impreſſi ſunt Dilingæ, lingua Germanica in 8. an 1569.

Ioannes I. Papa. Scripſit ad Epiſcopos Italiæ epiſtolam conſolatoriam.

Ioannes Maxentius Abbas Pictauien. Scripſit librum contra Pelagium. Confeſſionem de Chriſto. Reſponſionem ad epiſtolam Hormiſdæ Papæ: contra Scytharum monachos ad Poſſeſſorem, &c. quæ eius ſcripta edita ſunt in Germania.

Anno Domini 530.

Aprigius vel ſecundum Iſidor. Apingius, eccleſiæ Pacenſis Hiſpaniarum Epiſcopus. Scripſit in cantic. cantic. in Apocalypſ. Ioannis.

Agapetus Romanus Epiſcopus LVII. Cuius decreta citantur in tomis conciliorum.

Benedictus Abbas Caſſinen. Eius epiſtola: & regula monachorum; item vita eius ex dialogis Gregorii, ſimul excuſa ſunt.

Congellus Bannocheren. Britannus. Scripſit regularis vitæ methodum. Ad cœnobiorum patres. Epiſtolas plures Bal.

Facundus aut Fœcundus, vel ſecundum alios *Se[illegible]ndus* Ermianen. eccleſiæ Epiſcopus, de profeſſione Cat[illegible] eccleſiæ edidit libros 12. Iſidor. & Honor. Scripſit etiam ad Iuſtinianum Imperat. defenſionem Theodori Mopſueſtiæ Epiſcopi contra Mutianum Scholaſticum.

Iornandes vel Iordanus, Epiſcopus Gotthorum.

Hiſto-

Hiſtoria eius Gotthica eſt excuſa Auguſtæ Vindelicorũ, cum Paulo Diacono, an. Dom. 1515. & Baſileæ cum Procopio, & aliis quibuſdam: item Francofurti nuper in corpore Hiſtoriæ Auguſtæ, ſexcentis locis emendatior ex mſſ Palatinis.

Iuſtinianus Imperat. Contra hæreticos volumen edidit: De incarnatione Domini, contra Eutychen libr. 5. aduerſus epiſcopos Africanos lib. 1. Trittemius.

Ruſticus Diaconus eccleſiæ Romanæ. Cuius dialogus contra acephalos, excuſus eſt Baſileæ anno 1528. & Tiguri an. 1571. cum aliis patrum & veterum Theologorum ſcriptis, contra Eutychen & Neſtorium & alias hæreſes.

Vigilius Papa. Cuius decreta cum reliquis impreſſa.

Anno Domini 540.

Arator Italus monachus, deinde ſubdiaconus Romæ. Scripſit carmine in actis Apoſtolorũ, &c. Excuſ. Baſileæ in 8. & 4. cum reliquis veterũ poetarum operibus, & Lugduni à Torneſio in 16.

Dauid Meneuienſis Britannus. Scripſit homilias: regulas cœnobiorum, contra Pelagianos & alia. Baleus.

Dracontius, poeta Chriſtianus. Eius carmen de opere creationis ſex dierum, eruditum, atque inſigne: Pariſiis è Bibliotheca D. Victoris primum eſt editum: poſtea Baſileæ, exinde Francofurti, extat & apud Pignium.

Dionyſius Abbas Romanus cognom. Exiguus. Scripſit de ratione feſti paſchalis & alia, excuſa Baſil. ann. 1528. in Antidoto contra hæreſes.

Gildas Badonicus cognom. Sapiens, Bamochorenſis monachus apud Britannos. Obiit nonagenarius an. 580. Cuius libri impreſſi & ſeorſim, & in volumine Orthodo- [illegible]horum Baſileæ.

Ioannes Baſilii amicus, ſcripſit dialogum de honore & onere ſacerdotii: & quanta ſit dignitas & poteſtas vel grauitas ſacerdotum. Sigeb. Alii adſcribunt D. Chryſoſtomo.

Iuſtinianus Epiſcopus Valentinus. Compoſuit librum de 5. quæſtionibus. Iſido.

Iuſtus epiſcopus eccleſiæ Orgelitanæ. Scripſit in Cant. Cantic. explanationem, quæ excuſa eſt Baſileæ apud Henricum Petri, anno 1551. cum aliis veterum Theologorum opuſculis.

Liberius Papa. Cuius decreta in volumine Coloniæ publicato, quod Pontificum decreta continet.

Martinus Dumienſis, Sueuorum populis regulam fidei, & ſanctæ religionis conſtituit, &c. Iſidor. Scripſit de quatuor Cardinalibus virtutibus, formulam vitæ: quæ antehac Senecæ falſo fuit attributa: impreſſa eſt Baſileæ cum præfatione Gilberti Cognati.

Mutianus Scholaſticus Latine vertit Chryſoſtomi cōment. in epiſtolam ad Hebræos: & in epiſtolam Pauli ad Philemonem, extant impreſſa Coloniæ 1530. & apud Wolfg. Lazium.

Victor epiſc. Cumenen. vel Tmuenſis eccleſiæ Africanæ. Scripſit bella eccleſiaſtica, & quædam alia. Iſid.

Anno Domini 550.

Daniel Aruornius, ſcripſit contra Pelagianos. Orationes ſynodales. Baleus.

Pelagius Papa: cuius decreta, cum reliquis Pontificum decretis, excuſa Coloniæ.

Theliaus Landanus inter Britannicæ eccleſiæ proceres contexuit conciones ad populum pias. Baleus.

Anno Domini 560.

Brendanus abbas: Scripſit de ll. monachorum.

Epiphanius Scholaſticus: Tripartitæ hiſt. Lat. interpres.

Ioan. III. Papa, eius decretum contra Papæ primatum diſtinct. 99.

Iuſtinus Iunior Rom. Imp. Cuius de fide Chriſtiana & concordia eiuſdem ſcriptum, extat apud Niceph. libr. 17. eccleſ. hiſtor.

Anno

Anno Domini 560.

Leges Ciuiles Impp. Chriſtianorum.

Petrocus Corinius Camber compoſuiſſe fertur, De vita ſolitaria lib. 1. Baleus.

Samſon Glamorganus, ſcripſit de Patientia in aduerſis lib. 1. Bal.

Anno Domini 570.

Andreas Cæſariæ Cappadociæ Archiepiſc. Scripſit Græce in Apocalypſin comment. qui Latine facti à Theodoro Peltano. edita pronuper à Commelinianis.

Benedictus I. Epiſcopus Romanus LXII. Cuius epiſtola decretalis in ſecundo tomo conciliorum aduerſus Arrianos.

Fortunatus Epiſc. Pictauien. vide Venantius.

M. Aurelius Caſſiodorus. Eius libri hiſtorici & theologici impreſſi ſunt Baſileæ, & apud Plantinum Antverpiæ: etiam Pariſiis emendatiores facti per Fornerium.

Merlinus Chalcedonius, alias Sylueſtris, Scotus. Scripſit prodigia & Vaticinia aduerſus Angloſaxones.

Venantius Honorius Clementianus Fortunatus cognomento, natione Italus: Epiſcopus Pictauienſis in Gallia poeta Chriſtianus. Cuius poemata excuſa Baſileæ in 4. cum aliis veterum poetarum carminibus: ſed meliora ſunt quæ prodiere Moguntii cum Brouerii annotationibus.

Anno Domini 580.

Pelagius II. Papa: cui in 2. tomo conciliorum aliquot aſcribuntur epiſtolæ.

Seuerus Malacitanæ vrbis Epiſcopus. Scripſit de virginitate, epiſtolas & alia. N. an ext.

Anno Domini 590.

Anaſtaſius Antiochiæ Epiſcopus Sinaita: cuius opera Græca Romæ in biblioth. Palatina ſeruantur.

Aretas Cæſareæ Cappadociæ Epiſcopus. Cuius compendiaria explanatio in Apocal. Ioannis ex Andreæ archiepiſcopi Cæſareæ Cappadociæ commentariis concinnata, eſt excuſa Baſileæ in 8. ann. Dom. 1553. & Veronæ anno Do. 1532. vna cum Oecumenii commentariis in aliq. No. Teſt. libr.

Aſaphus Britannus Epiſcopus: Scripſit ordinationum ſuæ eccleſiæ lib. 1. & alia. N. an ext.

Columbanus abbas Luxouien. Scripſit carmen aduerſus auaritiam excuſ. Baſileæ in volumine veter. poetarum.

In totum Pſalt. Epiſtolar. libr. aduerſus Theodericū regem adulterum: Monaſteriorum methodos, &c.

Dagamus Scotorum epiſcopus: Scripſit ad Britannorum eccleſias lib. 1. Baleus.

Euagrius illuſtri dignitate pręditus: Scholaſticus dictus. Hiſtoriæ ſuæ eccleſiaſticæ lib. 6. exorditur, inde vbi Sozomenus, Theodoretus & Socrates ceſſarunt, & eam ad duodecimum annum Mauritii Cæſaris ad an. Dom. 595. deducit. Excuſ. Græce Pariſ. apud Rob. Steph. & Latine Baſileæ Wolfgango Muſculo interprete, cum Euſebio, & reliquis hiſtor. eccleſiaſt. ſcriptoribus. Prodierunt quoque Coloniæ 1581. recogniti à Suffrido Petri: quos Rouerius modo edidit Græcolatinos è regione mutuo ſibi reſpondentes.

Gregorius Magnus Epiſcopus Romanus LXIV. & vltimus. Cuius opera omnia Baſileæ ſunt excuſa ann. 1553. & Antverpiæ 1572. & Venetiis 1583.

Herigerus Abbas Lobien. ſcripſit de diſſonantia eccleſiæ. De corpore & ſanguine Domini & alia.

Joannes Conſtantinop. Epiſcopus, natione Cappadox. ſcripſit Græco ſermone; de baptiſmo: Eius libellus fidei impreſſus Coloniæ in magno volumine Conciliorum. Clar. Mauritio Imperante.

Ioannes Gerundenſis epiſc. natione Gotthus. Scripſit exhortat. ad monachos, additiones in chronicam libr. 1 vixit ſub Mauritio Imp.

Lean-

Digitized by Google

Leander Epiſcopus Hiſpalenſis, ſcripſit aduerſus hæreticos (Arrianos) de contemptu mortis. Epiſtolas & alia. Item librum de Baptiſmo ad Gregorium Papam: quem habet Matthæus Dreſſerus.

Licinianus Carthaginis Spartariæ epiſcopus, ſcripſit epiſtolas: & de ſacramento baptiſmatis. Iſidor.

Anno Domini 600.

Claudius Claſſitanæ ciuitatis abbas multa ex ore D. Gregorii Papæ collegit, & in commentarios redegit: quorum meminit D. Gregorius in epiſtola ad Ioannem Rauennæ ſubdiaconum.

Dinoth abbas Britonum: de quo Galfridus Britannus hiſtoriæ ſuæ lib. 8. cap. 4.

Eutropius epiſcopus Valentinæ eccleſiæ: ſcripſit de chariſmatis vnctione de coercitione monachorum. Epiſtolas plures, &c.

Fauſtus monachus ſcripſit vitam S. Mauri.

Gregorius Turonenſis epiſcopus, Scripta eius pridem edita ſunt Lutetiæ. Hiſtoria Francorum ſeorſim edita eſt à Badio: à Morell...: & Perna Baſileæ cum appendice.

Paterius Romanæ eccleſiæ notarius & ſecundicærius: teſtimoniorum veteris & No. Teſt. libros 3. collegit. Tritem.

Anno Domini 610.

Anaſtaſius Antiochiæ epiſcopus Sinaitæ ſucceſſor. Scripſit ſermones Græce, qui aſſeruantur Venetiis. Definitionum librum qui extat manuſcriptus apud Ioannem Wolphium Tigurinum. Eiuſdem de duabus in Chriſto voluntatibus ſcriptum breue, Ioſias Simlerus inſeruit narrationi hiſtoricæ controuerſiarum de naturis in Chriſto. Eiuſdem compendiaria Orthodoxæ fidei explicatio, Græce & Latine adita eſt apud Henricum Steph. in 8 an. 1570.

Eleutherius Papa. Cuius decreta cum reliquis Pontificiis decretis excuſa Coloniæ.

Laurentius Italus Dorobernen. in Anglia archipræſul. ſcripſit, de obſeruatione paſchæ lib. 1. obiit an. 619.

Leontius Neapolitanæ vrbis in Cypro inſula epiſcop. ſcripſit in Matth. c. 17. de transfiguratione Domini Homiliam 1. citatam in 6. actione Synodi ſecundæ Nicenæ. Cõpoſuit aduerſus Iconomachos libros 5. & multas panegyricas dictauit orationes.

Leontius Nicopol. (Sigebertus habet Neapolis Cypriorum) Epiſcopus (puto eundem eſſe cum ſuperiore) ſcripſit vitam Ioannis Alexandrini epiſcopi, qui ob eximiam in pauperes miſericordiam agnominatur Eleemoſynarius. Hanc hiſtoriam manuſcriptam habet VV. Lazius hiſtoricus Viennen.

Machometus autor nouę religionis ſiue legis, quam Alcoranum nominauit: cuius figmentum eſt impurum, mẽdax, ac plenum turpium fabularum, excuſ. Baſileæ in fol. anno 1543.

Marcus Eremita. Eius gnomæ impreſſæ ſunt Hagenoæ 1531. cũ tranſlatione Vincentii Obſopæi. Et eiuſdem opuſcula conuerſa per Ioannem Picum edita ſunt Pariſiis in 8. ann. 1563.

Marcus monachus diſcipulus S. Benedicti: ſcripſit vitam S. Benedicti carmine heroico, & quædam alia: videndum ne hic idem ſit cum Marco Eremita.

Bonifacius V. Pont. Rom. IV. ſcripſit aliquot epiſtolas, quarum meminit Beda hiſt. eccleſiaſt. gentis Anglorum, lib. 2. cap. 8. 10. & 11.

Anno Domini 620.

Honorius I. Companus Pont. Rom. V. Scripſit aliquot epiſtolas, quarum meminit Beda de ratione temporum & Regino lib. 1.

Oerentius ſcripſit commonitorium fidelibus metro heroico. Sigebertus.

Anno Domini 630.

Perinus Dorceſtriæ epiſcop. Scripſit epiſtolas aliquot ad Papam Honorium. Baleus.

Iſidor.

Iſidorus Iunior epiſc. Hiſpalen. Scripſit multa quæ ſunt excuſa Hagenoæ, Coloniæ, Antverpiæ, Lipſiæ: In Italia, Venetiis: & omnia opera quæ extant Pariſiis 1580.

Ioannes IV. Pont. VII. Scripſit ad Anglos: & contra Pelagianam hæreſin. Beda de temporis ratione.

Ionas monachus & diſcipulus S. Columbani, natione Scotus, ſcripſit vitam Columbani: S. Attalæ monachi: S. Euſtaſii abbatis. Sigeb.

Anno Domini 640.

Aidanus Auinius Scotus: Scripſit in ſcriptur. commentar. Homilias & alia. Obiit anno Dom. 651. Bal.

Gallus, ex Scotia: presbyter abbas, à quo cœnobium & oppidum S. Galli habet nomen. Scripſit orationem, & gubernandæ eccleſiæ formam lib. 1. Bal.

Pontius Carbonellus Minorita Ludouici regis Franciæ præceptor. Scripſit poſtillam in vtrunque Teſtament.

Theodorus filius Theodori epiſc. Hieroſolymitani Pót. VIII. Scripſit ad Longobardorum regem monens, vt ab Arriana hæreſi deſiſteret, teſte Blondo, decade 1. lib. 9.

Martinus Pontif. IX. Monothelitarum hæreſin oppugnauit. Scripſit Canones, qui extant Conciliorum tom. 2. pag. 234. Scripſit etiam ad Amandum epiſcopum.

Anno Domini 650.

Felix Burgundio: Scripſit ad Honorium, epiſtolas plures.

Finmannus epiſcopus, ſcripſiſſe putatur de veteri Paſchatis ritu.

Vitalianus Pontif. XI. Scripſit epiſtolam ad epiſcopum [illegible] Eius decreta cum reliquor. PP. decretis ſunt ex-[illegible]

Anno Domini 660.

Audoenus qui & Dado Epiſcopus Rothomagen. ſcripſit ad Robertum Pariſiorum Epiſcopum vitam Eligii

Nouionienſis Epiſcopi: duobus libris explicans miracula, quæ vel in vita, vel poſt mortem eius geſta ſunt. Sigebert.

Romanus presbyter natione Scotus, ſcripſit de paſchate celebrationem lib. 1. Bal.

Anno Domini 670.

Benedictus abbas in Britannia: ſcripſit concordiam regularum lib. 1. & alia. Trittem.

Cedmonus Simplex monachus: ſcripſit plura ſacra poemata.

Cæſarius Epiſcopus Arelatenſis: ſcripſit theologica quorum quædam extant manuſcript. apud Dreſſerum & in Biblioth. Imp. Homiliæ 40. Baſileæ excuſæ apud Henricum Petri anno Do. 1558. Apud Honorium & in quibuſdam Gennadii codicibus dicitur, hunc autorem floruiſſe eodem tempore quo Fauſtus, Anaſtaſio Imperante circa ann. Do. 490. Hanc diſcrepantiam probe conciliat Suffridus Petri, demonſtrans hunc ſcriptorem ad Gennadii catalogum non pertinere: & Honorii quoque ætate codices corruptos fuiſſe, veriuſque dici, Trittemio etiam aſtipulante, Cæſarium floruiſſe circa an. Do. 670. vt qui præſederit Synodo Arelatenſi.

Cuthbertus Farnenſis Hibernus. Scripſit librum de vita monaſtica.

Colmannus antiſtes Apoſtolici ordinis monachus ſcripſit contra ceremoniales Romaniſtas. &c. Baleus.

Radulphus, ſcripſit hiſtoriam Francorum à ſuo tempore. Sigebert.

Sixtus epiſcopus ſcripſit librum de vita hominis perfecta. Sigebert.

Anno Domini 680.

Adelmus Epiſcopus Saxonum Benedictinus, ſcripſit aduerſus errorem Britonum de Virginitate ſanctorum & alia.

Agath-

Digitized by Google

Agatho Pont. XIV. Scripſit epiſtola confeſſionem fidei ad ſextam Synodum Conſtantinopolitanam.

Ceolfridus abbas in Anglia præceptor & nutritor Bedæ presbyteri: ſcripſit de obſeruatione paſchæ lib. 1.

Hilda Horeſmitha Northumbrorum regis neptis.

Hilda Herenica Angla: ſcripſit meditationes pias.

Ioann. Archicantor Romanus: ſcripſit de Synodo Anglorum, Romana, &c.

Kilianus martyr, Scotus: ſcripſit contra peregrinos cultus. Baleus.

Leo II. Papa XV. Tranſtulit in Latinum ſermonem acta Synodi VI. Conſtantinopolitanæ, ſcripſit etiam epiſtolas, &c.

Ioannes V. Pontif. XVII. Scripſit libellum de pallii dignitate.

Paulus monachus Caſſinenſis cœnobii. Scripſit vitam Gregorii I. Papæ: Geſta Pontificum Metenſium, miracula S. Arnulphi: hiſtoriam quoq; Longobardicam. Sigeb.

Smaragdus Abbas S. Michaelis ordin. D. Benedicti. Scripſit plura: de quibus commentarii in Euangelia & epiſtolas per totum annum, ex patribus collecti, habentur impreſſi Latine: & Germanice Gaſpare Hedione interprete anno Dom. 1536.

Anno Domini 690.

Hedda Wentanus monachus: Scripſit epiſtolarum li. ad eccleſiarum paſtores lib. 1. Obiit anno Domini 704. Baleus.

Oſtophorus Pharen. monaſterii alumnus. Compoſuit Homilias, Baleus.

Theodorus Archiep. Cantuarien. natione Græcus: ſcripſit de pœnitentia iniungenda his, qui multum deliquiſſent: & epiſtolas plures.

Anno Domini 700.

Adamanus Coludius Scotus, monachus ordin. Apoſtolici.

Scripſit hiſtorica de terra ſancta. De paſchate. Epiſtol... Ab hoc Bedam plura mutuatum, & ſuis libris inſeruiſſe tradunt. Baleus.

Aldelmus Bladuinus Anglus, Scripſit varia, de quibus Ænigmata carmine, Baſileæ excuſa an. 1557. De laudibus Virginitatis ibid. apud Henr. Petri inter Orthodoxographa.

Alphredus Northumbrorum rex.

Aquileienſis Synodi acta: oppoſitæ Sergio Papæ.

Benedictus Biſcopius Anglus, monachus Benedictinus V. Scripſit Concordiam regularum. De ſuo priuilegio Vide an ſit idem cum Benedicto abbate in Britannia, de quo ad an. 670.

Trumherus Gedlingenſis: edidit de officiis eccleſiæ li. 1. Baleus.

Walafridus Abbas Augiæ diuitis. Scripſit elegantem libellum, De comparatione mundanarum & eccleſiaſticarum dignitatum. De officiis diuinis, libellum impreſſum Coloniæ. Eiuſdem liber de exordio & incremento miſſæ citatur à Petro Vireto.

Anno Domini 710.

Accas Haguſtalden. epiſcopus, Scripſit quædam.

Eguinus Wiccius monachus Benedictinus, Scripſit, de cœnobii ſui primordiis. libr. 1. De ſuis apparitionibus lib. 1. &c.

Gregorius II. Pontif. XXIV. cuius epiſtolæ 8. extant in 2. tomo Conciliorum, & exemplum literarum apud Auentinum lib. 3. annalium: Et alibi duæ epiſtolæ ad Carolum. Contra Leonem Auguſtum imaginum venerationem damnantem lib. 1.

Wilfridus Ripanenſis, ſcripſit de ratione paſc. de clericorum tonſura lib. 1.

Anno Domini 720.

Germanus archiepiſcop. Conſtantinopolitanus ſcrip. quædam in biblioth. extantia.

Eus...

Digitized by Google

Ilnas Viſiſaxonum Rex, Scipſit leges religioſas. Statuta municipalia. Ad Gregorium II. epiſtolam 1. Obiit Romæ monachus effectus an. Do. 728. Baleus.

Ioannes Beuerlatius, archiepiſcopus Eboracen. Scripſit in Euangelium Lucæ. Homilias & alia.

Anno Domini 730.

Beda Giruicenſis presbyter & monachus: cognomentum Venerabilis, ex vitæ ſanctitate, & morum grauitate adeptus. Scripſit plurima: quæ ſunt excuſa 3. tomis Pariſiis an. 1545. & tomis octo, Baſileæ an. Dom. 1563.

Egbertus monachus Auſtralium ſeu Sudoſaxonū proles: ſcripſit de ritibus Catholicorum libr. 1. conciones varias.

Felix Crolandien. monachus: Scripſit de vita D. Gutlaci.

Gregorius III. Pont. XXV. Scripſit ad Leonem & Conſtantinum Impp. lib. 3. & epiſtolarum librum vnum. Eius epiſtolæ quinque extant in 2. tomo concil. & in libro 3. Auentini: Scripſit etiam ad Vrſum ducem Venetorum, cuius epiſtolæ exemplum extat apud Sabellicum Enneadis 8. libro 7. item duas epiſtolas ad Carolum Martellum.

Ioannes Damaſcenus qui à Paulo Diacono Chryſoroas dictus, & Manzurim & Saracenicus vocatus. Scripſit plura: cuius opera Græce & Latine ſunt excuſa interpp. Perionio & Fabro Stapulen. Veronæ 1531. Pariſiis 1544. & 1577. Antverpiæ 1556. & Baſileæ 1548.

Pacianus Barcilonæ epiſcopus, cuius parænefes aliquot impreſſæ ſunt.

Wilibrotus Clemens, Friſonum, Sclauonum & Batauorum archiepiſcopus: ſcripſit de ſua peregrinatione. Homilias & epiſtolas. Eccleſiaſticos canones.

Anno Domini 740.

Coſmas Hieroſolymitanus, Ioannis Damaſceni olim in D. Sabæ monaſterio ſocius. Cuius hymni & alia quædam opera, Græce in Italia ſeruantur.

Guthbertus Giruicius, Bedæ diſcipulus: ſcripſit familiares epiſtolas, &c. N. an ext.

Zacharias Pont. XXXVI. Scripſit epiſtolas quarum ſex extant in tomo 2. Conciliorum. Item alias ad Pipinum Regem, & alias ad Bonifacium.

Anno Domini 750.

Bonifacius Archiep. Moguntinus ſcripſit epiſtolarum ad diuerſos lib. 1. vitam quorundam Sanctorum.

Bonifacius Wanefridus monachus, ſcripſit de ſua fide & doctrina, de religione ſanctitatis & alia plura.

Clemens presbyter Scotus: Adelberto Gallo ſe coniunxit: & ſcripſit contra Bonifacium Anglum, Maguntinen. archiepiſcopum, improbãs cœlibatum ſacerdotum, & alia.

Eteluuolphus Beruicius qui & Lupus dicebatur, ſcripſit ſuper ſomnio ſuo. De illuſtribus monachis, &c.

Strabo monachus Anglicus Bedæ frater.

Stephanus II. Pont. XXVII. Eius quædam epiſtolæ excuſæ ſunt in centuria VIII. eccleſiaſt. hiſtoriæ.

Synodi VII. Conſtantinopolitanæ quæ Conſtantiniana dicitur Acta.

Anno Domini 760.

Egbertus Archiepiſcopus Eboracen. ſcripſit Homilias, & epiſtolas.

Paulus I. Pont. XXVIII. Scripſit epiſtolas plures, ad reges Franciæ. XXXI.

Conſtantinus Pont. XXIX Scripſit epiſtolas 2. ad Pipinum.

Crodegangus vide Ruggandus.

Rupertus Wormacien. Epiſcopus. Conuert[illegible] Chriſtianam Bauaros, & epiſcopatum Inn[illegible]uen..

Ruggandus aliis Crodegandus epiſc. Meten ſis: ſcrip[illegible] regulam canonicorum. lib. 1. & quædam alia.

Verus epiſc. Hiſpalen. prouinciæ Beticæ: ſcripſit vitam Entropii Epiſcopi & quædam alia. Sigeb.

Anni

Anno Domini 770.

Adrianus I. Pont. Rom. XXXI. Vide poſt Stephanum Pontif. quem ſequitur.

Flaccus Albinus ſiue Alcuinus Bedæ diſcipulus, præceptor Caroli Magni. Eius opera impreſſa ſunt, Pariſiis, Coloniæ, Baſileæ, &c.

Huſuardus vel Iſuardus monachus iuſſu Caroli M. Imp. integrum martyrologium effecit. Sigeb.

Ioannes Hieroſolymitanus patriarcha: Scripſit ex Baſilio & Paulino methodum lib. 1. vitam Ioannis Damaſceni lib. 1. quod opus poſterius tranſtulit ex Arabico in Latinũ, Ioan. Oecolompadius, & eſt impreſſum.

Richtruda Anglica mulier Veſtalis, ſcripſit epiſtolas conſolatorias. Baleus.

Stephanus III. Pontifex XXX. Scripſit epiſtolas plures.

Adrianus I. Pontif. XXXI. Scripſit epiſtolas; item librum de veneratione imaginum: nec non quodlibeta, &c. impreſſa typis.

Anno Domini 780.

Amelarius Metenſis Epiſcopus, ſub Ludouico. Scripſit libros 4. de diuinis Sacramentis. Honor.

Baſilius Ancyranus epiſcop. Scripſit de virginitate, & nonnulla alia. Hieron.

Duziaca Synodus. Eius epiſtola ad Adrianum Papam, contra primatum Papæ extat. Nicenæ Synodi II. acta an. Dom. 788. Pro imaginibus.

Paulus Diaconus Longobardus: rogatu Adelburgæ filiæ regis Deſiderii, ſcripſit hiſtorias particulares & ſingulares: de quibus hiſtoriæ Longobardicæ libri ſex, impreſſi ſunt apud Aldum Venetiis: & apud Pernam Baſileæ, & alibi: nuper vero mille locis emendati è mſſ. Iani Gruteri, ediciique opera Iungermanni à Wechelianis.

Anno Domini 790.

Antipater Boſtrenſis Epiſcopus. Eius ſermo in natiui-

tate,habetur Græce in Italia. Eiuſdem homiliæ 3. in Ioannem Baptiſtam, in Zachariæ ſilentium, in ſalutationem Angelicam,Græce manuſcr.extant in bibl.Imp.

Claudius Altiſiodoren. Vide Claudius Clemens Scotus Altiſiodoren.

Claudius Clemens natione Scotus, diſcipulus Bedæ, factus in extremo ſenio,Epiſc. Altiſiodoren. ſcripſit in pẽtateuchum:Iudicum, Ruth, Pſalterium, in Matthæum,de Euangeliſtarum concordia: contra Bonifacium Anglum, & alia. Eius ſumma, & commentarii in epiſtolam ad Galatas, nomine Claudii Altiſiodoren. excuſi ſunt Pariſiis, anno Dom.1542.

Francofordianæ Synodi acta hic legantur, quæ eſt celebrata an.Dom.794.In qua,teſte Auentino,acta Græcorum de adorandis imaginibus ſunt reſciſſa.

Ioannes Mailroſius Scotus, ſocius Claudii Clementis: vterque Pariſiis regi Carolo ab Albino commendatus fuit: Mailroſius Auguſtini Benedictinorũ cœnobio præfectus fuit,anno 792. Scripſit plura,ſed eius libris ſumus deſtituti,vide chronic. Antonini.

Leo III. Pontif. XXXII. Scripſit epiſtolas,quæ ſuppreſſę videntur,pauca eius verba extant,2.q.4.

Anno Domini 800.

Cabilonenſis Concilii acta.

Chriſtianus qui & Druthmarus monachus, presbyter Corbeien. 3. linguarum peritus,ſcripſit inter alia expoſitionem in Euangelium Matth. inuentam Vvormatiæ,& impreſſam Hagenoæ,anno Do.1530.octob.43.

Anno Domini 810.

Aponius, Theologus. Eius comment. in Cant. Cantic. excuſa ſunt Baſileæ apud Henricum Petri.

Carolus Magnus Imp.

Leges Carolinę ab Anſegiſo abbate collectæ. Baſileæ in libro Germanicarum antiquitatum, excuſæ. Attribuuntur eidem etiam libri 4. de imaginibus contra Nicenum concilium II. qui libri Pariſiis ſunt impreſſi, cum præfatione

Ioan.

Digitized by Google

Ioan. Tilii tunc Meldorum epiſcopi. Iidem etiam alibi ſunt excuſi hoc titulo: Opus Caroli M. contra Synodum, quæ in partibus Græciæ pro Imaginibus adorandis ſtolide geſta eſt, anno 1549. in 16.

Claudius Taurinenſis Epiſcopus. Eius apologeticum aduerſus Theodomirum abbatem, videre licet in catal. teſt. verit. pag. 95.

Hammularius ſiue Amalarius, Fortunatus Archiepiſc. Treuir. Scripſit de eccleſiaſticis officiis, de miſſa, epiſtolas.

Paulinus Aquileienſis Epiſcopus. Scripſit libellum aduerſus quoſdam epiſcopos, qui Chriſtum adoptiuum Dei filium docebant, editum ſeparatim 1549. & in volumine conciliorum tomo 3.

Photinus ſiue Photius patriarcha Conſtantinopolitanus. Hic eſt Autor Scholiorum in epiſtolas Pauli omnes, quæ ſunt ex variis autorum commentariis excerptæ, quorum magna pars in Catena expoſitionum Oecumenii legitur. & quæ ad Romanos eſt ſcripta, impreſſa eſt Baſileæ apud Robert. Vvinter. anno Dom. 1537.

Anno Domini 820.

Boſonis librum de libero arbitrio ad Ludouicum I. Imper. habet Viennæ Auſtriæ Vvolfgangus Lazius.

Eginhardus vel Einardus Cancellarius Caroli M. Imp. Abbreuiauit Pſalterium excerpendo omnes verſus verba orationis habentes. Scripſit etiam epiſtolas ad diuerſos.

Cæterum Eginhardi hiſtorica de Carolo M. Baſileæ ſunt excuſa, anno Dom. 1532.

Ludouicus Imperator Caroli Magni filius. Eius epiſtola ad archiep. Saltzburgenſ. de reformatione cleri excuſa, extat.

Luitpertus Archiep. Moguntinus. Scripſit epiſtolam ad Ludouicum Imp. aduerſus Papam.

Maurus epiſcopus: Videndum an ſit Rabanus: quamuis in bibl. Geſnero-Simleriana, vt diuerſi commemorentur: quod ſi verum, fuerunt tamen coæui. Cuius libri 4.

de fide Chriſtiana extant Viennæ apud wolfgangum Lazium. Eiuſdem conuiuium Dei ad Lotharium regem: Baſileæ Parcus impreſſit an. Dom. 1557.

Niceta Byzantius. Cuius liber contra Maometh, extat Romæ in Vaticana Bibliotheca.

Oecumenius, Græcus autor doctus. Eius libri tomis 2. excuſi ſunt Græce Baſileæ.

Anno Domini 830.

Angelomus Monachus Lexouien. Scripſit in libros regum, & in Cantica, excuſa Coloniæ 1530.

Hamulus epiſcopus Lugdun. Scripſit ad Carolum contra Iudæos.

Haymo Fulden. monachus, poſtea abbas Hirsfeldenſis, poſtremo epiſcopus Halberſtatenſis. Scripſit fere in vniuerſa Biblia: alia quoque varia: vt De varietate librorum lib. 3. De mundi voluptate lib. 1. Enchiridion rerum Chriſtianarum lib. 1. de ſancta Trinitate lib. 1. Eius interpretatio in D. Pauli epiſtolas, excuſa eſt Pariſiis anno Domini 1556. Et eiuſdem hiſtoriæ ſacræ epitome, ſiue de Chriſtianarum rerum memoria libri decem. Coloniæ in 16. anno Domini 1573.

Rabanus Maurus ex abbate Fuldenſi, Archiepiſc. Moguntinus Albini Anglici quondam auditor. Scripſit multa quæ ſunt excuſa Phorcæ, Coloniæ, Baſileæ, Pariſiis, annis 1505. 1530. & 1551. Quædam Manuſcript. extant apud Lazium. & M. Dreſſerum. Platina teſte hic Rabanus ſub Gregor. IV. Pont. Rom. vixit: & obiit anno Domi. 856. prope Moguntiam.

Anno Domini 840.

Anſegiſus Abbas Lobienſis. Scripſit libellos 4. ex decretis Caroli Magni & Ludouici filii: impreſſ. anno 1550. Pariſiis: & anno 1557. Baſileæ.

Bellator presbyter. Scripſit in librum Sapientiæ libros 7.

Bertra-

Bertramus Preſbyter, tempore Caroli M. & Calui. Scripſit librum de Prædeſtinatione. Item de corpore & ſanguine Domini: impreſſ. Coloniæ, an. Dom. 1532. in 8. Et Baſileæ apud Henricum Petri in Micropreſbytico.

Carolus Rex Galliæ, Magni ex Ludouico filio Nepos. Cuius epiſtola aduerſus Hadrianum Pontificem, extat in catalogo teſtium verit. excuſo Argentinæ, à pagina 89. vſque ad pag. 110.

Freculphus Epiſcopus Lexouien. Scripſit volumen grande & inſigne, continens ab exordio mundi vſque ad natiuitatem D. N. Ieſu Chriſti, rerum geſtarum hiſtoriam lib. 7. excuſ. Coloniæ 1539. chartis 82. Eiuſdem epiſtola ad Rabanum Maurum, legitur ab initio commentariorũ Rabani in Pentateuchum.

Halitgarus Epiſcopus. Cuius libri quinque pœnitentiales ad Ebonem Epiſcopum: Manuſcript. extant in Bibliotheca Tigurina.

Hilduinus Abbas S. Dionyſii Pariſien. Scripſit vitam S. Dionyſii vtroque ſtylo. Sigeb.

Ionas Aurelianenſis Epiſcopus. Scripſit librum pro Imaginib. contra Claudium Taurinen. editum inter hæreſeologa, & ſeparatim Coloniæ 1554. & Antuerpiæ apud Plantinum in 16.

Cleri Rauennatis. Epiſtola de libertate in veſtitu, extat in catalogo teſt. verit. pag. 153.

Strabus Monachus Fuldenſis. Scripſit fere in tota Biblia.

Theodulphus Epiſcopus Aurelianen. Scripſit hymnos, & epiſtolas. Eius Annales Caroli & Ludouici extant Manuſcr.

Anno Domini 850.

Ioannes Scotus, alias Erigena dictus, ſcripſit cum aliarum commentarios in libros Dionyſii de Hierarchia: in quorum enarratione, cum taxaret opinionem de oblatione cœnæ Dominicæ pro viuis & mortuis; à diſcipulis grahiis eſt interfectus: anno Domini 884. in monaſterio Malmeſberienſi.

Lupus Seruatus preſbyter: ad quem R
Fulden. octo libros in epiſtolam Pauli ad
pſiſſe legitur. Scripſit de 3. quæſtionibus lib
epiſtolas.

Moſes Bar Cepha Syrus. Scripſit libru
quem Andreas Maſius ex Syriaca lingua t
dit, anno Domini 1569. Antuerpiæ in 8.
pretatio 4. Euangeliorum in Syriaca lingua
in membrana in 16. Viennæ ab anno Dom

Nicolaus I. Pont. XLII. Scripſit epiſtol
uerſos, quæ ſunt excuſæ in vno volumin
Romæ anno Dom. 1541. & quædam ext.
conciliorum, atque apud Reginonem libr.
metropoli libro 1. cap. 37. & 38. Ad conſul
multa reſpondit, quæ decretis inſerta ſunt.

Notgerus Epiſcopus Leodien. Scripſit de
poſitoribus ſacræ ſcripturæ lib. 1. Epiſtolas.

Roſuida Nobilis mulier in Saxonia nata
men. cœnobio Sacromonialis. Cuius ſcri
Conrado Celte Nurenbergæ, anno 1501.

Anno Domini 860.

Adrianus II. Pontifex XLIII. Scripſit e

Anaſtaſius, Apoſtolicæ Bibliothecæ cu
tor: tranſtulit è Græco, vitas ſanctorum p
riam eccleſiaſt. Pontificum & alia, nuper
tiæ.

Gildas quartus Britannus monachus.
rium & alia hiſtorica.

Guntherus Colonienſis Epiſcopus.
Papam Nicolaum, extat libro 4. Auentini.

Hincmarus Archiepiſcopus Remenſis.
faciunt contra primatum Papæ: & ſatis au
lam in Adrianum II Item epiſtolas, quæ
in catalogo teſtium verit. pag. 186. & ſeqq.

S. Hudalricus Epiſcopus Auguſtanus. C
Nicolaum I. Papam celebratur, contra cœl

Digitized by Google

Ioannes Segobienſis Hiſpanus. Tranſtulit Alcoranum & refutauit; teſte Ænea Syluio in Europa ſua cap. 4. Scripſit de actis concilii Baſilien. volumina duo, quæ ſeruantur Baſileæ Manuſc. &c.

Michael Imperator, Theodoræ filius. Scripſit epiſtolam aduerſus primatum Papæ ad Nicolaum I. Item contra idololatriam imaginum.

Thetgandus Treuiren. Epiſcopus. Scripſit epiſtolam aduerſus Nicolaum Pontificem, quæ extat libro quarto Annalium Auentini.

Anno Domini 870.

Hartmundus monachus Monaſterii S. Galli, Rabani Mauri quondam auditor, Græce, Latine & Hebraice peritus: Scripſit multa præclara, vti Trittemius inquit, opuſcula, tam metro quam proſa.

Ioannes IX. Pont. XLIV. Scripſit de vita Gregorii M. Epiſtolam ad Ludouicum Balbum.

Milo Eluonen. Monachus Benedictinus, natione Gallus: Scripſit ad Carolum Caluum regem, de ſobrietate lib. 1. vitam S. Amandi, Epiſtolas ad diuerſos.

Otfridus Wiſſenburgenſis diſcipulus Magni illius Rabani. Eius liber extat lingua Francica ſcriptus, de Gratia Euangelii: paſſim in Bibliothecis Manuſcr. ediditque Flacius.

Photius Patriarcha Conſtantinopolitanus. Scripſit cōtra Romani Pontificis ambitionem, & de vita Nicolai Papæ, librum qui ab Adriano II. Pont. flammis eſt traditus. Item enumerationem Autorum, cum argumentis & ſummis librorum capitibus, voluminibus duobus Græce, quæ extant Venetiis in Bibliotheca Strozæ, nuper editi Auguſtæ per Hæſchelium, interprete Andrea Schotto. Alii eiuſdem tractatus extant in Bibliotheca Hurtadi Venetiis: & Romæ in Vaticana. Sed Nomocanonum, id eſt, Ius Pontificium Græcorum, cum annotationibus Theodori Balſamonis, Henrico Agylæo interprete, impreſſit

Oporinus Baſileæ 1561. in fol. idem opus
Gentiano Herueto interprete.

Anno Domini 880.

Bauariæ Epiſcopi. Scripſerunt epiſtol
VIII. Papam, qua eum ſui admonent offi

Ericus Monachus Benedictinus, Antiſi
inter alia homilias 37. quæ extant inter ho
theologorum, quas Alcuinus Leuita cong

Henricus Antiſiodoren. vide Ericus.

Paſcaſius Rathbertus Abbas Corbien.
cramento altaris. Vitam S. Adelhardi. In
miæ lib. 1. qui in Italia eſt impreſſus.

Remigius Monachus Antiſiodoren. S
excuſa Coloniæ & Antuerpiæ anno 1545
nuſcr. aſſeruantur in Bibliotheca Tigurina
ria Viennæ.

Anno Domini 890.

Ambroſius Anſbertus Gallus Monachu
extant quædam, vt libri 10. in apocalypſim
excuſi, anno 1536.

Epiſtolæ Decretales, quæ extant in tomo
primis Epiſcopis Romanis attribuuntur
tempora ſcripta ſunt.

Formoſus Pontifex XLIX. Scripſit epiſt
emplum extat apud Cranzium lib. 2. cap. 2

Anno Domini 900.

Guido Rauennas preſbyter. Scripſit hi
ficum: & de bello Gotthorum.

Theophylactus Epiſcopus Bulgariæ. E
excuſa, Romæ, Pariſiis, Coloniæ, Baſileæ
tine.

Anno Domini 910.

Radulphus Flauiacen. cuius ſcripta Co
cuſa.

Rathbodus Epiſcopus Traiecten. Scrip
vitas aliquot Sanctorum.

Rhegino Abbas Prumien. Scripſit, præter chronicon, quod eſt impreſſum libris decem à natiuitate Chriſti ad ſua tempora, de diſciplina eccleſiaſtica libros 2. quos ex decretis ſanctorum Patrum, & generalium conciliorum comportauit.

Anno Domini 920.

Hilduinus Abbas Lobienſis. Scripſit geſta abbatum Lobien. Sermones ad fratres, & quædam alia.

Odo abbas Cluniacen. Scripſit ſermones, & hiſtorica quædam.

Anno Domini 930.

Leo VII. Papa. De eius epiſtola ad Epiſcopos Bauaricos, vide Auentinum.

Ratherius ex monacho Lobien. cœnobii Epiſcopus Veronen. Scripſit de ſuo exilio. De corpore & ſanguine Domini. Contra Anthropomorphitas. Confeſſionum lib. Vitam S. Vrſmari Lobien.

Anno Domini 940.

Hildebertus, antiſtes Moguntinus doctiſſim. claruit. Vitichind. lib.1.

Anno Domini 950.

Luitprandus Ticinen. Eccleſiæ Leuita. Scripſit hiſtoriam Impp. & Regum Europæ excuſ. Pariſiis, & Baſileæ anno Dom. 1532.

Windichinus vel Witichindus Monachus Corbienſis cœnobii in Saxonia. Scripſit Annales excuſ. Baſileæ apud Heruagium anno 1532. cum annotationibus Martini Frechtii: & aliis diuerſorum hiſtoricis opuſculis. Et Frãcoforti in folio, opera Reineccii anno Dom. 1580.

Anno Domini 960.

Fridegodus Diaconus. Scripſit vitas. Item de peccatrice in Euangelio. De Hieruſalem ſupera. Viſiones brutorum, contemplationes varias.

Odo Seuerus, ſcripſit de Euchariſtia, ſtat
& poemata diuerſa.

Serlo Dorobernen. Anglus, monachus B
Edidit contra monachorum libidines lib.1. co
pentateuchum. lib.5. de differentiis lib.1. de p
1. Homilias quoque lib.1. Baleus.

Anno Domini 970.

Abbo Floriacen. cœnobii Abbas. clar. T
hoc anno & obiit anno Dom 1004. à ſuis mo
fectus, ſcripſit plura & philoſophica & theo
commemorat Baleus: Eius vitam deſcripſit
riacen.

S. Vdalrichum Auguſtanæ eccleſiæ epiſco
annorum decuria: anno nempe Dom. 974
ſpeculo (quod etiam Funccius eſt ſecutus,) v
eſt annotatum. Sed nos Æneæ Syluii Pii II. Po
notationem ſumus ſecuti: qui in ſua Germa
S. Hudalrico. Vixiſſe eum anno nongenteſim
83. quo etiam, vti Iacobus de Voragine, in a
cap. 202. diſerte ſcribit, & omnes hiſtorici cō
iit. Natus ergo eſſet ann. 817. Ad epiſcopatu
motus fuit, earundem communi hiſtoriaru
anno ætatis 50. Ergo ſecundum ſuperiorem
tationem claruit in decuria 860. annorum: 8
867. primo ſui Epiſcopatus: & vltimo Ponti
lai (qui obiit, teſte Panuinio eiuſdem anni Id
ad ipſum Papam Nicolaum, epiſtolam illam
Sacerdotum ſcripſit.

Anno Domini 980.

Bridfertus Rameſienſis doctor & monac
de inſtitutione monachorum lib. 1. & alia no
ſcholia in Bedam de temporibus, & de natu
ribus Bedæ impreſſa.

Dunſtanus monachus Glaſcouien. Angl
de ordinatione cleri: contra regem Edwicu

Digitized by Google

Ethelwodus Wentanus monachus, ſcripſit de ſua in presbyteros poteſtate. De ſuis viſionibus.

Ioannes XVII. Pontif. 79. Dicitur fuiſſe eruditionis eximiæ, & multa poſteris ſcripta reliquiſſe.

Rupertus rex Franciæ, ſcripſit cantus & reſponſoria & ſequentias vulgatas, quæ cantantur in templis.

Anno Domini 990.

Annonius vel Aimonius monachus Floriacenſis, Scripſit de Origine & geſtis Francorum, excuſ. Pariſiis, Lugduni, & emendatior editus à Wechelo 1567. in 8.

Arnulphus Aurelianen. Epiſcopus. Scripſit orationem contra primatum Papæ quæ extat excuſa in catal. teſt. veritat. pag 181.

Oſwaldus Odonius, Wintonien. Epiſcopus. Scripſit ſtatuta ſynodalia.

Anno Domini 1000.

Bruno Archiepiſcopus Ruthenorum. Scripſit in Geneſim lib. 1. & quædam alia.

Leuinus Scotorum Archiepiſcopus & martyr dicitur contexuiſſe Homilias aliquot. Bal.

Leo Attridamus Archiepiſcopus ſcripſit cum Michaële Conſtantinopolit. epiſtolam contra Rom. eccleſiam, quę eſt excuſa & inſerta cat. teſt. verit. pag. 417.

Michael Conſtantinopolitanus, de eius epiſtola ſcripta cum Leone Attridamo vide paulo ſupra ad nomen Leonis.

R. Moſe Filius Maimon Ægyptii cuius ſcripta apud Iudæos in magna ſunt exiſtimatione, & Rambam ab eiſdem vocatur. Scripſit de 13. articulis fidei Iudæorum excuſa Iſnæ 1540. Directorium in theologia impreſſ. Hebraico & Latine. Gloſſam in Talmud Hieroſolomitan. excuſ. Venetiis. Librum epiſtolarum excuſ. ibid. A Reuchlino citatur eiuſdem liber perplexorum. Capita de regis Chriſti rebus à Genebrardo translata & edita ſunt Pariſiis, cum aliis quibuſdam 1573.

Samuel Iudæus Iſraelita: cuius epiſtola erudita & planè Christiana ad R. Iſaac Synagogæ magiſtrum tranſmiſſa, de vana expectatione Iudæorum impreſſa eſt Coloniæ 1538. & prius Argentorati 1523. & nuper Germanice reddita & Baſileæ an. 1551. cum aliis veterum theologorum opuſculis. Et Heidelbergæ in 8. an. 1583.

Anno Domini 1010.

Fulpertus Epiſcopus Carnotenſis: Scripſit Epiſtolarum ad diuerſos lib. 1. De laudibus S. Mariæ. Hymnos: orationes varias, &c.

Anno Domini 1020.

Petrus Gualtherius Chabotius Philoſophus, 1516. in oppidulo nomine Sanlupo in agro Pictauino. Boiſſard. in Iconib.

Petrus Kerzmanus Eccleſiaſtes Ambergenſ. 4 Decemb. hora 5. veſpertina 1521. Noribergæ.

Petrus Koëcke pictor egregius, 14. Auguſti 1502. Aloſti in Flandria.

Petrus Lotichius Secundus, Poëta præſtantiſſimus, die 2. Nouemb. 1528. in Cœnobio Solitariæ.

Petrus Martyr Vermilius Theologus, 8. Septemb. 1500. Florentiæ.

Petrus Molinæus Eccleſiæ Pariſienſis Miniſter, 1568. 8. Octobris.

Petrus Opmeerus Hiſtoricus, C. S.E. 9. die Nouembr. 1595. Delphis.

Petrus Pithœus nat. Feſto omnium Sanctorum, Kalendis Nouembr. 1539 Auguſtobonæ Tricaſſium.

Petrus Ramus Orator & Philoſophus excellens, in pago Veromanduorum Quut, 1515.

Petrus Ronſardus Poëta Gallicus, nobili familia natus in arce paterna Poiſſonnera, ditionis Vindocinorum, die 11 Septembr. 1524.

Petrus Victorius Italus, Florentiæ, familia nobili, 3. Iulii, 1499. Huius viri eruditionem ac modeſtiam incomparabilem ſcripta eius loquuntur.

Petrus Weſenbecius I.C. & in inclyta Acad. Altorfiana Noricorum Iuris Profeſſor primarius, eruditionis, pietatis & humanitatis laude clarus, die 5. Maii, circiter noctis horam 11. 1545. Antuerpiæ.

Philippus Beroaldus ſenior Criticus ac Philologus egregius, natus 7. Nouembr. 1453. Bononiæ. Auctor vitæ eius

Blanchinus. nam Eberus tribuit ei annum 1450. diemque 13. Nouemb.

Philippus Gallæus pictor ſculptorq; optimus, melior tamen vir, 13 Iulii quo obiit Eraſmus 1536. Lugduni Batauorum.

Philippus Gundelius I.V.D. 28. Febr. 1493. Patauiæ.

Philippus Eduardus Fuggerus nat. 1546. die 10. Febr. horis à merid. 18. min. 30.

Philippus Melanchthon, Vir de ſuis ſcriptis notiſſimus, die Iouis poſt Dominicam Inuocauit, 16. Febr. minutis 6. poſt horam 7. pomeridianam, 1497. in oppido Palatinatus Bretta.

Philippus Mylæus Eccleſiaſtes primarius 25. Aug. 1549. Heidelbergæ, patre Ioanne Mylæo LL. Doctore.

Philippus Mornayus Pleſſiaci Marliani Dominus, vir celeberrimi nominis, 1549. 11. Nouemb.

Philippus, Baro Winnebergicus, Dominus Beilſteine, Burggrauius Alzeanus, 1563.

Pontus Heuterus 9. Kalend. Septemb. Delphis apud Batauos 1535.

Quirinus Reuterus Theolog. Heidelbergenſis, 27. Septemb. 1558. Moſbaci.

Raimundus Fuggerus nat. 1489. die 24. Octob. hor. poſt merid. 1. min. 30.

Raimundus Fuggerus Iunior nat. 1528. d. 28. Octob. horis à merid. 6. min. 51.

Raimundus Fuggerus Tertius nat. 1553. d. 13. Decembr. horis à meridie 7.

Raphaël Sailer I.C. Adſeſſor Cameræ Spirenſis 6. Ian. 1535. Auguſtæ Vindelicorum.

Richardus, Ioachimi fil. Richardi nepos, à Schulenburg, in quem genus, virtus, doctrina & fortuna omnia ornamẽta congeſſerunt: quorum teſtimonium Germania, Gallia, Italia, Anglia & Belgium ferre poſſunt, die 16. Iunii, 1547.

Rolandus Betolaudus Poëta & I.C. C.S.E. nat. 1. Octobris, 1536. mane in agro Lemouicum Subterraneo.

Rudol-

Digitized by Google

Rudolphus Goclenius Philoſophus clariſſ. & in inclyta Acad. Marpurgenſi Profeſſor: qui ſcriptorum optimorum elucubratione veræ Philoſophiæ ſtudia plurimum exornauit & illuſtrauit, die 1. Martii, ſub Solis exortum, 1547. Corbachii in Comitatu Waldeccenſi.

Rudolphus Gualtherus Theolog. die 9. Nouembr. circa meridiem, 1519. Tiguri.

Rudolphus Imp. Comes Habſburgenſ. naſc. 1218. 27. April. Hunc Fridericus II. Imp. dicitur ſacri baptiſmatis vndis expiatum extuliſſe. Cuſp. Hinc ad mortẽ Maximil. I an. 300.

Salomon Geſnerus Theologiæ Profeſſ. Witebergæ, 8. Nouemb. 1559. Boleslauiæ in Sileſia.

Samuel Grynæus, Simon. fil. IC. Collegii Iuriſc. in Acad. Baſil. anteceſſor ac Profeſſ. & Reip. ibid. Syndicus, frequentiſſimis Doctorum in vtroq; Iure promotionib. clarus, die 7. Iunii, intra hor. 4. & 5. matutinam, 1549. Baſileæ.

Samuel Iauchius Eccleſiaſtes Freibergenſ. hora 10. prandii, 26. Iunii 1516.

Schweickerus à Sickingen nat. 4. Nouemb. hor. 13. min. 38. 1500.

Scipio Gentilis IC. 1563 prope Aſculum C.S.E.

Sebaſtianus Froſchelius Eccleſiaſtes Wittebergenſ. 24. Februar. quadrante horæ ante medium noctis 1497. Ambergæ.

Sebaſtianus Gerſtmannus I.V.D. Academię Francofordianæ Profeſſor, Cæſar. & Brandeburgicus Conſiliarius, 1541. Boleslauiæ Sileſiorum.

Sebaſtianus Hoffman in Hennersdorff, genere, eruditione, ſapientia, autoritate, & rerum politicarum vſu vir vere nobilis, die 14. Octobr. 3. horis cum dimid. poſt merid. 1551. Gorlicii.

Sebaſtianus Hornmoldus I C. ac Poëta, Conſiliarius Ducis Wirtenbergici C.S.E. 21. Februar. 1562. Tubingæ.

Sebaſtianus Munſterus, 1489. in oppido Ingelheim: cuius extat verſio Bibliorum, Grammatiça Ebræa, Coſmographia, variaq; monumenta.

Sebaſtianus Rötinger I. C. ac Syndicus Nordlingenſis, 7. Decemb. 1537. Nordlingæ.

Sebaſtianus Schedelius, 14. Ianuar. hor. à meridie 9. minut. 45. 1520. Norimbergæ. qui dum ad prædium ſuum è regione Bambergæ ſitum excurrit, ab Hiſpanis globo traiectus eſt 9. Iulii 1547.

Sebaſtianus Schertlinus Sueuus, Vir militaris, 17. Ianuarii, 1495.

Sebaſtianus Seitz Senator Auguſtanus, die 30. Nouemb. horis à meridie 9. min 4. Auguſtæ, vbi trucidatus eſt veſpere à tribus Sicariis 1554. menſe Octobri.

Sigefridus Ribiſchius, Conſiliarius aliquot Impp. vir ſapientia, doctrina & virtute ornatiſſimus, Vratislauiæ, 13. Septemb. 1530.

Sigefridus Saccus Theologus Magdeburgenſ. die 17. Martii, hora 2. pomeridiana, 1527. Northuſæ vrbe Imperiali.

Sigiſmundus à Brandenſtein in Nideck, naſ. 11. Auguſti 1526. hora 9. antemeridiana.

Sigiſmundus Friderici Grauis, Landgrauii Thuringiæ filius naſcitur Miſnæ 1530. poſtea ſucceſſit Gebhardo Præſuli Merſburgio.

Sigiſmundus Friderici I. Electoris Saxoniæ filius naſcitur Grimmæ pridie Kal. Martii 1 16.

Sigiſmundus Wernerus Rector Scholæ Culmbacenſis naſcitur 19. Martii, 1534. quadrante horæ ante 1.. noctis ſequentis.

Simon Gryneus de bonis literis benè meritus: cuius ſcripta ſunt in medio, Feringæ Sueuiæ oppido, 1493.

Simon Stenius, Græcæ linguæ & hiſtoriarum in Academia Heydelbergenſi Profeſſor, C. S. E. 1540. Lomaci in Miſnia.

Simeon Theophilus Matthiæ filius, Turnouius, Eccleſiarum Euangelicarum Confeſſionis Bohemicæ in Maiori Polonia Superattendens & Præpoſitus Oſtrorogenſis, nobili ſtemmate natus eſt, die 15. Septembr. hora 4. poſt occa-

ſum

ſum Solis, Horoſcopante vltima facie Geminorum, 1544. Turnouiæ Bohemorum.

Stephanus Szegedinus Theologus, Szegedini Emporio inferioris Pannoniæ celebri, honeſto apud ſuos loco, 1505.

Stephanus Vngariæ Rex, qui Chriſtianam religionem primus in Vngaria plantauit, naſcitur 969. Chron. Vngar. Bonfinius & Abrah. Bakſchius.

Theodorus Beza Theologus ac Poëta clariſſimus, die 24. Iunii, Iohannis Baptiſtæ natalib. ſacra 1519. Vezeliis vetuſtiſſimo Æduorum oppido.

Theodorus Zwingerus, Med. & Philoſophus præſtantiſſimus, C. S. E. die 2. Auguſti, Baſileæ. 1533.

Thomas Aquinas celebris Eccleſiæ Doctor, & doctrinæ Scholaſticæ Princeps, Monachus Ordinis Prædicatorum, atque Alberti Magni diſcipulus, naſcitur 1223. Antonin. Lombard. habet 1225. Olim dictus eſt Doctor irrefragabilis & Angelicus.

Thomas Cranmerus Archiepiſcopus Cantuarienſis, ex generoſa proſapia, die 2. Iulii 1498.

Thomas Eraſtus Medicinę Profeſſor primarius Heidelbergæ, flagellum inſigne Paracelſiſtarum, naſc. 7. Septemb. 1524. Badenæ Heluetiorum.

Thomas Hubnerus vir doctiſſimus, Cal. Maii, 1533. in oppido Bernaw. In hoc viro Ingenium pietas artemq; modeſtia vincit.

Tycho Brahe, Eques Danus, Mathematicus nobiliſſimus, Aſtronomiæ ſolertiſſimus inſtaurator & ſeculi noſtri Atlas, C. S. E. die 14. Decemb. hora 10. cum quinq; 6. ante meridiem. Knudſtorpii prope Lundum in Scania 1546.

Valentinus Friedlandt Trocedorfius, Rector illuſtris Gymnaſii Golrbergenſis, in pago Trotzendorff prope Gorlicium, 1490.

Valerius Cordus Medicus, & Dioſcoridis illuſtrator, die 18. Februarii, hora quarta pomeridiana, 1515. Simeluſii in Haſſia.

Venerabilis Beda Preſbyter, cuius Homiliæ in templis decantantur, circa annum 666 natus eſt in Anglia.

Victor Giſelinus Medicus, Criticus & Philoſophus rari exempli, 23. Martii 1549. Sandforti in Flandria.

Victorinus Strigelius Theologus doctiſſimus, C. S. E. die 26. Decemb. 1524. in vrbe Sueuiæ Kauffbewren/hora 4. poſt meridiem.

Victorinus Schönfeldt Mathematicus inſignis, C. S. E. 1525.

Viglius ab Ayta Zuichemus Friſius I.C. die 19. Octobr. 1507.

Vitus Amerbachius Philoſophus, Wembdingæ Rhætorum 10. Nouemb. 1503.

Vitus Ortel Winshemius Medic. Doct. & Profeſſ. Witebergæ, die 1. Auguſti, dimidia hora poſt meridiem 1501.

Vlricus Fuggerus Raimundi filius, non nomine modò, vt hodie plerique, ſed re ipſa, Mecœnas liberaliſſimus, 20. April. horis à meridie 11. min. 18. 1526. Auguſtæ Vindelicorum. Et verò ob huius vnius Vlrici admirationem, cæteros Fuggeros Indiculo iſti interſerui.

Vlricus à Gemmingen nat. 7. Nouembr. hor. 12. min. 41. 1493.

Vlricus Huttenus nobilis Eques Francus, nec non Poëta, 20. April. 1488. hor. 22. min. 30. Steckelbergæ.

Vlricus Mordiſius IC. eximius, die 13. Iulii, Lipſiæ, 1519.

Vldericus Schoberus, Poëta elegans, cuius eruditi & iucundi editi extant Poëmatum libelli, 4. Nouemb. 1559. Lubenæ Sileſiorum.

Vlricus Zaſius I.C Conſiliarius Imp. Maximilia, 10. April. 1461. Conſtantiæ vrbe Imperiali.

Vldrichus Zwinglius Theologus, apud Toggienſes Heluetios in oppido zum Wildenhauß/ honeſto apud ſuos loco, Cal. Ianuar. 1484. Pantal. refert ad an. præcedentem.

Vlricus Zunnerus Eccleſiaſtes Odenſanus, mor. 18. Ian. 1583.

Volradus à Pleſſen Eques, Electoralis Palatinatus Con-

ſil

fil. literis, virtute & multis legationibus clarus, 29. Iunii, 1560. in ducatu Megapolitano.

Warmundus de Egkh nat. 1549. die 4. Iunii, horis à merid. 8. Monaci.

Wenceslaus à Credlitz in Eicholtz, Ducatus Lignicenſis præfectus, 26. Iunii, 1551.

Weyrichius à Gemmingen, natus 15. Iulii horis à meridie o min. 30. 1553. ſub altitudine poli grad. 49. & ſemis ferè.

Wolfgangus Amlingus, Theologus, C. S. E. Munerſtadii oppido Franciç Orientalis, ſub ditione Epiſcopi Witzeburgici peruetuſto, 7. Martii, h. 4. ante meridiem, 1542.

Wolfgangus Fabricius Capito, Eccleſiæ Argentinenſis Miniſter, Hagenoæ, 1481.

Wolfgangus Lazius Medicus, & Ferdinandi Imp. Rom. Hiſtoricus & Conſiliarius, die 31. Octobr. minutis 24. poſt tertiam matutinam, 1514. Viennæ Auſtriæ.

Wolfgangus Meurerus Philoſophiæ & artis Medicæ Doctor ac Profeſſor in Academia Lipſenſi 23. Maii inter ſecundam & tertiam pomeridianam 1513.

Wolfgangus Muſculus 8. Septembr. 1496. in oppido Duſa, in finib. Alſatiæ, fuit Monachus per 15. annos.

Wolfganger Relmgerus nat. 14. Mart. hor. 1. minut. 30. 1504.

Xyſtus Betuleius Poëta & Philologus diligentiſſimus 25. Februar. 1501. Auguſtæ, vbi Rectorem egit ad vitæ vſque exitum.

Zacharias Vrſinus Theologus, 29. Iunii, die Petri & Pauli, horis 8. poſt meridiem, 1534. Vratislauiæ.

Sequuntur dies Emortuales.

DIES EMORTVALES VIRORVM

ARMIS LITERISQVE CELEBRIVM.

ABDIAS Godeſcalcus Prætorius, Witebergæ, 9. Januar. 1573. æta. 49.

Abrahamus Bucholcerus, Theologus & Chronologus, die 14. Iunii, ſtil. nou. 1584. ætat. 54. minut. 8. die. 7. Freuſtadii Sileſiorum.

Abrahamus Cornputius, Henrici filius, Ioannis nepos, Theologus, 28. Ianuar. media nocte ſtilo nouo 1597. Dordraci: ætatis 30.

Abrahamus à Grumberg Senior, Commendator in Logaw, vir nobiliſſimus & ſapientiſſimus, die 16. Martii, inter horam 9. & 7. veſpertinam, 1580.

Abrahamus Ortelius Antuerpianus, Coſmographus excellentiſſimus, die 29. Iunii, ſtil. no. 1598. in patria, æt. 71. cum ſæpè in morbo ſuo vocem iſtàm vſurpaſſet: *Nihil ſe in hac vita relinquere, quo non poſſit & velit carere.* vſus eſt annis vitæ ſuę poſtremis loco Symboli aut Emblematis pictura orbis ſeu globi terreſtris, cum addita inſcriptione: *Contemno & orno: Mente, Manu.*

Abrahamus Viricus, Eccleſiaſtes Serueſtanus, peſte ibidem, 6. Octob. 1577.

Accurſius Florentinus, eximius ille totius ciuilis iuris gloſſator, an. 1279. ætatis 78. Bononiæ,

Achatius

Achatius à Veltheim Marte & ſago inſignis, Orator bonus, multarumq; gnarus linguarum, 2. die Decembr. 1588. Brunſuici.

Achilles Pyrminius Gaſſarus Lindauienſis, Medicus Auguſtanus, emptorq; librorum recens publicatorum auidiſſimus, 4. Decemb. 1577. ætatis 72. completo.

Achilles Statius Luſitanus, Philologus, Poëta, Criticusq; egregius, C. S. E. 15. Kalend. Octobr. 1581. Romæ, ætatis 57.

Actius Syncerus, vero nomine, Iacobus Sannazarius, Eques Neapolitanus, Poëta & Latino ſermone & Etruſco comptiſſimus, in patria 1530. ætatis 71. m. 1. d. 29.

Adamus Bodenſtenius, Philippi Theophraſti Paracelſi, vt primus, ſic fidus interpres, haud paulò magiſtro annoſior, ætatis hebdomade ſeptima, Baſileæ 31. Martii, 1577.

Adamus Crato Theologus, 5. Idus Septemb. 1558.

Adamus Curæus Freyſtadienſis, Ioachimi Frater, Eccleſiaſtes Vratislauienſis, 27. Octobr. 1566. ætatis 40.

Adamus à Dietrichſtein, Liber Baro in Nichelſburg, Curiæ Imperialis ſupremus Magiſter, 27. Decembris, 1590.

Adamus de Noua domo, Sacræ Cæſ. Maieſt. Conſiliarius, & ſupremus Regni Bohemiæ Burggrauius, die 24. ſtil. nou. 1596. Pragæ.

Adamus Salboutius Delphenſis Batauus, patriciæ familiæ, Latinè, Græcè, Hebraicè eruditus, ſacrasq; apud Franciſcanos literas Louanii explicans 1553. ætatis anno 36.

Adamus Wodehamus Anglus, Theologus Minoritarum Ordinis, initio anni 1358. Babwellæ prope Buriam.

Adamus Zuigerus vir multiplici doctrina ſuſpiciendus, Medicus ac Philoſph. 1587. ætatis 90.

Adolphus Clarembachius natus in Comitatu Bergenſi oppido Lenep, Conrector Scholę Oſnabrugenſis, ob ſuſpicionem Lutheraniſmi captus, & poſt confeſſionem conſtantem, ab inquiſitoribus hæreticæ prauitatis damnatus crematusque 18. Septemb. 1529. Coloniæ.

Digitized by Google

Adolphus Eicholſius Iuris Canonici Profeſſor ordinarius, qui ſtudiorum gratia Germaniam, Italiam, Galliam peragrauit, 1563. Coloniæ.

Adolphus Metkerchus Brugenſis, Eques, quondam Flandriæ Concilii præſes, Ordinumque Belgici Legatus, omnium virtutum & ſcientiarum genere vir clariſſimus, 6. Octob. ſtil. vet. 1591. Londini, ætat. 63. m. 6.

Adolphus Occo Haiingi filius Oſterhauſanus qui Orientalis Friſiæ vicus, 1503. Auguſtæ Vindelicor. ætatis 56.

Adolphus Occo A. F. adoptiuus natus in Epiſcopatu Brixienſi 149. 13. Apr. 1572. ætat. 78. Auguſtæ Vindelic. vbi exercuerat Medicinam.

Adrianus Cardinalis, author libri de lingua Latina, veritus Leonis X. vim, quod facinoris Petruciani conſcius eſſet, anno ſuperiori fugerat Cardinalatu, & omnibus dignitatib. priuatus eſt, 5. Iulii, 1518. nec amplius viſus fuit in terris. Onuph.

Adrianus Albinus I.C. Iohannis Georgii Elect. Brand. Conſiliarius intimus, & Nouæ Marchiæ Cancellarius, die 4. Iul. ſtil. vet. 1590. æt. 77. Cuſtrini.

Adrianus Heilwigius, quater Conſul, 5. Id. Iulii, 1593. ætat. 63. Antwerpiæ in patria.

Adrianus Herboutius, I.V.D. Antuerpiæ per 41. annos Syndicus, 10. Ianuar. 1546.

Adrianus Iunius Hornanus, Medicinæ, linguæ vtriuſque, Hiſtoriæ, Poëſeos & antiquitatis cognitione egregie clarus, Mildeburgi in Mattiacis, 16. Iunii, 1575.

Adrian. Marius Iani Secundi frater, I.C. ac Poëta minimè ſpernendus, Cancellar. Geldriæ, 21. Martii, 1568. Bruxellis.

Adrianus Turnebus Gallus, linguæ Græcæ regius in Acad. Pariſienſi Profeſſor, & Philologus doctiſſimus, C.S.E. 12. Iunii, 1565. ætat. 53 Lutetiæ.

Ægidius Albornotius, S.E.R. Cardinalis, Archiepiſcopus Toletanus, qui Pontifices Auenione velut exulantes Romam reduxit. Bononiæ, 1367. vitam eius tribus libris deſcripſit Ioan. Sepulueda.

Ægidius

Digitized by Google

Ægidius Burdinus Pariſienſis, Regius in ſupremo Senatu cognitor apoplexia, 1570. ætatis 53. die 23. Ianuar.

Ægidius de Fuſcatis, ciuis Bononienſis, Iuris Canonici peritiſſimus, moritur 9. Ianuar. 1189.

Ægidius Hunnius, Winendanus Wirtembergicus, Theol. D. & Profeſſ. in Acad. Wittebergenſi, calculi doloribus, die 4. Apr. 1601. ætat. 53. Wittebergæ.

Ægidius Romanus Monachus Auguſtinus, C. S. E. obiit 21. Decemb. 1316.

Ægidius Tſchudus Glaronenſis, eruditione ſtudioq́; hiſtorico & Geographico vir præſtantiſſimus, die 29. Febr. 1572. ætat. 67.

Ælius Antonius Nebriſſenſis Hiſtoricus Regius & Rhetor in Acad. Complutenſi. 1544. fere octogenarius.

Æneas Mariuorda, Brugenſis, Muſarum Charitumq́ue delicium, obiit Antwerpiæ 19. Maii 1576. in flore ætatis.

Æneas Siluius Senenſis, poſtea Pontifex, 15. Auguſti, 1464. ætatis 64.

Aicardinus Aluarotus I. C. nobilis ac Profeſſor Patauinus, ibidem obiit 27. Auguſt. 1382.

Alardus Amſtelredamus Batauus Theolog. ac Philoſophus, C. S. E. 1541. Louanii.

Albategnius excellens Aſtronom. vixit 883. cujus obſeruationes ab hoc anno incipiunt: numerat autem à morte Alexandri Magni huc vſque annos Ægyptios 1206.

Albertinus Bottonus Patauinus, Medicinæ Theoricæ Profeſſor ibidem. C. S. E. obiit 1596.

Albertinus Muſatus, Poëta & Hiſtoriographus illuſtris, cuiusq́; meminit Petrarcha, non ſine verborum honore, obiit in exilio Clodii vlt. die Maii 1329. ſed poſtea reuectus Patauii in patria.

Albert Cranzius S. Theolog. & Decretor. Doct. Eccleſię Hamburg. Canonic. & Lector, qui Saxonię, Vandalię, Danię & Gothię hiſtoriam deſcripſit, d. 7. Decemb. 1517. Hamburgi. Hic, lectis Lutheri propoſitionib. de Indulgentiis, dixiſſe fertur: *Frater, vade in cellam, & dic: Miſerere mei Deus.*

Albertus Durerus Norimbergenſis, Pictor ac ſculptor conſummatiſſimus, bonorumq; omnium ac Doctorum, vt viuus, ſic quoque mortuus, delicium, in patria, 16. Aprilis, 1528.

Albertus Eremitanus, Ægidii Romani diſcipulus, Patauinus, obiit 1328. tertio nonas April. ætat. 46.

Albertus Hero Suckanus Friſius Theologus Gerritshemenſis prope Duſſeldorpium, 10. Martii circa horam 12. 1589. vix quadragenarius.

Albertus Magnus Bolſtadius, ex Ordine Equeſtri clariſſimis quidem natus maioribus, ſed parente Carpentario Lauingæ, Epiſcopus Ratiſbonenſis; quo onere abdicato, ſibi & literis vixit in annum ætatis 87. 15. Decembr. 1280. Coloniæ.

Albertus de Mota vir famoſæ ſcientiæ, Legum Doctor, 9. Nouemb. 1406. Taruiſii.

Albertus Pigius, qui contra Melanchtonē ſcripſit, 1543.

Albertus Pius de Sabaudia Carpenſium Princeps doctiſſimus, C.S.E. 1535. Pariſiis, ætatis 55.

Aldus Manutius Pauli F. Aldi N. C.S.E. fine Octobr. 1597. Romæ.

Aldigherius Turrianus Nobilis Iuriſconſultus, 29. Decembr. 1499. Taruiſii.

Alexander Achillinus Bononienſis I. C. ac Philoſophus, 2. Aug. ætatis 49.

Alexander Ales C.S.E. Theologus, 21. Auguſt. 1245.

Alexander Aleſius Scotus, Theologiæ Profeſſor in Academia Lipſica, 17. Martii, 1565. ætat. 75. Lipſiæ.

Alexander Barclaius Theologus, Rhetor atque Poëta celebris, C.S.E. menſe Iunio. 1552. Corydone prope Londinum.

Alexander Braſſicanus C.S.E. 27. Nouemb. 1539.

Alexandra, Bartholomæi Scalæ F. Michaëlis Marulli vxor, Græcis Latiniſque literis excultiſſima, obiit 1506. Florentiæ in patria. de ea extat egregium Epigramma Politiani Græcum.

Alexan-

Alexander Contarenus Venetæ claſſis contra Hariadenum Barbaroſſam Præfectus ſummus, Kal. April. 1553. Patauii. Vixit annos 50. menſ. 6. d. 9.

Alexander Iunius Antwerpienſis, Auditor Sacri Palatii, 5. Kal, Octob. 1556. Romæ. Vixit an. 30. m. 11.

Alexander Mellinus Florentinus, Ordinis Seruorum B. Virginis Mariæ, Muſicus percelebris, 1554. Romæ vbi agebat Leonis X P. M. Symphoniarcham.

Alexander de Imola I. C. & legum interpres clariſſimus, qui Commentarios ſcripſit ad ius Ciuile, Bononiæ, 1477. ætatis 53 profeſſionis 30.

Alexander Monſignanus I. C. ac legum interpres clariſſ. die 14. Septemb. 1560. ætat. 58. m. 4. d. 4. Foroliuii.

Alexander Nouolarius Comes, bellicis literariiſq; dotibus ornatiſſimus, qui mortem tantum doluit, quod in acie non cecidiſſet, Non Auguſti, 1530. Neapoli: ætatis 35.

Alexander Picolomineus, C. S. E. 4. eidus Mart. ætat. 70. 1578.

Alexander Sirena Fulginas Latinæ Etruſcæque Poëticæ peritiſſimus, familiæ ſuę poſtremus, 3. Non. Februuar. 1564. Vixit annos 25. m. 5. d. 24. Patauii.

Alexander Tartagnus Imolenſis, Legum veriſſ. ac fidiſſ. interpres, 1477. Bononiæ.

Alexander Traberus Sueuus Eques, per annos quadraginta in Italia & Germania Regum Principumque caſtra ſecutus, Rauennæ 12. Kalend. Ianuar. 1541. maior ſexagenario,

Alexius Prætorius Theologus, 14. Octob. 1563.

Aloiſius Benetellus Patauinus, morum probitate, ingenii celeritate, nulli poſthabendus, pictorque ſupra ætatem egregius, omnium offecturus luminibus, febre feruenti 27. Martii, die Mercurii 1555. ætatis 21. in patria.

Aloiſius Beneuenutius Florentinus, Profeſſor Logices Piſis, obiit 1569.

Alphonſus Carafus, S. R. E. Cardinalis, Archiepiſc. Neapolitanus 4. Kal. Sept. 1565. Vixit ann. 25. d. 15.

Alphonſus Craconus Biiacenſis Hiſpanus, Ordinis S. Dominici Doctor Theolog. hiſtoriæ Pontificum Romanor. ac Cardinalium ſcriptor, 1598. Romæ.

Alphonſus Salmeron Toletanus, vnus ex primis decem Societatis Ieſu, Primusq́, in regno Neapolitano Prouincialis, C.S.E. Idib. Febr. 1585 Neapoli. vixit annos 69. menſ. 5. dies 5.

Alphonſus Vargas Toletanus, Archiepiſcopus Hiſpalenſis, 13. Octob. 1 9.

Aluarottus de Aluarotis I. C. ac Profeſſor Patauii, obiit ibidem 1. Octobr. 1589.

Aluarottus de Aluarotis, Patauinus, diuini humaniq́; Iuris conſultiſſimus, & dictandis literis Apoſtolicis abbreuiator maioris præſidentiæ, Romæ 5. Kal. Octobr. 1518. æt. 47. menſ. 10.

Aluarus Gomecius Enlaliæ ſexto à Toleto lapide natus, auctor vitę Ximenii Cardinalis, & curator editionis Bibliorum Complutenſium, æt 66. 1. Kal Octobr. 1580.

Aluarus Nonius, Ludouici F. Philoſophus & Archiater, obiit Antwerpiæ 5. Idus Decemb. 1603. ætatis 69.

Amandus Polanus à Polansdorff, Sileſius, Theolog. Baſilienſis, C. S. E. 18. Iulii, ætat. 49. 1610.

Amblardus Goyetus I.V.D. & Theolog. Abbas Filliaci, 7. Martii, 1517. Geneuæ.

D. Ambroſius, obiit 4. April. 398. cum ferè ſuperfuiſſet Eccleſiæ Mediolanenſi ann. 35. moriturus ad circumſtantes ſacerdotes dixit: *Non ſic vixi, vt me pudeat inter vos viuere: nec mori timeo: quia bonum habemus Dominum.*

Ambroſ. Catherinus, Lutheri Antagoniſta, S. C. E. 1552.

Ambroſius Clauiger, Theologus Auguſti Electoris Saxoniæ, 17. April. 1567. ætatis 40. inchoato, Saltzæ oppido Thuringiæ.

Ambroſius Laurentius Pictor Senenſis non è multis, obiit 1341. ætatis 83.

Ambroſius Lobwaſſer I. C. Ducis Boruſſiæ Conſiliarius ac Profeſſor, Odis Pſalmodicis vernaculis clarus, 27. Nouembr.

Digitized by Google

uembr.ſtilo nouo, 1585. ætatis 70. menſ.7. die 22. Regiomonti Boruſſorum.

Ambroſius Mongarda Italus Ciſalpinus, Vitriariæ artis Cryſtallinorũ apud Antwerpianos magiſter, 10. Septembr. 1580. ætatis 56.

Andreas Alciatus Mediolanenſis, Iuriſconſultus & Eques Cæſ. Ducaliſque Senator, ſolus inter Iuris interpretes doctiſſimus, & inter doctiſſimos Iuriſconſultiſſimus, qui LL. ſtudia antiquo decori reſtituit, die 12. Ianuar. 1550. cum vixiſſet an. 57. m. 8. d. 3. Papiæ in Italia.

Andreas Aurifaber Vratislauienſis, Medicus Ducum Boruſſiæ, die 12. Decembr. 1558. ætat. 46. Regiomonti Boruſſorum.

Andreas Cæſalpinus, Archiater Clementis VIII. Papæ, celebris Peripateticus. Romæ, 1603.

Andreas Carolſtadius Theologus, 24. Decembr. 1543. Baſileæ.

Andreas Chmalcaouoskius Nob. Polonus, ceruicem fregit ex equo deciduus, die 7. menſis Aug. 1545. Patauii.

Andreas di Cione Orgagna Florentinus, ſculptor & pictor eximius ſui temporis, obiit in patria 1389. ætat. 60.

Andreas Cornelius Staurienſis Friſius, qui Chronicon Friſiæ populari ſermone octo libris publicauit, 1589. Harlingæ.

Andreas Criſpus Brioſchus, Patauinus, fuſor ac cælator eximius, 8. Idus Iulii 1532. in patria. vixit annos 62. menſes 3. dies 7.

Andreas Dudithius ab Horehowiza, genere, virtute, eruditione, diuerſiſſimarum linguarum cognitione, & maximarum rerum vſu vir vere illuſtris, trium Imppp. Auggg. Conſiliarius & Orator, ſummis honoribus tum ſacris tum profanis, & legationibus ampliſſimis apud exteros Reges & Principes præclarè perfunctus, die 23. Februar. ſtil. nou. 1589. ætatis 56. m. 7. Vratislauiæ.

Andreas Erizo, Procurator S. Marci, Venetiis, die primo Septembr. 1366.

Google

Andreas Freyhubius Sprottanus Sileſius, Theologus olim Lipſienſis, 1585. Serueſtæ.

Andreas Gailius Agrippinenſis, Cameræ Spirenſis Aſſeſſor, C.S.E 11 Decemb. 1587. Romæ, ætatis 61.

Andreas Gennepeus Balænus, qui linguam Hebraicam in Collegio trilingui Buslidiano 36. annos publicè profeſſus, 4 Idus Febr. 1568. ætatis 84.

Andreas Gerardus Hyperius Flander, Theologus, & in Acad. Marpurgenſi Profeſſor, 1. Febr. 1564. ætat. 53. profeſſionis 22.

Andreas Goueanus, Antonii frater, Luſitanus, Iulia Pacenſi oriundus, Burdegalenſis Gymnaſii Rector, & deinde Conimbrici, 5. Idus Iunii 1548. maior quinquagenario.

Andreas Imhofius Norimbergenſis Patritius ac Duumuir, 24. Octob. 1579. in Patria: ætatis 88.

Andreas Ioſiſcus Grunebergenſis Sileſius, Ethices in Academia Argentinenſi Profeſſor, dum in patriam tendit colicis doloribus, in pago Langenbrug, tribus Heidelberga miliaribus diſtante, die 13. Auguſti, 1569.

Andreas de Iſernia IC. ætatis 73. occiditur noctu à Barone quodam Neapoli ad portam Petruciam, 1353. Lipa-rulus.

Andreas Maſius, vir doctrina & plurimarum linguarum cognitione clariſſimus, & immortali laude digniſſ. qui in adornandis Bibliis Antuerpienſibus, vnâ cum Benedicto Aria Montano vtilem & præclaram nauauit operam, & in enarratione libri Ioſuæ ſui nominis memoriam poſteritati ſempiternam conſecrauit: Zeueneræ, die 7. Aprilis, 1573.

Andreas Lacuna Segobienſis Hiſpanus, Medicus aliquot Pontificum & Caroli V. in caſtris, cuius ſcripta extant, floruit circa annum 1544.

Andreas Maierus Theologus, 2. Aprilis 1557.

Andreas Mantegna, Mantuanus, quem inter egregios pictores annumerat Arioſtus Poëta, 1517. ætatis 66. in patria.

Andreas Munſterus, Cœnobii Branweiler Abbas digniſſi-

Digitized by Google

gniſſimus;doctus, :orumque patronus, 28. Nouembr. 1579. Coloniæ.

Andreas Muſc[illegible] Theologus, C. S. E. die Michaëlis, 1581 manè inter l[illegible] m 7. & 8. ætatis 67. Francofurti ad Viadrum.

Andreas Myri[illegible] emmarienſis Friſius, Medicinæ Doctor, peritiſſimu[illegible] nguarum Latinæ, Græcæ, Hebraicæ, Chaldaicæ, 6. Decemb. 1585. è calculo Leouardiæ.

Andreas Oſiander Profeſſor Regiomontanus, deinde lapſus in miram hæreſim, 17. Octob. 1552. ætatis 54.

Andreas Papius Gandenſis, Muſicus & Poeta bonus, Læuini Torrentii ſororis filius, Leodici dum in præterfluente nocte ſilenti corpus exercet, meando remeando tandem fatiſcens iuuentis defecit, 1581. die 15. Iulii.

Andreas Paul, Brunſuicenſis, I. C. duorum Saxoniæ Ducum, Auguſti & Chriſtiani Electorum, &c. Conſiliarius intimus, die 4. Maii, ſtilo veteri, 1590. ætat. 47. Caſſellis in Haſſia, quam cum Chriſtiano Domino ſuo ingreſſus erat.

Andreas Petrus Peruſinus, Medicinæ Doctor, 25. Decemb. 1575.

Andreas Peuernagius Muſicus excellens, 3. Iulii 1579. Antuerpiæ, ætatis 48.

Andreas Piſanus ſtatuarius ſui ſeculi primarius, obiit 1340. Florentiæ.

Andreas Planerus, Medicus Tubingenſis, C. S. E. 1607.

Andreas Rauchbarus I. C. ac Profeſſor Witebergenſis, & inde Conſiliarius Ducis atq; Electoris Saxoniæ, C. S. E. obiit 12. Septemb. 1602. ætat. 43.

Andreas Reſendius Eborenſis, Poëta inſignis, auctor libri, qui veterum Scriptorum ſententias ſciteq; dicta complectitur, obiit 1573. octogenarius. Alius hic eſt ab Reſendio Poëta, Oratore atq; Theologo inſigni, quem Emanuel Luſitanorum Rex, liberis ſuis domeſticum præceptorem ſeriò quærens, in aulam traduxit. is enim anno 1577. Antiquitates Eborenſium Henrico Cardinali Eboræ Archiepiſcopo inſcripſit.

Digitized by Google

Andreas Rutellius ad maxima qua[...]ue euectus fauore Maximiliani I Imp ingenii[q]; proprii de[...]ritate; adeò quidem vt nouus inſignis Baronum quon[d]am Greifenſteinenſium exſtinctorum nobilitaretur[...] Reitlinga Rotenburgum equitans in negotiis Cæſare[...] à Comite quodam ex inſidiis venenato baliſtæ telo occi[di]tur die 27. Martii, 1517.

Andreas Taſſus Florentinus, qui [...]em picturæ cum primus renouauit, obiit 1294. ætatis 81.

Andreas del Sarto Florentinus, admirabilis ingenii pictor, ac veteribus comparandus, obiit 1530. ætatis 42. in patria.

Andreas Tiraquellus Iuriſconſultus. Lutetiæ, ſub exitum anni 1558. Hic vir ſingulis annis ſing[u]los libros & liberos Reipubl. dedit.

Andreas Veſalius Bruxellenſis, Medicus Cæſareus, C.S. E. in inſula Zazyntho, Hieroſolymis re[u]erſus, & Patauium à Senatu Veneto vocatus, die 15. Octo[b]. 1564. ætat. 58.

Andreas Vngnadius Baro Sonnec[k]ius, 31. Martii 1557.

Andreas Wingelerus, Ludimagiſter Scholæ Vratislauienſis ſolertiſſimus, die 27. Iunii [1]575. ætatis 77. Vratislauiæ.

Andreas Zochius I. V. D. Conſiliarius quondam Iohannis Marchionis Brandeburgici, & Profeſſor in Academia Francofordiana, die 19. Februar. 1581. ætat. 62.

Angelus de Aretio Iuriſconſultus, 1464. Freymonius in Symphonia iuris Chronolog.

Angelus Bronzinus Florentinus, Pictor ac Poëta venuſtiſſimus, obiit in patria 1572.

Angelus Caninius Anglarenſis, Andreæ Dudithii præceptor, Græcæ Linguæ callentiſſimus, 1554.

Angelus Beoleus Ruzantus Patauinus, nulli in ſcribendis agendiſque Comœdiis, ingenio, facundia, aut arte ſecundus, iocis & ſermonibus agreſtibus applauſu omnium facetiſſimus, die 17. Martii 1542. in patria: ætatis 40.

Angelus Politianus, Scriptor illa ætate politiſſimus, die 24. men-

Digitized by Google

24.menſis Septembris,1494.cum vixiſſet an.40.menſ. fermè 2. Florentiæ.

Angelus Taddæi filius Gaddius Florentinus, ingenii & picturæ gloria,honoribus, probitatisq; exiſtimatione verè magnus,obiit in patria 1387.

Anna Askewa Lincolnienſis,nobili genere virgo, C.S.E.Anglicano ſermone,16 Iulii 1546. inter flammas Londini nubibus admodum tonantibus.

Annas Burgenſis Profeſſor Aurelianenſis,& tunc Senator Regius, ob Lutheraniſmum ſtrangulatur ac crematur, 23.Decemb.1559. Lutetiæ.

Annibal Cruceius Mediolanenſis, Achillis Tatii interpres,1577.Mediolani.

S. Anshelmus Epiſcopus Cantuarienſis,cuius ſcripta extant,in Anglia moritur Cal.Maii,1109.

Antonius Eremita Ægyptius, 17. Ianuarii, 361. ætatis ſuæ 105.

Antoninus Archiepiſcopus Florentinus Chronographus, 2.Maii,Vigilia Aſcenſionis,1459.

Antonius Altouita Archipræſul vrbis Florentię integerrimus vir atque vndequaq; doctiſſimus, C. S. E. Italica lingua,28. Decemb.1573. in patria Florentiæ.

Antonius Auguſtinus Cæſarauguſtanus, ex Alliſano & Ilerdenſi Epiſcopo, Archiepiſcopus Tarraconenſis,de antiquitate & literis plus quàm optimè meritus, Iuris ciuilis & Pontificii inſtaurator,pridie Kalend.Iunias 1586.ætatis 70. Tarracone.

Antonius Bagarotus Patauinus, I. C. Maximiliani & Caroli V.Conſiliarius præcipuus,Octauii Farneſii Parmæ Principis Vicarius, 10. Decembr. 1555. Mediolani, ætatis 79.

Antonius Beniuenius Florentinus,Philoſophus ac Medicus,teſte Ficino,legitimus C.S.E.obiit 2.Nouemb.1502. in patria.

Antonius Berardus Florentinus, Ioan. filius, genere clarus, cuius acta vita prudentiæ, fortitudinis, probitatis teſtimonium dedit, 6. Id. Mart. 1558 Patauii ætatis 56.

Antonius Bertrandus Barcinonenſis, Iuris vtriuſque Doctor, de Rege ſuo benè meritus, 24. Maii, 1467. Neapoli.

Antonius Bona Raguſinus nobilis, dum Philoſophiæ ſtrenuè incumbit, pridie Id. Maii, 1558. ætat. 21. m. 9. d. 19. Patauii.

Antonius Bloclandus Monfortenſis, natus 1532. picturæ illuſtrator eximius, mortuus Vltraiecti anno ætatis 49.

Antonius Borromæus Iuriſconſultus ac Theologus excellentiſſimus, Eques ac Comes digniſſimus, 4. Kal. Ianuar. 1509. Patauii ætate adhuc viridi.

Antonius de Butrio I.C. C.S.E. 4. Octobris 1408, Bononiæ.

Antonius Capitaccius, vtriuſque Palladis dexterrimus pullus, Eques Patauinus, die 7. Iunii, 1555. in patria iam nonagenarius.

Antonius Caraffa Neapolitanus, S R E. Cardinalis, qui omnium doctorum virorum, & ipſe doctiſſimus, fautor, miniſtros omnes habuit ad ſtabularium vſque ad cocum, doctos, 13. Ianuar. 1591. Romæ.

Antonius Cioſius I.C celebris, cum vtrumque ius Piſis ſpacio 30. annorum ſubtiliter interpretatus eſſet, illudque ſcriptis ſuis acuminis & elegantiæ plenis illuſtraſſet, die 27. Decemb. 1575. ætat. 55. m. 10. d. 3. Piſis.

Antonius Colbius Norimbergenſis, qui quidquid toto orbe funditur vno penè coëgit in cubiculo, 4. Nouembr. 1541. Vixit annos 71. m. 7. d 2.

Antonius Contius Nouiodunenſis, ius apud Bituriges Margaretæ Sabaudiæ ſtipendiis, ac item apud Aurelios diu profeſſus, C.S.E. 17. Kalend. Octob. 1577. Auarici, ſeptuagenarius, tumulatus iuxta Duareni cineres, in D. Hippolyti fano, qui cum viuo aſſiduæ illi velitationes.

Anto-

Digitized by Google

Antonius Coruinus Theologus, C.S.E. 5. April. 4. hora à merid. 1553. ætatis 52.

Antonius Couarruuias à Leiua, Toletanus, Didaci Frater, I.C. egregius intimi conſilii Regii Senator, qui prudentiæ auctoritatis ergo miſſus à Philippo in Synodum Tridentinam vnà cum fratre, ſtranguria oppreſſus & nauſea 12. Kalend. Ianuar. 1602. ætatis 78. in patria.

Antonius Franciſcus Donius Florentinus, eruditionis eloquentiæque laude celebris, Poëta non vulgaris, C.S.E. ſermone patrio arguta, faceta, vrbana, menſe Septembri 1574. Venetiis.

Antonius Franciſcus Dottorius Patauinus, qui ad vltimum ſenium, veneranda canicie, & animo & corpore æquè validus, docendo, reſpondendo, & ſcribendo perſeuerauit, die 28. Iulii, 1528. in patria: ætatis 86.

Antonius Fracantianus Vicetinus, Medicinæ Practicæ Profeſſor, princeps Patauii, obiit 1567.

Antonius Gazius Patauinus, Medicus egregius, theoria tamen quàm praxi felicior, C.S.E. 3. Non. Septembr. 1528. in patria.

Antonius Goueanus Hiſpanus, I.C. ac Poëta planè eximius menſe Septemb. 1565.

Antonius Heiſtermannus, Iuris vtriuſq; D. 12. Septemb. 1568.

Antonius Hilleſſemius Ludouici Pater, C.S.E. Andernacus vir conſularis, 10. Feb. 1554. in patria.

Antonius Lauterbachius Theologus 18. Iulii 1569.

Antonius Magius Baſſianus I.C. Patauinus, qui xxv. magiſtratus in diuerſis Italiæ ciuitatibus ſumma cum laude, & amplitudine nominis geſſit, menſe Februar. 1545. in patria.

Antonius Martorellus Patauinus, Muſices peritiſſimus, cuiq; in vocis accentu non inueniebatur par, Idib. Septem. 1556. Arimini: ætatis 25.

Antonius Mizaldus Boius, 1578. C.S.E. Lutetiæ.

Antonius Morillonus, ſummo ſui apud eruditos ob in-

genium ac doctrinam, relicto deſiderio, in ipſo ætatis flore 10. Septemb 1556. Louanii.

Antonius Nicolaius, Æmarii filius, Ioannis nepos, Regum Gallorum intimus Conſiliarius, obiit poſtridie Nonas Maias 1587. ætatis 61.

Antonius Niger Medicinæ Doctor, 5. Iunii 1555.

Antonius de Padua Ordinis Minorum, quem Pontifex arcam teſtamenti appellauit, & ann. 1222. canonizauit, claret 1230.

Antonius Peregrinus è familia Manziorum, qui omnia loca ſancta viſitauit, Kalend. Februar. 1267. Patauii in patria.

Antonius Perenotus Nicolai filius, Atrebatenſis, primus Mechlinienſium, dein Veſontienſium Archiepiſcopus, ſæculi ſui eruditorum fautor promotorque inſignis, obiit die Sancti Matthæi 1587. ætatis 70. in Hiſpania Madriti.

Antonius Puccius Florentinus, Theologus ac Poëta inſignis, Cardinalis ampliſſimus titulo Sanctorum quatuor Coronarum, obiit 1544. Romæ: ætatis 60. die quarto.

Antonius Pullarius patria Florentinus, pictor inſignis, qui duorum Pontificum Xiſti & Innocentii æreas ſepulturas miro artificio expreſſit, obiit Romæ 1408. ætatis 72.

Antonius Sabellus qui in omnibus fortunæ euentibus totus ex ſe pendens, aureaque mediocritate contentus, ſ[illegible] non minus virtutum exemplo quàm beneficiis honeſt[illegible] 2. Iulii 1572. Romæ. Vixit annos 71. menſes quinque, dies ſeptem.

Antonius Roycellus, Monarcha Sapientiæ, die 16. Decembr. 1466. Patauii.

Antonius Sadeel, Baro Chandæus, Theologus, C.S.E. febri hectica extinctus, die 23. ſtil. vet. circa meridiem, 1591. ætat. 57. poſtquam tam docendo quàm ſcribendo conſumpſiſſet annos 36. Geneuæ.

Anto-

Digitized by Google

Antonius Sancti Galli Florentinus, Vrbe munienda, ac publicis operibus, præcipueq; Diui Petri templo ornando, Architectorum facilè Princeps: dum Velini lacus emiſſionem parat Paullo III. Pont. Max. auctore, Interamnæ exſtinguitur 3. Kalend. Octob. 1546.

Antonius Steinius Græcè Latineque doctiſſimus, Mathematicarumque diſciplinarum callentiſſimus, 16. Kalend. Maii. 1576. Antuerpiæ, vbi ei tumulum excitauit Antonius Secundus Fuggerus.

Antonius Strozza Cæſarei Sacriq; Iuris conſultiſſimus, ac de Republ. bene meritus, 4. Id. Ianuar. 1521. Florentiæ. Vixit annos 68.

Antonius Timmermanus, Dominicanus, quod confeſſionem ſacramentalem reuelare nollet, quæſtionibus tortus, ac ſtrangulatus publiceque in foro diſſectus, 5. Kal. April. 1582. Antuerpiæ.

Antonius Trapolinus Petri, Illuſtris Philoſophi filius, defunctis parentibus, bello ſæuiente per omnem Italiam primò vagatus, ingenium capax ad arma, ad aleam, ad cauponas & lupanaria conuertit: ita vt infamis vbique haberetur. At pace ſecuta, Academiaque patria reſtituta, ſeipſum recolligens, bonæ frugis perſonam iterum ſumpſit, & breui inſulis vtriuſque iuris ornatus, dignus eſt habitus qui e ſuperiore loco ius publicè doceret, 4. Septem. 1527. adhuc iuuenis.

Antonius Tubeta, Patauinus, Archiepiſcopus Athenarum, quique publicè per 24. annos Metaphyſica ibidem profeſſus erat, 1518. ætatis 81.

Antonius Turchetus Iuriſconſultus & Orator egregius, qui in ſcholis permultos annos docendo, & domi conſulendo vehementer ſua ætate præcelluit, ſenio confectus, 14. Septemb. 1505. Patauii in patria.

Antonius Vidottus ob pacem inter Anglorum &

Digitized by Google

Francorum Reges confectum, ab Eduardo VI. equeſtrem gradum, ab vtriſque inſignia munera conſecutus, 4. Kalen. Decemb. 1555. Volaterris: Vixit annos 63 m. 6.

Antonius Walterus natus in ripa Moſellæ, Profeſſor bonarum literarum publicus obiit 12. Ianuarii 1557. Witteberga.

Antonius Zacchus, Profeſſor iuris ciuilis in gymnaſio Patauino, pridie Kalend. Mart. 1505. ætatis 25.

Archangelus Lafraconus, Papienſis Theologus ac Profeſſor, 7. Kal. Decemb. 1565.

Arnoldus Burenius, Magni Ducis Megapolitani præceptor, & Roſtochienſis deinde per annos 36. Profeſſor publicus linguarum, obiit 16. Auguſti 1566. ætatis 81.

Arnoldus Clapmarius, Bremenſis, Profeſſor Hiſtoricus Altorphi, qui plurima ad editionem elaborata habuit. Norimbergæ, die 1. Iunii, ſtil. vet. 1604.

Arnoldus Ferronius Patricius & Senator Burdegalenſis, & Hiſtoricus, obiit 1563. ætatis 48. in patria.

Arnoldus Heetueldius I. C. Eques auratus, conſulatu aliiſque publicis muneribus magna laude & Reipublicæ vtiliter functus, tandem Ædituus D. Gudulæ, 3. April. 1558. Bruxellis.

Arnoldus Mylius Vrimærshemius, Typographus doctiſſimus, 17. Nouembr. 1604. Coloniæ. Vixit annos 64. menſ. 1.

Arnoldus Oſſatus, humili apud Auſcos ortus loco, ſed nobili & excelſa præditus indole, ideoque euectus ad Cardinalatum, obiit 1604.

Arnoldus à Sigen Conſul Colonienſis, à Cæſare ob integritatem ac facundiam declaratus Eques auratus, & conſiliarius, factus octogenarius reſignauit munus publicum, natusq; 1484. obiit m. Ianuario 1579.

Athanaſius moritur ſui Epiſcopatus anno 46. die 2. Maii, 371.

Augerius Gislenius Buſbequius, Flander, Ferdinandi Romani Imperatoris ad Solymannum Turcarum Imperat. Legatus

Digitized by Google

Legatus & Orator ordinarius, à prædonibus in ipſo limine patriæ occiſus 28. Octob 1591

D. Auguſtinus Epiſcopus Hipponenſis, & Eccleſiæ Chriſti præcipuum lumen, ne vrbis ſuæ ruinam cerneret, pia & placida morte ſopitur, 28. Auguſt. ætat 76. Epiſcopatus ſui anno 40. 430. Hic Gen[illegible]erico Hipponem obſidente libris Iuliani in ipſo dierum ſuorum fine reſpondit, & [illegible]ioſè in defenſione gratiæ Chriſti contra Pelagium [illegible]uerauit. Proſp. & Poſidonius.

Diximus hactenus de D. Auguſtini ætate: [illegible]hil definiremus, ſuam cuique ſententiam relinquentes. [illegible] tamen de noſtro in lectorem ſtudio ac fide nihil [illegible]mus reliquum: exponemus hoc loco quandam ſiue conjecturam ſiue diuinationem, cuius manuductione ad veriorem certioremq; annorum Auguſtini inueſtigationem via quędam ei ſternatur & aperiatur.

Natus eſt Auguſtinus die 13. Nouemb. quod ipſe annotat libr. de vita beata. Annus verò diſcendus eſt partim ex anno obitus 430. & ætat. 76. partim ex 33. ætatis. Obiiſſe Auguſtinum 430. non tantum ex Proſpero & aliis, ſed etiam ex Concilii Epheſini actis colligitur. Nam Capreolus Epiſcopus Africanus ſcribit, Auguſtinũ à Theodoſio Imp. vocatum fuiſſe, vt Epheſinæ Synodo intereſſet: verum paulò ante vita eum exceſſiſſe: idque factum fuiſſe anno 430. acta Synodi & annotationes Coll. docent.

Deinde ſcribit Auguſtinus, ſe poſt Maximi Tyranni mortem (qui peremptus eſt anno 388. 27. Auguſt. teſtib. Socrate & aliis) ex Italia in Africam rediiſſe, ætatis ſuæ 33. vbi vnus tantum reliquus eſt ſcrupulus: an 388. annus accipiendus ſit pro 33. currente, vel completo. Hic viam ingrediatur quam quiſq; volet, erit vnius tantum anni differentia. Nos 33. completum accipiemus, vt 76. Auguſtini cum 430. coincidat & concurrat. His ita datis & conceſſis (de quibus tamen nihil aſſeueramus) erit hoc modo diſtribuenda ætas Auguſtini in Chriſti annos.

54. natus eſt Auguſtinus Idib. Nouemb. itaque

Digitized by Google

355. erit primus Auguſtini currens.

370. ætat.16. intermiſit ſtudia à Madauris domum reuerſus, inde literarum cauſa Carthaginem miſſus, vt ipſe ſcribit, lib.2. confeſſionum.

373. ætat.19. lecto Ciceronis Hortenſio Philoſophiæ ſtudio flagrare cœpit. Et ab hoc tempore toto nouennio vſque ad annum 28. (Chriſti 382.) in Manichæorum luto ſe volutatum fuiſſe queritur. ab anno, inquit, 19. vſque ad 28. ſeducebamur & ſeducebamus. Quid verò toto illo errorum ſuorum tempore de Chriſto ſenſerit, indicat libro 7. confeſſ. cap.19. Ego de Chriſto, inquit, tantum ſentiebam, quantum de excellentis ſapientiæ viro, cui nullus poſſet æquari, præſertim quia mirabiliter natus ex virgine, ad exemplum contemnendorum temporalium pro adipiſcenda immortalitate, diuina pro nobis cura tantam autoritatem magiſterii meruiſſe videbatur. Quid autem ſacramenti haberet, Verbum caro factum, ne ſuſpicari quidem poteram.

383. ætat.29. Fauſtus Manichæorum Epiſcopus Carthaginem venit, magnus laqueus Diaboli, qui per ſuauiloquentiæ illecebras implicabat multos. Hunc vt omnium doctrinarum peritiſſimum Auguſtinus audire deſiderauit.

384. ætat.30. De hoc lib.6. Confeſſ. ita ſcribit: Ecce iam tricenariam ætatem gerebam, in eodem luto hæſitans, dicebam: Ecce Fauſtus veniet & exponit omnia. Hoc tempore cum Iuſtina Valentiniani Imper. mater, Ariana, D. Ambroſium perſecuta eſſet, inſtituta eſt Pſalmodia in Eccleſia Mediolanenſi. Confeſſ.9.7. Eodem anno Mediolani Auguſtinus profeſſus eſt Rethoricen, & (vt ipſe loquitur) victorioſam loquacitatem victus cupiditate vendebat. Hic audiuit Ambroſium publicè docentem: Veniebant, inquit Auguſtinus, in animum meum ſimul cum verbis quæ diligebam, etiam res, quas negligebam: & dum cor aperirem ad excipiendum quam diſerte diceret, pariter intrabat & quam verè diceret: gradatim quidem.

385. ætat.

385. ætat. 31. Mediolani Calend. Ianuar. Bautonem Coſ. pro ſua Rhetorica profeſſione laudauit. Eodem anno, qui erat 12. à 19. collocutus eſt cum Potitiano de ſuis erroribus: Poſtea cum Alipio de ſua conuerſione ſermonem inſtituit. Confeſſ. lib. 8. c. 6. 7. 12.

386. ætat. 32. vel 387. ætat. 33. baptizatur ab Ambroſio die Paſchatis: quo & Canticum illud: Te Deum laudamus, &c. natum eſſe ferunt. Poſidonius ait, eum baptizatum cum eſſet 30. annis maior. Et ipſe alicubi ait, ſe anno demũ 12. poſt 19. ætatis ſuæ, adhuc hęſitantem de religione diſputaſſe cum Potitiano.

388. ætat. 34. poſt mortem Maximi, relicto Mediolano, repetiuit Africam: in quo itinere piè & placidè expirauit, apud oſtia Tiberina, mater eius Monica, matrona religioſa, ætatis 56. Auguſtini verò 33. (completo) & currente 34.

Reuerſus in patriam, triennium ferè, teſte Poſidonio, in ſacrarum literarum ſtudiis in domo propria agriſque paternis conſumpſit, & (vt Poſidonii verbis vtamur) alienatis à ſe curis ſæcularibus cum iis, qui ei adhærebant, Deo viuebat, ieiuniis, orationibus, boniſque operibus, in lege Domini meditans die ac nocte. Et de iis, quæ ſibi Deus cogitanti atq; oranti reuelabat, præſentes & abſentes ſermonibus ac libris docebat.

391. ętat. 37. factus eſt Preſbyter in Eccleſia Hipponenſi, quam docuit an. 40.

394. Concilium Bagaienſe, 24. April. de quo Auguſt. tomo 7. contra Creſconium lib. 4 cap 39.

397. ætat. 43. interfuit tertio Concilio Carthaginenſi: quod teſtatur in tomis Conciliorum nominis eius ſubſcriptio.

398. ætatis 44. interfuit quarto Concilio Carthaginenſi.

400. ætat. 46. Concil. V. Carthaginenſe.

407. ætat. 53. Huc pertinet liber de Actis Auguſtini cum Felice Manichæo, tomo 6.

Digitized by Google

410. ætat. 56. capta iam Roma, libros de Ciuitate Dei ſcribere inſtituit: quod opus per aliquot anno[illegible] tenuit, aliis occupationibus intercurrentibus. Retract. 2. c. 43.

417. ætat. 63. Pelagii errores refutare cœpit.

418. ætat. 64. Huc pertinet liber de geſtis e[illegible] cum Emerito Donatiſtarum Epiſcopo, 12. Cal. Octobr.

419. ætat. 65. Concilium VI. Carthaginenſe Epiſcoporum 217. damnauit Pelagii dogmata Sic lib. Concil. & [illegible]rianus. Verum Proſper Iornan. & Contractas referu[illegible] ad 418 Toto verò Miniſterii ſui tempore confutauit Arianos, Manichæos, Donatiſtas & Pelagianos, magno ſucceſſ[illegible] & felicitate.

430. ætat. 76. moritur 8. anno Theodoſii Maria[illegible], Iornan. Contract. & Trithem. vbi etiam obſeruand[illegible] quod mors Auguſtini inſignem annum Mundi 440 [illegible] Centenarium & Iubilæum attingat. Hanc annorum Auguſtini conſignationem, lector candidiſſime, vt ἀπείρας accipies, eique tantum tribues, quantum coniecturis ſolet: præſertim cum nos quoque de ea nihil adfirmemus aut determinemus. Bucholtzerus.

Auguſtinus Beroius Eques, Iureconſultuſque C. S. E. 13. Septemb. 1554. Bononiæ: ætatis 79. m. 11.

Auguſtinus Bonfius, Abbas S. Iuſtinæ Patauii, pridie Non Octobr. ſub Aurora 1556. ætatis 64. ab ingreſſu monaſterii anno 40. in defuncto corpore, nihil pallor maciesue infirmitatis mutauerat faciem: ſed ita dignitas quædam & grauitas ora compleuerat, vt eum non mortuum, ſed dormientem putares.

Auguſtinus Cacalla Hiſpanus, Theologus, & Caroli V. Concionator aulicus, ab Inquiſitione Hiſpanica propter veritatis agnitionem damnatus, & combuſtus eſt die 21. Maii, 1558. Valledoleti in Hiſpania.

Auguſtinus Cælii F. Curio, 24. Octobr. 1567. ætat. 28. Baſileæ.

Auguſtinus Facius plures per annos I. V. Profeſſor doctiſſimus, 6. Auguſti 1559. Patauii, adhuc iuuenis.

Auguſti-

Digitized by Google

Auguſtinus Hunæus Mechlinienſis, C.S.E. Theologus ac Profeſſor Louanienſis, in ipſo ætatis flore 1578.

Auguſtinus Mainardus, qui primus Clauennæ apud Rhetos collegit Eccleſiam Proteſtantium annosq; 21. defendit, C.S E. Iulii, 1563. ætat. 81.

Auguſtinus Marloratus Lotharingus, Rotomagenſis Eccleſiæ Paſtor, cuius extant Eccleſiaſticę in Geneſin, Pſalmos, Eſaiam & Nouum Teſtamentum expoſitiones, ſtrangulatus iuſſu Annæ Mommorencij Conneſtab. & Guiſii, 30. Octob. 1572 æt. 56. Rothomagi.

Auguſtinus Rubulus, Prætor Britonorii, 5. Non. Mart. 1558. Rauennæ.

Auguſtinus Schurfius Medicinæ Doctor, 9. Maii 1548. in Vigilia Aſcenſionis, Witebergæ.

Aurelius Brandolinus cognomento ob oculos lacrimantes Lippus, vir doctiſſimus atque eloquentiſſimus, C.S.E. ideoque à Matthia Vngarorum Rege euocatus, qui Budæ ac Strigonii oratoriam publicè doceret: inde in patriam reuerſus, Diuique Auguſtini habitum aſſumens, peſte obiit Romæ 1498.

Azo Iuriſconſultus, qui ſummam ad omnes Codicis titulos ſcripſit, & à Baldo *fons legum & vas electionis* appellatur, moritur Bononiæ, 1200.

Babonus Naldus Miles, prudentia & probitate clarus, qui multos annos Venetorum imperio pedeſtres copias ducens operam fidemque ſuam ſtrenuè præſtitit, pridie Id. April. 1544. Patauii.

Baldus de Vbaldis Peruſin. Iureconſultus Ticini decrepita prorſus ætate die 4. Aprilis ſub auroram, 1420. in Iuris profeſſione verſatus an. 56.

Baldus Secundus Peruſinus, I.C. 22. Sept. 1490. Vixit an. 76. m. 10. d. 6.

Balthaſar Aiala Antuerpienſis I.C. cuius libri exſtant de Iure & diſciplina militari, Alexandri Farneſii in caſtris primo Iudicis munere diu perfunctus, Regiique Senatoris titulo in ſuprema Mechlinienſium curia inſignitus, obiit 1583. ætat. 36.

Balthaſar Baumgartnerus præfectus Altorfinus ſecunda feria Aduentus, 1594.

Balthaſar Perutius Senenſis, & pictura & architectura, aliiſque ingeniorum artibus excellentiſſimus, obiit 4. Ianuarii 1536. Romæ. Vixit annos 55. menſes vndecim, dies viginti.

Balthaſar è Promniciorum familia, Epiſcopus Vratiſlauienſis, 20. Ianuarii 1562. Niſſæ: ætatis 74. gubernationis 22.

Balthaſar Schetus Belga, Hoboci in agro Antuerpienſi toparcha, vir eruditus & eruditorum Patronus; frater Caſpari Scheti Weſemaliæ Baronis, Grobbendonci & Heiſtæ Domini totius Belgicæ ærario Præfecti, Poëtæ eximii.

Balthaſar Wanemanus Suffraganeus Moguntinus, Theologus inſignis, 8. Octob. 1561. Coloniæ.

Baptiſta Spagnolus Mantuanus, Poëta, menſe Martio, 1516. ætat. 72.

Barnabas Briſſonius Fontenaius in Pictonibus, Præſes Parlamenti, I. C. ac Philologus mirabilis, 9. Nouemb. 1591. Pariſiis, crudeli ſuſpendio.

Bartholdus à Mandeslo, Nobilis, Electoris Brandeburgici Conſiliarius, literarum ac literatorum Mecœnas ac fautor optimus, 9. Martii, ſtil. vet. 1593. Cuſtrini.

Bartholomæus Battus Aloſtenſis, 24 Ianuarii, 1558. Roſtochii.

Bartholomæus Cæpolla I. C. cuius ſcripta nota ſunt, 1477.

Bartholomæus Capiliſtius Patauinus, I. C. qui ibidem docuit per annos 33. & in Reipublic. ſemper inter primos fuit. 1459. in patria.

Bartholomæus Caranza Nauarrus, Dominicanus, Archiepiſcopus Toletanus, magnis muneribus à Carolo V. & Philippo II. ſibi commiſſis egregiè functus, obiit 2. Maii, 1576. ætat. ſuæ 72.

Bartholomæus Coleonius de Andegauia Veneti Senatus

Digitized by Google

tus ſub Paullo II. P.M. dux militaris egregius, 4. Non. Nouemb. 1475. Bergomi.

Bartholomæus Damianeus, Philoſophus & Medicus excellentiſſimus, 13. Kal. Aug. 1558. Taruiſii: ætat. 73.

Bartholomæus Lapaccius de Vbertinis, Epiſcopus Argoletenſis & inde Coronenſis, Latinè, Græcè, Hebraicè doctiſſimus, natus Florentiæ 1396. ibidem obiit 21. Maii, 1466. hora 9.

Bartholomæus Keckermannus, Philoſophaſter, Dantiſcanus: in patria, 1609. æt. 37.

Bartholomæus Latomus Lutzemburgenſis, Theologus inſignis, Pariſiis euocatus ab Electore Treuirenſi, vt ei eſſet à conſiliis, Lutheranisq; reſiſteret.

Bartholomæus Medina, Dominicanus, Profeſſor in Academia Salmantica, obiit Kal. Febr. 1581.

Bartholomæus Montagnana iunior, Patauinus, Medicus & Phyſicus inſignis, 2. Maii, 1525. Venetiis, quò accitus in maximo agebat pretio.

Bartholomæus Mulirius, I. V. D. & Senator, 28. Martii, 1572. Antuerpiæ: ætat. 30.

Bartholomæus Platina, qui Pontificum Romanorum vitas ſcripſit, peſte extinctus Romæ, 1481.

Bartholomæus Pitiſcus Gronimbergenſis, Mathematicus ac Theologus.. Aug. 1613. Heidelbergæ.

Bartholomæus de Pratis, Legum Doctor, Bononiæ, 10. Septemb. 1519.

Bartholomæus Reuſnerus Senior, 21. Decemb. 1574.

Bartholomæus Reuſnerus Medicus, 22. Octob. 1572.

Bartholomæus Romuleus, I. V. D primum Piſis, deinde Florentiæ in patria Profeſſor, admodum ſenex 1588.

Barth. Salicetus I. C. CL. in quo fides & religio cum doctrina certabat, Bononię, die 28. Decemb. 1412. ęt. 77. d. 10.

Bartholomæus Sanuitus Archipreſbyter Barbarani Vicentinæ diœceſis, 3. Ianuar. 1529. Patauii.

Bartholomæus Scala antagoniſta infelix Angeli Politiani, natus Florentiæ 1424. ibidem moritur 1497. ætatis 73.

Ddddd 4

Bartholomæus Schönborn, Witeberg. Medic. & Philoſophus inſignis, Serueſtæ, 24. Iunii, ſtilo vet. anno 1585. ætat. 56.

Bartholomæus Vrbinus qui tum in exponendo iure Pontificio, tum in concionando docuit Patauii annos 30. C. S. E. 7. Auguſti 1528. ætatis ferè 80.

Bartholomæus de Vliariis Patauinus, diuinarum literarum ſcientia clariſſimus S.R.E. Cardinalis 16. Aprilis 1396. Caietæ.

Bartholomæus Wagnerus Medicus 15. Maii 1571. Dantiſci.

Bartolus Richius Iuriſconſult. Iulii Brunſuicenſis Principis Conſiliarius, vbique gentium clarus, Idibus Martiis 1590.

Bartolus de Saxoferrato Iuris interpres præſtantiſſimus, dictus *Lucerna Iuris*. obiit Peruſii, ætat. 46. 1355. ſepultus ibidem apud fratres Minores. Alii habent 1359. quidam etiam 13. Iulii.

D. Baſilius Epiſcopus Cæſarienſis C. S. E. auro gemmisq; pretioſior, 1. Ianuarii 380.

Baſilius Monnerus I. V. D. 16. Ianuarii 1566.

Baſſianus Landus Placentinus, Medicus & Philoſophus in Schola Patauina Profeſſor clariſſ. C. S. E. à ſicario quodam ſeptem vulneribus clam die 24. Octob. impetitus, cum totius Academiæ Patauinæ dolore, die 31. Octobris expirauit, 1562. Zwingerus in Theat. vitæ humanæ.

Beatus Rhenanus Seleſtadienſis, ex veteri Buldiorum familia, qui bonos authores Commentariis vtiliſſimis illuſtrauit, eoque de bonis literis benè meritus eſt, die 20. Maii, 1547. ætatis 62. menſe 4. Argentinæ, dum rediret ex thermis Martiis. Reuſnerus adſcribit an. 1545. 19. Maii.

Beda, cognomine Venerabilis, Monachus ac Profeſſor in Anglia, poſtquam multa & varia non in vno literarum genere conſcripſiſſet, 26. Maii, 735. *Maſſæus*. Trithem. 31. Maii 732.

Benedictus Accoltus Archiepiſcopus Rauennatenſis, non

non ſine ſuſpicione veneni 1549. cùm ei præfuiſſet annos 25.

Benedictus Aleſeldius, Dynaſta Geltingæ, 13. Aprilis, 1586. ætatis 81.

Benedictus Aretius Bernenſis, Theologus, ſcriptis de re Theologica libris methodicis celeberrimus, die 22. Aprilis 1574. Bernæ Heluetiorum.

Benedictus Arias Montanus Hiſpalenſis, vir magnus & bonus, in patria ſua, die 6. Iulii ſtil. nou. 1598. ætat. 70. Autor Editionis Bibliorum quadrilinguium Antuerpienſium.

Benedictus Bariſellus Montanienſis I. C. in foro Eccleſiaſtico Venetianorum clariſſimus, obiit 1575. Patauii, vbi eo anno ad profeſſionem publicam migrauerat.

Benedictus Bonſignorius Nanni filius Abbas doctiſſ. C. S. E. 16. Kalend. Februar. 1568. Florentiæ in patria.

Benedictus Fortinus Florentinæ Reip. à ſecretis in qua natus erat, obiit 2 Decembr. 1406.

Benedictus Nurſinus, Abbas Caſſinenſ. 21. Martii, 604.

Benedictus Pauli I. V. D. 3. Aprilis, 1552. Witebergæ.

Benedictus Plumbinus Iuriſconſult. Patauinus, 14. Martii, 1410.

Benedictus Thalmannus Francus, Theologus, C. S. E. in exilio, Heidelbergæ, 1577.

Benedictus Varchius, Poëta, Philoſophus atque Hiſtoricus, ſumma animi libertate, ſine auaritia aut ambitione iucunde viuens, non inuitus 16. Kalend. Decemb. 1566. ætatis 63. completo.

Beneuenutus Straccha IC. celeberrimus, qui monumentis ſuis Ius Ciuile locupletauit, 1580. ætat. 69. Anconæ in Italia.

Benignus Florentinus, inſtituti Vallis vmbroſæ Abbas doctiſſ. C. S. E. ob. 27. Iul. 1236. in patria.

Benotus Florentinus, pictor quantiuis pretii, obiit 1478. ætatis 78. Piſis.

Bernardinus Sandoualius, nobili apud Carpetanos ſtemmate, literis autem & pietate nobilior, quæ vtraque libris

by Google

ſcriptiſq; editis teſtatus eſt, Toletanæ Academiæ Cancellarius, 5. Non. Maii 1572. ętat. (ſi non mentitur typographus) 89. Romæ, quò prouocauerat ad cauſſam dicendam, mota ei quæſtione generis ac ſtirpis.

Bernardinus Paternus Saloënſis, è parente medico natus, ipſe medicus celeberrimus, Profeſſor ordinarius Ticini, Piſis, Monte Regali, Patauiis, obiit 1592.

Bernardinus Triuiſanus Patauinus, Medicinæ Theoricæ ibid. Profeſſor, obiit 1583.

D. Bernardus Abbas Claręuallenſis, C.S.E. pleniſſimę pietatis, 21. Auguſt. 1153. canonizatus 1164. monaſteriorum pluſquam 160. Pater.

Bernardus Broitzenius Conſul Brunſuigæ in templo dum pendet ab ore concionatoris, decimaſexta Nouemb. 1561.

Bernardus Buzzacharinus liberalium artium ſtudiis, ingenio, prudentia, temperantia, cæteriſque animi dotibus nulli ſuæ ætatis ſecundus, 7. Martii 1541. ab amiciſſimi manu qui in bacchanalibus enſe in tenebris arrepto, quem vagina tectum putabat ipſum tranſuerberat. Vixit annos 28, m. 10. d. 24.

Bernardus Copius Iuris vtriuſque Doctor, 11. Nouemb. 1581.

Bernardus Cronebergius Philoſophus ac Medicinę Doctor minimè protritus 1574. Coloniæ.

Bernardus Gaddius Florentinus, pictor ad antiquam artem proximè accedens, obiit ſenio 1380 Caſenæ.

Bernardus Ioapowski I.C. & Hiſtoricus, 21. Nouembr. 1535. Cracouiæ.

Bernardus Metellus ad lacum Brigantinum natus, Archiater Principum Pomeraniæ, 29. Auguſti 1591. ætat. 60. Stetini.

Bernardettus Minerbettius Florentinus, Eccleſiæ Aretinæ Præſul, omnigena ſcientia excultus, Oratorque miſſus à Coſmo Duce Etruriæ ad Philippum Regem Hiſpaniarum: adhuc iuuenis tertium Virgilii librum Æneidos

materno

materno ſermo. enſe Septembr. 1574. Aretii.

Bernardus Rutilius [illegible]entinus Iuriſconſultus, qui vitas ſcripſit veterum Iuriſconſultorum, vocatus ad primam cathedram Iuris ciuilis Auinione, iam itineri accinctus, obiit 1538. ætatis 34.

Bernardus Senenſis, pictor in primis illuſtris, qui dum naturam diligentius imitatur, quam vitæ ſuæ conſulit, de tabulata concedens diem ſuum obiit apud Geminianenſes, claruit 1581.

Bernardus Wigboldus Groningenſis I. C. 20. Aprilis 1556.

Bernardinus Zanbeccharis I.V.D. famoſiſſimus, 15. Aprilis 1323. Bononiæ.

Bernhardus Ziglerus Theologus nobilis, & Ebraicæ linguæ Profeſſor peritiſſimus, 2. Ianuarii, 1552. ætatis 56. climacterico, Lipſiæ.

Bertholdus Hallerus Theologus Bernenſis, ætatis 44. 1536. 25. Martii.

Bertrandus Argentræus, Britannicæ nobilitatis flos, Rhedonum Prætor, ſcriptorque annotationum in Ius patriæ municipale, obiit Idib. Februar. 1590. ætatis 71. cum pridie Fr. Hotomanus clariſſimum quoque Iuriſprudentiæ ſidus occidiſſet apud Baſileam.

Bertramus Fitzalen, h. e. filius Alani, in agro Lincolnienſi illuſtri ſtemmate oriundus, Profeſſor Oxonienſis, 17. Maii 1424. in patria.

Beſſarion, natione Græcus Conſtantinopolitanus, moritur 18. Nouembris 1472. Hunc virum ob excellentem eruditionem & vtriuſque linguæ facundiam Eugenius Papa in ordinem Cardinalium aſciuit, eiusque domus Romæ inſtar Academiæ ſtudioſis omnibus patuit. Fuit enim vir ſpectatiſſimæ probitatis,

doctrinæ & grauitatis: apu[illegible] [illegible]ulti, arma Turcica fugientes, certiſſimum [illegible] [illegible] inuenerunt. Ei familiares fuerunt: Trapezunt[illegible] [illegible], Argyropylus, Gemiſtus Plethon, Philelphus, Blondus, Aretinus, Poggius, Valla, Perottus, Campanus, Platina, & alii.

Bilibaldus Pirckeimerus, Patricius ac Senator Norimbergenſis, C. S. E. die 22. Decembris 1530. ætatis *60.* die *16.*

Blondus Flauius, Foroliuienſis, Hiſtoricus celebris, & multorum Pontificum Romanorum Secretarius, Romæ 4. Iun. 14*6*3. ætat. *71.*

Boëtius Epo Iuriſconſul. Louanienſis 15*99.* ſeptuagenario maior.

Boëtius ab Holdinga Friſius, vir primariæ nobilitatis, cum à forenſi ſtrepitu, aulæq; lenocinio abhorreret, otium literarium ſectatus, Muſas pro arbitrio ſuo coluit, comparata Bibliotheca ampliſſima, 1582. Embdæ.

Bohuslaus ab Haſlenſtain, Baro à Lobkouiz. Poëta & Orator in vtraque lingua Græca & Latina clariſſ. totius Bohemiæ ornamentum, die *29.* Nouemb. 1510.

S. Bonauentura obiit in Concilio Lugdunenſi, 1274. æt. 53. Canonizatus 1482 menſ. April.

Bonamicus Buffalmaccus Florentinus, pictor iocoſiſſimus, fabula Boccacii æternitati creditus, obiit in patria 1340. annorum *68.*

Bonifacius Amerbachius, Ioannis Typographi F. I.C. excellens, & in Academia Baſilienſi per annos complures Profeſſor, qui Reipubl. Chriſtianæ cum docendo, tum de iure reſpondendo plurimum profuit, die 24. Aprilis, 15*62.* ætat. *67.* Baſileæ. Chriſtoph. Vrſtiſius in Epitome hiſtor. Baſilienſis.

B[illegible]ſemblantes Eremitanus Patauinus, ad quem extat Pet[illegible] epiſtola, obiit 5. Kalend. Nouembr. 1*369.* ætatis 4[illegible].

Brandolinus de *B*randolinis de *B*agnacauallo, Comes Gemellarum, S.R.E. Capitaneus, 28. Octob. 13*96.* Taruiſii.

S. *Bri-*

S. Brigitta mulier Suecica, quæ Prophetico ſpiritu multa prædixiſſe fertur, obiit 23. Iulii, 1372. ætat. 70. Æn. Syl. alii aliter.

D. Burchardus Epiſcopus Wirceburgenſis, 2. Febr. 791. cum præfuiſſet Eccleſiæ ſuæ an. 39.

Burchardus Mithobius Medicus, C. S. E. 16. Aug. 1565. Hanoueræ.

Cælius Auguſtinus Curio, Medicus atq; Polyhiſtor. 25. Octob. 1567. Heidelbergæ.

Cælius Secundus Curio, Italus, Philoſophus doctiſſimus, C. S. E. 24. Nouemb 1569. ætat 67. Baſileæ: cùm ibidem Philoſophiæ & eloquentiæ ſtudia propemodum an. 23. profeſſus eſſet.

Cæſar Alberghetus I. C. præceptor Franciſci Sanſouini, Venetiis 6. Kal. Septemb. 1546. ætat. 24 d. 10.

Cæſar Baronius Cardinalis, Annalium Eccleſiaſticorum accuratiſſimus conditor, Romæ vltimo Iunii, 1607.

Caius Plinius Secundus, Naturalis Hiſtoriæ auctor, 2. Nouemb. 82.

Caius Ranzouius Henrici F. Gallicè ac Latinè doctus, iam ſponſus, 20. April. 1591. circa 7. veſpertinam Bredenbergæ: ӕt. 28. m. 8.

Camillus Palauicinus, puer ſupra ætatem ſuam doctiſſimus, 4 Kalen. Auguſti, 1556. Patauii, quo ſtudiorum cauſſâ morabatur. Vixit an. 15. m. 5. d. 13.

Camillus Thomaius Medicus celeberrimus, cum diu calculo in veſica laboraſſet, 1549 Rauennæ.

Camillus Vrſinus Gallorum Regum Nauarchus, virtute & fide vir præſtantiſſimus, 6. Kal. April. 1552. ætatis 65. m. 10. d. 8.

Carolus Aretinus vtraque lingua doctiſſ. Cancellarius Florentiæ, Orator & Hiſtoricus præſtans, 7. Id. Mart 1443. ætat. 74.

Carolus Barth, I. V. D. Iohannis Georgii Electoris Brandeburgici Conſiliarius, & Nouæ Marchiæ Cancellarius, die 6. Febr. ſtilo vet. noctis hora 2. 1597. ætat. circa 50. Cuſtrini.

Digitized by Google

Carolus Boiſotus I.C. Caroli V. Conſiliarius, 9. Decemb. 1546. Ratiſbonæ.

Carolus Boiſotus doctrina armorumq; laude incomparabilis Walachriæ Præfectus, ſclopi ictu à manipulari ſuo tranſuerberatus in pugna contra Hiſpanum ad Orientalem Duuelandiæ aggerem, 3. Kal. Octobr. 1575.

Carolus Bombergius Mechlinienſis I.C. 26. Maii 1590. in prædiolo ſuo Weiler iuxta Otterburgum, ætat. 63

Carolus Borromæus Archiepiſcopus Mediolanenſis, 3. Non. Nouemb. 1584. vixit an. 46. m. 1. d 1.

Carolus Cluſius Attrebas, Botanicus excellens, 4. Aprilis 1609. Lugduni Batauorum: cùm 84. annum ingreſſus eſſet ſemper cœlebs.

Carolus Dancæus, Regum Galliæ legatus apud Chriſtianum III. & Frideric. II. Reges Daniæ, 1590. menſe Octobr.

Carolus Gabrius I.C. & Aduocatus laudatiſſimus, pridie Kal. Ian. 1590. ætatis 71 Antuerpiæ.

Carolus Guarnacius Iuris vtriuſque conſultus, & in Academia Profeſſor veſpertinus, dum lotus manus ad menſam accedit, Idib. Auguſti 1545.

Carolus Langius Brugenſis, Criticus ac Philologus planè egregius, C.S.E. Leodici 29. Iulii 1573.

Carolus Molinæus Pariſienſis, Franciæ & Germaniæ Iureconſultus clariſſimus, menſe Decembri, Lutetiæ, 1566.

Carolus Sigonius Mutinenſis, Orator, Profeſſor & Hiſtoricus excellentiſſ. C.S.E. Bononiæ in Italia, 1584.

Carolus Tempelius Eques auratus, Mariæ Vngariæ Reginæ Aulicus familiaris, Caroli V. & Philippi Centurio, Bruxellæ Conſul, Prætor Louanii annos continuos 30. die . . 16. . .

Carolus Vtenhouius Caroli filius, Nieulandiæ Dominus, Gandauenſis, 1. Auguſti 1600. Coloniæ ex apoplexia, dum circa meridiem ſurgit è lecto ad prandium.

Caſpar Bornerus Theologiæ Doctor, 3. Maii, 1547. Lipſiæ.

Caſpar Bruſchius Egranus, Poëta Laur. vir doctiſſ. & antiquitatis

Digitized by Google

tiquitatis eruendæ ſtudioſiſſimus, C.S.E. interiit traiectus ſclopo, inſidiis quorundam in Silua Schlingenbacenſi inter Rotenburgum & Winshemium, 1559, ætatis 41. Cruſius.

Caſpar Contatenus Cardinal Patritii Ordinis Venetus, Orator & Hiſtoricus, 1543. nondum ſexagenarius.

Caſpar Copracius Poëta Laureatus, C.S.E. 13. Ianuar. 1580. Pelſinæ in patria.

Caſpar Cruciger I. Theologus, 16. Nouemb. 1548. ætat. 44. Witebergæ.

Caſpar Cruciger II. Theologus doctiſſimus, C.S.E. die 16. Aprilis, ſtil. vet. 1597. ætatis 72. Caſſellis in Haſſia.

Caſpar Curio Philoſophus 30. Maii 1558.

Caſpar Francus Theologus, 16. Iunii, 1578.

Caſpar Eberhardus Theologus 21. Octobr. 1575.

Caſpar Hedio Theologus & Chronographus, 17. Octobris, 1552. cum Argentinæ docuiſſet an. 23. Huic ſucceſſit Hieronymus Zanchius Italus.

Caſparus Hofmannus Leobergenſis, Medicus peritiſſimus, & Electoris Brandeburgici Archiatrus, Coloniæ ad Sueuum, die prima Auguſti, ſtilo veteri, 1584. ætatis 65.

Caſpar de Manſo, cognomine Schwartzius, Patricius Tremonienſis, in patria 11. Februar. 1612. quem inter eruditos heic ponimus veluti verè Nigrum. cùm enim ſibi comparaſſet partem aliquam Bibliothecæ Seldii Procancellarii; meminiſſetque Geſnerum indicaſſe, fuiſſe qui putarent ibidem latere Plinii hiſtoriam de bellis Romanorum cum Germanis; impudenter admodum eandem ſibi adeſſe paſſim iactabat. verùm nec viuus ipſam vlli cuiquam dedit videndam; neque à morte vſpiam comparuit.

Caſpar Nutzelius Patricius ac Duumuir Norimbergenſis, x x. liberorum pater ex vna coniuge, 25. Septembr. 1529. quinquagenarius.

Caſpar Oleuianus Treuir, Theologus, C.S.E. 15. Martii, ſtil.vet. 1587. æt. 51. Herbornæ.

Caſpar Penthelingus Nobilis Sicamber, ſummæ eruditionis probitatisq; vir, in primo ſtatim Italiæ ingreſſu, 5. kal. Feb. 1552. Patauii: ætatis 28.

Caſpar Peucerus, *B*udiſſinus Luſatius, Medic. D. & Conſiliarius Principum Anhaltinorum, Melanchthonis gener, die 25. Septemb. 1602. ætat. 78. Deſſauiæ, 16. anno à liberatione è cuſtodia ſiue carcere decennali.

Caſpar Rudolphus Profeſſor Marpurgenſis, 23. Auguſt. 1561.

Caſpar Schetus, Mercator Antuerpianus, Dominus in Grobendonck, 9. Nouemb. 1580. Montibus Hanoniæ.

Caſpar Schwenckfeldius, Nobilis Sileſius, 10. Decemb. 1561. ætat. 71. in Sueuia. Eius Symbolum fuit: NIL CHRISTO TRISTE RECEPTO.

Caſpar Vrſinus Velius, C.S E. Poëta non humilis ſpiritus, Regis Ferdinandi liberorum præceptor, 5. Maii, 1538. manè ſub horam ſextam amiſſus fuit. alii in Danubium deiectum: alii meditabundum in flumen delapſum volebant. erant qui & exiſtimarent ſublatum veneno. *Catalogus Rectorum Viennenſium.*

Chriſtophorus *B*utzouius Roſtochii Conſul primarius, in platea, nullo verbo prolato, aut vllo doloris dato indicio, imò ſine aliquo corporis motu concidens ſtatim expirauit 7. Calend. Decemb. 1550. ætatis 81.

Chriſtophorus à Carleuitz, Eques auratus, ſapientia, eruditione & dignitate clariſſimus, vereq́ue Germanicæ nobilitatis ornamentum, die octauo Ianuarii, 1578. ætatis 71.

Chriſtophorus Caſtilionenſis Comes, Iureconſultorum ætatis ſuæ Princeps & Legum Monarcha appellatus, poſtquam Taurini, Parmæ, Senis ac Papiæ ius docuiſſet, obiit die 16. Maii, in feſto Aſcenſionis Chriſti, 1425. Papiæ.

Chriſto-

Digitized by Google

Chriſtophorus Colerus Francus, Antiquarius. C.S.E. In Auſtria.1604.

Chriſtophorus Cornerus, Theologiæ Doctor & Profeſſor, C.S.E. Francofurti ad Oderam, 17. April. St. V. 1594. ætat. 76. poſtquam in Academiis docuiſſet an. 54.

Chriſtophorus Ehemius I. C. Friderici III. & Ioh. Caſimiri Elect. Palat. ad Rhenum Cancellarius, die 1. Iunii, St. V. 1592. ætat. 64. Heidelbergæ.

Chriſtophorus Friſchnerus Conſul Leorinus 17. Aug. 1536.

Chriſtophorus Genſconius Roſtochienſis Senator primarius pridie Cal. Iunii 1588.

Chriſtophorus Harlæus ad quadraginta amplius annos in ſuprema Pariſienſium curia tum Senator, tum primæ notæ præſes, cum vrgente calculi dolore excidendum ſe chirurgo præbuiſſet iam ſeptuagenarius, obiit ſub finem Iulii 1572.

Chriſtophorus Herdeſſianus I. C. magni nominis, & Reip. Norimbergenſis Conſiliarius, C.S.E. 2.. Decembr. St. V. 1585. ęt. 62. Norimbergæ.

Chriſtophorus Hoſius Doctor nat. 18. Maii hor. 11. min. 6. 1496.

Chriſtophorus Laſius Theologus, C.S. E. 25. Auguſti 1572. Senftenbergæ, cum vixiſſet an. 68. d. 50.

Chriſtophorus Longolius Mechlinienſis Belga orator excellens an. ætat. 34. d. 11. Septembr. 1522 Patauii, magno cum Italiæ dolore.

Chriſtophorus Madrutius Portuenſis Epiſc. ætat. 66. Romæ 1578.

Chriſtophorus Mondragonius, Caroli V. & Philippi F. Præfectus fideliſſimus non vnius Arcis, neq; vllo vulnere vnquam læſus, licet prælius innumeris exercitus, 3. Ianuar. 1596. Antverpiæ.

Chriſtophorus Pezelius, Theologus C.S.E. Bremæ, æt. 65. die 25. Febr. 1604.

Chriſtophorus Plantinus Turonenſis, ciuis Antver-

pianus & Architypographus R[illegible], cuius induſtria & ſtudio, infinita opera vetera ac n[illegible] magno rei literariæ bono inpublicum prodierunt, 1.[illegible] ie St. N. 1589. ætat. 75. Antverpiæ.

Chriſtophorus Preiſius Pann[illegible]s à Springenburg, 9. April. 1590. Regiomonti vbi prof[illegible]batur Eloquentiam.

Chriſtophorus Reuſnerus I. C. 24. Iun. 1572.

Chriſtophorus Ricinenſis Medicus & Philoſophus ſcholæ Peripateticæ celeberrimus, 3. Cal. Febru. 1480. Patauii.

Chriſtophorus Ryneck Prior Carthuſiæ Treuirenſ. & viſitator prouinciæ Rheni, 20. Decembris 1557.

Chriſtophorus de S. Germano illuſtri proſapia oriundus, in Patriis Legibus & iure tam ciuili quam canonico excellenter inſtructus, omnique Philoſophia ac ſcientiis aliis liberalibus cumulatiſſimus, cuius & tota ſubſtantia cũ moreretur in libris fuit, 28. Septemb 1539.

Chriſtophorus Sporerus Medicus, Dreſdæ in patria pridie Non. Maii 1540.

Chriſtophorus Stymmelius, Theologus & Poeta, C. S. E. 19. Febr. St. V. 1588. æt. 63. Stetini.

Chriſtophorus Thuanus Parlamẽti Pariſienſis primus Præſes, vir omnino incomparabilis, Cal. Nouemb. 1584. æt. anno 74. exacto.

Chriſtianus Vrſtiſius Mathematicus, Baſileæ, 30. Martii 1588.

Chriſtophorus Winterus Grimmẽſis Senator Regiomonti 25. Septembr. 1585.

Clemens Marotus Cadurcenſis, Poeta à natura feliciſſimus ideoque Franciſci Regis Aulæ tantiſper in deliciis, dum leui de cauſſa ſolum vertere cogitur, in exilio Taurini apud Inſubres, eo ipſo anno quo ad Cereſolam Regius exercitus Anguiano duce inſignem de Cæſarianis reportauit victoriam.

Coluccius Pierius, Poeta Laureatus, Philoſophus ſubtiliſſi-

tiliſſimus à Secretis Vrbano V. ac Gregorio XI PP. MM. ac denique patriæ ſuæ Florentiæ, cui cum aduerſaretur Galeatius Mediolanenſium Dux, affirmare ſolebat, plus ſibi obeſſe vnicum Coluccii ſtilum, quam mille Equitum Florentinorum Lanceas, 4. Idus Maii 1406.

Conradus Brum I. V. D. canonicus Auguſt. & Ratisb. 20. Iun. 1563. Monachii: æt. 68.

Conradus Celtes Francus primus Poeta Germaniæ coronatus, 4. Febr. 1508. ætat. 49. d. 3. Viennæ vbi profitebatur.

Conradus Daſypodius C.S.E. 22. April. 1600. Argentinæ, vbi mathemata docebat.

Conradus Geſnerus Tigurinus, Medicus & Polyhiſtor doctiſſimus, & omnis animantium ac plantarum hiſtoriæ perſcrutator diligentiſſimus, peſte extinctus, 13. Decemb. Tiguri 1565. æt. 49.

Conradus Goclenius, collegii Buſlidiani Profeſſor publicus, ante diem 8. Cal. Feb. 1535. Louanii.

Conradus Heresbachius I. C. rei ruſticæ Scriptor Eidib. Octobr. 1576. æt. 67.

Conradus Lagus Iuriſconſultus C. S. E. 7. Nouembris 1564.

Conradus im Land, Aurifaber Noricus Bombarda ſua Interficitur 26. Iunii 1549. cum curru vectus exſpatiaretur cum ſodalibus & coruum qui crocitatu ſuo ipſos proſequebatur, amoliri cuperet; ac ſclopetum ignem non recipientem ad latus repoſuiſſet. natus erat idem anno 1519. die 1. Octob. hor. 7. min. 10. ante merid.

Conradus Lycoſthenes Rubeacenſis (cuius inſignem eruditionem & induſtriam lucubrationes teſtantur) apoplexia, 25. Martii 1561. ætatis 42. menſe 7. die 7. Baſileæ.

Conradus Matthæus Iuriſconſultus Marpurgi 28. Nouemb. 1580.

Conradus Mauſer Noribergenſis I. C. ac Profeſſor Witebergenſis 22. Octob. 1548.

Conradus Mutianus Rufus vir excellens eruditione ac virtute, eaque propter meritus egregium Eobani Heſſi epicedion, 30. Martii 1526. Gothæ.

Conradus Pegelius Profeſſor Roſtochienſis 27. Nouemb. 1567.

Conradus Pellicanus Rubeaquenſis, Græcarum literarum in ſchola Tigurina profeſſor per 30. an. feriis Paſchatis 1556. Tiguri ætat. 78. cui ſucceſſit Petrus Martyr. Beza in Iconibus ad annum præcedentem refert: Chriſtophorus Vrſtiſius vero in Epitome hiſtoriæ Baſilienſis ad annum 1558.

Conradus Peutingerus I. C. Patricius Auguſtanus, Maximiliani I. & Caroli V. Impp. Conſiliarius, 28. Decembr. 1547. ætat. 82. d. 12.

Conradus Rittershuſius, in quo mire eruditio cũ modeſtia, diligentia cum induſtria, pietas cum fide certarunt, ICtus ac Profeſſor, Altorfii 15. Maii 1613. phtiſi exhauſtus.

Conradus à Thungen Epiſcopus Wirtzeburgenſis 16. Cal. Iulii 1540. ætatis 74 regiminis 21. m. 4. d. 16.

Conradus Wipperman Theologus ac Canonicus Colonienſis, obiit 3. Ian. 1605.

Conſtãtinus Halmalius Eques auratus, 5. Cal. Iunii 1566. Antverpiæ.

Conſtantinus Rhallus Venetus, qui maioribus opulẽtiſſimis ac potentiſſ. editus, in ſumma commutatione fortunæ ſummam animi æquitatem; in ſumma integritate vitæ placidiſſimos mores; in ſumma eruditione parem modeſtiam perpetuo retinuit, Id. Septemb. 1573. Romæ. vixit an. 68. m. 3. d. 9.

Cornelius Adriani Dordracenus Franciſcanus, cuius Concionum perridicula multa paſſim circumferuntur, pridie Id. Iul. 1581. Brugis, ætate admodum decrepita.

Cornelius Gemma Louanienſis Gemmæ Friſii F. Medicus, Philoſophus, Rhetor, Poeta, peſtilentia 4. Idus Octob. 1579. ætatis 45.

Cornelius

Digitized by Google

Cornelius Grapheus, alias Scribonius, Poeta atque Hiſtoricus præclarus, Antuerpiæ à Secretis, 19. Decembris 1558. ætatis 76. ibidem.

Cornelius Ianſenius Hulſtanus, Theologus & Epiſcopus Gandauenſis primus 11. April. *1576*.

Cornelius Kempius Doccomenſis Friſius, Antiquarius atque Hiſtoricus C. S. E. *1587*. Groningæ.

Cornelius Kilianus Duflæus, per quinquaginta annos corrector typographiæ Plantinianæ, C. S. E. obiit ipſo Paſchatis feſto 1607 Antwerpiæ.

Cornelius Muſius Delphenſis Theologus ac Poeta, ſtrangulatur Leydæ *1572*. nocte, 4. Id. Decemb. à petulanti milite.

Cornelius Prunius, Arnoldi ex Maria Bomberga filius, vir probitate, doctrina, opibus ſingularis, 8. Calend. April. *1598*. ætat. *65*. Antuerpiæ in patria, cui fuerat inſigni ornamento.

Cornelius Scribonius ſeu Grapheus Aloſtanus, Poeta Oratorque inſignis 19. Decemb. *1558*. Antverpiæ, cum vixiſſet annos 76.

Cornelius Valerius Vltraiectinus, Eloquentiæ celebris profeſſ. Louanii *1578*. *11*. Aug. æt. *66*.

Claudius Eſpencæus, Sorbonæ Pariſienſis Theologus celeberrimus, qui cum Theodoro Beza in colloquio Poſſiaco de religione diſputauit, C. S. E. 5. Octobr. *1571*. ætat. 60. Lutetiæ.

Claudius Falco Rizius natus quidem Lutetiæ, ſed ex Septimania oriundus genere nobili, ſupremæ Rhedonum Curiæ Præſes, à coniurata factione interceptus, Nannetesque in durum ac diuturnum carcerem abductus, ſolatio à Muſis quæſito, quarum in amoribus acquieſcebat, Latino poemate Lucanum æmulatus, impium illud ac plus quam ciuile bellum inter vincula decantauit. Compoſitis autem Galliæ rebus, cum effluxiſſent aliquot

anni, depoſuit ſponte redditum magiſtratum, alieníque cœli tædio ſe totum Lutetiæ reddidit; vbi vixit ad ætatis annum circiter quintum & ſexageſimum optato literarũ otio mirifice delectatus, nec interim à republica ſibi temperans, obiitque 1602.

Claudius Puteanus, quo nihil noſtra ætas tulit doctius, probius, candidius, politius, Cal. Decemb. 1594. Lutetiæ in patria: æt. 44.

Coſmus Medices Florentinus, Laurentii Filius, Leonis decimi Pontificis Maximi frater decreto Florentinorum publico Pater patriæ appellatus, ibidem 1468. ætatis ſuæ 80.

Coſmus Pactius, ex amita Leonis decimi genitus, cathedralis Eccleſiæ Florentinæ Præſul, Interpres Maximi Tyrii Philoſophi Platonici, 9. April. 1513. Florentiæ, in patria.

Cunerus Petri Brouwershauianus, EpiſcopusLeouardienſis, obiit Coloniæ 15. Feb. 1580.

Cuthbertus Tonſtallus ſplendido loco natus in Anglia, Iuris vtriuſque Profeſſor, poſt plures ſui regis nomine obitas legationes, primo Londinenſis, poſtea Dunelmenſis Antiſtes, 1556.

Cynus de Bariſanis Florentinus 7. Auguſti 1379. Taruiſii. Hic antea veſperi ſepultus, noctu hora matutinali, Monachi inter eundum ad debita officia recitanda, ſtrepitum circa tumbam audientes atque vlulatum, accenſis Lampadibus ac lapide ſepulcrali leuato, viuentem ibi hunc hominem inueniunt: qui de monumento ſtatim ſurgens domum abiit ad vxorem: atque exinde, cum antea per ſexdecim annos nullos ex coniuge filios ſuſcepiſſet, quartum adhuc ſupra decimum viuens annum ex eadem duos mares habuit ac filiam.

Cynus Iuriſconſultus, ex nobili Sygisbaldorum apud Piſtorienſes familia oriundus, eximius iuris interpres, Batto-

Digitized by Google

Bartolique Præceptor digniſſimus, vir diligens & ingenioſus, qui ſcripſit ſuper prima parte Digeſti veteris, & Commentarios edidit in Codicem, Bononiæ obiit 1336.

Cyprianus Leouicius, Ottonis Hen. Comit. Palatin. ad Rhenum Mathematicus, nulli ſuperiorum ſecundus, C. S. E. die Vrbani 14. Maii 1574. Lauingæ.

Cyprianus à Popma nobilis Friſius, qui Salluſtii opera emendauit, & hiſtoriam motuum Friſiæ poſt annum 1570. deſcripſit, poſtridie Calend. Octobr. 1582. Eloſti loco natali.

Cyprianus Vomelius familia Stapertica Friſius, Poeta ac Iuriſconſultus, Comes Palatinus Cameræ Imperialis Adſeſſor per annos quindecim, quinto Maii 1578. Spiræ.

Cyriacus Spangēberger, Theologus & Chronologus, 10. Feb. 1604. Argentinæ, ætat. 76.

Cyrillus Epiſc. Alexandrinus obiit anno 445. Theodoſii 39. Cedren. p. 281. cum in Alexandrina ſede 32. annis enituiſſet. Niceph. 14. 47. Ei ſucceſſit Dioſcorus, Cyrillo diſſimilimus: vtpote Eutychianus.

Daniel Barbarus, Nobilis Venetus, Vitruuii illuſtrator, Eidib. April. 1569. æt. 40.

Daniel Leonius Eques Patauinus, qui rure ſuo monaſterium ſui cognominis exſtruxit dotauitque, 28. Auguſti 1578.

Daniel Ranzouius Friderici II. Daniæ Regis Dux contra Suecos tormento ictus in obſidione Warburgæ, 11. Nouemb. 1569. æt. 40.

Daniel Rogerius Albimontanus Anglus, vir magni nominis, & Sereniſſ. Reginæ Angliæ Orator ac Legatus, 9. Febr. St. V. 1591. ætat. 50. quo die ipſe ferebatur ad ſepulturam, filia recens nata deducebatur à matronis ad baptiſterium.

Daniel Scotus Taruiſinus Epiſcopus Concordienſis, Eugenii IV. Theſaurarius 11. Iulii *1443*. Patauii.

Daniel Stibarus à Rabeneck, Eques ac Canonicus Francus, quem epicedio ſuo immortalem reddidit Petrus Lotichius, *1555*. æt. *52*. Wirtzeburgi.

Daniel Toſſanus Mompelgardenſis Theologus ac Profeſſor, 10. Ianuarii 1602. Heydelbergæ, vixit annos *60*. menſ. *5*. dies *26*.

Dantes Aligherius Florentinus, Poeta patrio ſermone illuſtriſſimus, qui ob ciuiles diſcordias patria pulſus, in Gallia aliquamdiu, & poſtea apud Aragonum Regem, tandemque Rauennæ exulauit, vbi & obiit ætatis anno *45*. *1321*.

Dauid Chytræus, Theologus & Hiſtoricus, C.S.E. 25. Iunii *1600*. æt. 70 Roſtochii.

Dauid Georgius Baſileæ, 23. Auguſti *1557*. qui ſe immortalem eſſe mentitus fuerat. ſpem moribundus fecit, reuicturũ poſt triennium. & vero 13. Maii *1559* cadauer eius effoſſum publiceque crematum eſt, tanquam hæreſiarchæ infandiſſimi.

Dauid Peiferus, Cãcellarius Saxonicus, poſtrid. Non. Februar. 1602.

Dauid Voitus Theologus cum annos 15. Regiomonte, apud Principem Albertum ſeniorem, & totidem in ſchola Ienenſi, & duos Witebergæ exegiſſet docendo, *25*. Nouemb. *1589*. ætatis 60. fere completo.

Demetrius Cabacius Rhallus, Eques Spartanus, qui nullum corporis incommodum expertus, nonageſimum annum, menſ. 2. dies 22. ſuperauit.

Deſiderius Eraſmus Roterodamus *11*, Iulii *1536*. æt. *70*. Baſileæ.

Dethleuus Ranzouius Canonicus Lubecenſis 1. Febr. *1465*.

Didacus Couarruuias à Leiua Toletanus I.C. ſummus, C.S.E. Senatuſque Regii Præſes, die 27. Septembr. 1577. Madriti, ætatis *66*.

Dieghas

Digitized by Google

Dieghas Payua Andradius, Luſitanus Portugallenſis 1579.

Dinus de Garbo, Bruni præſtantiſſimi chirurgi filius, Thomæ vero Medici pater, ipſe alioqui Apollinis atque Æſculapii antiſtes præcellens, diſcipulus Thaddæi, totique Italiæ notiſſimus C. S. E. 30. Septemb. 1327. Florentiæ in patria.

Dionyſius Grempius I.C. multiiugæ eruditionis ſcientia florens, cal. Martiis 1589.

Dionyſius Lambinus Monſtrolienſis Gallus, Philoſophus & Philologus, ſub finem menſis Auguſti, paulo poſt cædem Rami, Lutetiæ Pariſiorum. 1572.

Dionyſius Rikel Carthuſianus, cuius extant Scholia in textum Bibliorum, 12. Martii 1471. obiit. Dionyſius hic (Tritthemii verba recito) tot ac tanta ſcripſit, vt numero opuſculorum, præter Auguſtinum, apud Latinos parem habuerit neminem. Contemplationi & orationi cum tanto feruore inſtabat, vt eum nil ſcribere potuiſſe vnquam putares: rurſum in ſcribendo ac legendo tam ſedulus erat, vt nec orare, nec contemplari eum poſſe vnquam æſtimares. Erat parciſſimi ſomni: cibi & potus abſtinentia admirabilis, qui die ac nocte in legē Domini meditari dulce iudicabat: ſemper autem ſcribens aliquid vtile, aut legens: ita vt & lectionem oratio ſæpe interrumperet: & orationem lectio ſacra frequenter exciperet.

Ditericus Baro à Zerotin, Dn. in Hermanſtadt & Czernikouitz, Sacræ Cæſ. Maieſt. à Conſiliis, & Luſatiæ ſuperioris Præſes, Calendis Ianuariis intra hor. 11. & 12. pomerid. 1595. Budiſſinæ.

Dominicus Bendixius Snekanus Friſius, Theologiæ Licentiatus & primus Archidiaconus Leouardiæ C. S. E. 14. Ianuarii 1586. Duſſeldorpii, vbi erat Canonicus.

Domitius Fainus Medicus minime proletarius è peſtilentia 13. Auguſti 1576. vixit annos 40. menſ. 9. d. 6.

Dominicus Lampſonius Poeta & Pictor ſummus Epiſcopo Leodenſi à conſiliis die S. Alexii 1603. Leodii.

Digitized by Google

S. Dominicus moritur 6. (alii 5.) Auguſti 1221. ſepultus Bononiæ, Canonizatus 1233. Antonin. Vincent. Pet. de Natal. 7. c. 22. Lomb. 108.

Dominicus Pantaleonus Theologus Dominicanus Philoſophuſque egregius, 28. Auguſti 1376. Florentiæ in patria.

Dominicus Petri de Nardis Theologus Dominicanus C.S.E. 15. Decemb. 1385. Florentiæ in patria.

Dominicus Rikel Theologus Carthuſianus C. S. E. die Gregorii 1471. ætatis 77. Ruremundæ.

Dominicus Sennus, Medicus ac chirurgus famoſiſſimus, qui citra ſectionem aut vſtionem, adhibitis quibuſdam remediis, difficillimos etiam morbos ſanabat, die 28. Octobr. 1531. paſſione calculi ſeptuagenarius, Patauii in patria.

Dominicus Soto Segobienſis è prædicatorum familia Theologus C. S. E. obiit 17. calend. Decemb. 1560. Salmanticę.

Donatus Acciarolius Neri filius Florentinus, Argyropuli auditor Orator eloquentiſſimus, C. S. E. menſe Auguſti 1473. miſſus legatus ad Gallorum Regem, in vrbe Mediolanenſi.

Donatus Florentinus, ſculptorum anteſignanus, obiit 13. Decemb. 1466. in patria.

Donatus Iannotius Florentinus, cui debemus Rempublicam Venetam Etruſco ſermone publicatam, 1572. Venetiis.

Dorotheus Brigottus ab Atria vrbe Samnitum, Iuris Doctor, vita & moribus integerrimus; qui cum multos annos, ſola animi tranquillitate, ac ſtudiorum dulcedine contentus Patauii egiſſet, 8. calend. Iunii 1555. ætatis 42.

Dugloſſus Polonicus hiſtoriographus moritur 1480. 29. Maii. Mechou.

Dynus Mugellanus Iuriſconſultus moritur Bononiæ. 1304

1304. Scripſit in Pandectas, in tit. de Action. in Inſtitut. & ſuper lib. 6. Decretalium.

Eberhardus Mollerus, Conſul Reipub. Hamburgenſis, die 1. Feb. poſt horam 4. pomerid. 1588. ætat. 61. Hamburgi.

Eccardus Weigel, Volquinus Archiater Aulæ Caſſelanæ natus, Landgrauio Gulielmo carus, dum ſponſus nuptias parat, 11. Iulii 1581. Marpurgi, ætatis 30.

Edmundus Campianus poſtquam 15. menſes ſubſtitiſſet in Anglia, proditus à ſuis, ſupplicio capitali Londini calend. Decemb. 1581.

Eduardus Carnus Britannus Eques auratus, I.C. Orator ad Impp. ad Reges biſque ad Apoſtolicam miſſus, poſt mortem Mariæ Spontaneus exul, 14. calend. Febr. 1561. Romæ.

Eduardus Læus, Britannus, Deſiderii Eraſini antagoniſta Eleemoſynarius Henrici VIII. ac nouiſſime Eboracenſis Archiepiſcopus, 1544. in præfectura ſua.

Eduardus Vottonus Medicus clarus, C. S. E. Londini 3. Non. Octob. 1555.

Eguinarius Baro Leonenſis, ex Britannia Galliæ, I C. clariſſimus, Doctor Iuris Ciuilis in ſchola Biturigum, & Iuriſprudentiæ veteris inſtaurator, die 28. Auguſti ætat. 55. Biturigibus 1550.

Eilardus Alma Friſius, cuius extat Gigantomachia, ipſo æui flore calend. Octob. 1586. Heidelbergæ: ætatis 22.

Elias Putſchius Antuerpianus, qui Grãmaticos omnes in vnum corpus redegit correctos ad veritatem mſſ. ipſo ætatis primo vere, 9. Martii 1606. è febre cõtinua. Stadæ.

Elias Vinetus apud Santones in agro Barbezienſi natus, Burdegalæ præfectus ſcholæ, octogenarius ſenex, pridie Idus Iunias, 1587. Sanmart. alii ponunt prid. Idus Maii.

Emanuel Chryſoloras, ex illuſtri familia oriundus, vir doctiſſimus, & Græcarum linguarum inſtaurator, Conſtantiæ in Concilio moritur 15. April 1415. æt. 47.

Emanuel Meteranus Antuerpienſis accuratiſſimus hiſtoriæ Belgicæ ſcriptor, 8. Aprilis 1612. Londini, ætat. 77.

Emanuel Tremellius, gente Iudæus, natione Italus, linguæ ſanctæ in Anglia tempore Eduardi Regis Angliæ, & poſtea in Academia Heidelbergenſi ſub Friderico III, Profeſſor, merito ſuo Hebræorum ætatis noſtræ doctiſſimus, Sedani in Gallia, 1580.

Emundus Dinterus, Antonii, Ioannis, Philippi Principum Brabantiæ Secretarius, C.S.E. 17. Febr. 1448. Bruxellis.

Engelbertus Dalius Eques auratus Cancellarius Brabantiæ, 21. Decemb. 1556. ætat. 60. Bruxellis.

Enimundus Bonefidius, Cuiacii γνήσιον παίδευμα 1574. ætat. 38. Geneuæ.

Erardus Snepfius Hailbrunnenſis Theologus Academiæque Ihenenſis Profeſſor per annos 34. die 1. Nouemb. 1558. ætat. 63. Ihenæ.

Eraſmus Kretcouius Polonus, Palatinus in Brieſten, Caſtellanus Gneſnenſis, Capitaneus Piſdrenſis, 16. Maii 1558. ætatis 50. Patauii, peragrata bona cultioris orbis parte.

Eraſmus Oſwaldus Schreccefuchſius Mathematicus, C.S.E. 1579. ætat. 68. Friburgi Briſgoiæ.

Eraſmus Reinholdus Salfeldenſis, Mathematicus excellens, & tabularum Prutenicarum autor, 19. Febr. tabe extinctus in patria, mane hora 1. ætat. 42. 1553.

Eraſmus Sarcerius Theologus Mansfeldenſis C. S. E. 28. Nouemb. 1559. ætatis 59.

Eraſmus Topler I. V. D. Protonotarius Apoſtolicus ac Maximiliani Imp. Conſiliarius, 6. calen. Maii 1512. ætatis 50. Treueris.

Erhardus Cellius, Profeſſor poeſeos & hiſtoriarum Tubingæ, 1607.

Erne-

Digitized by Google

Erneſtus Ober urgerus intimus Conſiliarius Caroli V. ex lapſu 1552. V ri.

Eſromus Rud getus Papebergenſis, excellens Philoſophus & Theologus, & quondam in Academia Witebergenſi Profeſſor, C.S.E. 2. Decembr. St. V. 1591. ætat. 68. Norimbergæ.

Euerardus Nicolaius Iuriſconſult. 10. Maii 1561. ætatis 63.

Eugenius à Collen patris ſeptuagenarii ſupremum columen Baſileæ Rauracorum, quo ſe ſtudiorum cauſſa contulerat, Rheni vortice, in quo per æſtum recreabatur, 16. Auguſti 1587.

Euricius Cordus Medicus & Poeta, 24. Decembris 1535. Bremæ.

Euſtachius à Schliben, vir nobilis ac doctus, & eloquẽtiæ laude celebris, 22. Martii 1568.

Euſtathius Chapuys Anneſiacenſis Sabaudus I. V. D. Carolo V. à Conſiliis, annos 17. apud Angliæ Regem legatus continuus, 21. Ianuarii 1556. Louanii, vbi duo inſtituit collegia.

Euſtathius Leuorum nobili gente natus Archiepiſcopus Arelatenſis, 22. Aprilis 1489. Romæ, ætatis 42.

Euphroſynus Lapinus Florentinus, Græce Latineque peritus C. S. E. menſe Decemb. 1571. in patria.

Fabricius Saccus Laudepompeianus iuris Canonici candidatus, Idib. Auguſti 1524. Patauii.

Felix Bidenbachius Theologus & Conſiliarius Ducis Wirtenbergici 11. Ianuarii 16 3. Bebenhuſii apoplexia, anno ætatis 48. nondum completo.

Ferdinandus Caſtella Dominicanus Theologus, Philippo II. Regi à concionibus, poſtridie calend. April. 1592. Madriti.

Ferdinandus Corteſius, Nouæ Hiſpaniæ fundator, die 2. Decembris 1547. ætatis 63. Caſtiliæ.

Ferdinandus de Salinas Brugenſis, Belgicæ Principum interioris Conſilii Senator per annos 22. Præſes per duos, 10. Decemb. 1610. ætatis 73.

Ferdinandus Magellanus Luſitanus, dux & nauium præfectus (de quo fretum Magellanicum nomen accepit) in prælio ab incolis Inſulæ Mautan in India Orientali fortiter dimicans occubuit die 27. Aprilis 1521.

Ferdinandus Nonius Pincianus, illuſtri Guſmannorum ſtirpe oriundus Pintiæ Vaccæorum, quæ vulgo Valliſoletum dicitur, Græcis Latiniſque literis doctiſſimus, Salmanticæque Profeſſor publicus, cuius ſcripta in Plinium, in Senecam, in Melam, in alios negligunt, qui ſe ipſos non norunt, obiit 1551. octuagenario maior.

Feus Belcarius Etruſco carmine clariſſimus, C.S.E. 16. Auguſti 1484. Florentiæ in patria.

Flaminius Maleguiccius Annibalis Filius, nobilis Fregienſis, Græcis Latiniſque literis ſupra ætatem eruditiſſimus, 5. Idus Aprilis 1552. Patauii: ætatis 15. menſ. 2. diebus 6.

Florens Chriſtianus, dictus inſuper Quintus Septimius, natus Aureliis, Gulielmo patre viro nobili ex Britanniæ finibus oriundo, Muſis Græcis Latiniſque excultiſſimus, atque Henrico IV. Gall. Regi, tunc Nauarræ Principi, aliquot annis in literis humanioribus Præceptor, rapida febre nondum annorum 66. ſub exitum 1596.

Florianus Griſbec à Griſbach trium Imppp. intimus Conſiliarius, collector exſtructiſſimæ Bibliothecæ, 29. Martii 1590. ætatis 78. Idem ex vna coniuge factus eſt pater quatuordecim filiorum, decemque filiarum.

Fortunatus Crellius Illyricus Philoſophiæ Profeſſor publicus, diſputator acutiſſimus, C.S.E. calen. Nou. ſt. v. 1590. Heidelbergæ.

D. Franciſcus Pater Monachorum funigerorum 4. Octob.

Octob. 1226. Aſſiſii: idem poſt biennium à Gregorio IX. inter Diuos relatus.

Franciſcus Alodiſius Cardinalis lethaliter vulneratur Rauennæ in platea 9. calen. Iunii 1511. ab Franciſco Maria Vrbinatium Duce viginti annorum adoleſcente, tanquam qui ipſum accuſaſſet apud Pontificem Max. quod imperitia ſua occaſionem dediſſet amittendæ Bononiæ.

Franciſcus à Billerberg Pomeranus, genere & ingenio nobilis, qui Thracia, Ægypto & Aſia perluſtratis, in Vngaria contra Turcas aliquot annos militauit, febri ardenti 12. Febr. 1587.

Franciſcus à Sickingen Caroli V. Conſiliarius & militiæ Præfectus, dum infeliciter bello impetit Epiſcopum Treuerenſem, & à ſuis deſeritur, obſidetur ab ipſo, item à Palatino atque Heſſo in arce ſua Landſtal, vbi trabis ruina vi bombardarum hoſtilium diſiectæ vulneratur, moriturque 2. Maii 1523. ætatis 42.

Franciſcus Balduinus Atrevas I C. celebris, C.S.E. 11. Nouemb. 1573. è rapida febri, ætat. 53. Luteriæ.

Franciſcus Belleforeſtus floridi ingenii Poeta atque Hiſtoricus, C. S. E. innumera, menſe Februarii 1583. Pariſiis.

Franciſcus Bonafides, qui herbariam primus publice Patauii profeſſus eſt, C. S. E. die 15. Febr. 1558. ætatis 83. in patria.

Franciſcus Borgia Valentinus Hiſpanus, Societatis Ieſu Præpoſitus generalis pridie calend. Octob. 1572. ætatis 62. fere expleto.

Franciſcus Burchardus Vinarienſis, Cancellarius Ducum Saxoniæ, 15. Ianuar. 1560. ætatis 56. diebus 64. ante obitum Philippi Melanchthonis Præceptoris & amici ſui.

Franciſcus Caſſanus Medicus, 20. Octob. 1541. Patauii.

Franciſcus Catanæus Iacretius Plinii ſecundii Interpres egregius, cuius & alia extant ſcripta, 10. Aprilis 1522. Florentiæ in patria.

Franciſcus Comes de Lalain Philippi F. obiit Duaci in ſtudiis 3. Idus Febr. 1590. ætatis 12.

Franciſcus Conanus I. C. excellentiſſimus, quod ſcripta eius probant, 1. Martii 1551. Pariſiis.

Franciſcus Corteccia S. Laurentii Canonicus, Muſicus & organiſta dulciſſimus, ideoque præfectus Symphoniacis Ducis Etruriæ, menſe Maii 1571. Florentiæ in patria.

Franciſcus de Aguilar Aluaradus Carolo V. & Philippo II. ſtrenuus miles, gubernator Dunkercanus, 2. calen. Nouemb. 1603. in caſtris ante Siluamducis.

Franciſcus de Caſtropola, Pontificii & ciuilis iuris cōſultiſſimus, ac ſacri Palatii Aduocatus clariſſimus 10. Maii 1450. Taruiſii.

Franciſcus de La Noue, vtriuſque Palladis alumnus vnicus, id eſt & clariſſimus bello Imperator, & ſcriptor diſputationum excellentium de ciuili militarique diſciplina, plumbeæ glandis ictu læſus caput 1591. in oppugnatione vrbis patriæ Lembalæ.

Franciſcus Domſlorfius vir tam nobilitate quam doctrina omnigena præſtantiſſimus, diſertiſſimus & Regis Daniæ Secretarius intimus, ac Sleſuicenſis Præpoſitus, 1587. Sleſuigæ in Holſatia.

Franciſcus Dryander Hiſpanus, 21. Decembris 1552. Argentinæ.

Franciſcus Duarenus I. C. clariſſimus, qui præterquam quod eloquentia, dicendique genere ſuaui & facili omnes ſui temporis I. C. ſuperauit, docendi ratione maxime anteceſſit. Primus enim methodicam docendi rationem non obſeruatam iterum reuocauit & reſtituit, C. S. E. Biturigibus Auaricum 1559. ætat. 50. 23. Iulii.

Franci-

Digitized by Google

Franciſcus Eſpinæus Sanlucius Gallicæ nobilitatis rarum decus, in quo certatim elucebant innumeræ corporis animique dotes; os decorum, illuſtris facundia, faciles mores, impauidi animi ſummus vigor, & bellica vis, quæ nec æſtu nec frigore, nec inedia, nec vllo denique periculorum metu debilitaret, & ea demum diuini ingenii facultas expeditaq; ſolertia, quæ in conſiliis aliquid exquiſitum & cum paucis commune ſemper adferret, dum Ambiano vrbe Picardiæ munitiſſima, ab Hiſpanicis aliquot legionibus inſigni ciuium ignauia intercepta, recuperando incumbit, nec ſatis caute ſibi proſpicit, emiſſa glande caput ictus 5. Septemb. 1597. nondum quinquagenarius.

Franciſcus Faber, Notarius Reipubl. Vratislauienſis, vir doctus & Poeta bonus, 19. Septemb. 1565.

Franciſcus Fabritius Marcoduranus, qui Ciceronis vitam deſcripſit, 1573. Duſſeldorpii.

Franciſcus Frigimelica Patauinus, vir nobilitate generis & omnium liberalium artium cognitione præclarus, & inter omnes illuſtres medicos ſuæ ætatis vnus omnium illuſtriſſimus, quique per 40. ferme annos in gymnaſio patrio & Philoſophiam & diſciplinam medicam, maxima nominis celebritate docuit, obiit 1558. ætat. 68.

Franciſcus Foxius Candalla, ex nobiliſſima antiquiſſimaque Principum Galliæ familia, literis tamen longe nobilior, vtpote qui non modo Triſmegiſtum & Euclidem illuſtrauit, ſed & publicam Matheſeos profeſſionem Burdegalæ liberaliſſimo ſtipendio inſtituit, obiit iam nonagenarius 1594. Februario menſe, quo Henricus IV. cæleſti oleo apud Carnutes inungitur.

Franciſcus Granaccius Florentinus pictoriæ artis non infimus auctor obiit 1544. ætatis 67. in patria, vbi ſepultus fuit die S. Andreæ.

Franciſcus Grimanus obiit Venetiis 1. Martii 1539. ætatis 85. m. 11. d. 23.

Franciſcus Guicciardinus Florentinus Patricius, re-

Digitized by Google

rum ſui temporis hiſtoricus prudentiſſimus, 1540. In patria.

Franciſcus Hotomannus, magna & excellenti Iuris peritia & variis ſcriptis, ſolidaque eruditione celeberrimus, C.S.E. 12. Februar. ſtyl. vet. 1590. ætat. 65. menſ. 6. d. 20. Baſileæ.

Franciſcus Iunius Bituriensis Theologiæ in Batauorum Academia Profeſſor primarius, 13. Octob. 1601. ætat. 57.

Franciſcus Lambertus Auenionenſis Theolog. die 18. Aprilis 1530. Marpurgi.

Franciſcus Malchioſtrus Parmenſis I C. in Patauino gymnaſio publice profitens, ſicarii manu occiditur 7. Octobr. 1507.

Franciſcus Maurolycus Siracuſanus, Meſſanæ Abbas, Mathematicus, 1575.

Franciſcus Myronius Præſes Parlamenti Pariſienſis, ac Conſiliarius Regis, menſe Iunio 1609.

Franciſcus Nouellus Canonicus Iuriſque Pontificii Profeſſor 1504. 7. Id. Nouemb. Taruiſii.

Franciſcus Oliuarius, Henr. II. & Franciſci II. Galliæ Regum Cancellarius, mœrore animi extinctus, 20. Martii 1560. Amboſii. Ei ſucceſſit Michael Hoſpitalius.

Franciſcus Papifauius I C. Patauinus 7. calend. Febr. 1551. in patria.

Franciſcus Petrarcha, Poeta clariſſimus qui primus ominum Latinam linguam à barbaricæ prauitatis mendis inculpatam reſtituit, ac vndiq; laceram exornauit, moritur 19. Iulii 1374. ætatis 70. completo vno die minus.

Franciſcus Philelphus, Equeſtris ordinis Poeta præſtans, Bononiæ, propemodum nonagenarius, & adeo pauper, vt ad funus efferendum & cubiculi & culinæ inſtrumenta venierint, 1481.

Franciſcus Portus Cretenſis, Græcæ linguæ in Academia

mia Geneuenſi Profeſſor clariſſimus, die 5. Iunii, hora 9. matutina 1581. æt. 70. Geneuæ Allobrogum.

Franciſcus Rholandellus Cancellarius Taruiſinus, Laurea donatus ab Imp. Frederico, Profeſſor Græcę Latinæque linguæ Venetiis, 6. calend. Mart. 1490. Taruiſii in patria.

Franciſcus Richardotus Atrebatium Epiſcopus 6. cal. Auguſt. 1574. ætat. 67.

Franciſcus Robortellus Vtinenſis, Rhetor & Hiſtoricus inſignis moraliſque Philoſophiæ Profeſſor 18. Martii 1567. Patauii. vixit an. 50. m. 6. d. 9.

Franciſcus Sauonarola Patauinus Poeta acutiſſimus C. S.E. die 7. Octobris, 1539. in patria, iuuenis.

Franciſcus Soderinus, I. V. D. & Profeſſor Piſis, deinde S.R.E. Cardinalis 1524. Romæ.

Franciſcus Thommæ, ordinis Prædicatorum Theologus ac Philoſophus, 18. Aprilis 1514. Florentiæ in patria.

Franciſcus Toletus Cordubenſis, S. R. E. preſbyter Cardinalis, die 14. Septemb. 1596. Romæ vixit annos 73. menſ. 11. dies 10.

Franciſcus Turrianus, Amorati F. Guidonis Mediolani quondam Principis Nepos, vltima Auguſti 1475. Taruiſii.

Franciſcus Turrianus, Hiſpanus, Ieſuita, cum docuiſſet Ingolſtadii & Romæ, paulo minor octogenario, 11. calend. Decemb. 1584. Romæ.

Franciſcus Vatablus, trium linguarum peritiſſimus, & regius Profeſſor linguæ Ebrææ in Academia Pariſienſi, 16. Martii, 1547. Lutetiæ.

Franciſcus Venerius, patritius Venetus, C.S.E. 1581.

Franciſcus Vergara Toletanus, Ioannis frater, Græcæ linguæ ad amuſſim doctus, è qua multa conuertit in Latinam aut Hiſpanicam, Complutenſis Academiæ Profeſſor publicus, 6. cal. Ian. 1545.

Franciſcus Verinus ſenior Philoſophus ac Profeſſor Piſanus, cuius ſcripta extant 1551. Florentiæ in patria.

Franciſcus Victoria Cantaber, Profeſſor Theologiæ primarius Salmanticæ, pridie Idus Auguſti 1546.

Franciſcus Virlingus, Theologus Vratislauienſis. ætat. 73. die 20. Iunii 1611.

Franciſcus Xauerius Cantaber, Ignatii Laiolæ ſocius, qui in penitiſſimas Iaponiorum terras Verbi Dei lumen, primus intuliſſe dicitur, in ipſo Sinarum aditu diſceſſit, 1556.

Franciſcus Ximenius Cardinalis, qui Complutenſem Academiam ſua impenſa inſtituit, & ſacra Biblia variis linguis in ea ciuitate excudenda curauit, ob. 6. Id. Nouemb. 1516. ætatis ferme 80.

Franciſcus Zabarella, Patauinus, Cardinalis, I.C. excellentiſſimus die 6. Nouemb. 1417. Conſtantiæ tempore Concilii.

Franciſcus Zagius Preſbyter, qui monaſterium D. Magdalenæ extruxit, eoque 40. mulieres è lupanari tranſtulit ad vitam ſanctiorem, 15. Iulii 1531. Pataui, ætat. 46.

Francus Cæſar Puteus Venetus, qui dum Philoſophiæ ſtudiis acriter incumbit, 27. Nouemb. 1552. ætat. 21. menſ. 9. d. 18. Patauii.

Fridericus à Schulenburg 6. Ianuarii 1590. iam ſeptuagenarius. Hic præter illam quam coniux ſua decreuit pauperibus pecuniam, peculiares decem mille Ioachimicos depoſuit; è quorum reditibus duodecim afflictioris fortunæ ſtudioſi in Academiis alii poſſent.

Fridericus Bernbeck 20. Iunii 1570.

Fridericus Commandinus nobili familia Vrbini in Vmbria natus, Mathematicus, ætatis 66. 1575.

Fridericus Furius Ceriolanus Valentinus genere & ingenio nobilis, Hiſtoricus Philippi II. 1592. Valliſoleti cælebs, regem comitatus in Arragonenſium comitiis.

Frideri-

Digitized by Google

Fridericus Myconius Eccleſiaſtes Gothanus 7. Aprilis, 1546.

Fridericus Nauſea Theologus atque Epiſcopus Viennenſis C S. E. 1552. 6. Febr. in Concilio Tridentino.

Fridericus Staphylus Theologus C.S.E. 5. Martii 1564. ætat. 51. Ingolſtadii.

Fridericus Sylburgius Veteranus Haſſus, vir eruditiſſimus, & de vtriuſque linguæ bonis literis bene meritus Academiæ Bibliothecarius, febri ardenti correptus, die 16. Februarii, ſt. V. 1596. Heidelbergæ.

Fridericus Taubmannus, vir & poeta optimus, Profeſſor humaniorum literarum publicus, 24. Martii ſt. v. circa quartam matutinam 1613. Witebergæ.

Fridericus Widebramus, Theologus C. S. E. die 2. Maii, ſt v. 1585 ætatis 53. Heidelbergæ, inter 5. & 6. matutinam, febre hectica.

Fuluius Verdellus Cremenſis, eloquentiæ & legum candidatus, pridie Non. April. 1552. Pataui, quo ſtudiorum cauſa ſeceſſerat, vixit annis 18. menſ. 11. d. 26.

Fuluius Vrſinus Romanus, natalibus atque eruditione toti orbi notiſſimus, Antiquitatumque indagator exquiſitiſſimus, 18. Iunii 1600. in patria.

Gabriel Biel Theologus doctiſſimus, & inter Sententiarios Scriptores præcipuus, in Tubingenſi Academia obiit, 1495.

Gabriel Dondus ſiue Horologius, Medicus & Philoſophus egregius, frater Ioannis Dondi, 19. Octob. 1388. Venetiis, vbi eximiis erat vocatus præmiis artem ſuam vti exerceret.

Gabriel Faernus Cremonenſis, Poeta, Philologus, & Criticus: de Terentio & Ciceronis Philippicis illuſtrandis optime meritus.

Gabriel Fallopius Mutinenſis, Medicinæ laudibus ornatiſſimus, idemque ſtirpium & Anatomiæ publica pro-

feſſione clariſſimus, 9. Octobr. 1561. ætatis 39. Patauii.

Gabriel Morderus Conſiliarius Noricus 16. Feb. 159[illegible] Norибergæ.

Gabriel Mudæus Brechtanus I C. exquiſitæ doctrina acriſque iudicii, primarius olim Louanienſis Profeſſor, C S E. 1561.

Gabriel Vaſques Theologus 23. Sept. 1604. ætat. 5[illegible] Compluti in Hiſpania.

Gaddus Gaddius Florentinus, vnus ex primis, qui ve[terem] illam picturam è tenebris ſuis in lucem produxerũ[t,] obiit 1312. ætatis 73.

Galfridus Chaucerius, nobilis Britannus, Orator, Philoſophus, Poeta, Theologus patrio ſermone clariſſimus. 1402. Londini.

Galenus Medicus præſtantiſſ. claruit. Item Saluius Iulianus Iuriſconſultus: & Iuſtinus hiſtoricus, qui Trogi Pompeii libros in compendium redegit. 139.

Garcias Loayſa nobili genere natus Theologus Complutenſis, poſt Toletanus Canonicus & Archidiaconus Guadalfaiarenſis, hinc à Philippo II. ſtudiis filii Philippi III. præfectus, munus egregie obiuit: collegitque Concilia omnia Hiſpaniæ; in his Toletana XVII. notiſque eruditis Madriti illuſtrauit. poſt Archiepiſcopus Toletanus, virtutis ergo, poſt Albertum Auſtrium creatus, hominum eſt Delicium ob amabiles mores appellatus. Sed dum ex aula triſtis reuertit, mœrore moritur 22. Februar. 1599.

Gaſpar Gabrielius Patauinus, in Ferrarienſi Gymnaſio publice Philoſophiam & diſciplinam Medicam 12. annos profeſſus, per otium ſtudiis humanioribus, tam carmine quam ſoluta oratione deditiſſimus, C. S. E. die 31. Iulii 1553. in patria: ætatis 58. men. 1. dieb. 12.

Gaſpar Rouelaſca, domo Mediolanenſis, auis tritaui ibidem

Digitized by Google

ibidem claris natus, Antwerpiæ Conſularis, 1607. ætatis 67.

Gebhardus Cardorfius, iuuenis eruditus, quo nihil fuit modeſtius, probius, diligentius, noctu ex laqueari arcis ſuperiore decidens collum frangit 3. calend. Decemb. 1587. Patauii.

Gemma Friſius Mathematum Profeſſor Louanii, ex calculo 8. calend. Iun. 1555. ætatis 47.

Geneſius de Luc, cauſarum in Senatu Pariſienſi fidiſſimus Patronus, 6. Non. Martii 1524. Lutetiæ, æt. 68.

Gentianus Heruetus Oliueti pago iuxta Aurelianum natus anno 1499. Claudii Albaſpinei in Gallia, & Arturi Poli in Anglia Præceptor, poſtea Profeſſor Burdegalenſis, tandem Collegii Remenſis ſodalis, cuius ſtudio multa è Patribus Græcis in Latinum tranſlata ſunt, 1584.

Georgius à Czedlix de Schonaw, Eques Sileſius, Georgii Rudolphi pater, cum exiguo vitæ ſpatio maximam partem orbis peragraſſet, die 4. Febr. 1576. ætatis 31. Glogouiæ Sileſiorum.

Georgius Agricola, excellens Philoſophus & Med. cuius eruditiſſima de rebus metallicis extant ſcripta, 21. Nouemb. 1555. ætat. 61. Chemnitii.

Georgius Anhaltinus Princeps, Theologus, 15. Octobr. 1553. Deſſaniæ.

Georgius Belouius Conſiliarius Ducis Megapolitani, 8. Id. Quintilis 1587. Guſtrouii.

Georgius Benedictus Wertelo Harlemenſis Poeta acutiſſimus, C.S.E. ex febre continua 1. Martii 1588. Heidelbergæ, quo ſe ſtudiorum cauſa contulerat.

Georgius Buchananus Scotus, Poeta excellens: verſione Pſalmorum Dauidis vario carminis genere feliciſſime expreſſa, & deſcriptione hiſtoriæ rerum Scoticarum clarus, die 28. Septembr. 1582. ætatis 76. Edimburgi in Scotia.

Digitized by Google

Ferdinandus Corteſius, Nouæ Hiſpaniæ fundator, die 2. Decembris 1547. ætatis 63. Caſtiliæ.

Ferdinandus de Salinas Brugenſis, Belgicæ Principum interioris Conſilii Senator per annos 22. Præſes per duos, 10. Decemb. 1610. ætatis 73.

Ferdinandus Magellanus Luſitanus, dux & nauium præfectus (de quo fretum Magellanicum nomen accepit) in prælio ab incolis Inſulæ Mautan in India Orientali fortiter dimicans occubuit die 27. Aprilis 1521.

Ferdinandus Nonius Pincianus, illuſtri Guſmannorum ſtirpe oriundus Pintiæ Vaccæorum, quæ vulgo Valliſoletum dicitur, Græcis Latiniſque literis doctiſſimus, Salmanticæque Profeſſor publicus, cuius ſcripta in Plinium, in Senecam, in Melam, in alios negligunt, qui ſe ipſos non norunt, obiit 1551. octuagenario maior.

Feus Belcarius Etruſco carmine clariſſimus, C.S.E. 16. Auguſti 1484. Florentiæ in patria.

Flaminius Maleguiccius Annibalis Filius, nobilis Fregienſis, Græcis Latiniſque literis ſupra ætatem eruditiſſimus, 5. Idus Aprilis 1552. Patauii: ætatis 15. menſ. 2. diebus 6.

Florens Chriſtianus, dictus inſuper Quintus Septimius, natus Aureliis, Gulielmo patre viro nobili ex Britanniæ finibus oriundo, Muſis Græcis Latiniſque exculciſſimus, atque Henrico IV. Gall. Regi, tunc Nauarræ Principi, aliquot annis in literis humanioribus Præceptor, rapida febre nondum annorum 66. ſub exitum 1596.

Florianus Griſbec à Griſbach trium Imppp. intimus Conſiliarius, collector exſtructiſſimę Bibliothecę, 29. Martii 1590. ætatis 78. Idem ex vna coniuge factus eſt pater quatuordecim filiorum, decemque filiarum.

Fortunatus Crellius Illyricus Philoſophię Profeſſor publicus, diſputator acutiſſimus, C.S.E. calen. Nou. ſt. v. 1590. Heidelbergæ.

D. Franciſcus Pater Monachorum funigerorum 4. Octob.

Digitized by Google

Octob. 1226. Aſſiſ.: idem poſt biennium à Gregorio IX. inter Diuos relatus.

Franciſcus Alodiſius Cardinalis lethaliter vulneratur Rauennæ in platea 9. calen. Iunii 1511. ab Franciſco Maria Vrbinatium Duce viginti annorum adoleſcente, tanquam qui ipſum accuſaſſet apud Pontificem Max. quod imperitia ſua occaſionem dediſſet amittendæ Bononiæ.

Franciſcus à Billerberg Pomeranus, genere & ingenio nobilis, qui Thracia, Ægypto & Aſia perluſtratis, in Vngaria contra Turcas aliquot annos militauit, febri ardenti 12. Febr. 1587.

Franciſcus à Sickingen Caroli V. Conſiliarius & militiæ Præfectus, dum infeliciter bello impetit Epiſcopum Treuerenſem, & à ſuis deſeritur, obſidetur ab ipſo, item à Palatino atque Heſſo in arce ſua Landſtal, vbi trabis ruina vi bombardarum hoſtilium diſiectæ vulneratur, moriturque 2. Maii 1523. ætatis 42.

Franciſcus Balduinus Atrevas I C. celebris, C.S.E. 11. Nouemb. 1573. è rapida febri, ætat. 53. Luteriæ.

Franciſcus Belleforeſtus floridi ingenii Poeta atque Hiſtoricus, C. S. E. innumera, menſe Februarii 1583. Pariſiis.

Franciſcus Bonafides, qui herbariam primus publice Patauii profeſſus eſt, C. S. E. die 15. Febr. 1558. ætatis 83. in patria.

Franciſcus Borgia Valentinus Hiſpanus, Societatis Ieſu Præpoſitus generalis pridie calend. Octob. 1572. ætatis 62. fere expleto.

Franciſcus Burchardus Vinarienſis, Cancellarius Ducum Saxoniæ, 15. Ianuar. 1560. ætatis 56. diebus 64. ante obitum Philippi Melanchthonis Præceptoris & amici ſui.

Franciſcus Caſſanus Medicus, 20. Octob. 1541. Patauii.

Digitized by Google

Franciſcus Cataneus Iaccetius Plinii ſecundii Interpres egregius, cuius & alia extant ſcripta, 10. Aprilis 1522. Florentiæ in patria.

Franciſcus Comes de Lalain Philippi F. obiit Duaci in ſtudiis 3. Idus Febr. 1590. ætatis 12.

Franciſcus Conanus I. C. excellentiſſimus, quod ſcripta eius probant, 1. Martii 1551. Pariſiis.

Franciſcus Corteccia S. Laurentii Canonicus, Muſicus & organiſta dulciſſimus, ideoque præfectus Symphoniacis Ducis Etruriæ, menſe Maii 1571. Florentiæ in patria.

Franciſcus de Aguilar Aluaradus Carolo V. & Philippo II. ſtrenuus miles, gubernator Dunkercanus, 1. calen. Nouemb. 1603. in caſtris ante Siluamducis.

Franciſcus de Caſtropola, Pontificii & ciuilis iuris cõſultiſſimus, ac ſacri Palatii Aduocatus clariſſimus 10. Maii 1450. Taruiſii.

Franciſcus de La Noue, vtriuſque Palladis alumnus vnicus, id eſt & clariſſimus bello Imperator, & ſcriptor diſputationum excellentium de ciuili militarique diſciplina, plumbeæ glandis ictu læſus caput 1591. in oppugnatione vrbis patriæ Lembalæ.

Franciſcus Domſlorfius vir tam nobilitate quam doctrina omnigena præſtantiſſimus, diſertiſſimus & Regis Daniæ Secretarius intimus, ac Sleſuicenſis Præpoſitus, 1587. Sleſuigæ in Holſatia.

Franciſcus Dryander Hiſpanus, 21. Decembris 1552. Argentinæ.

Franciſcus Duarenus I. C. clariſſimus, qui præterquam quod eloquentia, dicendique genere ſuaui & facili omnes ſui temporis I. C. ſuperauit, docendi ratione maxime antéceſſit. Primus enim methodicam docendi rationem non obſeruatam iterum reuocauit & reſtituit, C. S. E. Bituigibus Auaricum 1559. ætat. 50. 23. Iulii.

Franci-

Digitized by Google

Franciſcus Eſpinæus Sanlucius Gallicæ nobilitatis rarum decus, in quo certatim elucebant innumeræ corporis animique dotes; os decorum, illuſtris facundia, faciles mores, impauidi animi ſummus vigor, & bellica vis, quæ nec æſtu nec frigore, nec inedia, nec vllo denique periculorum metu debilitaret, & ea demum diuini ingenii facultas expeditaq, ſolertia, quæ in conſiliis aliquid exquiſitum & cum paucis commune ſemper adferret, dum Ambiano vrbe Picardiæ munitiſſima, ab Hiſpanicis aliquot legionibus inſigni ciuium ignauia intercepta, recuperando incumbit, nec ſatis caute ſibi proſpicit, emiſſa glande caput ictus 5. Septemb. 1597. nondum quinquagenarius.

Franciſcus Faber, Notarius Reipubl. Vratislauienſis, vir doctus & Poeta bonus, 19. Septemb. 1565.

Franciſcus Fabritius Marcoduranus, qui Ciceronis vitam deſcripſit, 1573. Duſſeldorpii.

Franciſcus Frigimelica Patauinus, vir nobilitate generis & omnium liberalium artium cognitione præclarus, & inter omnes illuſtres medicos ſuæ ætatis vnus omnium illuſtriſſimus, quique per 40. ferme annos in gymnaſio patrio & Philoſophiam & diſciplinam medicam, maxima nominis celebritate docuit, obiit 1558. ætat. 68.

Franciſcus Foxius Candalla, ex nobiliſſima antiquiſſimaque Principum Galliæ familia, literis tamen longe nobilior, vtpote qui non modo Triſmegiſtum & Euclidem illuſtrauit, ſed & publicam Matheſeos profeſſionem Burdegalæ liberaliſſimo ſtipendio inſtituit, obiit iam nonagenarius 1594. Februario menſe, quo Henricus IV. cæleſti oleo apud Carnules inungitur.

Franciſcus Granaccius Florentinus pictoriæ artis non infimus auctor obiit 1544. ætatis 67. in patria, vbi ſepultus fuit die S. Andreæ.

Franciſcus Grimanus obiit Venetiis 1. Martii 1539. ætatis 85. m. 11. d. 23.

Franciſcus Guicciardinus Florentinus Patricius, re-

Digitized by Google

rum ſui temporis hiſtoricus prudentiſſimus, 1540. In patria.

Franciſcus Hotomannus, magna & excellenti Iuris peritia & variis ſcriptis, ſolidaque eruditione celeberrimus, C.S.E. 12. Februar. ſtyl. vet. 1590. ætat. 65. menſ. 6. d. 16. Baſileæ.

Franciſcus Iunius Bituricenſis Theologiæ in Batauorum Academia Profeſſor primarius, 13. Octob. 1601. ætat. 57.

Franciſcus Lambertus Auenionenſis Theolog. die 18. Aprilis 1530. Marpurgi.

Franciſcus Malchioſtrus Parmenſis I C. in Patauino gymnaſio publice profitens, ſicarii manu occiditur 7. Octobr. 1507.

Franciſcus Maurolycus Siracuſanus, Meſſanæ Abbas, Mathematicus, 1575.

Franciſcus Myronius Præſes Parlamenti Pariſienſis, ac Conſiliarius Regis, menſe Iunio 1609.

Franciſcus Nouellus Canonicus Iuriſque Pontificii Profeſſor 1504. 7. Id. Nouemb. Taruiſii.

Franciſcus Oliuarius, Henr. II. & Franciſci II. Galliæ Regum Cancellarius, mœrore animi extinctus, 10. Martii 1560. Amboſii. Ei ſucceſſit Michael Hoſpitalius.

Franciſcus Papifauius I C. Patauinus 7. calend. Febr. 1551. in patria.

Franciſcus Petrarcha, Poeta clariſſimus qui primus ominum Latinam linguam à barbaricæ prauitatis mendis inculpatam reſtituit, ac vndiq; laceram exornauit, moritur 19. Iulii 1374. ætatis 70. completo vno die minus.

Franciſcus Philelphus, Equeſtris ordinis Poeta præſtans, Bononiæ, propemodum nonagenarius, & adeo pauper, vt ad funus efferendum & cubiculi & culinæ inſtrumenta venierint, 1481.

Franciſcus Portus Cretenſis, Græcæ linguæ in Academia

mia Geneuenſi Profeſſor clariſſimus, die 5. Iunii, hora 9. matutina 1581. æt. 70. Geneuæ Allobrogum.

Franciſcus Rholandellus Cancellarius Taruiſinus, Laurea donatus ab Imp. Frederico, Profeſſor Græcę Latinæque linguæ Venetiis, 6. calend. Mart. 1490. Taruiſii in patria.

Franciſcus Richardotus Atrebatium Epiſcopus 6. cal. Auguſt. 1574. ætat. 67.

Franciſcus Robortellus Vtinenſis, Rhetor & Hiſtoricus inſignis moraliſque Philoſophiæ Profeſſor 18. Martii 1567. Patauii. vixit an. 50. m. 6. d. 9.

Franciſcus Sauonarola Patauinus Poeta acutiſſimus C. S.E. die 7. Octobris, 1539. in patria, iuuenis.

Franciſcus Soderinus, I. V. D. & Profeſſor Piſis, deinde S.R.E. Cardinalis 1524. Romæ.

Franciſcus Thommæ, ordinis Prædicatorum Theologus ac Philoſophus, 18. Aprilis 1514. Florentiæ in patria.

Franciſcus Toletus Cordubenſis, S. R. E. presbyter Cardinalis, die 14. Septemb. 1596. Romæ vixit annos 73. menſ. 11. dies 10.

Franciſcus Turrianus, Amorati F. Guidonis Mediolani quondam Principis Nepos, vltima Auguſti 1473. Taruiſii.

Franciſcus Turrianus, Hiſpanus, Ieſuita, cum docuiſſet Ingolſtadii & Romæ, paulo minor octogenario, 11. calend. Decemb. 1584. Romæ.

Franciſcus Vatablus, trium linguarum peritiſſimus, & regius Profeſſor linguæ Ebrææ in Academia Pariſienſi, 16. Martii, 1547. Lutetiæ.

Franciſcus Venerius, patritius Venetus, C.S.E. 1 81.

Franciſcus Vergara Toletanus, Ioannis frater, Græcæ linguæ ad amuſſim doctus, è qua multa conuertit in Latinam aut Hiſpanicam, Complutenſis Academiæ Profeſſor publicus, 6. cal. Ian. 1545.

Franciſcus Verinus ſenior Philoſophus ac Profeſſor Piſanus, cuius ſcripta extant 1551. Florentiæ in patria.

Franciſcus Victoria Cantaber, Profeſſor Theologiæ primarius Salmanticæ, pridie Idus Auguſti 1546.

Franciſcus Virlingus, Theologus Vratislauienſis. ætat. 73. die 20. Iunii 1611.

Franciſcus Xauerius Cantaber, Ignatii Laiolæ ſocius, qui in penitiſſimas Iaponiorum terras Verbi Dei lumen, primus intuliſſe dicitur, in ipſo Sinarum aditu diſceſſit, 1556.

Franciſcus Ximenius Cardinalis, qui Complutenſem Academiam ſua impenſa inſtituit, & ſacra Biblia variis linguis in ea ciuitate excudenda curauit, ob. 6. Id. Nouemb. 1516. ætatis ferme 80.

Franciſcus Zabarella, Patauinus, Cardinalis, I.C. excellentiſſimus die 6. Nouemb. 1417. Conſtantiæ tempore Concilii.

Franciſcus Zagius Presbyter, qui monaſterium D. Magdalenæ extruxit, eoque 40. mulieres è lupanari tranſtulit ad vitam ſanctiorem, 15. Iulii 1551. Patauii, ætat. 46.

Francus Cæſar Puteus Venetus, qui dum Philoſophiæ ſtudiis acriter incumbit, 27. Nouemb. 1552. ætat. 21. menſ. 9. d. 18. Patauii.

Fridericus à Schulenburg 6. Ianuarii 1590. iam ſeptuagenarius. Hic præter illam quam coniux ſua decreuit pauperibus pecuniam, peculiares decem mille Ioachimicos depoſuit, è quorum reditibus duodecim afflictioris fortunæ ſtudioſi in Academiis alii poſſent.

Fridericus Bernbeck 10. Iunii 1570.

Fridericus Commandinus nobili familia Vrbini in Vmbria natus, Mathematicus, ætatis 66. 1575.

Fridericus Furius Ceriolanus Valentinus genere & ingenio nobilis, Hiſtoricus Philippi II. 1592. Valliſoleti cælebs, regem comitatus in Arragonenſium comitiis.

Frideri-

Fridericus Myconius Eccleſiaſtes Gothanus 7. Aprilis, 1546.

Fridericus Nauſea Theologus atque Epiſcopus Viennenſis C S. E. 1552. 6. Febr. in Concilio Tridentino.

Fridericus Staphylus Theologus C.S.E. 5. Martii 1564. ætat. 51. Ingolſtadii.

Fridericus Sylburgius Veteranus Haſſus, vir eruditiſſimus, & de vtriuſque linguæ bonis literis bene meritus Academiæ Bibliothecarius, febri ardenti correptus, die 16. Februarii, ſt. V. 1596. Heidelbergæ.

Fridericus Taubmannus, vir & poeta optimus, Profeſſor humaniorum literarum publicus, 24. Martii ſt. v. circa quartam matutinam 1613. Witebergæ.

Fridericus Widebramus, Theologus C. S. E. die 2. Maii, ſt v. 1585 ætatis 53. Heidelbergæ, inter 5. & 6. matutinam, febre hectica.

Fuluius Verdellus Cremenſis, eloquentiæ & legum candidatus, pridie Non. April. 1552. Patauii, quo ſtudiorum cauſa receſſerat, vixit annis 18. menſ. 11. d. 26.

Fuluius Vrſinus Romanus, natalibus atque eruditione toti orbi notiſſimus, Antiquitatumque indagator exquiſitiſſimus, 18. Iunii 1600. in patria.

Gabriel Biel Theologus doctiſſimus, & inter Sententiarios Scriptores præcipuus, in Tubingenſi Academia obiit, 1495.

Gabriel Dondus ſiue Horologius, Medicus & Philoſophus egregius, frater Ioannis Dondi, 19. Octob. 1388. Venetiis, vbi eximiis erat vocatus præmiis artem ſuam vti exerceret.

Gabriel Faernus Cremonenſis, Poeta, Philologus, & Criticus: de Terentio & Ciceronis Philippicis illuſtrandis optime meritus.

Gabriel Fallopius Mutinenſis, Medicinæ laudibus ornatiſſimus, idemque ſtirpium & Anatomiæ publica pro-

ibidem claris natus, Antwerpiæ Conſularis, 1607. ætatis 67.

Gebhardus Cardorfius, iuuenis eruditus, quo nihil fuit modeſtius, probius, diligentius, noctu ex laqueari arcis ſuperiore decidens collum frangit 3. calend. Decemb. 1587. Patauii.

Gemma Friſius Mathematum Profeſſor Louanii, ex calculo 8. calend. Iun. 1555. ætatis 47.

Geneſius de Luc, cauſarum in Senatu Pariſienſi fidiſſimus Patronus, 6. Non. Martii 1524. Lutetiæ, æt. 68.

Gentianus Heruetus Oliueti pago iuxta Aurelianum natus anno 1499. Claudii Albaſpinei in Gallia, & Arturi Poli in Anglia Præceptor, poſtea Profeſſor Burdegalenſis, tandem Collegii Remenſis ſodalis, cuius ſtudio multa è Patribus Græcis in Latinum translata ſunt, 1584.

Georgius à Czedlix de Schonaw, Eques Sileſius, Georgii Rudolphi pater, cum exiguo vitæ ſpatio maximam partem orbis peragraſſet, die 4. Febr. 1576. ætatis 31. Glogouiæ Sileſiorum.

Georgius Agricola, excellens Philoſophus & Med. cuius eruditiſſima de rebus metallicis extant ſcripta, 21. Nouemb. 1555. ætat. 61. Chemnitii.

Georgius Anhaltinus Princeps, Theologus, 15. Octobr. 1553. Deſſaniæ.

Georgius Belouius Conſiliarius Ducis Megapolitani, 8. Id. Quintilis 1587. Guſtrouii.

Georgius Benedictus Wertelo Harlemenſis Poeta acutiſſimus, C.S.E. ex febre continua 1. Martii 1588. Heidelbergæ, quo ſe ſtudiorum cauſa contulerat.

Georgius Buchananus Scotus, Poeta excellens: verſione Pſalmorum Dauidis vario carminis genere feliciſſime expreſſa, & deſcriptione hiſtoriæ rerum Scoticarum clarus, die 28. Septembr. 1582. ætatis 76. Edimburgi in Scotia.

Georgius Buzacarinus Patauinus vir nobilis & inſignis Doctor, à Pontificibus ad varioſ principes legatus, 8. cal. Auguſti 1502 Venetiis.

Georgius Caſſander Critico-Theologus 3. Feb. 1566. Coloniæ Agrippinæ. vixit an. 52. m. 5. d. 10. h. 5.

Georgius Cracouius I C. & quondam Auguſti Electoris Saxoniæ Conſiliarius, in carcere Lipſenſi, 17. Martii, 1575.

Georgius Cruciger, Caſpari pater, Witebergæ 29. Iunii 1544.

Georgius Emericus Eques Hieroſolymitanus, 21. Ianuar. 1507. Gorlici.

Georgius Fabricius Chemnicenſis, ingenii monumentis apud exteros quoque clariſſ. 13. Iulii, 1471. Miſnæ, cum vixiſſet ann. 55. m. 2. d. 21. (alii ann. 56. m. 2. d. 19.) Rexit Scholam illuſtrem Miſnæ ann. 26. fideli & felici inſtitutione.

Georgius Franchus I. V. D. 8. Maii, hor. 14. 1545. Senis.

Georgius Fronſbergius Dux armis literiſque celebris 20. Auguſti 1528. ætatis 54.

Georgius Fuggerus munifica bene merendi virtute inſignis, in vtramque fortunam æquanimus, amicorum ac patriæ ſtudioſiſſ. 1506. vixit ann. 52. m. 3. d. 8. Auguſtæ Vindelicor.

Georgius Glacianus Philoſophiæ Profeſſor Altorfii, 2. Auguſt. 1607.

Georgius Haubitius Friderici II. Ducis Saxoniæ Cancellarius, Decanus Miſnenſis, electus præſul Naumburgenſis, moritur calend. Octob. 1464.

Georgius Hitzlerus Oratoriæ Profeſſor in Academia Tubingenſi, obiit 22. Apr. 1591. cum ſex annos antea fuiſſet cæcus; quod ei prædicebat genitura, natus enim anno 1528. die 18. Septemb. hor. 7. a.m.

Georgius Houfnaglius Antuerpianus Pictor excellentiſſimus Ian. 1560. Pragæ.

Geor-

Digitized by Google

Georgius Iani F. Douſa, itinere Conſtantinopolitano celebris: peſte, in expeditione Batauorum ad Canarias, extinctus eſt 1599.

Georgius Ioachimus Rheticus, Mathematicus & Medicus celebris, catarrho Caſſouiæ in Hungaria 4. Decembr. 1576. ætat. 60. m. 9. die 16.

Georgius Lieblerus, Phyſicus Tubingenſis, ætat. 76. 1600.

Georgius Ludouicus ab Hutten Electoris Palatini Friderici IV. Conſiliarius intimus, vir literatus & literatorum fautor non ore modo, ſed & reuera, 1. Maii 1613.

Georgius Macropedius Grammaticus ac Poeta menſe Iulio 1558. Buſcoducis, vbi egerat Rectorem Scholæ.

Georgius Maior Theologiæ Doctor, C.S.E. Witebergæ, 28. Nouembr. 1574. ætat. 73.

Georgius Mylius Auguſtanus, Theologus Wittebergenſis, 28. Maii 1607. ætat. 59. Wittebergæ.

Georgius Pontanus I. V. D. Ducum Saxoniæ Ioannis Patris ac Filii Cancellarius 20. Febr. 1557.

Georgius Purbachius Bauarus, Mathematicus egregius 8. Apr. 1463. ætat. 37. Viennæ.

Georgius Ratallerus Leouardiæ natus 1518. patre Ioanne Friſiæ Occidentalis Quæſtore principe, I. C. Poeta ac Philologus eximius C.S.E. 1581. Vltraiecti, ipſa in curia apoplecticus, vbi agebat Senatus Regii Præſidem.

Georgius Reichen Eccleſiaſtes Roſtochii obiit 2. Octobr. 1565.

Georgius Rekerodius bellator ſtrenuus ac felix, cum abfuiſſet à patria Thuringia annos 12. reuerſus ad ſuos 28. Nouemb. 1559. Herleshuſii prope Iſenacum.

Georgius Rhaw Typographus eruditus 7. Auguſt. 1548. Witebergæ.

Georgius Rollenhagius vir lepidi ingenii, omniumq; horarum, hoc eſt, dexter iuxta ad iocoſa ac ſeria, 9. Maii St. v. 1609. ætat. 67. d. 28. Magdeburgi; vbi Rectorem egerat annos 42.

Georgius Rorarius 24. April. veſperi circa hor. 5. 1557. Ienæ.

Georgius Sabinus, Poeta clariſſimus, & Melanchtonis gener, 1. Decemb. 1560. æt. 53. menſ. 7. d. 10. Francofurti ad Viadrum.

Georgius Sigiſmundus Seldius Auguſtanus, Iuriſconſultus peritiſſimus, Conſiliarius & Procancellarius trium Impp. Caroli V. Ferdinandi & Maximiliani II. cum die 26. Maii Vienna à Cæſare, qui in venatione erat, euocatus eſſet, & veſperi domum properaret, incitatis curſu equis è curru deſiliens colliſiſq; ad ſaxum temporibus, eadem adhuc hora expirauit 1565.

Georgius Sohnius Haſſus, Theologus Heidelbergenſis, pietate & iudicii dexteritate eximius, C.S.E. ætat. 38. d. 23. Apr. 1589.

Georgius Spalatinus Theologus, 16. Ian. 1545. ætat. 63. Aldenburgi.

Georgius Thilo Lignicenſis, Conſiliarius Ducum patriæ ſuæ, paroxyſmo apoplectico 8. Idus Feb. octaua matutina 1602.

Georgius Tilenus, I.V.D. & Poeta eximius, Caroli Ducis Olſnenſis & Monſterbergenſis Conſiliarius, nocte ſequente diem 4. Martii, St. N. 1590. Vratiſlauiæ, æt. 34. die à nuptiis 17.

Georgius Trapezuntius, Romæ, nonagenarius, qui in ſenecta literarum omnium oblitus dicitur, 1486.

Georgius Vaſarius, pictor & architectus Coſmi Ducis Florentini excellens, anno climacterico, 1574.

Georgius Veſelerius Carolo V. & Philippo à moneta per annos 25. die 16. Octobris 1570. Antverpiæ, ætatis 77. cum vxorem habuiſſet Margaritam Bochiam totis annis 52.

Georgius Wicelius, Theologus varius, quique à Catholicis ad Reformatos, à Reformatis rurſum ad Catholicos

Digitized by Google

eos tranſiit. C.S.E.nat.1501.oppido Fagenſi Vacha,in Fuldenſi Buchonia.

Georgius Wirth Senior Leobergiæ natus 1470. Archiater Ludouici Regis Vngariæ, 9. Martii 1524.ætat.54. Gorlicii.

Gerardus à Groesbeka Epiſcopus Leodienſis,&S.R E. Cardinalis,vixit annos 74.obiit Cal.ian.1584.

Gerardus Falkenburgius Nouiomagenſis, Nonni Panopolitæ illuſtrator, Steinfurti 8.eid. Septembris 1578.ætatis 40.

Gerardus Lemonius,alias Lopperſum à pago vnde ortus prop. Groningã,Regnero Prædinio ſucceſſit in ſchola, ſed non diu,vocatus Traiecti ad Moſam,vbi obiit circa annum 1581.

Gerardus Mathiſius Geldrenſis Theologiæ Profeſſor ac Canonicus,C. S.E.11.Apr.1574.Coloniæ.

Gerardus Mercator Rupelmondanus Flander,Guilielmi patris,& Ioannis Guilielmi filii,Iuliacenſium & Cliuẽſium Ducum, Coſmographus exercitatiſſimus,Mathematicorum ſui temporis facile princeps, qui globis artificioſis,radio dimenſis, cœlum ac terram interius & exterius, qua licuit demonſtrauit, & editione Chronologiæ nec nõ tabulis geographicis vtiliſſimam rei literariæ operam præſtitit,die 2.Decemb.horis 11.ante meridiem, 1594. æt.82. m.8.h.5.Duisburgi Cliuorum.

Gerardus Nouiomagus Theologus Marpurg. die 10. Ian.1542.Marpurgi.

Gerardus Omichius Weſtphalus Superintendens Eccleſiarum Megalburgenſium ob.25.Mart.1562.

Gerardus Ranzouius Pauli filius, Ioannis nepos duello 9.Maii 1580.ætatis 26.in oppido Odenſehe.

Gerardus Saracenus Iuriſconſultus tanta in foro nominis celebritate,vt litigatores acrius de eo ſibi Patrono adoptando quam de cauſſa ipſa diſceptarent,13.Cal. Apr.1557. Ferrariæ,ætat.56.

Digitized by Google

Gerardus Habbius, Theologus, declamationibus ac lucubrationibus clarus 1577. Coloniæ.

Gerardus Hardeuicenſis Theologiæ Profeſſor, ac Rector collegii Laurentiani 1 06. Coloniæ.

Germanus Audebertus Aurelianus; Poeta plane egregius, C. S. E. obiit 159 .. poſtquam ad octoginta amplius annos honeſte integre placideque vixiſſet. Venetias inter alias Italici nominis vrbes ea carminis maieſtate deſcripſit, vt Reſpublica ipſa præconem ſuum in ordinem Equitum D. Marci (qui honos Principibus viris & Regibus ipſis deferri ſolet) ex publico Senatus decreto cooptaret.

Germanus Valens Pimpontius Aurelianus, Franciſci I. Galliarum Regis epulas eruditis colloquiis temperare ſolitus, ab eoque inde factus & Senator & Epiſcopus vrbis Patriæ, Muſarum Charitumque ſic tamen perpetuus cliens: quod ſatis arguunt eius in Virgilium commentaria, Meduni, ad Ligerim obiit 1590. iam ſep[illegible]agenarius.

Geuardus van Deurne Quæſtor ærarii, 4. Idus Iulii 1544. ætatis 80. cuius caput poſt decem annos, conſepeliendæ coniugis gratia, cum reliquis oſſibus effoſſum, integris adhuc canis, viuo ſimillimum, apparuit.

Gilbertus Genebrardus Aruernus Sanctæ linguæ Regius apud Pariſios interpres, Chronologicuſque, & donatus à Gregorio decimotertio, Archiepiſcopatu Aquenſi, interceſſione eorum qui à Regio nomine deſciuerant, diu eum ſeruare ac tueri magnanimo Rege rerum potito, non potuit, Obiit Semuri Burgundionum quo oppido nō ignobile poſſidebat ſacerdotium, 1597. circiter ætatis 60. menſe Martio.

Gillinus Epiſcopus Comaclenſis, I. V. D. ampliſſimis Germaniæ, Galliæ, & curiæ Romanæ legationibus honorifice ad vota functus 11. Cal. Ianuarii 1559. Ferrarii: ætatis 81.

Giot-

Digitized by Google

Giottus Florentinus ætatis ſuæ pictor princeps, diſcipulus Cimaboi, qui eum ab Opilione talem præſtitit, obiit 8. Ian. 1336. in patria.

Godefridus Sterkius Eques auratus, ac Caroli V. domeſticus Antverpiæque Prætor, die 9 Octob. 1587. ſuperſtes quatuor liberorum, muneribus publicis cum laude præfectorum.

Godſcalcus Roſemundus Theologiæ Doctor ac Profeſſor publicus 9. Decemb. 1526. Louanii.

Gotfridus Iungermanus Lipſenſis, Ioachimi Camerarii è filia nepos Græce ac Latine peritiſſimus 16. Auguſt. 1610. Hanouiæ.

Gotfridus Hittorpius Conſul Coloniæ natus 1485. vt bona iuuaret ſtudia typographiā inſtituit, & optimis quibuſque auctoribus editis, obiit 1573.

Gregorius Berſmānus Philologus ac Poeta præclariſſimus Serueſtæ. 5. Octob. 1611. æt. 74.

Gregorius Haloander Zuiccauienſis Iuriſprudentiæ illuſtrator 1532. Venetiis.

Gregorius Marſuppinus ciuilis Pontificiique iuris conſultiſſimus, & qui Gallici Regis Secretarius, Ianuenſium vrbem iuſte prudenter multos annos præfectus rexerat, vixit annos 90. menſes 3. dies 11.

Gregorius Matheus Conſul Witebergenſis 14. Iunii 1547.

Gregorius Nazianzenus moritur 389. Hieron. in Catalog.

Gregorius Peucerus Caſpari pater, 25. Febr. 1560. Budiſſini.

Gregorius Pontanus I. C. 20. Feb. 1557. cum vixiſſet vltra 70. annos Ihenæ.

Gualterus Hunte, alias Venantius, ingenii ſolertia ac politæ linguæ beneficio Theologus inſignis, 28. Nouembris, 1478. Oxonii vbi egerat profeſſorem ordinarium.

Guarinus Piſo Soacia Patauinus I. C. ac Profeſſor pu-

blicus in patria ſua, euocatusque pariter magnis præmiis à Taurinenſibus ac Piſanis, hos prætulit; apud quos 13. annis profeſſus obiit pridie Non. Auguſt. 1591. in patria, quo valetudinis recuperandæ cauſſa conceſſerat.

Guarinus Veronenſis Græce ac Latine pro illo æuo peritiſſimus 4. Decemb. 1460. Ferrariæ.

Guarus Weigandus Guarinus, Medicinæ Doctor, vir laudatiſſimus, 27. Nouembr. 1575. æt. 60.

Guido Aretinus Monach. vixit 1044. in Italia, qui primus excogitauit nouam cantandi rationem per ſex ſyllabas: vt, re, mi, fa, ſol, la, Trith. Harum ſeriem aliquando de Muſices vtilitate quæſiti, vni verſiculo incluſimus, in hunc modum:

Cur adhibes triſti numeros cantumq; labori?
VT REleuet MIſerum FAtum, SOLitosq; LAbores.

Guido Caualcantius Florentinus, Philoſophus, Poeta, ac Medicus ſui temporis eximius, obiit 1300. in patria.

Guido Morillonus, Carolo V Imp. à Secretis 2. Octob. 1548. Louanii.

Guido Perpiniarius, natione Calatanus, Epiſc. Elnenſis C.S.E. 21. Aug. Auenione. claruit 1311.

Guidus Pancirola Reginus ICtus ac Philologus C.S.E. qui duodecim annis docuit in Gymnaſio Taurinenſium mille aureorum ſtipendio honoratus, & adhuc quingentis, vt retineretur tentabatur à Carolo Emanuele Duce Sabaudiæ, Patauii mille ſexcentos octoginta accepit, nat. die 17. Apr. 1523.

Gulielmus Aragoſius Medicus 13. Maii, 1610. ætat. 97. Baſileæ.

Gulielmus Bellaius Langæus, ſecutus nobilitatem gentis ſuæ, à Capeti Regis temporibus valde illuſtris per Galliam, armorumque gloria cum literarum dignitate copulata, omnium vixit in oculis amoribusque dum vixit: obiit autem 10. Ianuarii 1543. anno ſuo climacterico, in monte Ta-

Digitized by Google

te, Tatario ad Sanctum Saphorinum, diœceſis Lugdunenſis.

Gulielmus Budæus Pariſienſis I. C. vir in Græco Latinoque ſermone cum veteribus Græcis Latiniſque conferendus, cuius inter alia ſcripta extant Commentarii ad Pandectas & liber de Aſſe, febri, die 4. Auguſti 1540. alii 20. Auguſti: Beza in Iconibus habet 22. Auguſti, ætat. 73. Lutetiæ.

Gulielmius Alanus Lancaſtrienſis, S. R. E. Cardinalis, C. S. E. 17. Cal Nouemb. 1594 Romæ, æt 63.

Gulielmius Aſſonvillæus V. N. & doctiſſimus, C. S. E. 5. Idus Maii 1597. æt. 32.

Guilhelmus Breugelius Oirſchottanus I. C. nobilis, pro religione exilium paſſus bonis ſub haſta venditis, annos 31. Conſiliarius ordinarius in ſupremo Brabantiæ ſenatu, 9. Iunii 1603. æt. 65. Bruxellis.

Gulielmus à Bruxella, Abbas S. Amandi & S. Trudonis, obiit 14. Nouemb. 1532. Antverpiæ.

Gulielmus Byntre, in eius appellationis vico inter Nordfolcianos natus Theologus Carmelita non è poſtremis, 3. Septemb. 1493. Brunhamiæ.

Gulielmus Canterus Vltraiectinus, Græce ac Latine doctiſſimus C. S. E. anno ætatis 33. minus dieb. 56. 18. Maii die Mercurii intra 4. & 5. mane 1575. Louanii.

Gulielmius Cinneſius Theologus atque Eccleſiaſtes Amſterodamenſis, Idibus April. 1571.

Gulielmus Damaſi Lindanus Dordracenus Batauus Epiſcopus primus Gandauenſium, C. S. E. 2. Nouemb 1588. ætat. 66.

Guilielmus Farellus, Neocomenſis Eccleſiæ Doctor, die 13. Septemb. 1565. æt. 70.

Guilielmus Gratarolus Bergomenſis Italus, Medicus inſignis, cuius plurima, eaque erudita extant ſcripta, die 16. Apr. 1568. ætat. 52. Baſileæ.

Gulielmus Halmalius Eques auratus, & Conſularis, Nonis Septemb. 155[illegible]. Antverpiæ.

Digitized by Google

Gulielmus Hormanus, patria Sarisburienſis Theolog. atque Græce ac Latine doctiſſimus, C. S. E. 11. Apr. 1535. in Ætonenſi collegio.

Gulielmus Inſulanus Menapius, C. S. E. Romæ Pontifici ſummo carus, multis ſacerdotiis onuſtus ad ſuos redux Iuliacenſes, profeſſuſque potiſſimum Medicinam 1556.

Gulielmus Lilius Odihamenſis, Soudhamptonienſis Comitatus, Latinarum literarum doctor egregius C. S. E. 1522. Londini, ætat. 50.

Gulielmus Morellius Typographus Regius, Lutetiæ 11. Cal. Martii 1564.

Gulielmus Ortelius Auguſtanus, Abrahami Geographi eximii auus, obiit Antverpiæ 7. Ian. 1511.

Gulielmus Paludanus, Statuarius admodum celebris, 2. Martii 1579. ætat, 50. Antverpiæ.

Gulielmus Pamelius, ex Comitum Ioiguiacorum ſtirpe oriundus, 29. Nouemb. 1528. Brugis.

Gulielmus Pamelius, Adolphi F. Franciſci N. primus ſupremæ Curiæ Mechlinienſis Senator, Burgundici Conſilii Præſes, 21. Ian. 1592. Bruxellis.

Guilhelmus Perkinſius, Theologus, Cantabrigiæ, ſub finem anni 1602. æt. 43. nondum completo.

Gulielmus Philander Caſtilione ad Sequanam ortus, Tholoſæ 23. Martii 1565. æt. 60. quid potuiſſet præſtare in optimis quibuſque diſciplinis, Vitruuius eius ſatis oſtendit.

Guilielmus Poſtellus in Neuſtria natus, propter delirium de feminei ſexus reparatione ſalutari nondũ conſummata, in monaſterium Sanmartinianum Lutetiæ relegatus, obiit centenario proximus, 6. Decembris 1501. Thuanus.

Gulielmus Reginaldus, alias Roſſæus exul Anglus, qui auctor libri, cui titulus Caluino-Turciſmi, 24. Auguſti 1594 Antverpiæ.

Gulielmus Rondeletius Montiſpeſſulanus Medicus excellens, 1566. 26. Iulii.

Gulielm

Digitized by Google

Gulielmus Taylour, alias Sartor Theologus, artiumq; Oxonii Profeſſor ignibus pœnas dedit ob Wicleſi doctrinam 1. Martii 1422. Londini in foro ferrario.

Gulielmus de Taix, Tricaſſinæ Eccleſiæ Decanus, è Cloya, agri Vindocinenſis vinculo nobili proſapia oriundus, vir ſummi ingenii politiorisq; literaturæ, 6. Septemb. 1599. ſeptuagenario maior.

Gulielmus Thorpe, ex Septentrionali Anglorum regione Theologus, Wicleſique per 30. annos diſcipulus, Auguſto menſe 1407. in Salvuodenſi caſtro, vel inedia, vel alio per carnificem ſupplicio.

Gulielmus Tyndale ſiue Hichyns Theologus, qui teſtamentum vetus ac nouum è Græco atque Hebraico tranſtulit in linguam Britannicam, quod & publice Cuthbertus Tunſtallus Epiſcopus 1531. in cœmiterio comburi fecit, Septembri menſe, ipſe comburitur 1535. Wilfordiæ in Brabantia.

Gulielmus Vander Noot, Eques auratus, Regius in ſupremo Brabantiæ ſenatu Conſiliarius ac vice Cancellarius, Cal. Ianuar. 1591. æt. 76 Bruxellis.

Gulielmus Whyte, alias Albus ex Cantia Presbyter eruditus, Wicleui ſectator, qui multa ſcripſit contra Pontificem, in Septemb. 1428. exuritur ſub rege puero Henrico VI.

Gulielmus Witackerus Anglus, cum docuiſſet Theologiam τῷ λόγῳ καὶ τῷ τρόπῳ, Cantabrigiæ, 4. Decemb. 1595. ætat. 47.

Gulielmus Xylander Auguſtanus Philologus doctiſſ. Strabonis, Cedreni, Plutarchi, Dionis aliorumque autorũ verſionibus celeberrimus, die 10. Febr. 1576. ann. ætat. 44. Heidelbergæ.

Gulielmus Wellys, ſiue Fõtanus Anglus, Auguſtianus Theologus, 9. Calend. Aprilis, 1421. Linnæ in cœnobio.

Hartmannus Piſtoris Modeſtini filius I. C. edecumatus, C.S.E. Cal. Mart. St. N. 1061. Seuſelitii in prędio ſuo.

Digitized by Google

Haymo tertius Epiſc. Halberſtatenſis, qui commen
riis Biblia illuſtrauit, moritur 853. & in ſummo templo H
berſtatenſi ſepelitur. Tritth. An 854.

Hector Pyrgotiles, Patauinus, Medicus Græce ac Lat
peritiſſimus, ſed qui paupertate grauatus, ſimul etiá q
lingua in detrahēdo erat liberior, paucis gratus nunqu
potuit emergere ad cathedram publicam, die vltimo
guſti 1528. ætat. 29. menſ. 6. in patria, vbi pater marmo
rius præſtantiſſimus, manu ſua epitaphium ei exſ
xit.

Hector ab Ayta Friſius Zwichemio patruo celebri
riſconſultus & Conſiliarius in Friſiæ ſupremæ Curia
5. Nouembris 1570.

Hector ab Ayta Friſius I. C. ac Conſiliarius Supre
Curiæ, obiit die S. Michaelis 1576. Leouardiæ. filius
fratris Viglii Zwichemi.

Hector Pœmerius I. V. D. & Præpoſitus D. Lau
tii Norimbergæ, 7. Idus Ianuat. 1541. ætatis 45. men
die 7.

Helfricus Hardenius Marpurgenſis Eccleſiaſtes 19
nii 1588.

Helius Eobanus Heſſus vir & Poeta primi ordinis,
eſt, ad Orcheſtram merito ſpectans. 4. (alii 5) Octob. 1
ætat. 53. Marpurgi.

Henningus Geden Hauelbergēſis, I. C. & præpo
templi Canonicorum Witebergæ, 21. Ian. 1521. Huiu
pophthegma vulgo iactatur:

Lex ſine executione eſt velut campana ſine piſtillo.

Henricus à Bra Medicinæ Doctor noſtra ætate
li fecundus, natus 25. Septembris, 1555 Doccomii in
ſia.

Henricus à Cram Nob. Sax. Iuris vtriuſque Cane
tus, 28 Octobris 1545. æt. 29. Patauii.

Henricus Brucæus Aloſtenſis, Medicus & Mathem
cus primarius per 25. annos Roſtochii, ex apoplexi.

b

bitem continuam ſecuta, 4. Ianuar. St. V. 1593. ætatis 62. completo.

Henricus Bullingerus, Theologus Tigurinus, C. S. E. 17. Septembr. 1575. ætat. circiter 76. cum Tiguri docuiſſet an. 43.

Henricus Cardinalis vulgo dictus Oſtienſis, præſtantiſſimæ in vtroque iure ſcientiæ vir habitus, qui ſummam compendioſam & ſuper titulos Decretalium ſcripſit, claret 1230.

Henricus Cornelius Agrippa, à Netteſheim, Iuris vtriuſque & Med. Doct. & armatæ militiæ Eques auratus, C. S. E. 1534. æt. 48. Gratianopoli in Gallia.

Henricus Grauius Theologus Louanienſis, Romæ 2. Apr. 1591. ætat. 55.

Henricus Huſanus I. C. & Poeta præſtantiſſimus, & multorum Principum Conſiliarius, æt. 54 die 9. Decemb. St. V. 1587. Luneburgi.

Henricus Iuſtus, Eccleſiæ Petrinæ apud Baſilienſes paſtor, & ibid. Organi in Academ. Profeſſor 19. Octob. 1610.

Henricus Lampadius Grunouienſis, primus reformatę eccleſiæ concionator Brunſuicenſis, 13. Nouemb 1583. miniſterii anno 58. ætat. 81.

Henricus Loritus Glareanus, Poeta Laureat. C. S. E. 28. Martii 1563. æt. 75. Friburgi Briſgoiæ.

Henricus Memmius per omnes honorum gradus in Republica progreſſus ad ſacrum Regis conſiſtorium, circiter æt. 63. 1596. coluerunt eum docti omnes, ab eo viciſſim vnice dilecti & omni officiorum genere affecti; ante alios Ioannes Paſſeratius, qui meliores vitæ annos apud eam amiciſſime tranſegit, atque immortali poemate ſuam viciſſim teſtatus eſt gratitudinem.

Henricus Mollerus, Theologus doctiſſimus & grauiſſimus, & olim Academiæ Witebergenſis Profeſſor, C. S. die 26. Nouemb. 1589. æt. 59. Hamburgi.

Henricus Moyus, I. V. D. Antverpiæq; 47. annos à ſecretis, die 18. Januar. 1610. æt. 75. m. 8.

Digitized by Google

Henricus Pant[illegible]leon Baſilienſis, M[illegible]cus, Philoſophus & Hiſtoricus, poſt[illegible]am in Ac[illegible] Baſilienſi docuiſſet an. 40. die 3. Martii, St. V. 1[illegible]. æt. 72. m. 8. d. 22.

Henricus Ranzouius nobilitatis ſuæ vere flos illibatus, Cal. Ianuar. 1599. æt. 74.

Henricus. Roberti fil. Stephanus, Pariſienſis, de re literaria cum ſcriptis proprio Marte elaboratis, tum typis elegantiſſimis excuſis, optime meritus, circa menſem Februarium vel Martium, 1598. Lugduni in Gallia Narbonenſi, &c.

Henricus de Salder à nobilitate Brunſuicenſi eruditionis ſplendore inſignis, Orator egregius. Mathematicus auidiſſimus, Linguarumque multarum ſciens, 12. die Decembr. 15[illegible]8. æt 57.

Henricus Salmuth, cognomento Beringer, Theologus Lipſienſis 20. Maii, 1576. æt. 55. incoato.

Henricus Sebertus Dungæus, S. Theol. D. Protonotarius & Pœnitentiarius Apoſtolicus, pridie Id. Septembr. 1596. æt. 85. Antverpiæ.

Henricus Streuius Eccleſiaſtes ac Profeſſor Roſtochii, obiit 19. Aug. 1565.

Henricus Sudphanienſis Prior Auguſtinianorum Antverpiæ, & Lutheri auditor, cum Bremæ docuiſſet biennium, ab Officiali interceptus, in Dietmarſia flammis exuſtus eſt 11. Decemb. 1524.

Henricus Theodorus, Superintendens Ducatus Lignicenſis, 6. Decembr. 1571. ætat. 59. cui in gubernatione ſucceſſit Leonhartus Crätzhemius, Theologicis & Chronologicis ſcriptis clarus ac celebris.

Henricus Victor Fridbergenſis Theologiæ D. ac Profeſſor 7 Ian. 1576. Marpurgi.

Henricus Wichingamius Carmelita ingenii ac iudicii minime vulgaris, vtpote amator ſcriptorum D. Hieronymi, 2. Idus Mart. 1447. Nordouici in patria.

Hermannus Blancfortius Theologus ac Canonicus eximius, 19. Octobris 1556. Coloniæ.

Herman-

Digitized by Google

Hermannus Bonnus, primarius Eccleſiæ Lubecenſis Superintendens, 12. Februarii, 1548. ætatis 44. Lubecæ.

Hermanus Contractus, filius Wolferadi Comitis de Veringen in Sueuia, vir doctiſſ. & Chronographus diligentiſſimus, moritur 1054. Fuit ab infantia omnibus mẽbris contractus, vnde & nomen ſortitus eſt. Fertur compoſuiſſe Canticum: *Salue Regina.* Fuit Monachus in Monaſterio S. Galli. Eius Chronicon à quodam continuatum eſt vſque ad ann. 1066.

Hermannus Schottenius Heſſus Theologus C. S. E. 1543. Coloniæ.

Hermannus Tulichius Weſtphalus primus Scholæ Luneburgenſis Rector, 28. Iulii 1540. ætatis 54.

Hermannus à Weſterholt Eques ſacri Ordinis, qui ex militia rediens, dyſenteria 13. Calend. Nouembris 1557. Louanii.

Hermannus Witekindus poſtquam Græcæ linguæ primum, deinde Matheſeos Profeſſor inſeruiiſſet Palatinatui per 40. annos, 7. Februar. inter 11. & 12. noctis lethargo per ſeptem dies durante 1603. ſtilo veteri ætatis 80. Heidelbergæ.

Hermolaus Barbarus, Venetus, Patriarcha Aquileienſis, ætat. 41. 1494. 21. Maii, die natali. Huius opera & auxilio (vt ſonat eius Epitaphium) Latio pulſa eſt barbaries. De laudib. eius vide Eraſ. Chil. 1. c. 4. a. 39.

D. Hieronymus, de Eccleſia Dei ſcriptis ſuis præclare meritus, in oppido Bethlehem, à Domini noſtri Ieſu Chriſti cunis, in cœlum euolans, vitam ſuam beato fine claudit, die 30. Septembr. alii 31. Martii 420. Proſper, Diaconus, Contractus & Beda. Plerique ſcribunt eum vixiſſe annos 91. Sed cur id in dubium vocem, hanc habeo cauſſam. Ipſe Hieronymus ſcribit, ſe anno illo, quo Iulianus periit (N. C. 363.) fuiſſe puerum, qui in Grammaticæ ludo exercetetur. Secundum ſupputationem vſitatam egiſſet tunc an-

Digitized by Google

num 33. quo certe non puerum ſe dicere poterat. Decurrerunt autem à morte Iuliani huc vſque anni 57. quibus ſit 20. vel 24. (ita enim ponamus, ne de Hieronymi ętate minuere aliquid videamur) addas, elicies vel 77 vel 81. forte igitur pro 91. numerari & ſcribi debuit 81. de quo iudicent eruditiores. Bucholtzer.

Hieronymus Alcander Mottenſis, Cardinalis Brunduſinus, vir plurimarum linguarum peritia clariſſimus, diuerſis legationibus pro ſummis Pontificibus ad Principes Chriſtianos perfunctus, tabe 1542. Romæ, æta. 62. minus diebus 13.

Hieronymus Amaltheus, Italus Philoſophus, Medicus & Poeta, 13. Cal. Octob. 1574. æt. 67.

Hieronymus Baumgartnerus, Duumvir Norinbergenſ. Academiæ Altorphianæ [illegible] 18. Decemb. 1602.

Hieronymus Baumgartnerus, Patricius Norimbergenſis, & Reipub. eiuſdem in Comitiis & præcipuis Rom. Imperii conuentibus Legatus, ſapientia, eruditione, & autoritate præſtantiſſimus. 1565. ætat. 67 Norimbergæ.

Hieronymus Berchemius Aquenſis, I. C. Canonicus Ypræ, perluſtratis præcipuis Italiæ, Siciliç, Germaniæ, Galliæ, Celticæ, & Belgicæ Academiis, atque in amæniſſimis Sophiæ hortis perpetuo verſatus, Cal. Apr. 1597.

Hieronymus Cagnolus Vercellenſis, Iuriſconſultus eminentiſſimus, & propterea Taurini deinde Patauii, maiore ſtipendio quam quiſquam ius ciuile profeſſus, Calen. Feb. 1551. æt. 59.

Hieronymus Campiſampetrus vir nobilis, & Iuris vtriuſque Conſultus, tum docendo, tum ſcribendo celebris, dum altercando minus caute ſe habet, caſu improuido, à quo nunquam putaſſet mortiferum vulnus accepit, Idibus Apr. 1556. Patauii.

Hieronymus Capiuaccius Patauinus, Medicinæ Profeſſor ibidem per 15. annos, inuitatuſque fruſtra à Magno Etruriæ Duce ad Principem in Gymnaſio Piſano locum Medicinæ Practicæ, præmio mille & quingentorum ſcuta-

Digitized by Google

ſcutatorum,& duorum millium honorario, obiit 1589.

Hieronymus Cardanus Mediolanenſis, Aſtrologus, anno ætatis 75. quo prædixerat anno & die, videlicet 9. Cal.Octob. 1576. defecit, ob id, ne falleret, mortem ſuam inedia acceleraſſe creditus: Romæ mortuus, Mediolani ſepultus.

Hieronymus Centellus Bartholomæi filius ciuis Romanus, ob animi ſuauitates omnibus iucundus, propinquis vero ac familiaribus ſæpe communicatis fortunis perutilis, honeſti otii deſiderio ſextum annum commoratus Patauii, ibidem obiit Calend. Maii 1555. ætat. 51.

Hieronymus Commelinus Belga, Typographus eruditiſſimus, die 27. Nouemb St. V. 1597. Heidelbergæ.

Hieronymus Ebnerus Duumuir Noribergenſis Literatorum fautor 26. Auguſt. 1532. ætat. 55.

Hieronymus Ferrarius Corrigiẽſis, 3. Cal. Octob. 1532. Romæ, ætatis 41.

Hieronymus Fracaſtorius Medicus, apoplexia ſeptuagenario maior, 1553. 6. Auguſti in Capſi montis ædibus ſuis.

Hieronymus Frobenius, Typographus Baſilienſis, edendis eleganter & emendate optimis autoribus bene de republica literaria meritus, 13. Martii, 1563. ætat. anno 61. m. 7. d. 7.

Hieronymus Fuggerus Vlrici ſenioris F. cui largas inter opes abſque curis anxiiſque negociis, iucundos inter amicos in otio hilariter ac benigno vitam traducere ſtudium ſummum fuit, 26. Nouembr. 1538. Auguſtæ Vindelicorum.

Hieronymus Gemuſæus Phyſicus Baſilienſis 29. Ianu. 1545. ætat. 39.

Hieronymus Gerhardus Iuriſconſultus & Wittenbergenſium Ducum Procancellarius obiit 12. Maii 1574. Tubingæ.

Hilarius-Ioannes Malmogienſis, qui cum profiteretur bonas artes & mathemata in Academia Hafnienſi, phreneſi ſubito corripitur,& 20.demum poſt annum Sotæ 28. Octobr.1567.

Hieronymus Ioannis Ordinis D. Dominici Profeſſor, Rhetor, Philoſophus ac Theologus ſingularis,30. Auguſti 1454. Florentiæ in patria, ætat.77.

Hieronymus Magius Anglerianus Eques C. S. E. Philologus exquiſitus, nec non mathematicus inſignis; eaque propter capta iam Famaguſta, quam arte ſua ſtrenue defenderat contra hoſtem, in carcere Conſtantinopolitano ſtrangulatus, nocte dici Iouis 27. Martii 1572.

Hieronymus Mencelius Suidnicenſis Sileſius, placidiſſimi ingenii Theologus, C.S.E.15 Feb. St. V.1590. Iſlebiæ, an.æt.75.completo, poſtquam Eccleſias Comitatus Mãſfeldenſis gubernaſſet annos 30.

Hieronymus Mercurinus Cattinaria, Caroli V. Imperatoris Procancellarius & conſiliorum intimorum conſcius, vir ſapientiſſimus, & plerorumque, quæ poſtea acciderunt in Gubernatione, vates non falſus, die 4. Iunii 1530.

Hieronymus Michael ex nobili Barchinonia miles, Sipontinæ arcis ſeruator, Apuliæque gubernator, die 29. Martii 1504 Patauii.

Hieronymus Molinus, Poeta, 7. Calend. Ianuar.1569. Venetiis.

Hieronymus Niger Venetus ICtus & Canonicus, Philoſophiæ & eloquentiæ egregium decus, eoque Romæ viris Principibus acceptiſſimus, 7. Calen. Decembr.1557. Patauii, ætat.65.

Hieronymus Oſorius Luſitanus, Hiſtoricus floridi ſtili, 1580.

Hieronymus Panſchmannus ICtus C. L. Aulæ Saxonicæ Septemviralis Senator, idemque in iudicio ſupremæ Cameræ ſupra 13. annos integros adſeſſor, præclaro illo Quæſtionum Iuridicarum opere poſtumo, monimento

Digitized by Google

mento ingenii ſempiterno poſt ſe relicto, deceſſit an. 1596. ætat. 55.

Hieronymus Quainus Seruita Patauinus, & ſacræ ibidem ſcripturæ interpres publicus, obiit 1588.

Hieronymus Rufaldus Abbas Vedaſtinus obiit 10. Nouembris 1563.

Hieronymus Ruginus I C. atque Orator ſummus 4. Id. Feb. 1559. Rauennæ.

Hippolytus Saluianus Medicus, opere de piſcibus clarus, Romæ, Eid. April. 1572. ætat. 58.

Hieronymus Saracenus in bello pro patria 27. Iulii 1526. Senis: ætatis anno 20. nondum peracto.

Hieronymus Sauanorola Ferrarienſis laqueo ſuffocatur & deinde comburitur 23. Maii 1498.

Hieronymus Schurfius I. V. D. 1554. Francfurti ad Oderam: cum vixiſſet annos 73. & aliquot menſes, leges vero interpretatus 50.

Hieronymus Surita Michaelis F. Gabrielis N. Cæſaraugustanus, Hiſtoriæ Arragoniæ diligentiſſimus atque electus ſcriptor, 3. Non. Nouemb. 1580. in patria. vixit annos 67. menſ. 11.

Hieronymus Tergulinus tam Pontificii quam Cæſarei iuris peritiſſimus, Profeſſorque publicus C. S. E. 9. calen. Mart. 1542. morte repentina; dum domeſticis choreis relaxandi animi cauſa Bachanalibus diebus, præſens in ſella domi ſederet.

Ioannes Metellus Sequanus, I.C. atq; Hiſtoricus, 21. Iunii 1597. Coloniæ.

Ioannes Mezlerus I.V.D. & Senator in Republ. Vratiſlau. Primarius, ſic amans ſcholæ, vt non rarò etiam lectiones in ea habere ſolitus fuerit die 2. Octobris, 1558. Vratiſlauiæ.

Ioannes Minginus, Iuriſconſultus ac Poëta, 1563. Rauennæ.

Ioannes Miræus Bruxellenſis, Antuerpienſis Epiſcopus, 32. Ianuar. 1611. in patria.

Ioannes Molanus Flander, Poëta pius, C. S.E. Rector Scholæ Bremenſis, 16. Iulii 1583.

Ioannes Molanus Theologus, C.S.E. Louanii, 18. Septembr. 1585.

Ioannes Morenbergius, Senator Reipub. Vratiſlauienſis, Eccleſiarum & Scholarum patronus, diſciplinæ cuſtos, 9. Febr. 1567. ætat. 65.

Ioannes Moretus, Typographus, Plantino ſocero digniſſimus, omniumque elogio bonorum vir optimus, obiit 10. Calend. Octobris 1610. Antuerpiæ in patria, ætatis 67. menſ. 4.

Ioannes Moronus Mediolanenſis, Epiſcopus Hoſtienſis, Synodi Tridentinæ olim Præſes, 1580. Romæ, ætat. 71.

Ioannes Moruillerius Bleſenſis Regii in Gallia ſigilli procurator, obiit exactæ ætatis ſenex 1577. ſepultus in patria apud Franciſcanos.

Ioannes

Digitized by Google

Ioannes Murmelius Grammaticus, C. S. E. Monaſterij Rector 1513.

Ioannes Myluertonius, Theologus Carmelitanus, Wicleui primùm ſectator, quam ob cauſſam Romæ carceri mancipatus fuit per triennium cum Baptiſta Platina, Auguſtino Campano ac Demetrio Lucenſi aliiſque: deinde priuatus Epiſcopatu Meneuenſi Præſes tantum Carmelitarum, penultimo die Ianuarii. 1548. Londini.

Ioannes Myluerton Theologiæ Doctor, Scholæ Londinenſis Rector, obiit penultimo Ianuar. 1486.

Ioannes Niebur, vir doctiſſimus & Conſul Hamburgenſis pridie Calend. Sextil. 1590. ætat. 57. menſe ſexto, die 24.

Ioannes Nopelius Theologus ac Vicarius Hermanni Epiſcopi Colonienſis, 6. Iulij 1556. Coloniæ.

Ioannes Oldecaſtel, Eques auratus, Dominus de Cobham, qui Anglico ſermone nonnulla ſcripſit, 14. Decembr. 1417. in Ægidii campo ferreis catenis ſuſpenſus igne interfectus ob Wicleficiſmum.

Ioannes Oldendorpius Hamburgenſis, IC. acris iudicii, & in praxi dexteritatis ſingularis, 3. Iunii 1567. Marpurgi.

Ioannes Oporinus, celebris, doctus & elegans Typographus Baſilienſis, die 6. Iulii 1569. circa 9. antemeridianam.

Ioannes Opſopæus Brettanus Medicus ac Philologus, cuius collecta extant 23. Septembr. ſtilo veteri, 1596. Heidelbergæ, vbi per ſeptennium egerat Profeſſorem Botanicum.

Ioannes Ottonarius Florentinus, Poëta Comicus admodum facetus, C. S. E. 1527. in patria.

Ioannes Paënz Luſitanus, Senator legatuſq; Regis Ioannis III. Portugalliæ ad Concilium Tridentinum, 22. Iunii, 1552. ætatis 56. Patauii.

Ioannes Papius Antuerpiæ natus, cui & præfuit Senator annos 50. ſed origine Aloſtanus, 4. Id. Iulii 1611. ætat. 71. in patria.

Iohannes Pappus, Theologus Argentinenſis, C.S.E. Iulii 1610. ætat. 61.

Ioannes Paſſeratius, origine Trecenſis, Græcè ac Latinè doctiſſimus, Profeſſor Regius, Poëta exquiſitiſſimus, prid. Idus Septembr. die S. crucis 1602. Lutetiæ, ex paralyſi: ætatis 73.

Ioannes Petrus Ferrettus Lauellinarum Epiſcop. Non. Maii, 1557. Rauennæ, æt. circiter 70.

Iohannes Pfeffinger Theologiæ Doct. & Lipſenſis Eccleſiæ Paſtor, Cal. Ian. 1573. æt. 78. (alii 80.)

Io. Petrus Maffæus Bergomas, 20. Octob. 1603.

Ioannes Picus Mirandulæ Comes, Menſe Nouembr. die quo Carolus VIII. Rex Galliæ Florentiam ingreſſus eſt, ætatis ſuæ flore, anno ſcil. 32.

Ioan Pincierus Wetteranus, Theolog. ſcriptis εὐχαριστικοῖς clarus, die 26. Ian. ſtil. vet. 1591. æt. 70. Francobergæ.

Iohannes Piſtorius literatiſſimus Theologus, ætatis 81. 25. Ianuarii, 1583.

Ioannes Ponetus, in Cantiorum Comitatu prognatus, ad omnem Philoſophiæ aliarumque artium liberalium reconditam cognitionem compoſitus, Epiſcop. Wintonienſis, 11. Auguſti 1556. Argentorati, exul, ætatis anno 40.

Iohannes Poſſelius, Græcæ linguæ & Sapientiæ in Academia Roſtochiana Profeſſor, C.S.E. die 15. Auguſti, ſtilo vet. 1591. Roſtochii.

Iohannes Poſthius Germersheimenſis Palatinus, Medicus & Poëta clarus, quondam Epiſcopi Wirtzburgenſis, ſed proximis ante mortem annis Friderici IV. Electoris Palatini Archiater, C.S.E. Moſbaci 24. Iunii ſt. v. 1597. æt. 60.

Iohan. Rainoldus, clariſſimus Anglorum Theologus, C.S.E. 1607. Oxoniæ.

Iohannes Ranzouius, Eques auratus, Holſatus, militari laude & virtute celebris, Henrici Ranzouii Eq. & Proregis Cimbrici, literatorum nobiliſſimi, & nobilium literatiſſimi parens, 12. Decemb. 1565. æt. 73. menſ. 1.

Ioannes Regiomontanus Mathematicus ſummus, quiq; Princeps

Digitized by Google

Princeps rationem erigendi figuras cœli, quib. nunc Aſtrologi potiſſimum vtuntur, inuenit, & ab Matthia Coruino Vngariæ Rege, maximo honore affectus, & ob dedicatas ſibi triginta annorum Ephemerides, octingentos aureos Vngaricos dono accepit, Romæ 1477. ætatis 41. alii ad præced. referunt annum.

Iohannes Reuchlinus Capnio Phorcenſis, qui primus Græcarum & Ebraicarum literarum ſtudia in Germania excitauit, morbo icterico Stutgardii, 30. Iunii 1521. æt. 67. Teſtamento libros Ebræos & Græcos donauit Collegio Phorcenſi, ita vt ibi in templo publicè ſeruentur, & ab omnibus inſpici poſſint.

Iohan. Reymannus I.V.D. olim Epiſcoporum Vratislanienſium, poſtea verò Ioachimi Friderici Ducis Lignicenſ. & Bregenſ. Cancellarius, conſilio & eloquentia præſtans, die 21. Octob. ſtil. nou. circa hor. 5. matutinam, 1597. æt. 52. in patria ſua Leobergæ Sileſiorum. Ei ſucceſſit in munere Cancellariatus Andreas Heugel à Polokwitz Iuris vtriuſq; Doctor.

Ioann. Richardotus, ſanctioris Belgici Senatus Præſes primus, 3. Septemb. 1609.

Ioan. Richius Hanouerenſis, I.V.D. Hildeſiæ 4. Auguſt. 1587. ætatis 70.

Iohannes Riuius Attendorienſis, C.S.E. 1. Ianuar. 1553. Miſenæ.

Ioannes Rogerſius, pater Danielis, legationibus ad Reges Cæſaremq; ſub Eliſabetha Regina celeberrimi Lancaſtrenſis, Latinè, Græcè, Hebraicè, Germaniceque doctiſſimus, vt ſcripta eius quamplurima indicant, 4. Februar. 1555. flammis exuſtus Londini, ob Lutheraniſmum.

Ioh. Roſa, Philoſoph. excellens, & Profeſſor Acad. Ihenenſis, 10. Decemb. 1572. an. ætat. 40. Ihenæ.

Ioannes Roſſus Waruici natus & educatus, Philoſophus ac Theologus minime ambitioſus, 14. Ianuarii 1491. prope patriam, loco eo vbi Guido Comes Waruicenſis vitam egerat ſolitariam.

Ioannes Ruellius Sueſſionum vrbe ortus, Philoſophus ac Medicus, Græcæ Linguæ callentiſſimus, ſub exitum Septembris 1537. Pariſiis.

Iohannes Rudolphus Stumpſius, Tigurinæ Eccleſiæ Epiſcopus, 1592. ætat. 61.

Ioannes de Sacro buſto Monachus Minorita, Profeſſor Mathematum in Acad. Pariſienſi (qui Computum Eccleſiaſticum, Tractatum de Sphæra & alia ſcripta edidit) Lutetiæ obiit, 1236.

Ioannes Sacheuerellus de Morley in Comitatu Darbienſi, Anglus, eluſa carceris cuſtodia, cui mancipatus Religionis ergò, 25. Octobris, 1593. ætatis 75. exilii 30. Bruxellis.

Iohannes Stadius Leonnouthesius Belga, Mathematum primùm in Louanienſi, poſtea verò in Pariſienſi Academia Profeſſor, ab editis tabulis ac Ephemeridibus Aſtrologicis celeberrimus, 17. Iulii, Lutetiæ Pariſiorum, 1579. ætatis anno 52. menſe 2. duobus diebus minus.

Ioannes Sadoletus Iacobi Cardinalis pater, vixit annos 71. obiit Mutinæ 1511.

Iohannes Sambucus D. Maximiliani II. & Rudolphi II. Augg. Impp. Conſiliarius & Hiſtoricus, C.S.E. apoplexia Viennæ Auſtriæ, 13. Iunii, ſtil. nou. ſub noctem 1584. ætatis 53.

Ioannes Sapidus Poëta ac Profeſſor Argentinæ, 8. Iunii 1561.

Ioannes Sariſberienſis natus in Prouincia Britanniæ Wilcheria, cuius exſtant Epiſtolæ, item libri de nugis curialium, quantiuis pretii, 1182. obiit.

Ioannes Saxonius Hatteſtedius, ex minori Friſiia, I V.D. Decanus Hamburgenſis, Canonicus Bremenſis, C.S.E. 1564.

Ioannes Sceltonius Poëta, Theologusq; egregius, quiq; ridendo verum diceret, C.S.E. quamplurima, 21. Iulii 1529. Weſtmonaſterii, vbi ob linguæ libertatem incarcerabatur.

Ioannes

Digitized by Google

Ioannes Schneidewinus Stolbergenſis, Iuriſconſult. C. S.E. 4. Decemb. 1568. ætat. 51. apoplexia Zeruestæ.

Iohannes Schonerus Mathematicus, C. S.E. 16. Ianuar. (alii poſtridie) ætat. 70. Norimbergæ, 1547.

Iohannes Schöſſerus Æmilianus Senior, Poëta Laureatus, & Profeſſor Acad. Francofurtanæ ad Viadrum, die 3. Iulii, ſtil. vet. 1585.

Iohannes Schröterus Medicus ac Philoſophus nobilis, & Primarius in Acad. Ihenenſi Profeſſor, die 31. Mart. ſtilo vet. 159 . ætat circiter 8 . Ihenæ ad Salam.

Ioannes Sleidanus I.V.L. cui cognomen ab vrbe patria, Hiſtoricus toto orbe notiſſimus, morbo Epidemio, 31. Octob. 1556. ætat. 50. Argentinæ.

Ioannes Sloley Nordiuicanus, Ordinis Diui Auguſtini Theologus, ſed ſic tamen, vt liber à cæremoniarum iugo literis tum profanis tum ſacris aſſiduè vacaret, 4. Iunii, 1477. in patria.

Ioannes Secundus Hagę Comitis in Batauia natus, Poëta nemini ſecundus 1. Octobr. 1536. ad vicum Sancti Amandi.

Ioannes Sens, Naoburgenſis, Præceptor Scholæ Lubecenſis, multis iam Academiis perluſtratis, domum feſtinans, Witebergæ obiit 23. Octob. 1547.

Iohannes Septimius, Liber Baro de Lichtenſtain & Nicolſpurg, optimis & literis & linguis excultus, quique difficillimis multorum annorum peregrinationibus magnam Europæ, Aſiæque partem peragrauit, belli & pacis artibus inclytus, die 10. Nouembr. ſtil. nou. 1595. ætatis 37. Viennæ Auſtriæ.

Iohannes Sichardus Iuriſconſult. & Profeſſor in Academia Tubingenſi, die 9. Septemb. 1552. Tubingæ Forſterus.

Ioannes Siluagius Eques auratus, primum Flandriæ Præſes, mox Cancellarius Brabantiæ ac Burgundiæ, 7. Iunii 1518. ætatis 63. Bruxellis.

Iohannes Spangenbergius Northuſianus, Theologus, die 13. Iunii, 1550. ætatis 66. Islebiæ.

Digitized by Google

Ioannes Stambery in occidentali Britannia natus omnium Carmelitarum ſui temporis primus præſul Herefordenſis, Regi à confeſſionibus, 11. Maii 1474. Ludouic.

Ioannes Staupizius, Eques Miſnicus, Theolog. inſignis, Lutheri patronus, Auguſtiniani Ordinis per Germaniam Prouincialis, & tandem Salisburgi ad D. Petrum Abbas, C.S.E. 28. Decemb. 1524.

Ioan Stigelius Gothanus, Poëta excellens, die 11. Febr. 1562. æt. 47. Ihenæ. Ante Gothæ excidium, an. 51.

Ioannes Stofflerus Iuſtingenſis Sueuus, Mathematicus inſignis, C.S.E. certo die ſibi periculum è ruina imminere præuiderat: ædes ſuas ſatis firmas nouerat; conuocat in Muſæum ſuum viros eruditos, quorum conſuetudine & ſermonibus recrearetur. Orta inter ſobria pocula diſputatio. ad controuerſiam explicandam, è ſuperiore loco librum depromit: ſed laxato clauo aſſer in quo ſtabant libri, in caput eius decidit, & inſigne vulnus infelici ſeni infligit: qui mortuus eſt die 16. Februar. 1531. ætatis 78. menſ. ferè 2. Tubingæ.

Ioannes Stöſſelius Theologus Miſnicus, die 26. Martii, 1576.

Ioannes Stromerus I.V D. ac Profeſſor primarius Ienæ, obiit 11. die Octob. 1607. ætatis 81.

Iohannes Sturmius, communis literarum parens, & ſtudiorum eloquentiæ ac politioris doctrinæ inſtaurator clariſſimus, & Argentinenſis Acad. Rector, 3. die Martii, ſtil. v. anno 1589. æt. 81. m. 5. d. 2. cùm Argentinæ docuiſſet annos 51. eiq; aliquot ante mortem annis in ſtudii eloquentiæ profeſſione Melchior Iunius Witebergenſis, vir doctiſſimus & humaniſſimus, ſucceſſiſſet.

Iohannes Taffinius, Theolog. Belga, menſe Maio, 1602.

Iohannes Tezelius Pirnenſis Miſnius, Indulgentiarum præco 1519. Lipſiæ in Monaſterio Dominicanorum, cùm paulò ante Eccius & Lutherus de Indulgentiis diſputauiſſent.

Iohan-

Iohannes Taulerus Colonienſis, Theologus, 1379. Argentinæ 15. Iulii. Hedio.

Ioan. Thomas Freigius I.C.C.S.E. peſte ſublatus Baſileę 15. Ian. 1583.

Ioannes Thoreſbeius Angliæ Cancellarius atque Archiepiſcopus Eboracenſis, 1374. præfecturæ ſuæ anno 16.

Ioannes Tilius Curiæ Pariſienſis actuarius, quique ex ipſis archiuorum tabulis, Francorum originem, inſtituta, magiſtratus, Regiæque ſtirpis familias omnes curioſè & diligenter excerpſit, & in Gallicos commentarios integerrima fide ſummoque iudicio redegit, mortuus menſe Octobri 1570. Idem menſis & annus fratrem ei cognominem, neque adeò multum ætate diſparem ſuſtulit. Is Brioceníium & Meldenſium Pontifex, Francorum Regum res geſtas breui Chronico Latinè Gallicèque complexus eſt.

Ioannes Torpius ex Carmelitarum Cœnobio Theologus, 11. Auguſti, 1440. Nordouici.

Iohannes Toſſanus Theologus, Calend. Martiis, 1588.

Ioannes Trugſes ex Walderwald genere ortus nobili, Iuris Pontificii Doctor, è contubernio Friderici Saxoniæ Ducis, Senis, 24. Ianuar. 1494.

Ioannes Tunnichæus Medicinæ Doctor, obiit 22. Septembr. vnà cum coniuge Catharina, & filiola Margaretha, 1565. Roſtochii.

Ioannes Vandalius Goslarienſis, Eccleſiaſtes Ripenſis in Dania, 11. Auguſt. 1543.

Iohannes Velcurio, cuius extat libellus Phyſicus, Witebergæ, 6. Februarii, 1534.

Ioannes Vergara Toletanus, nobiliſſimæ familiæ Theologus, vir in omni diſciplinarum genere eximius, quo viuente Natura declarauit ſe adhuc minimè effœtam eſſe ad producendos viros præſtantiſſimos, 20. Februarii, 1557. in patria. Vixit annos ſexaginta quatuor, menſes quinque, dies 17.

Ioannes Verzoſa Cæſaraugustanus, natus 1523. Poeta, C.S.E. obiit 24. Februar. 1574. Romæ.

Ioannes Vincentius Pinellus, nobilitatis illuſtris, doctrinisq; omnibus ad miraculum inſtructiſſimus, Non. Augusti 1601. Patauii: ætat. 68.

Ioannes Viſcherus Archiater & Philoſophus Tubingenſis, 12. April. 1587. ætat. 65.

Ioannes Viuianus Poëta & Antiquarius, 11. Septembr. 1598. Aquiſgrani.

Ioannes Vlattenus nobili genere Iuliacenſis, Philoſophiæ Magiſter ac I.V.D. Præpoſitus Aquenſis, ac Cancellarius Ducis Iuliacenſis, 1561. Duſſeldorpii.

Ioannes Vlimmerus, multæ eruditionis variæq; lectionis vir, ſuæ domus Prior, 3. die Febr. 1597. Louanii.

Ioannes Vngnad, L. Baro in Sonnegk, in Wirtembergia exul, Biblia ſacra in linguam Turcicam & Croaticam curauit verti, 1561.

Ioannes Wameſius Leodienſis, I.C. ac Profeſſor Louanienſis per annos 20. obiit diutina inualetudine 11. Calend. Sextil. 1590.

Ioan. Wedmannus, Popponis Comitis Hennebergenſis, deinde Friderici Saxonis ad captiuitatem vſque, & tandem Prutenicæ aulæ concionator, poſtridie Febr. 1587.

Iohannes Weſſelus Friſius, C.S.E. obiit Groningæ 4. Octob. 1489.

Ioannes Wiclef Anglus, in ſua parochia 31. Decembr. 1387. Eius corpus Martini Pontificis iuſſu exhumatum, ac publicè crematum eſt anno 41. ab obitu eius, Chriſti 1428.

Iohannes Wigandus, Pomeſanienſis in Boruſſia Eccleſiaſtes, C.S.E. die 20. Octob. ſtil. vet. 1587.

Ioh. Wilhelmus, Liber Baro à Loſenſtein, 1601.

Io. Wilhelmus Stuckius, Theologus Heluetius, 3. Sept. 1607. ætat. 65. Tiguri.

Ioh. Wolphius, Theolog. in Eccleſia & Schola Tigurina celebris, C. S.E. die 17. Nouemb. 1572. æt. 50. Tiguri.

Iohannes

Ioannes Zamoiſcius Poloniȩ Cancellarius meritiſſimus, vir Arte ac Marte incomparabilis, 3. Iunii 1605. in nominis ſui oppido, quod Academiam eſſe voluit.

Iohannes Zwickius Eccleſiæ Conſtantienſis Doctor, 1542.

Iodocus Damhouderius nobili familia natus Brugis 1507. Iuriſconſult. ſummus, Carolo V. eiusque filio Philippo ab intimis conſiliis, 12. Cal. Febr. 1581. Antuerpiæ: ætatis 77.

Iodocus Leenherius Canonicus ac Sacerdos D. Gudulæ, Chirurgiæ arte doctiſſimus, quam approbauit Carolo V. & Philippo II. 13. Maii 1517. Bruxellis.

Iodocus Nahumius Suntzheimenſis Palatinus, Theologus, quondam Scholȩ Herbornenſis Profeſſor, & Eccleſiaſtes, C. S. E. 1597. Hanouiæ.

Iodocus Rauenſtenius, Tiletanus, Theologiæ Profeſſor, & Vniuerſitatis priuilegiorum conſeruator, 7. Februar. 1570. Louanii.

Iodocus Willichius Reſellianus Frucenus, Philoſophus & Medicus præſtantiſſimus, 12. Nouembr. 1552. ætatis 51. Libuſii ad Viadrum prope Francofurtum, apoplexia.

Iodocus Willichius iunior, Medicinæ & Philoſophiæ Profeſſor, caſu planè inſperato Iulii die 5. 1590. ætatis 47. diebus quinque exceptis Francofurdi ad Oderam.

Ionas Staudius natus Annebergæ 1527. obiit 6. Iulii, 1593. ætatis 66. cum Scholæ Sundenſi 4. & Templo 37. inſeruiiſſet annis.

Iordanus Sforzateus de Tranſalgardis, Patauinæ nobilitatis vir primarius, die 10. Martii 1507. in patria.

Ioſephus Iuſtus Scaliger, Iulii Cæſaris filius, 12. Cal. Februar. hor. 4. matut. 1609. ætatis 68. Lugduni Batauorum: Cum vberioribus lacrymis deploraſſet nimiam viuacitatem ſuam, quod ad ea vſque tempora duraſſet, quibus in dubium vocaretur meritum & ſatisfactio Seruatoris noſtri Ieſu Chriſti, quem ſe propediem viſurum eſſe confidebat, ſedentem ad dextram Patris Omnipotentis. *Baudius orat. funebri.*

Ioſephus Maſcardus Sarzanenſis IC. cuius extat opus de probationibus, in Italia, 1588. Forſterus.

Ioſephus Moletius Meſſanenſis, Profeſſor Mathematum Patauii publicus, cui ob tabulas Gregorianas, non modò Senatus Venetus ducentos ducatos dono dedit; verùm etiam ipſe Pont. Max. trecentis, vt appellant, Cameræ ſcutatis, & pluribus etiam pro earum continuatione promiſſis, cenſuit honorandum, obiit 1588.

Ioſephus Vurtzlerus Poëta & Medicus, Profeſſor publicus obiit 11. Auguſti 1[illegible]6[illegible]. Roſtochii.

Ioſias Simlerus, Theologus Tigurinus, C. S. E. 2. Iulii, 1576. æt. 49. Thuanus habet an. 45.

Irnerius Iuriſconſult. moritur Bononiæ, 1190.

Iſidorus Clarius, Profeſſor Benedictinus, doctus & pius, ætatis 60. febre, Fulginii, 5. Cal. Iunii 1555.

Iſidorus Iunior, Epiſcopus Hiſpalenſis, cuius ſcripta habemus, floruit 627.

Iſraël Ritterus Theologus, 16. Aprilis 1588.

Iulius Actionius Aduocatus Taruiſinus, commune doctorum indoctorumq; perfugium ac præſidium, 4. Id. Decemb. 1558. Taruiſii. vixit annos 69. m. 1. d. 15.

Iulius Africanus nobiliſſ. Chronographus, cuius ſupputationes citant Euſeb. & Hieronymus in Danielem, &c. hac tempeſtate floruit, 222.

Iulius Arcoſtus Ferrarienſis, nomine aui ſatis clarus, 4. Non. Octobr. 1553. Patauii, quò ſtudiorum cauſſa ſe contulerat. ætat. 13. menſ. 1. d. 16.

Iulius Cæſar Scaliger, Eques Auratus, Criticus Grammaticus acerrimus, Poëta excellens, Philoſophus eruditiſſimus, & alter in Medicina Æſculapius, cuius nomen ſcripta ab eodem edita ad omnem poſteritatem immortale reddiderunt, 21. Octobr. 1558. ætat. 74. menſ. 6. d. 26. Aginni Nitiobrigum.

Iulius Cæſar Xanthus Senenſis Orator, Caroli V. & Philippi II. Conſiliarius, vt collapſam Rempubl. erigeret, poſt 36. an-

35. annorum à patria abſentiam, 6. Calend. Nouemb. 1558. Bruxellis: ætat 66. m. 10. d. 16.

Iulius Comes Salmæ & Neoburgi ad Oenum, Maximilian. II. & Rudolpho II. Impp. Augg. ab Imperialis aulæ conſiliis, qui Martem cum Muſis feliciter iunxit, die 12. Iul. ſtil. nou. 1595 æt. 63. Gœdingæ.

Iulius Ferrettus Iuriſconſultus atque Orator egregius in oppido S. Seueri, quod eſt in Apulia Daunia, 8. Idus Martii, 1547.

Iulius Oradinus I. C præſtans, Peruſii ac Patauii interpres eximius, multis ad ſummos Pontifices & Principes legationibus perfunctus, die 6. Auguſti, 1572. æt. 70. Romæ. Schrader. in monument. Ital.

Iulianus Piſtorus Pratenſis, Carmelita, qui quantum in mathematicis, præcipuè verò in Aſtrologia valuerit, non Senæ, non Piſæ, aut Florentia tantum, vbi annis non minus 22. profeſſus eſt, verùm totus terrarum orbis agnouit, 7. Decembr. 1556. Florentiæ. Vixit annos 64. menſes 5. d. 11.

Iulius Pflugius, ortu nobilis, Epiſcop. Naumburgenſis, literarum bonarum doctiſſimus, vt ſcripta eius reſtantur, 1564

Iulius Romanus, pictor & Architectus veteribus nihilo inferior, obiit 1546. die Omnium Sanctorum Mantuæ: ætat. 54.

Iulianus Varrochius Florentinus, Dialecticus, Aſtronomus atque Orator inſignis, 1413. in patria. vixit annis 42. menſ. 8. d. 10.

Iuſtinus Goblerus, I. C. ac Poëta, menſe Aprili 1567. Francofurti ad Mœnum.

Iuſtinus Philoſophus & Martyr, cuius ſcripta etiamnum cum fructu multo leguntur, pro Chriſti doctrina ſanguinem fudit, 168. Euſeb. 4. Alii referunt eius Martyrium ad tempora Antonini Pii: ſed Hieronymus in Catalogo ſcribit, eum ſucceſſoribus Pii exhibuiſſe Apologiam pro Chriſtianis.

Digitized by Google

Iuſtus Ionas Senior, Theologus, C.S.E. 9. Octobr. 1555. ætat. 63.

Iuſtus Ionas Iuriſconſultus capite truncatus Hafniæ, 28. Iunii, ætatis 42. Ante mortem fertur recitaſſe hos verſiculos:

Quid iuuat innumeros ſcire atq; euoluere caſus,
Si facienda fugis, ſi fugienda facis?

Iuſtus Lipſius vir omni maior inuidia 23. Martii, ſtil. no. die Iouis ante Paſcha Gregorianum, 1606. Louanii: ætat. 58. menſ. 5.

Iuſtus Menius Theologus. 2. Auguſti, 1558. Lipſiæ.

Iuſtus Reuberus Iuriſconſultus, & Electoralis Palatinatus Cancellarius, C.S.E. Odernhemii in Palatinatu 17. Iunii, 1607. æt. 5

Iuſtus Schroderus correctoř pædagogii & Senator Marpurgenſis, 29. April. 1569.

Iuſtus Vulteius Wetteranus Haſſus. Rector Pædagogii, & Sanctæ Linguæ in Academia Marpurgenſi Profeſſor, 31. Martii, 1575.

Kyriacus Strozza Patricius Florentinus, 6. Decembr. 1565. Piſis, vbi 20. annos Ariſtotelem interpretatus erat, annis 8. ante Bononiæ profeſſus.

Lactantius Firmianus, Præceptor Criſpi Cæſaris, filii Conſtantini floruit 314. vir diſertiſſimus, ſed adeò pauper, vt plerunque etiam rebus neceſſariis indiguerit. Huius Lactantii Præceptor fuit Arnobius Rhetor, qui cum aduerſus Chriſtianos quædam ſcripſiſſet, reſipuit, & ad Chriſtum conuerſus eſt. Euſeb.

Lælius Capilupus Benedicti F. Poëta incomparabilis, quique è Virgilii verſibus centones conſarcinauit admirandos, 3. Ianuar. 1560. vixit an. 62. d. 15. Mantuæ.

Læuinus Torrentius Gandauenſis, Epiſcopus Antuerpienſis, literis & legationibus domi foriſq; ſpectatiſſimus, Collegii Societatis Ieſu apud Louanienſes fundator, 26. Maii, 1595. Bruxellis: æt. 70 m 1 d. 18.

Læuinus Lemnius Zirizæus Zelandus, Medicus plus quàm

quàm eximius, mortuus anno 1568.

Lambertus Canterus, Groningenſis, Iuriſconſultus, Philoſophus & Orator, Caroli V. Imp. Senator, 7. Cal. Sextil. 1553. æt. 10. m. 3. in patria.

Lambertus Danæus Theol. Gallus, cuius plurima erudita extant ſcripta Theologica circa initium anni 1596. Orthesii, oppido ad montes Pyræneos ſito.

Lambertus Diſtelmayer, I.C. clariſſimus, duorum Electorum Ioachimi II. & Iohannis Georgii March. Brandeb. Conſiliarius & Cancellarius per annos 37. die 12. Octobr. ſtilo vet. hora 11. pomeridiana, 1588. anno æt. 66. m. 7. d. 22. Berlini.

Lambertus Hortenſius Montfortius, ditionis Vltraiectinæ, Poëta & Hiſtoricus, cùm diu Nardenæ apud Batauos Scholæ præfuiſſet, ac ciuitate miſerè habita ab Hiſpano vix euaſiſſet interceſſione diſcipuli ſui Comitis Boſnii, 1577.

Lambertus Ludolphus Helmius Pithopæus Dauentrienſis, Oratoriæ & Poëticæ facultatis in Acad. Heidelberg. per annos 33. Profeſſor, die 19. Ianuarii, ſub horam noctis 11. ſtil. vet. 1596. ætat. 60. Heidelbergæ.

Lancellottus Decius Iuriſconſultiſſ. & in Ticinenſi Gymnaſio interpres gratiſſimus, die 4. Febr. 1515. Ticini.

Lapus Caſtilonchius, I. V. Conſultus, Florentiæ patriæ ſuę commune Oraculum, 17. Iulii, 1381. Romæ in exilio, præualentibus Gibellinis.

Laurentius Bruningius, Canonicus, Medicus atque Chirurgus eximius, Carolo V. & Philippo II. Epiſcopoque Ludouico Borbonio carus, 2. Martii, 1468. Bruxellis.

Laurentius Cagnolinus Bergomas obiit Venetiis, 14. Iulii, 1526.

Laurentius Canotius Patauinus, pictor, ſculptor, cælatorq; inſignis, 13. Calend. April. 1477. in patria.

Laurentius Caſtellanus I. C. ac Profeſſor publicus Patauii, obiit 1594.

Laurentius Circlerus Sileſius, Illuſtrium Scholarum

Goldbergenſis in patria ſua, & Bregenſis Rector: plurium illuſtris nominis diſcipulorum, & præſertim Baronum in Bohemia ac Morauia doctor & ductor, poſt multorum annorum varias peregrinationes deceſſit Spiræ Nemetum, die 28. Iulii, ſtil. vet. 1598. an. ætat. 64. poſtquam exemplo magiſtri & Præceptoris ſui Trozendorffii in multam vſque ſenectam cœlebs vixiſſet.

Laurentius di Credi Florentinus, in ſculptoria arte rariſſimæ induſtriæ, obiit 1541. Romæ: vixit annos 47. menſ. 2. dies 15.

Laurentius Finckelhuſius, Lipſenſis, I. V. D. Reipubl. Lubecenſis protoſyndicus, à ſcriba ſuo, quem ille nonnihil acrius obiurgarat, ferro ictus, ſiniſtro latere & crure ſauciatus, 11. Martii 1606. exſpirauit nocte ſequente, Lubecæ.

Laurentius Gazius Cremonenſis, in Muſica, in Arithmetica cunctorum eruditorum ſui temporis iudicio excellentiſſimus, 14. Calend. Septembr. 1552. nonagenarius, Patauii.

Laurentius Ioubertus Medicus Montiſpelienſis clariſſimus, C. S. E. Rondeletii diſcipulus, 4. Calend. Octobr. 1582. ætat. anno 53.

Laurentius Kirchouius I. C. & Profeſſor publicus, C. S. E. die 15. Octobr. 1580. Roſtochii.

Laurentius Lauredanus Venetus, Prætor Taruiſii, prid. Cal. Mart. 1477. in præfectura ſua.

Laurentius Ludouicus Leobergenſis Sileſius, vir clariſſimus & doctiſſimus, die Veneris poſt Paſcha, 15. April. ſtil. nouo, hora 4. poſt meridiem, 1594. ætat. 57. menſ. 7. d. 28. poſtquam Gorlicenſium Scholam magna cum dexteritatis, fidei & felicitatis laude docuiſſet & gubernaſſet annos triginta.

Laurentius Medices Florentinus, (Leonis X. Pontificis Romani parens) qui principatum in ſua ciuitate obtinebat, vita functus eſt Florentiæ 8. Aprilis, 1492. Huius ex hac vita exceſſum egregiè deſcripſit Politianus, Epiſt. 2. l. 4.

Lauren-

ed by Google

Laurentius Rhodomannus, Græcæ linguæ Profeſſor, & eiuſdem poëſeos vates inæſtimabilis, C.S.E. Witebergæ 10 Ianuar. 1606.

Laurentius Scholzius Vratiſlauienſis, Philoſophiæ & Medicinæ Doctor eximius, Hortique omni genere florum radicumque ornatiſſimi cultor delicatiſſimus, die . . . . 1557.

Laurentius Surius Lubecenſis, profeſſione Carthuſanus, C.S.E. Coloniæ Agrippinæ in cella ſua, 25. Maii, admodum ſenex, 1578.

Laurentius Valla Romanus, Alphonſi Regis, & Pontif. Maxim. Secretarius, optimè meritus de lingua Latina, obiit Romæ Calen. Auguſti, 1465. ætat. 50. ſepultus in Laterano, vbi fuit Canonicus. Hic omnes fermè Latinos Scriptores reprehendit: vni Quintiliano aſſurrexit.

Laurentius Vechiettus Florentinus, ſculptor & pictor egregii nominis, obiit 1482. ætat. 58.

Laurentius Zoch IC. ac Profeſſor publicus, Witebergæ, obiit 27. Febr. 1547.

Lazarus Bonamicus ex Baſſiano municipio olim Patauino Romæ ac Bononiæ humaniorum diſciplinarum Latina Græcaque lingua Profeſſor per annos 21. celeberrimus, C.S.E. 4. Idus Februarii, 1552. Patauii, iam ſeptuagenarius.

Lazarus Sorantzius, Patritius Venetus, ſcriptis politicis celebris, in patria, 1602.

Leonhardus Aretinus, qui multa in Ariſtotele, Plutarcho reliquisque authoribus Græcis Latinè vertit, moritur Florentiæ 9. Martii, 1443. ætat. 74. Volater. Tritth. Epitaphium eius habes in Syluii Epiſtola 51.

Leonhardus Badehornus IC. & trium Electorum, Mauritii, Auguſti & Chriſtiani Conſiliarius, Calend. Iul. ſtil. vet. 1587. ætat. 77. Lipſiæ.

Leonhardus Conſtans, Eccleſiæ Gallicæ apud Baſilienſes Paſtor, 8. Nouembr. 1610. ætat. 71.

Digitized by Google

Leonardus ab Eck clariſſimus Bauariæ Iuriſconſultus, 17. Martii 1550. ætatis ſuæ 70.

Leonhardus Fuchſius, Medicus & Profeſſor Tubingenſis, qui ſcriptis ſuis eruditis medicinam illuſtrauit, 10. Maii, intra 7. & 8. hor. antemeridianam, 1566. ætat. 65. Tubingę.

Leonhardus Imhof Hieronymi F. Senator, Cal. Sextil. 1557. Noribergæ.

Leo Iudæ, 1542. Tiguri, die 19. Iunii, ætat. 60. Huius opera Tigurinorum Bibliorum bona pars ex Ebraico in Latinum ſermonem translata eſt.

Leonhardus Krantzheimius, Theologus & Chronolog. optimus, C. S. E. die 12. Decemb. ſtil. no. 1598. æt. 66. m. 2. d. 26. Fraunſtadii.

Leonardus Lycius Profeſſ. Phyſices Lipſię, 11. Iulii, 1570.

Leonardus Malaſpina Florentinus, Philoſophus atque Orator, cuius correctiones extant in Epiſtolas Ciceronis ad Atticum, 1571. Romæ.

Leuoldus Northouius, ſcriptor Chronici Comitum de Marca & Altena, nat. 21. Ianuar. 1278. in agro Marcano familia equeſtri.

Leopoldus Schurſtab Patricius Norimbergenſis, obiit menſe Auguſto 1554. ex vulnere in capite ipſi à ſeruo inflicto. natus erat 1518. die 4. Septembr. horis à merid. 2. min. 56.

Leonardus Statius Florentinus, Theologus Dominicanus, eiuſdemque Ordinis Magiſter generalis, 17. Cal. April. 1425.

Leonardus Stokelius Rector Scholæ in Bartphe Vngariæ, 7. Iunii, 1560.

Leonicus Thomeus Venetus, Philoſophus præſtantiſſimus, qui libros Ariſtotelicos Græco ſermone primus Patauii omnium mortalium publicè docuit, Platonis maieſtatè propè abolitam reſtituit, & multa præterea ſcripſit, &c. Patauii, cum vixiſſet annos 75. m. 1. d. 17. 1533.

Leonhardus Thurnheuſer Aſtrologus in Germania celebris, Coloniæ, 8. Sept. 1596.

Liberalis

Liberalis Souernicus Protophyſicus ac Conſiliarius Cæſareus, 4. Cal. Iulias 1527. Valliſoletæ in Caſtella qui ſibi ſacellum exſtrui curauit Rauiſii in patria, vbi dietim hora quarta ſacrificium fieret.

Lilius Gregorius Giraldus, Ferrariæ, 1552. ætat. 74. podagricus & chiragricus.

Liuius Podachatarus Cyprius, Archiepiſcopus Leucoſienſis, obiit Venetiis, 14. Kalend. Febr. 1555.

Lucas Cranach Senior, pictor excellens, & vir ſapiens, 16. Octobr. 1553. æt. 81. Vinariæ.

Lucas Cranach, Lucæ pictoris filius, pictor excellentiſſimus, & Conſul Witebergenſis, 14. Ianuar. ſtil. vet. 1586. Witebergæ.

Lucas della Robia Florentinus, ſculptor primarius, obiit 1430. ætatis 75.

Lucas Gauricus Geophonenſis, Epiſcopus Ciuitatenſis, diuinationibus Aſtrologicis celebris, 6. Martii 1559. cum vixiſſet ann. 82. menſ. 11. d. 22. Romæ.

Lucas Oſiander, Theolog. aulæ Wirtembergicæ, poſtea Eslingenſium, 17. Sept. 1604.

Lucas Loſſius, qui annos amplius 50. fideliter & feliciter in Schola Luneburgenſi pubem literariam erudierat, an. ætat. 76. die 8. Iulii, 1582. Luneburgæ.

Lucas Pætus Iuriſconſ. Romæ, 8. eid. Octob. 1581. æt. 69.

Lucas Hezerus Torgenſis, Eccleſiaſtes Witebergenſis, 21. Maii 1558.

Lucas Trelcatius, S. Theol. D. & Eccleſiaſtes in vrbe Leidenſi, menſ. Aug 1602.

Lucas Trelcatius Iunior, Theologiæ Profeſſor Lugduni Batauorum, obiit 12. Septembr. 1607.

Luchinus Curtius Iuriſconſult. 3. Nouemb. 1502. Ticini.

Ludouicus Agnellius Patauinus, Medicinæ Practicæ Profeſſor, ibidem obiit 1575.

Ludouicus Andreas Reſendius Luſitanus, Poëta, Orator, & Theologus, 1577.

Ludouicus Areoſtus Patricius Ferrarienſis, Poëta, &

Etruſco & Latino verſu verè princeps, 1533. vixit annos 69. in patria.

Ludouicus Bologninus I.C. & Eques. Bononiæ ac Ferrariæ iura interpretatus à legatione Gallica ad Ludouicum XII. iam redux, Florentiæ 1508. ætatis 61.

Ludouicus Broomannus, à natiuitate cæcus, artium liberalium Doctor, Iuris Candidatus, & Muſices princeps, obiit 8. Ianuar. 1597. Bruxellis.

Ludouicus Carrelius, cognomento Toſetus, Patauinus, Medicus, Philoſophus ac Mathematicus eruditiſſimus, die 21. Octobr. 1539. ætatis 76. Patauii in patria.

Ludouicus, Comes Sancti Bonifacii, Canonicus Patauinus, & Protonotarius Apoſtolicus Leonis X. 10. Febr. 1545. Patauii in patria; ætate adhuc florente.

Ludouicus Cortuſius Patauinus, I.C. qui ſua ætate velut reconditorium fuit ſacratum legum, C.S.E. 16. Cal. Aug. 1498. in patria.

Ludouicus Culmanus, Iuriſconſultus, Conſiliarius & Vicecancellarius Electoralis Palatinus, 19. Ianuar. 1666. Heidelbergæ.

Ludouicus Fachſius I. C. Lipſenſis, C.S.E. 6. Aprilis, 1553.

Ludouicus Georgius Huttenus, inter nobiles eruditiſſimus, inter eruditos nobiliſſimus, Poëtarum cultor vnicus, 1. Maii 1613. in præfectura ſua Moſbacenſi Palatina, cælebs.

Ludouicus Gozadinus Bononienſis, inſignis legum interpres, 1536. ær. 57. Bononiæ.

Ludouicus Granatenſis, à patria Bæticæ vrbe ſic dictus, Theolog. egregius, C.S.E. obiit die vltimo Decembr. 1588. Olyſipone.

Ludouicus Grempius, IC. Syndicus Argentinenſis præclarus, 11. Maii, 1583.

Ludouicus Guicciardinus, Franciſci è fratre nepos, Belgiæ deſcriptor feliciſſimus, obiit 11. Calend. April. 1589. ær. 66. Antuerpiæ.

Ludo-

Ludouicus Hirterus Reutlinganus, Iuris vtriuſque Doctor, interfectus eſt Spiræ à Valentino à Streitberg, Gabrielis filio die 3. Martii, hora 3. min, 45. p.m. 1539. qui homicida & ipſe poſtea obiit ex ictu bombardæ in oppugnatione Budenſi.

Ludouicus Lauaterus, Theologus Tigurinus & Hiſtoricus, C.S.E. 15. Iulii, ſtil. vet. 1585. Tiguri.

Ludouicus in Leonrot & Dietenhofen, Eq. Francus, 8. Idus Maii, 1557. Patauii, vbi ſtudebat.

Ludouicus Marſilius, Orator, Philoſophus ac Theologus excellens, laudatus Petrarchæ ac Poggio, 1450. Florentiæ in patria, quæ ei de publico tumulum effigiemque erexit.

Ludouicus Martellus, Camænarum in hortis aſſiduus, poëmatis patriæ linguæ editis notiſſimus 1527. annorum 28. Neapoli.

Ludouicus Media-Rota Patauinus, Patriarcha Aquileienſis, & Cardinalis S. Laurentii in Damaſo, opum magnitudine, ac rerum copia & apparatus magnificentia & ſuperfluo luxu multis regibus prior, obiit Romæ 1465. ætatis 63. m. 4. d. 8. quodq; huius fortunis ac rei familiari euenturum fuerat.

Ludouicus Paſinus, Philoſophus ac Medicus egregius, nec non Profeſſor Patauii publicus, C. S. E. octogeſimo & altero anno 11. Cal. Septemb. 1557. Patauii in patria.

Ludouicus Pontanus de Roma, Iuriſconſultus ſummus, qui ſcripſit Commentaria ad ius Ciuile, Concilia ſingularia & repetitiones, obiit Baſileæ in Concilio ætat. 30. 1439. ex peſte.

Ludouicus Raſponus Dux belli inſignis prid. Cal. Quinctil. 1557. Romæ è febre peſtilenti vix 50.

Ludouicus Regius Conſtantienſis, qui Platonem & Ariſtotelem Gallicè loqui docuit, cùm iam ſenex aliena quadra viuere coactus eſſet, qui neminem tota vita ſuperiorem ferre potuerat, 1579.

Ludouicus Duretus Medicus nemini Gallorum ſecundus obiit 1586. ætat. 59.

Loiſa Sigæa Toletana, propter Latinas, Græcas & Hebraicas literas à Luſitaniæ Regina intra aulam ſuam recepta inter fœminas illuſtres, obiit die 13. Octob. 1560.

Lombardus Sericus Patauinus, vir vndiquaque doctiſſimus, Petrarchæ intimus ſtudiorum Collega, & acer ſolitudinis ipſius æmulator, C. S. E. obiit 11. Auguſti 1490. cælebs.

Lubertus Eſthius, Medicus Phyſiologices Heidelbergæ, 20. Aprilis Paſchale ipſo 1606, ætatis 37.

Lucas Spenglerus Syndicus Norimb. cuius extant Odæ aliquot ſacræ ſermone vernaculo, 7. Sept. 1534. à calculo.

Ludgerus Hereſbachius Colonienſis, I. C. ac Canonicus, obiit 14. Cal. Nouemb. 1605. ætat. 73.

Ludolphus ab Aluensleben, Bibliothecæ egregiè conditor Stendaliæ veteris Marchiæ Metropoli, 7. Iulii, 1610.

Ludolphus Schraderus Patritius Brunſuicenſ. & Eques, Iuriſconſult. Germaniæ celeberrimus, Sacr. Cæſ. Maieſt. & plurimorum Principum Conſiliarius, C. S. E. Brunſuigæ, 1589.

Manilius Marullus, patria Conſtantinopolitanus, à Turca fortunis ampliſſimis ſpoliatus patriaq; eiectus, in qua & pro qua ſummos magiſtratus variasq; legationes geſſerat, Idib. Nouemb. 1500. Anconæ; ætat. 95.

Mannus Donatus Florentinus, Miles ac Dux inſignis, die vltimo Auguſti 1370. Patauii.

Marcellus Virgilius Adrianus Florentinus, interpres poſt Barbarum & Ruellium Dioſcoridis, 5. Cal. Decembr. 1521, in patria.

Marcus Antonius Blancus I. C. non in gymnaſio ſolum Patauino, ſed in vniuerſa Italia, ac in tota penè Europa doctrinæ fama, & ſcriptorum laude, vt viuens celebratus, ita nunc mortuus deploratus, die 8. Octob. 1548. ætat. 50.

Marcus Antonius Coccius Sabellicus, ſcriptor hiſtoriarum Italicarum, moritur Venetiis 1507. ætat. 70.

Marcus

Digitized by Google

Marcus Antonius Flaminius Poëta Italus 1551. Bononiæ.

Marcus Antonius Genua, Philologus haud vituperandus, præceptor Vincentii Pinelli, obiit 1564.

Marcus Antonius Grimanus Senator egregius obiit Venetiis 11. Martii 1565. ætatis 81.

Marcus Antonius Herculanus Comes, Bononienſis, obiit in peregrinatione 15. Ianuarii 1552. Pariſiis: ætatis 36. menſ. 11.

Marcus Antonius Muretus Gallus, I.C. Orator & Philologus, C.S.E. menſe Iunio 1585. ætat. 60. Romæ, cum ibid. publicè docuiſſet annos 21.

Marcus Antonius Maioragius, ſedulus interpres Ariſtotelis ac Ciceronis, pridie Nonas April. 1555.

Marcus Antonius Venerius Diui Marci Procurator ac Philoſophus obiit Venetiis 4. Non. April. 1556. ætatis 72. menſ. 9.

Marcus Beumlerus, Theologus Tigurinus, peſte, 31. Iulii 1611.

Marcus Hieronymus Vida Cremonenſis, Epiſcopus Albæ Pompeiæ, quem proximè ad Virgilianam excellentiam perueniſſe multi eruditorum iudicant, cuius rei euidens teſtimonium præbet inſigne illud opus Chriſtiados & alia ſcripta, quæ hodie non ſine autoris admiratione & æterna laude ab omnibus leguntur: anno 1556. cùm adminiſtraſſet Prouinciam ſuam annos 45.

Marcus Laurinus Decanus ad D. Donatianum Brugis, ad quem multæ Eraſmi epiſtolæ, obiit in Cœnobio ſuo 1540. ætatis 58.

Marcus Mantua Benauidius Patauinus, I.C. in patria ſua maioribus omnibus dignitatibus perfunctus, demum traductus eſt in eminentiſſimum in ſcholis honoris locum quem Supraordinarium nominant, cum facultate publicè docendi vel non ex arbitrio; in maximis diuitiis, titulisque, vtpote Comes & Eques factus à Carolo V. anno 1545. à Ferdinando 1561. à Pio IV. 1564. obiit in patria 1582.

Marcus Niger Theologus, Pontificii Cæſareique Iuris Doctor excellentiſſimus, Auſerienſis Epiſcopus, 13. Calen. Aug. 1485. Patauii.

Marcus Muſurus Romæ, huius anni 1517. autumno, cùm paulò ante Monemuaſienſis Archiepiſcopus deſignatus eſſet, vix deguſtata Cardinalatus dignitate obiit. Fuit natione Græcus, nimirum Cretenſis, ſed Latinæ linguæ vſque ad miraculum doctus; quod vix vlli Græco contigit, præter Theodorum Gazam, & Ioannem Laſcarem. Hæc Eraſmus.

Marcus Vngarius Patauinus ſacerdos doctus, caſtus, comis, Non. April. 1512. ætat. 60. in patria.

Margaritonus Aretinus, picturæ melioris renouator, reuocatorque, moritur Aretii in patria 1316. ætat. 77.

Marianus Scotus Hiſtoriographus, obiit 1086. ætat. 58. Moguntiæ. Tritth. Dodechinus.

Margareta è Mollumorum familia orta, quæ tres menſes nata cæca facta fuit, & ſemel tantum de die veſcebatur pane atque aqua, ſine calceis incedebat, humi aut in ſarmentorum faſcibus dormiebat, poſt quatuordecim annorum morbos grauiſſimos, quibus infinita fecit miracula, 10. Calend. Februar. 1505. è febricula Rauennæ, cui ciuitati diu ante futuras calamitates prædixerat. per duos dies quo cadauer ſeruabatur inſepultum, facies ſudore quaſi rore madeſcebat, quem muccinio abſterſum, eoque ad ignem exſiccato, violarum ſuauiſſimum afflauit odorem, multiſque deinceps annis in eo manſit Linteo. *Rubeus.*

Marianus Socinus Iunior, I. C. clariſſimus, qui multa in iure edidit ſcripta, die 19. Auguſti, 1556. ætat. 74. m. 4. d. 25. Bononiæ. Schraderus.

Marianus Stephanellus Patauinus, Profeſſor Medicinæ ibidem practicæ, obiit 1575.

Marinus Caracciolus, plurimis pro Pontificibus ac Cæſare functus legationibus, S. R. E. Cardinalis, 5. Cal. Febr. 1533. Mediolani: æt. 69.

Marſi-

Marſilius Ficinus Florentinus, Platonis ſoſpitator vnicus, Philoſophus ingenioſiſſimus, C. S. E. 1499. in patria.

Marſilius de Ingelheim, quem Tritthemius Britannum indigitat, 14. Calend. Septembr. 1394. ad D. Petri fanum, ſepultus Heydelbergæ, quò Lutetiæ venerat Academiæ conſtituendæ cauſſa.

Martialis Pegrinus Calaber, Ordinis Minorum Franciſcanorum, Metaphyſices Profeſſor Patauii doctiſſimus, & in diſputando acutiſſimus, obiit ibid. 1575.

Martinus Azpilcueta Doctor Nauarrus, Iuris Pontificii Interpres præcipuus, C.S.E. 11. Cal. Iulias 1585. ætatis anno 94. men. 6. die 8. Romæ.

Martinus Borrhæus Studgardianus, Theologiæ apud Baſil. Profeſſor eximius, plurimiſque in omni literarum genere lucubrationibus celebris, die 11. Octob. 1564. ætat. 65. Baſileæ.

Martinus Bucerus Theologus, 27. Februar. 1551. ætat. 61. Cantabrigiæ in Anglia.

Martinus Colius Canonicus, qui quatuor Burſas Louanii fundauit, duas vt inſeruirent Artib⁹, duas vt Theologię, die 11. Febr. 1556. Bruxellis.

Martinus Chemnitius, Theologus Brunſuicenſis, C.S. E. die 8. Aprilis, ſtilo vet. noctis hora 12. 1586. an. æt. 64. miniſterii 33.

Martinus Cromerus Varmienſis in Boruſſia, Epiſcopus, & Polonicæ hiſtoriæ Scriptor, die 13. Martii, 1 89.

Martinus Cruſius, Græcæ linguæ in Academia Tubingenſi Profeſſor, 1607. ætatis 81. Tubingæ, tempore verno.

Martinus Delrius Antuerpienſis, ſed è parentibus Hiſpanis, Iuriſconſult. Criticus & Theologus, è Societate Ieſu, C.S.E. 1609.

Martinus Dorpius Batauus, ſuis atque Eraſmi ſcriptis celebris, pridie Calend. Iun. 1525. Louanii, media iuuenta.

Martinus Frechtius Theologiæ Licenciatus, 25. Septembris *1556.* Tubingæ.

Martinus Gerſtman LL. Doctor, patria Boleslauienſis, ex vetuſta & honeſtiſſima ciuium eius oppidi in Sileſia familia oriundus, vir doctiſſimus & ſapientiſſimus, Epiſcopus Vratislauienſis, die 22. Mart. ſtilo nou. *1585.* ætatis 58. Niſſæ: Cum Epiſcopatui præfuiſſet an. 13. In locum Epiſcopi huius defuncti à Collegio Vratislauienſi ſurrogatus eſt Dn. Andreas Ierinus, natione Sueuus, Canonicus & Decanus Vratislauienſis, & Theologiæ Doctor, 1. Iulii, ſtil. nou.

Martinus Heemskerkius Batauus, Pictor elegans naſcitur 1498. obiit annorum 74.

Martinus Heluigius Niſſenus, qui per annos complures magna cum eruditionis, fidei & dexteritatis laude in Schola Vratislauienſi pubem literariam docuit, 26. Ianuar. *1574.* ætat. *58.* Vratislauiæ.

Martinus Henricus Saganenſis Sileſius, Theologus & Profeſſor Academiæ Witebergenſis, 18. Octobr. ſtil. vet. *1584.* Witebergæ.

Martinus Kinnerus à Scherffenſtain, Muſicus & Poëta egregiè præſtans, qui de nulla re magis ſolitus fuit gloriari in vita ſua, quàm quod fuiſſet per annos multos & auditor, & familiaris Philippi Melanchthonis, die 24. Aprilis, ſtilo nou. *1597.*

Martinus Lipſius Bruxellenſis, caſtigandis Patrum Latinorum ſcriptis mirè diligens, obiit 24. Martii *1555.* Louanii, vbi præfectus erat Monaſterio Crucilenſico.

Martinus Lutherus, Theologiæ Doctor, obiit Islebiæ in patria, 18. Februarii, die Iouis manè hora 3. *1546.* à morte Huſſi 131. die Concordiæ, ætat. *63.* Vixit in Academia Witebergenſi annos 38. Poſtremam Concionem Witebergæ habuit, 17. Ianuarii, Dominica II. poſt feſtum Epiphaniæ Domini. Et Witeberga profectus eſt Islebiam 23. Ianuar. vt compoſitioni controuerſiæ Mansfeldenſium Comitum intereſſet, &c. Vltimam ſuam cōcionem habuit Islebię 14. Februar. quatriduo ante obitum. Corpus Witebergæ ſepultum

ſepultum eſt in templo arcis, die Cathedræ Petri 22. Februarii. Huius mortem conſecuta ſunt duo, 1. bella Theologica, 2. bella ciuilia Euangelicorum inter ſe.

Martinus Mirus Theologus, 24. Auguſti, ſt.v. 1593. ætat. 61.

Martinus Mylius, Rector Gymnaſii Gorlicenſis, 27. Iulii 1611. ætat. 69.

Martinus Perezius Baronius Cantaber, die 5. Decemb. 1602. Antuerpiæ ætatis 69.

Martinus Polichius Mellerſtadius Francus, Philoſophiæ. artis Medicæ ac Theologiæ Doctor: primus Rector Academiæ Vitebergenſis, die 27. Decembr. 1513. ibidem.

Martinus Rulandus, Medicus, C. S. E. 3. Febr. 1602.

Martinus Schillingus, Patritius Vratislauienſis, Vir optimus & doctiſſimus, die 12. Iunii, ſtyl. nou. 1595. Vratislauiæ.

Martinus Thaburnus, qui ad excellentem doctrinam & linguarum ſolidam cognitionem adiunxerat eximium pietatis ſtudium, virtutem & fidem, illuſtris Gymnaſii Goltbergenſis Rector, & Trozendorfii Collega ac ſucceſſor, 15. April. 1579. ætat. 55.

Martius de Martiis Epiſcopus Merſenſis, Venetiis 11. Nouemb. 1574.

Matthæus Aurogallus, Ebraicæ linguæ peritia clarus: die Martini 1543. Witebergæ.

Matthæus Dreſſerus, Profeſſor Lipſenſis, C.S E. ſenex. Lipſiæ 5. Octob. 1607.

Matthæus Hoſtus, Græcæ linguæ in Acad. Francofurtana Profeſſor per annos 53. C. S. E. die 29. Aprilis ſt.vet. hor. 11. antemerid. 1587. ætatis 79. Francofurti ad Viadrum.

Matthæus Iudex Theologus; hiſtoriæque Eccleſiaſticæ ſcriptor obiit Roſtochii, quo exul excurrerat ad ſolennem promotionis actum; 15. calend. Iun. 1564.

Matthæus Lannoyus Antuerpienſis I C. & Profeſſor 21. Febr. 1586. ætat. 45. Heidelbergæ.

Matthæus Muſa Fimerienſis Danus, Eccleſiaſtes Roſtochii, obiit 29. Iunii 1564.

Matthæus Roſelerus Roſtochienſis Reip. Syndicus & Profeſſor, 23. April. 1569. ætat. 41.

Matthæus Weſenbecius Antuerpianus, I C. nobiliſſimus, Commentariis Iuris methodicis & reſponſis, aliiſque egregiis Operibus de vera Iuriſprudentia præclare meritus, Witebergæ, die 5. Iunii, ſt. v. 1586. an. ætat. 55.

Matthæus Zittardus Aquiſgranenſis, Theologus eloquentiſſimus, aduerſarius Archiepiſcopo Colonienſi Hermanno, cum à Pontifice deficeret, 1564.

Matthias Bergius Brunſuicenſis, vir doctiſſ. die 22. Auguſt. ſt. v 1592. Altorfii.

Matthias Boſſemius Amſterodamenſis, Theologus & Cancellarius Duacenſis prid. Non. Febr. 1599. æt 70.

Matthias Cittardus, Concionator aulicus Maximiliani II. Imp. Vir doctrina & eloquentia præſtantiſſimus, die 19. Octob. 1566. Eberus.

Matthias Colerus Aldenburg. I C. clariſſ. collegii Iuridici in Academia Salana Ordinarius, & Profeſſor primarius, C. S. E. die 22. April. ſt. v. 1587. ætat. 57. profeſſionis 29. Ihenæ.

Matthias Flacius Illyricus, Theologus, C. S E. morbo epidemio aut peſte, die 11. Martii, 1575. ætat. 56. Francofurti ad Mœnum.

Matthias Meier Carpophorus vir honeſtus & beneficus in literatos ac Muſicos 22. Decemb. 1564.

Matthias Quadius chalcographus ac poeta diligens, die 5. Auguſti 1613. Eppingæ in Palatinatu, vbi agebat Ludimagiſtrum, ætat. 55.

Matthias Schenkius Auguſtanæ Scholæ Rector menſe Iulio 1571. ibid.

Matthias Stoius Archiater Boruſſiæ Principum 26. Aprilis Regiomonti. hic eſt quem Petrus Lotichius vocat fere *Sidus Boruſſiacum.*

Matthias

Digitized by Google

Matthias Zellius Theologus Argentinenſis, cum ibidem docuiſſet an. 26. ætatis 71. 9. Ian. 1548.

Mauritius Hellingus, Superintendens & Paſtor Eccleſiæ Norimbergenſis 1595. ætat. 74. Norimbergæ.

Mauritius ab Hutten Epiſcopus Eyſtetenſis 8. Idus Decemb. 1552. ætat. 49. d. 11.

Maurus Florentinus, Theologus humaniorumque literarum viuum quaſi promptuarium 27. Septemb. 1556. ætatis 63. nullum genus vnquam morbi expertus.

Maximus Margunius, Epiſcopus Cytherenſis, qui aliquot opuſcula Nyſſeni de græco in latinū tranſtulit, multa etiam ipſe ſcripſit lingua Græca 1602. Venetiis.

Maximus Taurinenſis Epiſcopus, cuius homiliæ ab Alcuino collectæ paſſim leguntur, hoc ſæculo vixit. 434. Petrus de Natalib. lib. 2. cap. 9.

Melchior Angerus Hirſbergenſis Sileſius Theologus & Senator Eccleſiaſticus 31. Martii 1607. ætat. 59. Heidelbergæ.

Melchior Fendius D. & Profeſſor in Acad. Witeberg. die 8. Nouemb. 1564. ætat. 78.

Melchior Guilandinus Patauii horti medicinalis cuſtos ac Profeſſor obiit 1589. teſtamentoque libros ſuos Reipublicæ Venetæ & mille ſcutatos dedit; cetera Benedicto Aloiſio Georgii Marci Procuratoris filio, cui domui præ cæteris ſemper cariſſimus fuerat.

Melchior Iunius, Rector Acad. Argentinenſis, 26. Ian. 1604. ætat. 59.

Melchior Kling, Iuriſconſultus celeber. C. S. E. 19. Februar. 1571. in Salinis Saxonicis.

Melior Volmarius Rotuillenſis Germanus, Caluini & Bezæ Præceptor, ætat. 64. Iſnæ 1561.

Menſo Altingius Friſius Eccleſiaſtes Embdæ 7. Octob. ſt. v. 1612. ætatis 71.

Michael Angelus Bonarotius ſculptor, pictor & architectus fama omnibus notiſſimus, Romæ . . . . . vixit an. 88. menſes 11. dies 15.

Michael Beuthetus, Polyhiſtor, nec non I C. & Hiſtoricus eximius, C.S.E. 8. Nouembr. ſt.v. 1587.ætat.65.Argentinæ.

Michael Druſius Casletenſis, I.V. D. & annos 28. ordinarius Decretorum Profeſſor, fundatorque nominis ſui Collegii, 16. Septemb. 1559. ætatis 63. Louanii.

Michael Heldingus aliter Sidonius ex tenuis fortunæ parentibus natus, induſtria ingenii factus Archiepiſcopi Moguntini ſuffraganeus, cum Pflugio & Islebio auctor *Interim*, conſtitutuſque ab Carolo V. Epiſcopus Merſeburgenſis, 1561 ætatis 55.

Michael Hoſpitalius vir ſapientiſſ. Cancellariuſq; Regis Franciæ, ætatis 70. 3. Eid. Martii 1573.

Michael Iſyngrinius inter typographos minime poſtremus, 3. Martii 1557. Baſileæ.

Michael Marullus Conſtantinopolitanus Poeta nemini ſecundus, iter faciens in Cecina Etruriæ ſubmerſus 16. Maii 1466.

Michael Neander Sorauienſis Sileſius; Vir doctiſſ. & Scholæ Ilfeldenſis ad annos 45. Rector feliciſſimus, C. S. E. die 26. Aprilis, ſt. v. 1595. æt. 70. Ilfeldæ.

Michael Noſtradamus Aſtrologus practicuſque per vniuerſam Galliam famoſiſſimus 2. Iulii 1566.

Michael Pegius Mediolanenſis, dum ætatis annum vndevigeſimum ageret, & Cæſarei iuris ſtudio incumberet, die 16. Maii 1524. Patauii.

Michael Pocciantius, Theologus, Philoſophus, Hiſtoricus, Antiquariuſque accuratiſſimus, 8. Idus Iun. 1576. Florentiæ in patria, ætatis 41.

Michael Pſellus Philoſophus Conſtantinopoli floruit, 1057.

Michael Quarantoctius Nobilis Patauinus, Iuris vtriuſque Profeſſor primarius obiit 1597.

Michael Siluius Portugallenſis, Poeſeos & omnis humanioris literaturæ callentiſſimus, Luſitanorum Regum ad Pont. M. legatus; S.E. Cardinalis, Non. Iun. 1556. Romę.

Michael

Michael Stifelius Eslingenſis, cuius exactiſſimi libri Archimetici extant, poſtquam in diuerſis Saxoniæ & Boruſſiæ locis docuiſſet, die 19. Aprilis 1567. ætatis 58. Ihenæ in Thuringia.

Michael Teuberus I.V.D. Electoris Saxon. Conſiliarius, & Profeſſor Acad. Witebergenſis, 16. Septemb. ſt. vet. 1587.

Michael Verinus cuius extant pietatis pleniſſima Diſticha, quique morbo conſumi maluit, quam venere vulgari valetudinem ſibi reparare, 1483. in patria Florentiæ, ætatis 22.

Michael Zieglerus Patricius Sueuus peragratis pluribus Germaniæ, Galliæ, Italiæ ciuitatibus natans in Ticino mergitur Non. Quintil. 1564. ætatis 27.

Modeſtinus Piſtoris, Simonis filius, nobilis I C. & Electoris Saxoniæ Conſiliarius, C.S.E. die 15. Septemb. 1565. ætatis 48. m. 9. d. 6.

Modeſtus Polentonus Patauinus Eques & Profeſſor Iuris præclarus, cuius conſilia laudantur à Cepolla, 14. Septembr. 1490. in patria.

D. Mommolus Abbas Floriacenſis, Burdigalæ obiit 702. vbi memoria eius ſexto Idus Auguſti in monaſterio S. Crucis religioſe colitur. fertur ad trecentos & ſeptuaginta vixiſſe annos, ſicut fidem facit epitaphium prope eius ſepulcrum exaratum.

Monaldus de Roſariis prouincialis Carmelitarum Aquitaniæ, C.S.E. 1508. Burdegalæ.

Moſes Pflacher Theologus, C.S.E. Campoduni, 14. Auguſti 1589.

Nathan Chytræus, olim Profeſſor Acad. Roſtochianæ, poſtea Scholæ Bremenſis Rector, C.S.E. die 27. Febr. ætat. 55. 1598. Bremæ.

Nazarius Scopulus, Eques & IC. eminentiſſimus, qui Mantuæ ſub Frederico, Franciſco, Gulielmo Principibus, Senatui & auditorio 40. annos de iure reſpondit, 6. Idus Febr. 1568.

Nannus Antonius di Banco nobilis Florentinus, ſculpturæ artis peritiſſimus, quam exercere gloriæ potius ducebat, quam ignominię, obiit in patria 1430. ætatis 47.

Nicaſius Iuriſconſultus Coloniam venit, qui amiſit oculorum lumen anno ætatis 4. & tamen ita feliciter verſatus eſt in literis, vt factus ſit Doctor LL. & Licentiatus Theologiæ. Prælegit Inſtitutiones Iuris. 1489.

Nicaſius de Werda Mechlinienſis oculis captus ab anno ætatis quarto, Theologiæ Licentiatus & I.V.D. ac Profeſſor, 7. calend. Septemb. 1492. Coloniæ Agrippinæ.

Nicodemus Friſchlinus Balingenſis C.S.E. captus Moguntiæ anno 1590. menſe Aprili, & inde in Wirtenbergiam traductus 29. Nouemb. noctu ante diem S. Andreæ proximam, conatus autem euadere captiuitatem arcis Hohenauracenſis, à perfido fune, quem ex pannis confecerat, deſertus, de celſo muro in aliam atque aliam petram ſubiectam præcipitatur, partibuſque corporis miſerabiliter confractis, interiit.

Nicolaus Adelmarius Iudex iuris vtriuſque peritiſſim⁹, 2. Iunii 1566. Taruiſii.

Nicolaus Agricola Brechtanus, eruditione & pietate clarus, ſacellanus templi Sclopetariorum, die 29. Ianuar. 1606. ætatis 64. Antuerpiæ, bonis ſuis relictis Porcenſi Louanienſium Pædagogio.

Nicolaus Boerius I C. ac Præſes Burdegalenſis, C. S. E mor. menſ. Maio 1538. legata Senatui Bibliotheca.

Nicolaus Borbonius Vandoperanus, Grammaticus & Poeta ſui temporis non infimi nominis, C.S.E. claruit Pariſiis 1533.

Nicolaus Cantilouve, alias Cantilupus, ex Cambria ortus, de Comitum Demetarum genere, Theologus atque Hiſtoricus, 27. Septemb. 1441. Northamptonæ.

Nicolaus à Caſtro Middelburgenſium Antiſtes, natus Louanii patre Bedellio artium, ſeptuagenarius dyſenteria correptus, 1574.

Nicolaus

Nicolaus de Creutzenach Theologus, Viennæ obiit 1492. Tritthemius.

Nicolaus Ciſnerus I C. & Iudicialis Cameræ Spirenſis Aſſeſſor, C. S. E. die 14. Martii, 1583. anno ætat. 53.m.21. d. 6. Heidelbergæ.

Nicolaus Clenardus, cum integrum annum Arabicæ Linguæ & codicibus conquirendis hæſiſſet in Mauritania, in itinere Hiſpanico obiit 1541.

Nicolaus Contarenus, Aloiſii filius, Senator inſignis obiit Venetiis pridie Id. April.1571. æt.61. m.6.d.18.

Nicolaus Copernicus Turonienſis Boruſſus, natus 1473. Mathematicorum noſtro ſeculo Præceptor 1543. ætatis 70.

Nicolaus Crellius, I. V. D. & Cancellarius quondam Chriſtiani Electoris Saxon. capite truncatus die 9. Octobr. 1601. Dreſdæ.

Nicolaus Curtius Brixianus, Medicinæ Profeſſor Patauii, cùm inde vitãdæ peſtis cauſa abiiſſet in patriam, eandem ibidem incurrit 1576.

Nicolaus Cuſanus Moſellanus Germanus, Cardinalis & Epiſcopus Brixienſis, Theolog. Rhetor, Mathematicus & Philoſophus, Romæ 11. Auguſti, 1464. ætat. 63.

Nicolaus Damaſus Lindanus Theologus & Epiſcopus Gandauenſis, C. S. E. 2. Nouemb. 1588.

Nicolaus Epiſcopius Sebuſianus, Ioannis Frobenii gener, Typographus Baſilienſis clariſſ. ex cuius officina multa præclara volumina ſacra, profana, Græca & Latina prodierunt, ex atrophia, die 7. Martii 1564. ætatis 63. Baſileæ.

Nicolaus Euerardus Middelburgenſis Zelandus I C. præſtantiſſimus C.S.E. curiæ Mechlinienſis Præſes 9. Auguſti 1532. Ibidem. hic ipſe eſt pater trigæ illi Poetarum Nicolao Grudio, Hadriano Mario, Ioanni Secundo.

Nicolaus Eymericus Gerundenſis prouinciæ Catalauniæ Theologiæ Doctor, & iudex religionis per annos amplius 44. C. S. E. pridie Non. Ianuarii 1393. in patria.

Nicolaus de Faba Medicus, 5. Octob. 1483. Bononiæ.

Nicolaus Ferrettus Græce Latineque doctiſſimus, Poeta oratorque præclarus C. S. E. 14. calend. Februa. 1522. Rauennæ; ætatis 78. eodemque fere momento vxor eius Bona Franchina.

Nicolaus Gerbelius Phorcenſis I C. & Profeſſor Argentinenſis, eruditionis laude clarus, C. S. E. die 20. Ianuarii 1560. Argentinæ.

Nicolaus Gruchius Gallus antiquitatis Romanæ callentiſſimus, Sigonii antagoniſta C. S. E. Rupellæ 1572.

Nicolaus Grudius Louanienſis, Poeta egregius, Philippo II. Regi à Conſiliis Venetiis, 1571.

Nicolaus Hemmingius, Daniæ clariſſimus Theologus 23. Maii, ætat. 87. 1600.

Nicolaus Iagenteufel Eccleſiaſtes Annebergenſis 26. April. 1526. circa 5. horam pomeridianam Regiomonte.

Nicolaus Irmius Senator belli paciſque artibus clarus 15. calend. April. 1552. ætat. 44. Baſileæ.

Nicolaus Kenton Sudfolcienſis, Rhetor, Poeta, Philoſophus ac Theologus diſertus, 4. Nouembr. 1468. Londini.

Nicolaus Leonicenus Medicus Vicentinus, Illuſtrator Dioſcoridis, qui Ferrariæ docuit amplius 60. annos, obiitque 1524. 8. Iunii ætatis 96. Hic dixit, ſe viridi vegetaque ſenecta vti, quia caſtam iuuentutem ætati virili tradidiſſet.

Nicolaus à Lyra, Berchemiæ Dominus, Eques auratus, M.r.hio Antuerpienſis, die 23. Maii 1531.

Nicolaus Machiauellus patriæ ſuæ Florentiæ à ſecretis, Orator, Poeta, Hiſtoricus præclariſſimus, C. S. E. 1526. in patria.

Nicolaus

Nicolaus Mayoulius Canonicus, 14. Iulii 1521. Bruxellis.

Nicolaus Marſchalcus Thurius, Linguarum & literarũ omnium peritus I.C. 12. Iulii 1525. Roſtochii. huicq; monumentum exſtruxit Henricus Megapolenſium Dux.

Nicolaus Menius, Theologus Marchicus, Küſtrini. m. Feb. 1611. ſeptuagenarius.

Nicolaus Micantius Bruxellenſis Carolo V. & Philippo II. in ſanctiore concilio à cõſiliis & c. prudentiæ, probitatis fideiq; laude inſignis 17. Cal. Septemb. 1589. in patria.

S. Nicolaus Myræ in Lycia Epiſc. ob beneficentiam in pauperes celebris, floret 343.

Nicolaus Nicholus Florentinus, Coſmographus, Philoſophus, Antiquarius eximius cuius domus ab eruditis tanquam viua Bibliotheca colebatur, prid. Non. Februar. 1430. in patria, æt. 73. cælebs.

Nicolaus à Noſtitz, Eques Luſatius, S.C. Maieſt. in Camera Regni Bohemiæ Conſiliarius, eruditæ doctrinæ, virtutis, pietatis ac prudentiæ laude domi foriſque celebris, die 24. Maii, 1590. Pragæ.

Nicolaus Pacmeiſter Mathematum Profeſſor Ienæ 20. Aug. 1551.

Nicolaus Perenotus Granuellanus Veſuntinus, Caroli Quinti Imperatoris Conſiliarius intimus, die 28. Menſis Auguſti, 1550. Auguſtæ Vindelicor. quo tempore Carolus ibi Comitia celebrabat. In cuius locum ſuffectus eſt Antonius Perenotus Granuellanus filius, Epiſcopus Atrebatenſis.

Nicolaus Perottus, Epiſcopus Sipontinus C.S.E. claruit hoc tempore, 1470.

Nicolaus Põtanus, ſiue de Ponte, inſignis I.C. & in humanarum literarũ ſtudiis ſua ætate præſtantiſſimus, iuriſq; Põtificii in patria Patauii profeſſor Cal. Sept. 1474. Romę.

Nicolaus Radzeuilus Dux Olicæ & Niſcheuici, Palatinus Vilnenſis, ingenio, virtute & autoritate excellẽs, Biblia, ex Ebraicis & Græcis fontibus in linguam Polonicam

magnis ſumptibus verſa,primus Sarmatis dedit, 28. Maii, 1565.

Nicolaus Rapinus Fontenaio ortus, Pictonicæ regionis oppido,rerum capitalium præfectura apud Pariſios inſignis, nec minus perpetua erga Reges Francorum fide, fœcundoque & habili ad poeticam ingenio Latinam pariter,Gallicamque,circa Id.Febr. 1608. Auguſtoriti,cum è patria abiiſſet ad viſitandos veteres Lutetiæ amicos, ætatis 68.

Nicolaus Reibeiſen nobilis Bauarus Senis profectus gradus ſumendi cauſſa, 14. Aprilis,1552.æt.23.

Nicolaus Rhedigerus Senior,genere, animo,ſapientia, autoritate & virtute vir nobiliſſimus, Præfectus Senatus Vratiſlauienſis digniſſimus, Mecœnas ſtudioſorum liberaliſſimus,die 28.Iun. St.N.1587. Vratiſlauiæ.

Nicolaus Ridleius illuſtri genere Dunelmenſis, Roffenſis primo,poſtea Londinenſis Epiſcopus, C.S.E.16.Octobris, 1555.flammis abſumptus Oxonii ob Lutheraniſmum.

Nicolaus à Seidlitz N. V. Sileſius,15.Septembris,1582. Witebergæ, ætat.30. cum rurſus illac iter Baſileam ſuſciperet,ſtudiorum cauſſa,quorum ei vnus erat amor.

Nicolaus Selneccerus,Theologus Lipſenſis, cuius plurima de rebus Theologicis extant ſcripta, 24. Maii, St.V. 1592. æta. 60.Lipſiæ.

Nicolaus Serarius Theologus ac Philologus nō è multis C.S.E.Cal.Iul.Moguntiæ 1609.

Nicolaus Sudorius Præſes Curiæ Pariſienſis, Poeta excellens, quique Pindarum totum,numero quidem diſpari,ſed pari omnino ſpiritu Latinis auribus reddidit, quinquageſimo quinto anno, ab impia latronum manu, dum Sequanorum finibus in vrbem ſe recipit,necatur 1594.ſub id tempus quo ab Henrico IV. Lutetia recepta eſt, quod accidit 24.Martii.St.N.

Nicolaus Taurellus, Philoſophus Altorfianus, 1606. 28.Septemb.

Nicolaus

Digitized by Google

Nicolaus Trapolinus apud Maximilianum Imperatorem & vice regem Alphonſum Daualum à conſiliis intimis, Orator, Poeta, Hiſtoricus exactiſſimus, menſe Septembr. 1559. apud Pratumuallis prope Patauium, patriam, ætate 94.

Nicolaus Triuiſanus Epiſcopus, artium & Theologiæ Doct. 7. Sept. 1451. Patauii.

Nicolaus Triuiſanus Patauinus, vir vniuerſæ Italiæ doctrina, moribus, & perpetua innocentia probatus, Epiſcopus Cenetéſis 4. Idus Ian. 1498. in patria. vixit an. 62. m. 2.

Nicolaus Valla Lælii filius, qui Iliadem Homeri & Heſiodum adoleſcens carmine Heroico verterat, 26. Septéb. 1473. in flore ætatis Romæ.

Nicolaus Varenbuler, I. C. ætat. 85. 20. Aug. 1604. Tubingæ.

Nicolaus Vigenerius Barenſis profeſſione Medicus, Hiſtoricus Regius Lutetiæ dum plurima raræ doctrinæ ſcripta typis committit, 23. Martii 1596. ætat. 66.

Nicolaus Vogelerus I. V. Licentiatus ac Conſul vir facundus atque induſtrius 1587. ætatis 63.

Nicolaus Wotonus Roberti Equitis aurati filius, I. V. D. Henrico VIII. Eduardo VI. Mariæ atque Eliſabethæ à ſecretis conſiliis, & legationibus, 26. Ian. 1560. Londini fere ſeptuagenarius.

Octauianus Ferrarius Mediolanenſis, Philoſophus Ticinenſis, 1572. ætat. 63.

Octauius Cleophilus Fanenſis, Poeta non plane ineptus, moritur 1490. in patria, ætat. 43.

Odofredus I C. cognominatus à Iuriſprudentiæ candidatis Parens Legum. 5. Octobris. 1265.

Oliuerius Bockius Aloſtenſis pædagogii Electoralis Heidelbergenſis Rector 17. Feb. hora 11. noctis 1571.

Oliuerius Forceta 1360. Taruiſii is moriens 80. millia aureorum Xenodochio D. Mariæ reliquit, quorum ex annuo reditu, in carcerem coniecti ob æs alienum redimerétur, virgineſque pauperes dotarentur.

Olympia Fuluia Morata, Fuluii Morati Ferrarienſis Philoſophi filia, Andreæ Grunthleri Medici Suinfordienſis coniunx, Græcarum & Latinarum literarum cognitione egregie exculta, cuius extant Carminum & Epiſtolarum libelli, die 26. Octobris, 1555. ætatis 28. Heidelbergæ.

Onufrius Panuinius Veronenſis Eremita Auguſtinianus, antiquitatis indagator ſolertiſſimus, C. S. E. Panormi in Sicilia, 18. Calend. Aprilis, 1568. ætatis 39. inchoato.

Origenes Scriptor Eccleſiaſticus ætat. 69. obiit Tyri, vbi & ſepultus eſt. 254. Hieronymus. Natalem eius habes ſupra N. C. 186. quem niſi connumeres, non complebis 69. annos. Origenes omnes tam Græcos quam Latinos ſcriptores operum ſuorum magnitudine ſuperauit. D. Hieronymus fatetur ſex millia librorum eius ſe legiſſe. De eius ſcriptis olim dictum eſt: Vbi bene ſcripſit, nemo melius. Reliquit poſt ſe diſcipulos plurimos, inter quos fuit Gregorius Epiſcopus Neocæſarienſis, qui illo ſæculo floruit.

Orlandus de Laſſo natus Montibus Hannoniæ Muſicorum ſeculi noſtri Princeps, die 13. Iunii St. N. 1593. ætat. 73. Monaci in Bauaria.

Orontius Finæus in Brianſonio Delphinatum oppido patre Medico genitus, Mathematum Profeſſor Lutetiæ, anno 1555. pridie Non. Octob. hora à meridie 4. qua in lucem venerat; ſexagenario paullo maior.

Orſatus Iuſtinianus, Procurator Venetus, in bello 5. Id. Quintil. 1464.

Ortuinus Gratius, in officina typographica Quentelia-na præfectus Correctorum, 1542 Coloniæ.

Oſwaldus Crollius, eximius Chymicus Medicus Imp. Pragæ, 1609.

Oſualdus Myconius Lucernas, Theologus Baſilienſis, die 15. Octobris. 1552. ætat. 64. Succeſſit Simon Sulcerus Lutheranus.

Otho

Otho Brunfelſius Medicus & Theologus, 23. Nouembr. 1534. Bernæ.

Otho Caſmannus, C. S. E. exſtinctus peſte, Stadæ Saxonum. Cal. Auguſt. 1607. æt. 45.

Otho à Grunrad Miſnicus Mauritii Naſſouii & deinde Friderici IV. Electoris Palat. præceptor, Senatus Eccleſiaſtici Præſes 15. Aprilis, 1613. hora nona veſpertina Heidelbergæ.

Otho Roſencrantzius Georgii F. perluſtratis aliquot Germaniæ Academiis, vix in patriam reuerſus 7. Martii 1582. æt. 21. Hornſleti in Iutia Danica.

Otho Werdmüller Theologus & Philoſophus 25. Martii, 1552.

Otonellus de Diſcalceis I. C. Principibus Carrarienſibus ſumme gratus, & multis legationibus atq; honoribus à Franciſco Iuniore decoratus, 11. Septembr. 1403. Patauii in patria.

Ouidius Poeta in exilio moritur, & iuxta oppidum Tomos ſepelitur, æt. 60. anno 4. Tiberii Euſeb. Chriſti 19.

Pamphilus, Euſebii neceſſarius & amicus coniunctiſſimus, martyrii corona donatur anno quinto perſecutionis, 307. Euſeb.

Pantaleon Candidus, Auſtriacus, Theologus Bipontinus, C.S.E. 1608. æt. 68. miniſterii 43. Biponti.

Paris Han ex Italia nō ita pridem reuerſus, ſemetipſum ſclopeto quod infeliciter mouet traiicit in arce ſua Idibus Maiis 1587.

Patricius Hamiltonius Profeſſor publicus Marpurgi in Scotiam ſuam redux, hæreſeos ergo comburitur ad S. Andream pridie Cal. Mart 1528.

Paulus Æmilius Veronenſis, hiſtoricus Gallicus integerrimus eloquentiſſimuſq; vt liquet è ſcriptis, 5. Iul. 1529. Pariſiis.

Paullus Aicardus Philologus inſignis, contubernalis Ioan. Vincentii Pinelli obiit 4. Id. Aug. feſto Martyris Laurentii 1597.

Digitized by Google

Paulus Animuccia, Iohannis frater, Florentinus, Muſicus venuſtiſſimus, 1563. Romæ.

Paulus de Caſtro IC. diſertiſſimus, qui Commentaria in lib. Pandect. & Codicis ſcripſit, & in Iure Conſiliorum volumina plura reliquit, poſtquam Patauii, Florentiæ & Bononiæ docendi laborem annos 57. ſuſtinuiſſet, Patauii obiit 1438.

Paulus Craſſus Patauinus, non ſolum medicinæ ſcientia, cuius egit Profeſſorem in patria, ſed etiam eloquentiæ laude clariſſimus, optimiſque literis tum Græcis tum Latinis ornatiſſimus, C. S. E. obiit 1574.

Paulus Eberus Kittingenſis, Eccleſiaſtes Witebergenſis C. S. E. 10. Decemb. 1569. æt. 59.

Paulus Fabricius Mathematicus Cæſareus, & Acad. Viennenſis Profeſſor, d. 19. April. St. N. 1589. in prædio ſuo Laachano prope Viennam.

Paulus Fagius, de literis Ebraicis præclare meritus, die 13. Nouemb. æt. 45. 1550. Londini in Anglia.

Paullus Fontana Auguſtinianus Theologus eloquentiſſimus, 26. Auguſt. 1524. Neapoli. vixit annos 54. men. 4. d. 7.

Paulus Foxius Archiep. Toloſanus, Romæ inter ſacra repentino morbo correptus, 1584. æt. 56.

Paulus Iouius Nouocomenſis, Epiſc. Lucerinus, Hiſtoriarum ſcriptor celeberrimus, 11. Septemb. 1548. ætat. 68. m. 7. d. 23. Florentiæ.

Paulus Lutherus, D. Martini Lutheri filius, Medicinæ Doctor, & Auguſti Electoris Saxoniæ archiatrus, 8. Martii, 1593. St. V. Lipſiæ.

Paulus Manutius Romæ, quo ante aliquot an. Venetiis erat euocatus, vt ſacrorum librorum editioni præeſſet, attenuato aſſiduis ſtudiis corpore, cum diu præ macie in lecto decubuiſſet 8. Idus Apr. 1574. ad Mineruæ ſepultus.

Paulus Mathiæ Rodſchildiæ Epiſcopus & Academiæ Hafnienſis Profeſſor præcipuus, 30. Octob. 1590.

Paulus Meliſſus Schedius Francus, Ciuis Romanus, P.

C Bi

C. Bibliothecarius Electoris Palat. Heidelbergæ, 3. Febrit. 1602. æt. 63.

Paulus Merula, Hiſtoricus Leidenſis, Roſtochii, 1607. ætat. 49.

Paulus Ranzouius Ioannis F. poſt aliquot expeditiones bellicas domum redeuns, diuturno morbo Cal. Apr. 1579. cum vixiſſet ann. 51. m. 5. d. 6.

Paulus Rhoda Theologus Stetinenſis, 12. Januar. 1563.

Paulus de Venetiis Philoſophorum Monarcha, Theologiæ D. clariſſimus, Ordinis Eremitarum D. Auguſtini, die 15. Iunii 1419. Patauii.

Paulus Vetzerus Nordlingenſis Med. Doct. 3. Martii, 1552. Lipſiæ, æt. 54.

Paulus Witychius Vratiſlauienſis, Mathematicus excellentiſſimus, die 9. Ian. St. N. 1587. Viennæ.

Paullus Zabarella Epiſc. Argolicenſis, & in concionando inter omnes ſui ordinis ſuæq; ætatis eloquentiſſimus, 15. Iulii 1525. Patauii.

Petrinus Bonaccurſius Vaga Florentinus, qui ingenio & arte ſingulari, egregios cum pictores permultos, tum plaſtas facile omnes ſuperauit, obiit 14. Cal. Nouembr. 1547. Romæ. vixit an. 46. m. 3. d. 21.

Petreius Canutus Ripenſis Lector Soræ in Dania, 8. Septemb. 1569.

Petreius Tiara, Vorcomius Friſius, Medicus, Mathematicus, Philologus, Poeta ſummus, Græcæ linguæ primum Lugduni Batauorum, dein Franekeræ, 1586. ætat. octuageſimo.

Petrus Accoltus Archiepiſcopus Rauennæ per ann. 9. m. 5. Idib. Decembr. 1532.

Petrus de Aliaco, Gerſonis præceptor, Epiſcopus Cameracenſis moritur Onuph. Fuit vir magni nominis inter Doctores Scholaſticos. Danæus ſcribit eum interfuiſſe Concilio Baſilienſi, 1425.

Petrus Aloſtanus Antverpienſis I. V. D. & in patria ſua

Conſul, cum Alenconius proditorie eam inuadere conabatur, 20. Martii 1590. Francodalii.

Petrus Apianus Beneuizius Leiſnicæ natus in Miſnia, Aſtronomus & Coſmographus celeberrimus, C. S. E. 21. Apr. 1552. Ingolſtadii nephridite.

Petrus Aponus Patauinus Medicus doctiſſimus, C.S.E. obiit 1312. æt. 66. accuſatus ante mortem ab Inquiſitorib. hæreſeos, damnatuſque à morte: adeo vt oſſa eius publice in patria comburenda veniſſent, niſi ea clam ſubduxiſſent propinqui. effigies tamen eius palam cremata fuit.

Petrus Bacherius Gandauenſis, Dominicanus, Doctor Theologus, & Poeta egregius, pridie Idus Feb. 1601. ætatis ſuæ 84. in patria.

Petrus Barocius Patricius Venetus Pontifex Patauinus, ſacrarum literarum cultor eximius, fide, religione ac pietate incomparabilis, die 10. Ianuarii 1507. ætat. 66.

Petrus Bembus Cardinalis Poeta & Hiſtoricus notæ primæ 18. Ianuar. 1547. ætat. 76. men. 7. d. 29. lenta febri, Romæ.

Petrus Beniztius Florentinus, Generalis ordinis Seruitarum omni liberaliore ſcientia perpolitus in die Aſcenſionis Beatæ Virginis 15. Auguſti, 1285. Tuderti, ætatis 63.

Petrus Beutrichius Monbelgardenſis I. V. D. & togæ & ſagi artibus clarus, pridie Id. Febr. 1587. ætatis 42. Heidelbergæ: vbi epitaphium ipſi poſuit Ioannes Caſimirus Adminiſtrator Palatinus.

Petrus Binsfeldius Treuir, ſuffraganeus, Theologiæ Scholaſticæ Doctor, C. S. E. 1599. Auguſtæ Treuirorum.

Petrus Boquinus Theologus, 1582.

Petrus Calaminus Sileſius, Theologus & Profeſſor primum Witebergæ, poſtea Heidelbergæ, die 15. Nouembr. St. V. 1598. æt. 42.

Petrus Caniſius Neomagus ſocietati Ieſu primus è Germanis

manis ac Belgis adſcriptus, Lutheranorum antagoniſta, 1597 æt.77. Friburgi Heluetiorum.

Petrus Catena Venetus Mathematum Profeſſor Patauii, obiit ibidem 1577.

Petrus Cauallinus Romanus Pictor inter ſui ſæculi homines maximi pretii, obiit 1344. ætat.75.

Petrus Cholinus πολύγλωττος Patricius Tugienſis, & bonarum literarum in eccleſia Tigurina Profeſſor, qui libros quos vocant Apocryphos, ex Græco ſermone in Latinum ſumma fide tranſtulit, die 2. Decembr. 154.. Tiguri.

Petrus Chryſologus cuius extant Homiliæ, 3. Decemb. 450. in patria Forocornelii.

Petrus Ciacconius Toletanus, vbi natus fuit 1527. Presbyter, Orator, Theologus, Philologuſque C. S. E. quamplurima, à Gregorio XIII. ſanctorum Patrum libris ſacriſque Canonibus, etiam SS. Bibliis perpurgandis appoſitus, 7. Cal. Nouemb. 1581. Romæ, ætat.56.

Petrus Compater Pontani amicus ſummus, 1461. 15. Cal. Decemb. æt.53. Neapoli.

Petrus Coretus S. Theologiæ Licentiatus, Eccleſiaſtes ac Canonicus, obiit 1602. Tornaci.

Petrus di Coſimo Florentinus, Pictor egregius, quique mire offendebatur ſono campanarum, ploratu infantiū, tuſſi virorum, cantu Monachorum, &c. inuentus fuit domi mortuus 1521. ætat.80.

Petrus Curtius Brugenſis, Theologiæ Profeſſor Louanii, & inde Epiſcopus primus patriæ ſuæ, obiit 16. Cal. Nouemb. 1567. ætat.76.

Petrus Dalius Arnoldi F. I. C. Decanus Aloſtenſis, Canonicus Antverpienſis, qui in lautare, & ſupra priuatum modum, modeſte, provide, pie ea vſus, collegium ſui nominis Louanii inſtituit, die 1. Ian. 1573. Antverpię in patria, vbi natus fuerat 1504.

Petrus Damantius generis nobilitate, morum vitæq; integritate clariſſimus, 19. Iul. 1568. Bruxellis.

Petrus Daneſius Pariſienſis, vir doctiſſimus Profeſſorum Regiorum primus, deinde Epiſcopus Vaurenſis, ſed qui nihil fere ſcripſit, octogenario maior 1577. 23. Aprilis.

Petrus Dathenus Pſalmorum rythmica verſione per Belgicam decantatiſſimus 12. Martii St. V. 1588. Elbingæ Boruſſorum, vbi praxin exercebat medicam.

Petrus Denaiſius I. C. Cameræ Imperialis Spiræ adſeſſor C. S. E. Heidelbergæ menſe Septemb. 1611. ætatis ann. 50. men. 5.

Petrus Eggeſtedius 29. Iunii 1551. Stetini, qui cum Margareta Pielſia vixit annos 48. quę mater liberor. viuentium 12. auia nepotum neptiumque 78. proauia pronepotum & proneptium 41. atque ita viderit ex ſe natos 131. obiit vidua ætat. anno 87.

Petrus Faber Saniorianus, Præſes Toloſæ, patriæ ſuæ, vir vndiquaque ad inuidiam vſque eruditiſſimus, quod ſcripta ipſius electiſſima plus ſatis clamant, cum ſexagenarius pro tribunali ius diceret, 13. Calend. Iun. 1600. apoplexia, fama tamen æternum ſuperſtite.

Petrus Foreſtus Alcmarianus Medicus inſignis, C. S. E. 159... ætat. 75.

Petrus Franciſcus Iambularius, Hiſtoricus Hetruſcus, 1564. Florentiæ.

Petrus Gillius Albienſis, Romæ 1555.

Petrus Hogerbecius Hornanus, Medicus ac Poeta 12 Sept. 1599.

Petrus Humbecanus Theologiæ Doct. 29. Maii 1598 ætat. 54. Bruxellis.

Petrus Ioannes Nunneſius Valentinus, Eloquentiæ Græcarumque literarum Profeſſor Barcinone, C. S. E. 4 Idus Martias 1602. æt. ferme 80.

Petrus Koecke, cognomento ab Aloſto, Caroli Quinti & Mariæ Vngariæ Reginæ Pictor ordinarius, ingenio arte, induſtria incomparabilis 6. Decemb. 1550. Bruxellis æt. 48. m. 4. d. 2.

Petrus

Petrus Leſcotus Mathematicus Gallus, menſe Octobr. anno climacterico, 1578.

Petrus Lombardus Epiſcopus Pariſienſis, Magiſter Sẽtentiarum 20. Iulii, 1164.

Petrus Lombardus M. Sententiarum moritur 20. Aug. 1164. Chron. Gall.

Petrus Lotichius Abbas Cænobii Solitariæ 3. Iulii 1567.

Petrus Lotichius II. Poeta celeberrimus, Medicus & Profeſſor in Academia Heidelbergenſi, febri acuta Calen. Nouemb. æt. 32. Heidelbergæ. 1560.

Petrus Luillerius Gulielmi Cancellarii Britanniæ minoris filius, Græce Latineque doctiſſimus, dum ad paternæ laudis faſtigia gnauiter adſpirat, 14. Cal. Decemb. 1503. Patauii.

Petrus Martyr Vermilius Florentinus, Argentinæ primum, poſtea in ſchola Tigurina ſactarum literarum Profeſſor, C.S.E. 13. Nouemb. 1562. æt. 63. Tiguri.

Petrus Memmius Belga Medicus & Profeſſor, nec nõ archiater Ducis Megapolitani &c. 17. Iul. 1589. Lubecæ. vbi demum exercebat medicinam, æt. 57.

Petrus Monauius, Patricius Vratiſlauienſis, Aulæ Imperatoris Rudolphi II. Auguſti Medicus elegantiſſimus, Philoſophus, & Philologus πολύγλωττος, die 12. Maii, St. N. 1588. ætat. 37. Pragæ.

Petrus Moſellanus, patria Protegenſis Treuirorum C. S.E. Lipſiæ 19. Apr. 1524. æt. 31.

Petrus Nannius Alcmarianus Batauus Græcæ Latinæq; linguæ per annos plures Profeſſor, 12. Cal. Iulii 1557 ætat. 57. Louanii.

Petrus Nonius Luſitanus, Medicus, Arithmeticus, Opticus. 1577. ætat. 80.

Petrus Paganus Wanfridianus, Poeta Laur. 29. Maii, 15[illegible]6. Wanfridæ in patria.

Petrus Palladius Ripenſis, Theologus Danicus cele-

bris, & Hafnienſis Acad. Profeſſor, C.S.E. 3. Ian. 1560. ætat. 57. Hafniæ.

Petrus Pantinus Tiletanus, D. Gudulæ Decanus, ingenii & iudicii exquiſitus vir, *15*. Calend. Ianuar. 1612. Bruxellis.

Petrus Paulus Pariſius Coſentinus I. C. cuius ſcripta & conſilia extant, floruit anno *1518*. Forſter.

Petrus Paulus Vergerius, olim Epiſc. Iuſtinopolitanus in Iſtria, Venetorum ditione miſerabilis exempli Franciſci Spiræ ſpectator in exilio mortuus., 4. Octobr. Tubingæ *1565*.

Petrus Peckius Ziricæenſis, I. C. Regioque in magno Senatu Conſiliarius, 17. Cal. Auguſti *1589*. Machliniæ, ſepultus vero Louanii, vbi multis annis ius enarrauerat, ætat. 60. d. 1.

Petrus Peruſinus, Pictorum flos, vt & ſculptorum, obiit è febre continua in Caſtello della Pieue, 1524. ætatis 78.

Petrus Pithæus Petri Filius Tricaſſinus I. C. virtutibus ac doctrinis poſtponendus nemini, C.S.E. Cal. Nouembr. *1596*. ætat. 57.

Petrus Quinqueranus Hiſtoricus, Epiſc. Senecenſis, Cal. Septemb. *1565*. ætat. 24.

Petrus Ramus, Profeſſor Regius in Acad. Pariſienſi, C. S.E. ſicaria manu interfectus Lutetiæ in Collegio Præleo, die *26*. Auguſti, 1572. ætat. 57. Qui necem procurauit Ramo, Carpentarii filius, anno 97. ſupplicio affectus eſt, reus proditionum Hiſpanicarum.

Petrus Ronſardus Vindocinenſis, Gallorum Poetarum Princeps, obiit maximo eruditorum in Gallia dolore, die Veneris, 27. Decem. St. N. *1585*. æt. *61*. completo, Lutetiæ.

Petrus Rubeus, belli Dux clariſſimus die 7. Auguſti *1337*. Patauii.

Petrus de Sancta fide Theologus Nordouicenſis, nec in docendo, nec diſputando, nec ſcribendo ineptus, 8. Nouemb. 1452. in patria.

Petrus

Petrus Saſſius, Academiæ Roſtochienſis Profeſſor bonarum literarum obiit 18. Septemb. 1565.

Petrus Seguierius pater, Lutetianus, Præſes & Legatus Caroli IX. obiit 8. Cal. Nouembr. 1580. ſepultus in D. Andreæ, cum vixiſſet ad ſeptuaginta ſex annos.

Petrus Soto Cordubenſis Theologus C.S.E. ob. 20. die Apr. 1563. in Concilio Tridentino.

Petrus Stokes ex Hartfordiæ Comitatu Anglus eruditionis & ingenii nomine in honore apud Oxonienſes, 28. Iulii 1399. hic ille fuit, quem Canem album Wicleuus vocabat.

Petrus Thenenſis Louanienſis, Canonum publicus Profeſſor per annos 20. 4. Idus Decemb. 1523.

Petrus Toletus Friderici Ducis F. Marchio Villæ franchæ, regni Neapolitani prorex 6. Cal. Feb. 1553. vixit an. 73. rexit 21.

Petrus Thomæ Pacenſis Epiſcopus, obiit 8. Idus Ianu. feſto Epiphaniæ 1366. Famaguſtæ Cypri ciuitate.

Petrus Victorius Florentinus Italus, vir nobilis, cuius ſingularis & excellens eruditio doctis omnibus nota eſt, ob vetuſtos autores Græcos & Latinos aut Commentariis illuſtratos, aut alioquin ſuç integritati reſtitutos, die 8. Decemb. 1586. St. N. ætat. 86. m. 5 d. 6. Florentiæ.

Petrus Vincentius Vratiſlauienſis, vir doctiſſ. olim Gorlicenſium Scholæ, poſtea vero Vratiſlauienſis Eliſabethanæ Rector feliciſſimus, poſt noctis eius medium, quæ anteceſſit Calend. Octobris, 1581. anno ætatis 63. cum ſcholis in annum 3 [illegible] agna cum laude & fructu inſeruiiſſet.

Petrus de Vineis, Friderici Imperatoris Magiſter Epiſtolarum & Cancellarius, cuius Epiſtolæ hodie extant, claret 1230.

Petrus Viretus Sabaudus, Lauſannenſis primum, & deinde Lugdunenſis Eccleſiæ in Gallia Paſtor, in ſaltib. Pyrenæis, 1561. æt. 60.

Petrus Weſenbecius Antverpianus Secretarius primũ

Vrbis, deinde Senator, 18. die Febr. 1562. ætatis 75. Antverpiæ.

Petrus Weſembecius Petri F. Antverpienſis, I. C. Coburgi, m. Sept. 1603.

Petrus Ximenius Luſitanus, vir in omni facultatum genere doctiſſimus, 1596. ætatis circiter 70. Coloniæ Agrippinæ.

Philippus Apianus, Mathematicus, & Philologus rarus Tubingæ 15. Nouemb. 1589.

Philippus Beroaldus Senior Rhetor, Criticus literaſque humaniores profeſſus ſcriptis linguaque 15. Calen. Augusti 1504. ætatis 51. ſuper menſes 8. ac dies 9. Blanchinus in vita eius.

Philippus Beroaldus Bononienſis, Rhetor & Grammaticus, 1510. æt. 60. Tritthemius.

Philippus Bruneleſcus Florentinus, antiquæ architecturæ inſtaurator egregius, 16. Apr. 1446. annorum 69. in patria.

Philippus Callimachus Poeta, Orator & Hiſtoricus excellens, obiit exul, Vilnæ, 1496.

Philippus Cominæus, Eques Flandricus, naturæ bonitate vſuque rerum ad ſapientiam ciuilem inſtructiſſimus, qui licet Latinas non attigerit literas, magna tamen laude crebriſque ſententiis refertas duorum Regum Galliæ, Ludouici XI. eiuſque filii Caroli VIII. hiſtorias deſcripſit lingua Gallica, in Pictonibus arce Argentonia, 17. Octob. 1509. æt. 63.

Philippus Decius, patria Mediolanenſis, ICtus celebri fama notiſſimus, in vtroque iure tam Pontificio quam ciuili exercitatiſſ. & excellentiſſim. cuius extant conſilia, die duodecimo Octobris, 1535. Senis: & Piſas mortuus ad ſuum monumentum tranſlatus: cum profeſſionem Iuris vtriuſque Piſis, Senis, Florentiæ, Patauii, Papiæ, & in Gallia ad annos 65. ſuſtinuiſſet.

Philippus Gailius, Andreæ I. C. frater, Magiſtratus Coonienſis, 1574. 26. Nouemb. morte immatura.

Philip-

Philippus Gallæus Sculptor celeberrimus, nec infelix hiſtoricus, C.S.E.4. Idus Mart.16.. æt.75. Antverpiæ.

Philippus Glaſerus Iuriſconſultus Profeſſor Argentinę 1601.

Philippus Huraltus Cheuernii Comes ex Britannica nobilitate oriundus, Belnea matre femina quoque nobili vltimo partu poſtumus editus, cum Rudolphus pater aliquot ante menſibus Neapolitano bello periiſſet, ducta Philippi Chriſtophori Thuani Senatus Principis filia, Galliæ Cancellarius, vixit ad ſeptuaginta duos annos viuido ſemper ingenio & ſenſibus integerrimis, annoque tandem ſupra mille & quingentos vndecenteſimo, Sextili menſe apud Cheuernium ſuum vbi natus erat mortuus eſt; incomparabili bonorum omnium doctorumque luctu.

Philippus de Leuis Archiepiſc. Arelatenſis, pridie Non. Nouemb. 1475. Romæ: ętat. 40.

Philippinus Lippus Florentinus, Pictor excellentiſſimus, obiit 1505. ætat. 45. ac die 13. April. quo ſepeliebatur, clauſis paſſim tabernis publicum fuit iuſtitium Florentiæ.

Philippus Marnixius Bruxellenſis, Dominus S. Aldegundę, Leydæ, 25. Decemb. 1598. St.N.

Philippus Melanchton cum die 7. Aprilis ſub noctem Dominica Palmarum febri correptus fuiſſet, eaq; tandem vires in eo languentes extingueret, die Veneris poſt Paſcha Witebergæ moritur, 19. Apr. paulo ante horam 7. veſpertinam 1560. cum vixiſſet an. 63. d. 63.

Philippus Octauianus Montanianenſis I. C. & Profeſſor Inſtitutionum Patauii publicus, obiit. 1588.

Philippus Rubenius S. P. Q. Antuerpienſi à Secretis Philologus ac Poeta egregius C.S.E. obiit feſto D. Auguſtini hora 4. pomeridiana 1611. æt. prorſus Iuuenili, h.e. 32.

Philippus Scherbius Medicus & Philoſophus nõ è multis, Profeſſor Altorfiæ 11. Iul. St. V. 1605.

Philipp. Sidneius ex illuſtri Waruicienſium ſtirpe oriũ-

dus, vera proles Muſarum, verus alumnus Charitum, cuius Arcadia Britannice ſcripta, omnium aliorum poetarũ fabulis lumen obſtruit, læſus prope Zutphaniam prælio contra Parmenſem in femore 22. Septemb. vigeſimum quintum poſt diem moritur 1586.

Philippus Spinula S. R. E. Cardinalis, 13. Cal. Septemb. 1582 Romæ. vixit ann. 57. m. 8. d. 20.

Philippus Theophraſtus Paracelſus Hohenheimenſis, nouæ Medicorum Scholæ autor, 24. Septemb. 1541. ætat. 47. Salisburgi.

Placidus Albaneſius Abbas Patauinus, 16. Cal. Mart. 1538. ætat. 80. ab ingreſſu religionis anno 60.

Plinius moritur 81. æt. 56. 2. Nouemb.

Polycarpus Leyſerus, Theologus Saxonicus, 22. Febr. 1610. Dreſdæ, ætat. 58.

Polydorus Virgilius Vrbinas rerum Anglicarum ſcriptor, diu carus Britannis, rediit demum in Italiam ad ſuos, vbi admodum ſenex 1555.

Pomponius Bellevræus, Franciæ Cancellarius, obiit 5. Septemb. 1607. Pariſiis.

Pontus Heuterus Hiſtoricus cuius ſcripta exſtant 1602. Trudonopoli in Eburonibus.

Proſdocimus Pignolatus Patauinus, monachus eruditiſſimus 19. Octob. 1553. ætat. 60.

Ptolemæus Lucenſis, floruit 1273. qui Pontificum vitas ſcripſit.

Quirinus Reuterus Theologiæ Profeſſor 22. Mar. 1613. Heidelbergæ, æt. 5...

Rabanus Maurus Archiepiſcopus Moguntinus, moritur 856.

Raimundus Fuggerus optimarum artium & antiquitatis amãtiſſimus, ſtudioſorum atq; egenorum patronus vnicus, 3. Decemb. 1535. Auguſtæ Vindelic.

Raimundus Lullus Catalaunus Bogiã rurſum trãſuectus, vbi cũ Mahumetis ſectã refelleret, ad Regem pertractus ac lapidib. obrutus, feſto vt putatur DD. Pet. & Pauli 1315. æt. 80.

Ranul-

Digitized by Google

Ranulphus Hygdenus Britannus Occidentalis Benedictini ordinis Theologus atque Hiſtoricus, circa Gregorii feſtum 1363. Cæſtriæ in cænobio.

Ranutius Farneſius Archiepiſcopus Rauennam Eccleſiam ſuam inviſit, ſolenniterque à ciuibus excipitur 5. calend. Nouemb. 1554.

Raphael Macconius Romanus Muſarum Antiſtes, Principibus gratus, ciuibus carus, acceptus omnibus, 17. Octob. 1563. in patria, vixit ann. 38. m. 11. d. 23.

Raphael Maffeus Volaterranus Gerardi filius, cuius egregia extant opera, die 25. Ianuarii 1521. ætat. 70. m. 11. d. 8. Senis.

Raphael Sanctius, Ioannis Filius, Vrbinas, pictor eminentiſſimus veterumque æmulus, cuius ſpirantes prope imagines ſi contemplere, Naturæ atque Artis fœdus facile inſpexeris, obiit 8. Idus April. quo die natus erat 1520. ætatis 37.

Raphael Volaterranus Anthropologiam ſuam ſcripſit, 1506.

Raimundus, qui Decretalium libros eo, quo nunc ſunt, ordine digeſſit, claret 1230.

Raimundus Fuggerus moritur in Decemb. 1535. ætatis 47.

Regina Silueſtrina virgo Rauennas, quæ mirabili prudentia de omnibus fere propoſitis appoſite reſpondebat, exque tempore cultiſſima carmina pangebat, eaque angelica voce præcinebat, 15. Sept. 1555. in patria.

Reginaldus Polus nobiliſſimus vir, S.R.E. Cardinalis C. S. E. 17. Nouemb. 1558. horas 12. ab Mariæ Reginæ Anglicanæ obitu.

Regnerus Prædinius, ſic dictus quod ruri & in prædiis natus eſſet, in pago Vinſemo prope Groningam, Theologus ac Philologus egregius, 18. Aprilis 1559. Groningæ vbi egerat Rectorem Scholæ celeberrimum.

Reinerus Reineccius Steinhemius, Scriptor hiſtoriarum in inclyta Acad. Iulia celeberrimus, C. S. E. die 14. April. ſt. v. hora 4. matut. 1595. Helmſtadii.

Renatus Biragus Galliæ Cancellarius, in Nouembri 1583. ætatis 86.

Renatus Choppinus Andegauenſis Orator & I C. non proletarius 1606. Lutetiæ.

Reinerus Snoius Goudanus Medicus & Hiſtoricus 1. Auguſti 1537. ætat. 60. in patria.

Rembertus Dodonæus Mechlinienſis, Medicus Cæſareus, & inde Profeſſor Leydæ Batauorum, 10. Martii, 1585. ætatis 68.

Remigius Bellaquæus Medicus & Poeta per Galliam celebris, ætatis 50. Non. Mart. 1577. Lutetiæ.

Richardus Caiſtre ex Norfolcię Comitatu Theologus, cognomine Bonus, Prophetico ſpiritu clarus, 4. calend. Aprilis 1420. Nordouici.

Richardus, Liber Baro à Strein in Auſtria ſcriptor antiquitatum Romanarum, 1601.

Richardus Maydenſtonius Roffenſi diœceſi oriundus, Theologus Poeta ac Profeſſor Oxonienſis, cal. Iun. 1396. Aylesfordiæ in monaſterio ſuo.

Richardus Moriſonus Equeſtris ordinis in Oſtroſaxiæ comitatu natus, in omni diſciplinarum genere exercitatus, I. V. D. & ad Carolum V. aliosque Principes ſæpe legatus, C. S. E. 17. Martii 1556. Argentorati, ex Italia rediens.

Richardus Pacæus, Græce, atque Hebraice doctus, apud Venetos, apud Pontificem, apud Cæſarem Maximilianum legatus efficaciſſimus, D. Paulli Londini Decanus, amiſſo tandem Regis fauore, ac longo carcere per Cardinalem Volſæum demens factus, 1522. circiter annum ætatis 40.

Richardus Scrope, vir generis nobilitate clarus I. V. D. Archiepiſcopus Eboracenſis 8. Iul. 1405. ob perduellionis crimen decollatus prope muros vrbis Eboracenſis.

Richar-

Digitized by Google

Richardus de S. Victore, monachus Pariſienſis, qui ſcriptis nomen ſuum nobilitauit, moritur 2. Nou. 1148.

Riculdus de Monte crucis Florentinus, Syriacæ Arabicæque linguæ doctiſſimus, C. S. E. contra Alcoranum, vigilia omnium Sanctorum 1309. in patria, reuocatus ex Aſia à Pontifice Maximo ad declarandos quoſdam fidei articulos dubios.

Rinaldus Siarampa, ætate iuuenis, mente ſenex, Nonis Febr. 1556. Romæ; ætatis 20. menſ. 10. d. 12.

Robertus Barnes Nordouicenſis Comitatus, Doctor Theologiæ, 1525. in Februario ob Lutheraniſmum carceri traditus. inde tertio anno diruptis cathenis aufugit in Germaniam; ſed dum rurſus patriam repetit, 30. Iulii 1540. Londini concrematur.

Robertus Cœnalis Arboricenſis Epiſcopus 5. cal. Maii 1560. Lutetiæ.

Robertus Fabianus Londinenſis Conſul, Hiſtoricus inſignis, 28. Febr. 1512. in patria.

Robertus Gaguinus Duacenſis Flander, Annalium Galliæ ſcriptor, legatuſque Regum Galliæ, 22. Iulii 1501. Pariſiis.

Robertus Iuorius Londinenſis, poſt ſtudia tranſmarina Cantabrigienſis Doctor & vniuerſalis Carmelitarum Præſes, quem ordinem inſigni Bibliotheca cumulauit, 5. Nouemb. 1392. in patria.

Robertus Maſcallus Carmelitici Ordinis Theologus, Henrico IV. Anglorum Regi ab auriculari confeſſione item legationibus ad Reges exteros, item ad Conſtantienſe Concilium, 21. Decemb. 1417. Ludlowiæ in Cambria.

Robertus Pechamus Anglus Eques auratus, Philippo & Mariæ Regibus à conſiliis, voluntarius ab eorum morte exul, pauperibus inſtitutis hæredibus, Idibus Sept. 1569. Romæ æt. 54.

Robertus Rollocus, celebris Scotorum Theologus, C. S. E. Edimburgi, 1599.

Digitized by Google

Robertus Roſe, Carmelita Theologus 16. Decemb. 1420. Nordouici in Anglia.

Robertus Smetius, Henrici Medicinæ Doctoris pater, die 5. Ianuarii 1540. ætatis 64.

Robertus Stephanus, Henrici Stephani V. CL. pater, Pariſienſis, Typographus Regius, 27. Septembr. 1559. ætat. 56.

Rodericus Ximenius Archiepiſcopus Toletanus, domo Nauarra, literarum humaniorum, inprimis antiquarum recentiumque hiſtoriarum longe peritiſſimus, C. S. E. in Hiſpaniam reuertens anno 1245. Lugduni.

Rogerius à Montemorency Abbas Vedaſtinus, obiit 1572. poſtridie Magdalenæ feſto.

Rogerius de Taſſis, natus Mechliniæ, ſed oriundus Bergomati familia nobili, I. V. D. & Cancellarius Louanienſis annis amplius 50. poſtridie Idus Mart. 1593. ætat. 80.

Rogerus Aſchamius Eboracenſis Anglorum Regibus ab Epiſtolis latinis C, S. E. obiit 30. Decemb. 1568. ætatis 53. Elizabetha Regina morte eius audita profeſſa eſt, maluiſſe decem librarum millia in mare proieciſſe, quam amiſiſſe ſuum Aſchamium.

Rolandus Delfius ordinis fratrum Minorum, modeſtia & patientia ad miraculum vſq; præditus, Idib. Sept. 1602. Traiecti ad Moſam.

Rolandinus de Romanicis Legum Doctor moritur 1284. 11. Sept. Bononiæ.

Romulus Laurentii Laurentiani F. Florentinus Profeſſor Philoſophiæ, in patria, & Papiæ, & Piſis, 21. Octobr. 1544. ætatis 63.

Romulus Pincius Mantuanus I. V. D. Protonotarius Apoſtolicus ac Canonicus Tridentinus, 3. Ian. 1574. ætatis 70. Tridenti.

Roſcius Florentinus, Pictor tum inuentione ac diſpoſitione, tum varia morum expreſſione tota Italia Galliaque celeberrimus, dum pœnam talionis effugere vellet, quod

quod furti accuſaſſet innocentem, veneno ſeſe interemit, Fonteneblæo 1541.

Ruardus Tapperus Enchuſanus Batauus, Theologus & Inquiſitor hæreticæ prauitatis, Louanii item eiuſdem Academiæ Cancellarius, Carolo V. Cæſari & Philippo filio eius cariſſimus, poſtridie calend. Martias 1559. ætatis 71. Bruxellis.

Rudolphus Agricola Groningenſis, natione Friſius, Iohannis Dalburgi Epiſcopi Wormatienſis præceptor Philoſophus ac Philologus qui Græcas literas primus intulit Germaniæ, 28. Octobr. 1485. Heidelbergæ: ætatis 42. Vnde ei tale condidit epitaphium Hermolaus Barbarus:

Inuida clauſerunt hoc marmore fata Rudolphum
Agricolam, Friſii ſpemque decuſque ſoli.
Scilicet hoc vno meruit Germania, quidquid
Laudis habet Latium, Græcia quidquid habet.

Iouius quoque ita eum celebrat: *Hauſiſti Rudolphe Ebraicas Græcaſque literas adeo ſtupenda celeritate, vt nequaquam Groningæ in Friſia, ſed Ieroſolymis ac Athenis natus & educatus credereris: Latinas vero tanta felicitate didiciſti ac docuiſti, vt exacta puritas ac nobilis illa eloquentiæ Romanæ vbertas in Oceani littore quærenda videatur. Viuent profecto in admirantium manibus tua illa in Dialecticis & Rhetoricis præcepta, & diuini ingenii carmina, &c.* ſic ille.

Rudolphus Gualtherus, Antiſtes Eccleſiæ Tigurinæ, lucubrationibus in omni genere doctrinæ propemodum innumeris, & Homiliis in libros fere omnes Propheticos & Apoſtolicos Euangelicoſque editis celeberrimus, die 25. Nouemb. ſt. v. 1586. an. ætat. 67. Tiguri.

Rudolphus Langius Canonicus Monaſterienſis, cuius conſilio & auctoritate ſchola illic potiſſimum conſtituta eſt, 25. Decemb. 1520.

Rupeç Pictauienſes mater ac filia, Muſarum Charitumque flores illibati, obiere peſtilentia, 1587.

Salmonius Macrinus Iuliodunenſis, poeta Horatium æmulus obiit plane ſenex 1557.

Salomon Geſnerus Theologiæ Profeſſor Wittenbergenſis, 7. Febr. quarta veſpertina 1605. æt. 45. m. 5.

Samuel Caloander Theologus Stralſundii 20. Septem. 1580. ætatis 40. officii 17.

Samuel Grynæus, Simonis filius, aſthmate & hydrope exſtinctus Baſileæ 1599. ætat. 60. ſepultus 6. die in ſepulchro patris ſui, 58. anno poſt. Hoc Promotore Doctores & Licentiati Iurium creati fuerunt circiter 360.

Samuel Heilandus, Ethicus, Tubingæ æt. 58. poſtridie Pentecoſtes, 1592.

Sanctes Pagninus, cuius extat Lexicon Ebraicum ætat. 70. Lugduni 1536. Fuit Theolog. Ordinis Prædicatorum, & Latine, Græce, Ebraice, Chaldaice & Arabice doctiſſimus, vt Teſtamenti vtriuſque verſio ex Græco & Ebræo abunde teſtatur. Item eius Iſagoge, ad myſticos ſcripturæ ſenſus: Grammatica item Ebraica & Græca. Alii eius obitum referunt ad an. 41.

Scipio Antonii F. Suma Caroli V. à latere Conſiliarius, in adminiſtranda Iuſtitia, in prouinciis regendis, in rebus bellicis expediundis ſumma integritate, prudentia ac fide, 17. calen. Nouemb. 1552. Neapoli vixit ann. 63. m. 3.

Sebaldus Weslerus Vlmæ Sueuicæ vrbis Conſul, maiorum imaginibus & propria virtute inclitus, pridie calen. Septemb. 1590. ætat. 30.

Sebaſtianus Brand I C. Argentinenſis ac Poeta ſui temporis celebris, C. S. E. 1520. in patria.

Sebaſtianus Caſtalio Allobrox, Græcarum literarum in Acad. Baſilienſi Profeſſor celebris, 29. Decemb. 1563. ætat. 48. Baſileæ.

Sebaſtianus Clarignanus acerrimi vir ingenii in ſcena, ſiue riſus vrbanos moueret, ſeu pulpita fletu quateret, 3. Non. Sextil. 1551. ætatis 64. m. 8. Ferrar.

Seba-

Digitized by Google

Sebaſtianus Echterus ab Meſpelbron I. V. D. Iulii Epiſcopi Wirzeburgenſis frater & Ducis Franciæ, 7. Nouem. 1575. æt. 30. Wirzeburgi.

Sebaſtianus Foxius Morſillius Hiſpalenſis nobili genere, natus circa annum Chriſti 1528. quantum colligitur è libro eius de Iuuentute, Louanii multa ſcripſit, ſæpius publice vulgata vſque ad annum 28. tunc enim euocatus honoris gratia in Hiſpaniam Procerum ſuaſu quibus libellos ſuos inſcripſerat, à Philippo Rege, vt Caroli filii ſtudiis præeſſet naufragio periit.

Sebaſtianus Froſchelius, Eccleſiaſtes Wittebergæ per annos 20. obiit Feſto Angelorum 1548.

Sebaſtianus Froſchelius Eccleſiaſtes Witebergenſis 20. Decemb. 1570. æt. 74.

Sebaſtianus Hofmannus in Hennersdorff & Soraw, vir nobilis, & reipub. Gorlicenſis Conſul, morbo epidemio. 4. Maii, ſt. n. 1605. ætat. 53. Gorlicii Luſatiorum.

Sebaſtianus Munſterus Ingelheimenſis, Theologus & Coſmographus præſtantiſſimus, & Ebraicæ linguæ in Acad. Baſil. Profeſſor, ex peſte, die 23. Maii, 1552. ætatis 63. Baſileæ.

Sebaſtianus Nouimola Duiſbergenſis Theologiæ Profeſſor, ac Metropolitanæ Eccleſiæ Canonicus, 8. Iulii 1579. ætatis 79. Coloniæ.

Seifridus Pfintzing ab Heſſenfelt Patricius Noribergenſis, ingenuitate, manſuetudine, prudentia ad exemplar vſque laudatiſſimus, omnibuſque corporis & ingenii dotibus ornatiſſimus, dum domi ad depactæ ſponſæ coniugium feſtinat, fortuito ictu ſclopeti ſua manu emiſſo, 9. cal. Nouemb. 1555. Bruxellis: ætatis 25.

Seraphinus Oductius Strancionius, Medicus celeberrimus, poeta ingenioſiſſimus, 9. cal. Septemb. 1538. Romæ: ætatis 54. m. 7. d. 23.

Digitized by Google

Seruatius Nærānus, Eccleſiaſtes Dordracenſis obiit 24. Decembris 1608.

Seuerinus ab Vffelen IC. egregius, 4. Non. Iunii 1599. Antuerpiæ in patria.

Sidonius Apollinaris Aruernorum Epiſcopus C. S. E. 12. Septemb. circa an. 484. æt. 56.

Sigefridus Rybiſchius, aliquot Imperatorum Conſiliarius, ſapientia, eloquentia, autoritate, doctrina & virtute nobiliſſimus, die 17. Aug. ſt. n. 1584. ætatis 55. Vratislauiæ.

Sigefridus Saccus, S. Theolog. D. & Metropolitanæ Eccleſiæ Magdeburg. Paſtor, cuius didactica quædam in Theologicis extant ſcripta, apoplexia extinctus, die 2. Septembr. hora 5. veſpertina, ſt. v. 1596. ætat. 70. Magdeburgi.

Sigiſmundus Ortel Patricius Noribergenſis vir optimus & integerrimus, proficiſcens ad nundinas Lipſenſes cum aliis 30. mercatoribus ex interuallo ſequentibus, in conſpectu vrbis Lipſiæ à Nobilis cuiuſdam miniſtro, iuſſu Domini, tranſueratur ictu ſclopeti 7. Maii 1557.

Sigiſmundus Vicheuſer, vir omni eruditionis genere præſtans, & multis naturæ donis excellens, Imp. Maieſtatis Procancellarius, 13. April. 1587. ætat. 56. Pragæ Bohemorum.

Silueſter Pardus Brugenſis librorum cenſura omnibus notiſſimus, pridie Non. April. 1605. ætat. 72.

S. Simeon Monachus Græcus parentibus Chriſtianis natus perluſtratis paſſim toto orbe cœnobiis, impetra[illegible] ab Poppone Epiſcopo Treuerenſi, vt turri cuidam, tanquam ſepulcro includeretur, obiit calend. Iunii 1035. cui 105. diebus prius diem mortis præſignificaſſet.

Simon de Bertis, ſacrarum literarum celeberrimus interpres C. S. E. 15. Septemb. 1491. Lucæ.

Simon Grynæus calen. Auguſti extinctus peſte Baſileæ 1541. ætat. 48. Fuit hic vir Latine & Græce excellenter doctus, in Philoſophia & Mathematicis diſciplinis diligenter verſa-

Digitized by Google

verſatus, nullo ſupercilio, pudore pene immodico, & prouehendis liberalibus ſtudiis natus, magni illius Eraſmi Roterodami teſtimonio.

Simon Iſlepus Anglus poſt literas humaniores vtriuſq; iuris & Theologiæ peritia præditus, Archiepiſcopus Cantuarienſis, fundatorque collegii Cantuarienſis Oxonii, 1365. regiminis ſui 16.

Simo Lermita, Armiger & Senator, poſtridie Id. Ianua. 1567. Antuerpiæ.

Simo Memmius Senenſis, pictor non aſpernabilis ſui æui, æternus certe ob pictam Franciſci Petrarchæ Lauram, obiit in patria 1345. vixit annos 60. menſes 2. dies 3.

Simon Muſæus Theologus, 11. Iulii, 1576. Mansfeldię.

Simon Pauli, Theologus Roſtochienſis, C. S. E. circa menſem Auguſtum, Roſtochii, 1591.

Simon Piſtoris IC. & Conſiliarius Elect. Saxoniæ, qui nobiles illos duos Iureconſultos Modeſtinum & Hartmannum Piſtor. inter alios filios ſuos ſuperſtites reliquit, die 3. Decemb. 1562. ætat. 73. in pago ſuo Seuſelitz.

Simo Portius Neapolitanus, 1554.

Simon Sulcerus, Theologus Baſilienſis, & ad D. Martini per annos 35. Paſtor, C.S.E. die 22. Iunii, ſt. vet. 1585. ætat. 77. Succeſſit ei in miniſterio Iohannes Iacobus Grynæus.

Simon Tornaquincius Florentinus, Dialecticus, Declamator ac Theologus ſubtilis 13. Aprilis 1429. in patria.

Simon Verepæus Dommelanus, Siluæducenſis Canonicus die 10. Nouemb. 1598. ætatis 76.

Sixtus ab Hemminga Medicus & Mathematicus egregius, qui inter alia monumenta quæ extant libello breui refellit aſtrologorum artem genethliacã, triginta aliquot propoſitis virorum principum aut doctrina illuſtrium genituris, quæ longe abirent à prædictione mathematica, 1586.

Sixtus Medices Venetus S. Theologiæ Doctor, obiit in patria 18. Nouemb. 1561.

Spinellus Aretinus Pictor ætatis ſuæ nobiliſſimus, obiit circiter annum 1404. in patria.

Stanislaus Boianouski ex maiori Polonia, patriis bonis contentus eſſe nolens, Aulam & eius promiſſa ſecutus, anno 1565. 8. Iunii Cracouiæ moritur, antequam viuere didiciſſet, ætatis ſuæ anno 48. *Verba epitaphii.*

Stanislaus Hoſius Polonus, Cardinalis & Warmienſis Epiſcopus, eruditionis & eloquentiæ laude celebris. C. S. E. die 5. Auguſti 1579. ætat. 78. Romæ. Schraderus in monument. Italiæ.

Statius Poeta floruit 96. quia celebrat 17. Conſulatum Domitiani.

Marcianus mart. Conſtantinopoli ſub Leone, ſupra cum Iuliano. 9. Auguſti.
Marcianus mart. Romæ ſub Dioclet. ſupra cum Abundio. 16. Septemb.
Marcianus mart. in Ægypto, infra cum Marco. 4. Octob.
Marcianus cantor mart. Conſtantinopoli ſub Conſtantio, inf. cum Martyrio. 25. Octob.
Marcianus confeſſor in Syria. 2 Nouemb.
Marcionilla mart. Antiochiæ ſub Dioclet. ſupra cum Iuliano. 9. Ianuar.
Marcius ſolitarius, in Campania. 24. Octob.
Marcus mart. Niceæ, inf. cum Theuſeta. 13. Mart.
Marcus mart. Surrenti, inf. cum Quincto. 19. Martii.
Marcus & Timothæus mart. Romæ ſub Antonino. 24. Martij.
Marcus Euangeliſta mart. Alexandriæ ſub Nerone. 25. Apr. Eiuſdem Translatio, Venetiis. 31. Ianuarii.
Marcus epiſc. Attinæ, mart. ſub Domitiano. 28. Apr.
Marcus & Marcellianus mart. Romæ ſub Dioclet. 18. Iunii.
Marcus Mucianus, puerulus quidam, & Paulus mart. 3. Iulii.
Marcus mart. inf. cum Robuſtiano. 31. Auguſti.
Marcus confeſſor in Campania, inf. cum Priſco. 1. Septemb.
Marcus epiſc. Bybli. 27. Septemb.
Marcus, Alphius, Alexander, Zoſimus, Nicon, Neon, Heliodorus, & xxx. milites mart. Antiochiæ. 28. Septemb.
Marcus, Marcianus, & alii penè innumerabiles mart. in Ægypto. 4 Octob.
Marcus Papa Romæ. 7. Octob.
Marcus epiſcop. Hieroſolymitan. mart. ſub Hadriano. 22. Octobris.
Marcus miles mart. Romæ, inf. cum Theodoſio. 25. Octobris.
Marcus mart. in Africa, inf. cum Ruffino. 16. Nouemb.
Marcus & Stephanus mart. Antiochiæ ſub Dioclet. 22. Nouembris.

Marcus

Marcus mart. in Africa. ſup. cum Fauſtino 15. Decemb.
Mardarius mart. in Armenia ſub Dioclet. ſupra cum Euſtratio. 13. Decemb.
Mardonius, Muſonius, Eugenius, & Metellus mart. Neocæſareæ. 24. Ian.
Mardonius mart. Nicomediæ ſub Dioclet. inf. cum Migdonio. 23. Decemb.
Mareas epiſcop. & mart. ſub Sapore, inf. in, Martyres plurimi in Perſide 22. Aprilis.
Margarita Regina Scotiæ. 10. Iunii.
Margarita virgo & mart. Antiochiæ. 20. Iulii.
Margarita vidua apud Septempedanos. 5. Aug.
Maria Ægyptiaca in Palæſtina. 2. Aprilis.
Mariana Cleophæ in Iudæa. 9. Aprilis.
Maria mater Ioannis in Cypro. 29. Iunii.
Maria Magdalena, Maſſiliæ. 22. Iulii.
Maria Salomæ, Hieroſolymis. 22. Octob.
Maria ancilla mart. ſub Hadriano. 1. Nouemb.
Maria virgo & mart. Cordubæ, ſupra cum Flora. 24. Nouembris.
Maria mart. Romæ ſub Valeriano, ſup. cum Euſebio. 2. Dec.
Mariæ virginis Conceptio. 8. Decemb.
Natiuitas. 8. Septemb.
Præſentatio in templo. 21. Nouemb.
Annuntiatio. 25. Martii.
Viſitatio ad Elizabeth. 2. Iulii.
Purificatio. 2. Februarii.
Aſſumptio in cœlum. 15. Auguſti.
Eiuſdem eccleſiæ ad Martyres dedicatio. 13. Maii.
Eiuſdem feſtum Niuis. 5. Auguſti.
Eiuſdem commemoratio ob Victoriam naualem. 7. Octobris.
Mariæ Iacobi Translatio Verulis. 25. Maii.
Marianus lector, & Iacobus Diaconus mart. cum multis aliis in Numidia ſub Decio. 30. April.
Marianus confeſſor Bituricen. 19. Auguſti.

Digitized by Google

Marianus mart.inf.cum Victore.17.Octob.
Marianus Diaconus mart. Romæ ſub Numeriano, ſupra cum Diodoro.1.Decemb.
Eiuſdem Inuentio, Romæ.17.Ian.
Marina virgo & mart. Alexandriæ.18.Iunii.
Eiuſdem Tranſlatio, Venetiis.17.Iulii.
Marina virgo & mart. Gallæciæ.18.Iulii.
Marinus mart Arnernis, inf.cum Proiecto 25.Ian.
Marinus miles, & Aſterius ſenator mart. Cæſareæ ſub Valeriano 3.Martii.
Marinus, Theodo, & Sedopha mart.in Scythia.5. Iulii.
Marinus mart.in Africa, ſup.cum Ianuario.10.Iulii.
Marinus ſenex mart Anazarbi ſub Dioclet. 8.Auguſti.
Marinus Diaconus Arimini. 4. Sept.
Marinus mart. Romæ ſub Carino.26.Decemb.
Marius, Martha, Audifax, & Abachum mart. Romæ ſub Claudio.19.Ian.
Maro, Eutyches, & Victorinus mart. Romæ ſub Traiano. 15. Aprilis.
Marolus epiſc. Mediolanen. 23. April.
Moratas mart.in Perſide ſub Sapore, infra cum Zanita.27. Martii.
Martana mart. Romæ ſub Valeriano, ſupra cum Euſebio.2. Decemb.
Martha mart. Romæ ſub Claud. ſup.cum Mario. 19.Ian.
Martha virgo & mart. Aſtoricen. 23.Febr.
Martha hoſpita Saluatoris Taraſci. 29 Iulii.
Martha mart. inf.cum Suſanna. 20.Septemb.
Martha & Saula mart. Coloniæ cum aliis pluribus. 20. Octobris.
Martia mart. Siracuſis, inf.cum Ruffino. 21.Iunii.
Martialis mart.ſup.in, XVIII.mart. Cæſarauguſt 16. April.
Martialis epiſc. Lemouicen. Alpinianus & Auſtriclinianus Preſbyteri. 30.Iunii.
Martialis mart. Romæ ſub Antonino, infr. in, Septem fratres. 10.Iulii.

Martia-

Digitized by Google

Martialis, Saturninus, Epictetus, Maprilis, Felix, & ſocii mart. in Portu Romano. 22. Auguſti.
Martialis, Laurentius, & alii xx. mart. in Africa. 28. Septembris.
Martialis mart. Cordubæ, ſup. cum Fauſto. 13. Oct.
Martina virgo & mart. Romæ ſub Alexandro. 1. Ian.
Martinianus epiſc. Mediolanen. 2. Ian.
Martinianus mart. Romæ ſub Nerone, infr. cum Proceſſo. 2. Iulii.
Martinianus, Epheſi inf. in, Septem dormientes. 27. Iulii.
Martinianus, & Saturianus cum duobus fratribus mart. & Maxima virgo in Africa ſub Geiſerico. 16. Octob.
Martinus epiſc. Tungrenſis. 21. Iunii.
Martinus epiſc. Viennenſis. 1. Iulii.
Martinus epiſc. Treuiren. & mart. 19. Iulii.
Martinus Abbas monaſt. Vertani. 24. Octob.
Martinus epiſc. Turonenſis 11. Nouemb.
Eiuſdem Translatio, & Baſilicæ ipſius dedicatio. 4. Iulii.
Martinus Papa & mart. in Cherſoneſo ſub Conſtante. 12. Nouemb.
Martinus Abbas Santonen. 7. Decemb.
Martyres plurimi in Africa ſub Seuero. 6. Ian.
Sub Geiſerico. 5. April. ſub Valeriano. 9. Auguſti.
Alexandriæ ſub Arianis. 28. Ianuar. & 13. Maii.
Sub Valeriano. 28. Febr. Tempore Theodoſii. 17. Martii.
Sub Conſtantio. 21. Martii. Sub Valeriano. 10. Auguſti.
Antiochiæ ſub Maximino. 11. Martii.
In Arabia ſub Maximino. 22. Februarii.
In Bulgaria ſub Nicephoro Imp. 23. Iulii.
In Cappadocia & Meſopotamia ſub Maximino. 23. Maii.
Conſtantinopoli ſub Conſtantio. 30. Martii.
Apud Homeritas ſub Dunaan tyranno. 27. Iulii.
Nicomediæ ſub Dioclet. 23. Iunii.
In Numidia ſub Dioclet. 11. Februarii.
In Perſide ſub Cabada Rege. 8. Februarii.
In Phrygia vnius vrbis ciues ſub Maximino. 7. Februarii.

In Ponto ſub Maximiano. 5. Februar.
Romæ ſub Dioclet. 2. Ian. Sub Alexand. 2. Martii. Sub Aureliano Præfecto. 10. April. Sub Nerone. 24. Iunii.
In Thebaide ſub Dioclet. 5. Ian. Sub Decio 28. Iulii.
Tyri in Phœnicia ſub Dioclet. 20. Februar.

Martyres plurimi in Perſide ſub Sapore, ſcil. Azades eunuchus, Milles, & Aceptimas epiſcopi, Aithala & Ioſeph Preſbyteri, Azadanes & Abdieſus Diaconi Mareas, Bicor, & alii xx. epiſc. & clerici c c l. & Tarbula virgo cum pediſequa ſua. 22. Aprilis.
Martyres penè innumerabiles Treuiris ſub Dioclet. 6. Octob. Cæſarauguſtæ ſub Daciano Præſide. 3. Nouemb.
Martyrum multa millia Nicomediæ ſub Dioclet. 25. Decemb.
Martyrius monachus in prouincia Valeriæ. 23. Ianuar.
Martyrius mart. Ananiæ, inf. cum Siſinio. 29. Maii.
Martyrius ſubdiaconus, & Marcianus cantor, mart. Conſtantinopoli ſub Conſtantio. 25. Octob.
Marutha epiſc. in Meſopotamia 4. Decemb.
Maſculas archimimus confeſſor in Africa ſub Geiſerico, ſupra cum Armogaſte. 29. Martii.
Maſſa Candida c c c. mart. Carthagine ſub Valeriano. 24. Auguſti.
Maſſilitani mart. in Africa. 9. April.
Maternus epiſcopus Mediolanen. confeſſ. ſub Maximiano. 18. Iulii.
Maternus epiſc. Treuirenſis. 14. Septemb.
Mathildes Regina in Germania. 1 . . Martii.
Matrona ancilla mart. Theſſalonicæ. 15. Martii.
Matrona mart. in Paphlagonia, ſupra cum Alexandra. 20. Martii.
Matrona virgo & mart. Ancyræ, infra cum Theodoto. 18. Maii.
Matronianus eremita Mediolani. 14. Decemb.
Matthæus Apoſt. & Euang. mart. in Æthiopia. 21. Sept. Eius Vigilia. 20. Septemb.

Eiuſdem

Digitized by Google

Eiuſdem Translatio Salerni. 6. Maii.
Matthæus eremita mart. in Polonia, ſupra cum Benedicto. 12. Nouemb.
Matthias epiſc. Hieroſolymitan. 30. Ianuar.
Matthias Apoſtolus in Iudæa. 24. Februar.
Eius Vigilia. 23. Februar.
Maturinus confeſſor in pago Waſtinenſi. 1. Nouemb.
Maturus mart. Lugduni ſub Antonino, inf. cum Photino, 2. Iunii.
Mauilus mart. Adrumeti ſub Seuero. 4. Ianuar.
Maura mart. Rauennæ ſub Decio, ſupra cum Fuſca. 13. Februarii.
Maura mart. in Thebaide, inf. cum Timotheo. 3. Maii.
Maura virgo & mart. Conſtantinopoli. 30. Nouemb.
Maurilius epiſcop. Andegauenſ. 13. Septemb.
Maurinus abbas & mart. Coloniæ. 10. Iunii.
Mauritius mart. Nicopoli ſub Licinio, ſupra cum Leontio. 10. Iulii.
Mauritius, Exuperius, Candidus, Victor, Innocentius, Vitalis, & ſocii legionis Thebæorum mart. in Gallia ſub Maximiano. 22. Septemb.
Maurus abbas in territorio Andegauen. 15. Ianuar.
Maurus epiſc. Cæſenaten. 20. Ianuar.
Maurus abbas Bobacenſis. 27. Ianuar.
Maurus miles mart. Romæ ſub Dioclet. inf. cum Papia. 29. Ianuarii.
Maurus epiſcopus, Pantaleemon & Sergius mart. in Apulia ſub Traiano. 27. Iulii.
Maurus mart. Romæ, ſupra cum Bono. 1. Auguſt.
Maurus, & ſocii mart. Rhemis. 22. Auguſt.
Maurus epiſcopus Wirodunen. 8. Nouemb.
Maurus epiſcop. Veronenſis. 21. Nouemb.
Maurus mart. Romæ ſub Numeriano, ſup. cum Claudio. 3. Decemb.
Maxentius Preſbyt. Pictauien. 26. Iunii.
Maxentius, Conſtantius, Creſcentius, Iuſtinus, & ſocii

mart. Treuiris ſub Dioclet. 12. Decembris.
Maxima mart. Sirmii, infr. cum Montano. 25. Martii.
Maxima mart. in Africa, ſup. cum Ianuario. 8. April.
Maxima virgo in Foro Iulii. 16. Maii.
Maxima, Donatilla, & Secunda virg. & mart. Tuburbi ſub Valeriano. 30. Iulii.
Maxima mart. Romæ ſub Dioclet. 2. Septemb.
Maxima mart. Vlyſipone ſub Dioclet. inf. cum Veriſſimo. 1. Octobris.
Maxima virgo in Africa, ſupra cum Martiniano. 16. Octobris.
Maximianus martyr Bellouaci, ſupra cum Luciano. 8. Ianuarii.
Maximianus epiſc. Rauennæ. 21. Febr.
Maximianus epiſc. Syracuſanus. 9. Iunii.
Maximianus, Epheſi, infra in, Septem dormientes. 27. Iulii.
Maximianus mart. ſup. cum Bonoſo. 21. Auguſti.
Maximianus epiſc. Bagaienſis. 3. Octob.
Maximilianus epiſc. Laureacenſis. 12. Octob.
Maximilianus epiſc. & mart. 29. Octob.
Maximinus epiſc. Treuirenſis. 29. Maii.
Maximinus epiſc. Aquenſis. 8. Iunii.
Maximinus confeſſor Aurelianen. 15. Decemb.
Maximus epiſc. Papienſis. 8. Ian.
Maximus epiſc. Nolanus. 15. Ian.
Maximus mart. Antiochiæ ſub Iuliano, ſupra cum Iuuentino. 5. Ian.
Maximus, Claudius, Præpedigna, Alexander, & Cutias mart. Oſtiæ ſub Dioclet. 18 Febr.
Maximus martyr in Africa, ſupra cum Lucio. 18. Februarii.
Maximus, Quinctilianus, & Dadas mart. ſub Dioclet. 13. April.
Maximus mart. Romæ ſub Alexandro, infr. cum Tiburtio. 14. Aprilis.

Maxi-

Digitized by Google

Maximus & Olympiades mart. Cordubæ ſub Decio. 15. Aprilis.
Maximus mart. Epheſi ſub Decio 30. Aprilis
Maximus epiſc. Hieroſolymitan. confeſſor ſub Maximino. 5. Maii.
Maximus, Baſſus, & Fabius mart. Romæ ſub Dioclet. 11. Maii.
Maximus mart. Aruernis, ſup. cum Caſſio 15. Maii.
Maximus epiſc. Veronenſis. 29. Maii.
Maximus epiſc. Taurinenſis. 25. Iunii.
Maximus mart. Damaſci, inf. cum Sabina. 20. Iulii.
Maximus epiſc. Patauinus. 2. Auguſti.
Maximus monachus Conſtantinopoli, duo Anaſtaſii, & alii plures mart. ſub Conſtante. 13. Auguſti.
Maximus puer mart. Carthagine ſub Hunnerico, ſup. cum Liberato. 17. Auguſt.
Maximus mart. in Illyrico, ſup. cum Floro. 18. Auguſt.
Maximus B. Martini diſcipulus. 20. Auguſt.
Maximus Preſbyt. & mart. Oſtiæ ſub Alexandro, infr. cum Quiriaco. 23. Auguſti.
Maximus mart. ſup. cum Magno. 4. Septembr.
Maximus, Theodorus, & Aſclepiodorus mart. Hadrianopoli ſub Maximiano. 15. Septemb.
Maximus mart. Damaſci, inf. cum Paulo. 25. Sept.
Maximus mart. ſub Decio. 28. Septemb.
Maximus Diaconus & mart. Aquilæ. 19. Octob.
Maximus Leuita & mart. Ambianen. 20. Octob.
Maximus mart. Apameæ ſub Dioclet. 30. Octob.
Maximus epiſc. Maguntinus ſub Conſtantio. 18. Nouemb.
Maximus Preſb. mart. Romæ ſub Valeriano. 19. Nouemb.
Maximus epiſc. Rhegienſis. 27. Nouemb.
Maximus mart. Romæ ſub Valeriano, ſup. cum Euſebio. 2. Decemb.
Maximus epiſc. Alexandrinus. 27. Decemb.
Medardus epiſc. Nouiomenſis. 8. Iunii.
Medericus Preſbyt. Lutetiæ. 29. Auguſti.

Digitized by Google

Menardus eremita & martyr in monaſt. Augienſi. 12. Ianuarii.
Melania iunior & Pinianus, Conſtantinop. 31. Dec.
Melanius epiſc. Rhedonenſ. 6. Ianuar.
Melanius epiſc. Rhotomagen. 22 Octob.
Melas epiſc. Rhinocururæ ſub Valente. 16. Ian.
Melaſippus, Antonius, & Carina mart. Ancyræ ſub Iuliano. 7. Nouemb.
Melchiades Papa Romæ. 10. Decemb.
Meletius epiſcop. Antiochenus. 12. Febr.
Meletius Dux, & ſocii CCLII. mart. 24. Maii.
Meletius epiſc. in Cypro. 21. Septemb.
Meletius epiſc. in Ponto. 4. Decemb.
Meleuſippus mart. Lingonis ſub M. Aurelio, inf. cum Speuſippo. 17. Ianuar.
Melitina mart. Marcianopoli ſub Antonino. 15. Septembris.
Mellitus epiſc. in Anglia. 24. April.
Memmius epiſc. Catalaunenſis. 5. Auguſti.
Memnon centurio mart. inf. cum Seuero. 20. Aug.
Menalippus mart. ſupra cum Diomede. 2. Septemb.
Menander mart. Pruſæ, infra cum Patricio. 28. April.
Menander mart. Philadelphiæ, ſupra cum Cyrillo. 1. Aug.
Menedemus mart. Conſtantinopoli ſub Valente, infr. cum Vrbano. 5. Septemb.
Meneleus abbas in territorio Aruerneñ. 22. Iulii.
Meneus & Capito mart. 24. Iulii.
Menignus fullo mart. ſub Decio. 15. Martii.
Mennas epiſc. Conſtantinopolitan. 25 Auguſt.
Mennas Ægyptius miles mart. in Phrygia ſub Dioclet. 11. Nouemb.
Mennas ſolitarius, Samnii. 11. Nouemb.
Mennas, Hermogenes, & Eugraphus mart. Alexandriæ ſub Maximino. 10. Decemb.
Menodora, Metrodora, & Nymphodora virg. & mart. in Bithynia ſub Maximiano. 10. Sept.

Mercuria

Digitized by Google

Mercuria mart. Alexandriæ ſub Decio, ſupra cum Ammonaria. 12. Decemb.
Mercurialis epiſcopus. 23. Maii.
Mercurius miles mart. Cæſareæ ſub Decio. 25. Nouemb.
Mercurius, & ſocii milites mart. in Sicilia ſub Licinio. 10. Decemb.
Merulus Monachus Romæ, ſupra cum Antonio. 17. Ianuarii.
Metellus mart. Neocæſareæ, ſupra cum Mardonio. 24. Ianuarii.
Methodius epiſc in Morauia. 9. Martii.
Methodius epiſc. Conſtantinopolitan. 14. Ian.
Methodius epiſcop. Tyri, mart. in Chalcide ſub Dioclet. 18. Septemb.
Metranus mart. Alexandriæ ſub Decio. 31. Ianuar.
Metrobius mart. Tripoli, ſupr. cum Luciano. 24 Decembris.
Metrodora virgo & mart. in Bithynia ſub Maximiano, ſupra cum Menodora. 10. Septemb.
Metrophanes epiſc. Conſtantinopolitan 4. Iunii.
Meuris & Thæa mart. in Palæſtina. 19. Decemb.
Michæas Propheta in Iudæa. 15. Ianuar.
Michaël epiſc. Synnadæ. 23. Maii.
Michaëlis Archang. Apparitio in monte Gargan. 8. Maii. Eiuſdem Dedicatio ibidem. 29. Septemb.
Migdonius & Mardonius mart. Nicomediæ ſub Dioclet. 23. Decemb.
Milburges virgo in Anglia. 23. Febr.
Mille centum & quattuor milites mart. Melitine ſub Dioclet. ſup. cum Eudoxio. 5. Septemb.
Mille quadringenti octoginta mart. Samariæ ſub Coſroa. 22. Iunii.
Mille quingenti viginti quinque martyres in Piceno. 29. Maii.
Milles epiſcopus mart. ſub Sapore, ſupra in, Martyres plurimi in Perſide. 22. Aprilis.

Digitized by Google

Mineruinus mart. Catanæ, infra cum Stephano. 31. Decembris.
Mineruus & Eleazarus cum filiis octo mart. Lugduni. 23. Auguſti.
Minias miles mart. Florentiæ ſub Decio. 25. Octob.
Mirocles epiſc. Mediolanen. 3. Decemb.
Mitrius mart Aquis. 13. Nouemb.
Modeſta mart. Nicomediæ ſupra cum Macedonio. 13. Martii.
Modeſta virgo Treuiris. 4. Nouemb.
Modeſtus mart. in Africa, inf. cum Zotizo. 12. Ian.
Modeſtus & Iulianus mart Carthagine. 12. Febr.
Modeſtus Leuita & mart. Beneuenti. 12. Febr.
Modeſtus & Ammonius mart. Alexandriæ. 12. Febr.
Modeſtus epiſc. Treuirenſis. 24 Febr.
Modeſtus mart in Lucania ſub Dioclet. infra cum Vito. 15. Iunii.
Modeſtus mart. Agathen. ſub Dioclet. infra cum Tiberio. 10. Nouemb.
Modoaldus epiſc. Treuirenſis. 12. Maii.
Monachi monaſterii Dii martyres Conſtantinopoli. 8. Februarii.
Monachi, & alii mart. in Palæſtina ſub Alemundero. 19. Februarii.
Monachi Sanctæ Sabę mart. in Palæſtina ſub Saracenis. 16. Maii.
Monachi martyres Thecue in Palæſtina ſub Saracenis. 28. Maii.
Monachi, & alii mart. in India ſub Rege Abenner. 5. Auguſti.
Monas epiſc. Mediolanen. 12. Octob.
Monegundes Turonen. 2 Iulii.
Monica mater B. Auguſtini, Oſtiæ. 4. Maii.
Eiuſdem Translatio Romæ. 9. April.
Monitor epiſc. Aurelianenſis. 10. Nouemb.
Montanus, Lucius, Iulianus, Victoricus, Flauianus, & ſoc.

ed by Google

ſoc. mart. in Africa ſub Valeriano. 24. Februarii.
Montanus Preſbyter, & Maxima martyr Sirmii. 26. Martii.
Montanns mart. Tarracinæ ſub Hadriano. 17. Iunii.
Moſeus & Ammonius milites mart. in Ponto. 18. Ian.
Moyſes epiſc. in Ægypto. 7. Febr.
Moyſes mart. Alexandriæ, ſup. cum Cyrione. 14. Febr.
Moyſes Æthiops anachorita. 28. Auguſti.
Moyſes legislator & Propheta. 4. Septemb.
Moyſes Preſbyt. mart. Romæ ſub Decio. 25. Nouemb.
Moyſetus mart. in Africa. 18. Decemb.
Mucianus mart. ſup. cum Marco. 3. Iulii.
Mucius Diaconus mart. Cordubæ, inf. cum Parmenio. 22. Aprilis.
Mucius Preſb. mart. Conſtantinopoli ſub Dioclet. 13. Maii.
Mulieres plurimæ mart. Emeſæ ſub Mady. Arabæ. 14. Nou.
Murita Diaconus confeſſ. in Africa ſub Hunnerico. ſupra cum Eugenio. 13. Iulii.
Muſonius mart. Neocæſareæ, ſupra cum Mardonio. 24. Ianuarii.
Muſtiola mart. Cluſii ſub Aurel. ſup. cum Irenæo. 3. Iulii.
Myron epiſc. in Creta. 8. Auguſti.
Myron Preſb. mart. in Achaia ſub Decio. 17. Auguſt.
Myrops mart. in Chio ſub Decio. 13. Iulii.

N.

NAbor Romæ ſub Dioclet. ſup. cum Baſilide. 12. Iunii.
Nabor mart. in Africa, ſup. cum Ianuario. 10. Iulii.
Nabor & Felix martyres Mediolani ſub Maximiano. 12. Iulii.
Nahum Propheta in Begabar. 1 Decembr.
Namphanion, & ſocii mart. in Africa. 4. Iulii.
Narciſſus mart. Tomis ſub Licinio, ſup. cum Argeo. 2. Ianuarii.
Narciſſus epiſc. Auguſtæ. & Felix Diaconus mart. Gerundæ ſub Aureliano 18. Martii.

Narciſſus & Creſcentio mart. Romæ. 17. Septem.
Narciſſus epiſc. Hieroſolymitan. 29. Octob.
Narciſſus mart. ſup. cum Ampliato 31. Octob.
Narnus epiſc. Bergomenſis. 27. Auguſt.
Narſes mart. in Perſide ſub Sapore, infra cum Zanita. 27. Martii.
Narſeus mart. Alexandriæ, inf cum Philippo. 15. Iulii.
Nartalus mart. Carthagine, infr. in, Scyllitani mart. 17. Iulii.
Natalia mart. Cordubæ, ſup. cum Georgio. 27. Iulii.
Natalia Beati Hadriani vxor, Conſtantinopoli. 1. Decembris.
Natiuitas Domini noſtri Ieſu Chriſti. 25. Decemb.
Eiuſdem Vigilia 24. Decemb.
Eiuſdem Octaua. 1. Ianuar.
Natiuitas B. Mariæ Virginis 8. Septemb.
Eiuſdem Octaua. 15. Septemb.
Natiuitas S. Ioannis Baptiſtæ. 24. Iunii.
Eiuſdem Vigilia. 23. Iunii.
Eiuſdem Octaua. 1. Iulii.
Natalis mart. Rauennæ ſub Maximiano, inf. cum Valentino. 15. Decemb.
Nazarius mart. Romæ ſub Dioclet. ſupra cum Baſilide. 12. Iunii.
Nazarius & Celſus martyres Mediolani ſub Nerone. 28. Iulii.
Eorum inuentio Mediolani. 10. Maii.
Nemeſianus, Felices duo, Lucius, Litteus, Polyanus, Victor, Iader, Datiuus, epiſcopi, & alii mart. in Africa ſub Valeriano. 10. Septemb.
Nemeſius mart. in Cypro, inf. cum Pothamio. 20. Februar.
Nemeſius mart. Tibure ſub Hadriano, infr. cum Symphoroſa. 18. Iulii.
Nemeſius confeſſor in pago Liſuino. 1. Auguſt.
Nemeſius Diaconus, & Lucilla virgo & mart. Romæ, ſub Valeriano. 31. Octob.

Neme-

Nemeſius mart. Alexandriæ ſub Decio 19.Decemb.
Nemotius Diaconus,& ſocii mart. Trecis ſub Attila. 7. Septemb.
Neomiſia virgo Anagniæ,ſup.cum Aurelia. 25.Septem.
Neon mart.ſub Dioclet ſupr.cum Euſebio.24. April.
Neon mart. Ægeæ ſub Dioclet.ſupra cum Claudio.23.Auguſti.
Neon mart. Antiochiæ,ſup.cum Marco.28.Septemb.
Neon mart.Romæ ſub Valeriano, ſupra cum Euſebio. 2. Decemb.
Neophitus mart. Niceæ.20.Ianuar.
Neopolus mart.Romæ,inf.cum Saturnino. 2.Maii.
Neoterius mart. Alexandriæ, ſupr. cum Ammone. 8. Septemb.
Nereus & Achilleus mart.Romæ.12.Maii.
Nereus mart.in Africa,infr.cum Saturnino 16.Octob.
Nerſus epiſc.& ſocii mart.in Perſide. 20. Nouemb.
Neſtabus mart.in Palæſtina ſub Iuliano,ſup. cum Euſebio. 8.Septemb.
Neſtor epiſc.Pergæ mart.ſub Decio. 26. Febr.
Neſtor epiſcop. & mart.in Cherſoneſo,ſup.cum Baſilio. 4. Martii.
Neſtor mart.in Palæſtina ſub Iuliano.8.Septemb.
Neſtor mart.Theſſalonicæ.8.Octob.
Nicæas epiſc.Romatianæ vrbis.21.Iunii.
Nicæas & Paulus mart. Antiochiæ.29.Auguſt.
Nicander mart.in Ægypto ſub Dioclet.15.Martii.
Nicander & Marcianus mart. Venafri ſub Maximiano. 17. Iunii.
Nicander epiſcopus Myræ, & Hermas Preſbyter mart. 4. Nouemb.
Nicander mart.Melitinæ ſub Dioclet. ſup.cum Hierone.7. Nouemb.
Nicanor Diaconus de VII.primis,in Cypro. 10.Ian.
Nicanor mart. in Ægypto ſub Maximino,ſup.cum Marciano.5.April.& 5.Iunii.

Nicaſius epiſcopus Rhotomagen. Quirinus Preſbyt. Scubiculus Diaconus, & Pientia virgo, mart. in pago Vilcaſſino. 11. Octob.
Nicaſius epiſcopus Rhemen. Eutropia virgo, & ſocii mart. 14. Decemb.
Nicephorus mart. Antiochiæ ſub Valeriano. 9. Feb.
Nicephorus mart. in Ægypto ſub Numeriano, inf. cum Victorino. 25. Feb.
Nicephorus mart. ſup. cum Leone. 1. Martii.
Nicephorus epiſcopus Conſtantinopolitan. mart. ſub Leone Armeno. 13. Martii.
Niceras virgo Conſtantinopoli. 27. Decemb.
Niceta, & Aquilina mart. in Lycia. 24. Iulii.
Nicetas epiſc. in Dacia. 7. Ianuarii.
Nicetas epiſc. Apolloniæ. 20. Martii.
Nicetas abbas monaſt. Meditii. 3. Aprilis.
Nicetas Gothus mart. ſub Athanarico. 15. Septemb.
Nicetius epiſc. Lugdunen. 2. April.
Nicetius epiſc. Viennenſis 5. Maii.
Nicetius epiſc. Treuirenſis. 5. Decemb.
Nicodemi Inuentio. 3. Auguſti.
Nicolaus Tolentinas Ord. Eremit. S. Auguſt. 10. Septemb.
Nicolaus mart. in Mauritania, ſuprà cum Daniele. 13. Octobris.
Nicolaus epiſc. Myræ. 6. Decemb.
Eiuſdem tranſlatio Barii. 9. Maii.
Nicomedes Preſbyt. & mart. Romæ. 15 Septemb.
Nicon, & alii 10. mart. Cæſareæ. 23. Martii.
Nicon mart. Antiochiæ, ſup. cum Marco. 28. Sept.
Nicon monachus in Armenia. 26. Nouemb.
Nicoſtratus & Antiochus tribuni, cum aliis militibus mart. Cæſareæ. 21. Maii.
Nicoſtratus mart. Romæ, ſup. cum Claudio. 7. Iulii.
Nicoſtratus mart. Romæ ſub Dioclet. ſup. cum Claudio. 8. Nouemb.
Nilammon reclusus, in Ægypto. 6. Ian.

Nilus

Nilus epiſc. in Phœnicia mart. ſub Dioclet. inf. cum Tyrannione. 20 Feb.
Nilus epiſc. in Ægypto mart. in Palæſtina ſub Dioclet. infr. cum Peleo. 19 Septemb.
Nilus abbas Cryptæ ferratæ. 26. Septemb.
Nilus abbas Conſtantinopoli. 12. Nouemb.
Nimmia mart. Auguſtæ, ſup. cum Hilaria. 12. Aug.
Niuianus epiſc. in Scotia. 16. Septemb.
Nominanda mart. Romæ, ſup. cum Donata. 31. Decemb.
Nongenti martyres. Romæ. 4. Martii.
Nonna mater B. Gregorii Nazianz. 5. Auguſt.
Nonnoſus abbas in monte Soracte. 2. Septemb.
Nonnus epiſc. Edeſſæ. 2. Decemb.
Norbertus epiſc. Magdeburgenſis. 6. Iunii.
Nouatus Pudentis filius Romæ. 21. Iunii.
Numerianus epiſc. Treuirenſis. 5 Iulii.
Numidicus Preſbyter, & plurimi mart. in Africa ſub Valeriano. 9. Auguſti.
Nunilo & Alodia virgo & mart. in Hiſpania. 22. Octob.
Nympha virgo, inf. cum Tryphone. 10. Nouemb.
Nymphodora martyr Nicææ, infra cum Theuſeta. 13. Martii.
Nymphodora virgo & mart. in Bithynia ſub Maximiano, ſupra cum Menodora. 10. Septembris.

O.

OBdulia virgo, Toleti. 5. Septemb.
Oceanus mart. ſub Maximiano, infra cum Theodoro. 4. Septemb.
Octaua Natiuitatis Domini. 1. Ianuar.
Stephani Protomartyris. 2. Ianuar.
Ioannis Euangeliſtæ. 3. Ianuar.
SS. Innocentium. 4. Ianuar.
Epiphaniæ Domini. 13. Ianuar.
S Ioannis Baptiſtæ. 1. Iulii.
Apoſt. Petri & Pauli. 6. Iulii.

Digitized by Google

Laurentii martyris.17 Auguſti.
Aſſumptionis B. Mariæ 2 . Auguſti.
Natiuitatis eiuſdem. 15. Septem.
Omnium Sanctorum. 8. Nouemb.
Octauianus Archidiacon. & multa millia martyrum Carthagine. 2. Martii.
Octauius, Solutor, & Aduentor mart. Taurini ſub Maximiano. 20. Nouemb.
Octoginta Martyres in Campania. 2. Martii.
Octoginta tres milites mart Amiterni. 24. Iulii.
Odilo abbas Cluniacenſis. 15. Ian.
Odo epiſc. Vrgellenſis 7. Iulii.
Odo abbas Cluniacenſis. 18. Nouem.
Olaus Rex Noruegiæ, & mart. 29. Iulii.
Oliua virgo. 3 Iunii.
Olympiades mart. Cordubæ ſub Decio, ſup. cum Maximo. 15. Aprilis.
Olympiades mart. Ameriæ ſub Dioclet. 1. Decem.
Olympiades vidua Conſtantinopoli. 17. Decem.
Olympius epiſc. & Confeſſor in Thracia. 12. Iunii.
Olympius mart. Romæ, inf. cum Symphronio. 26. Iulii. & 31. Octob.
Omnium Sanctorum Feſtiuitas. 1. Nouem.
Eiuſdem Vigilia. 31. Octob.
Eiuſdem Octaua. 8. Nouem.
Oneſimus Epheſiorum epiſc. & mart. 16. Febr.
Oneſiphorus & Porphyrius mart. in Helleſponto. 6. Septembris.
Onuphrius Anachorita in Ægypto. 12. Iunii.
Optatianus epiſc. Brixienſis. 14. Iulii.
Optatus mart. ſup. in, XVIII. mart. Cæſaraug. 16. April.
Optatus epiſc. Mileuitan. 4. Iunii.
Optatus epiſc. Antiſiodoren. 31 Auguſt.
Ordinatio S. Baſilii epiſc. Cæſarien. 14. Iunii.
Gregorii Papæ. 3. Septem.
Ambroſii epiſcopi Mediolanen. 7. Decem.
Zenonis
Digitized by Google

Zenonis epiſcopi Ve o ,e ſis. 8.Decemb.

Orentius & Patientia mart.in Hiſpania. 1.Maii.
Orentius, Herois, Pharnacius, Firminus, Firmus, Cyriacus, & Longinus mart.in Armenia ſub Maximiano. 24. Iun.
Oreſtes mart. Tyanæ ſub Dioclet 9. Nouem.
Oreſtes mart.in Armenia ſub Dioclet, ſupr. cum Euſtratio. 13.Decem.
Oriculus,& ſocii mart.ſub Wandalis.18.Nouem.
Orientius epiſc. Auſcii.1.Maii.
Orontius mart.Ebreduni ſub Dioclet. inf.cum Vincentio. 22.Ianuarii.
Oſee Propheta. 4.Iulii.
Oſmundus epiſcop.in Anglia. 4.Decem.
Oſtianus Preſbyter Viuarienſis. 30.Iunii.
Oſwaldus Rex Angliæ. 5.Auguſti.
Othilia virgo Argentoratenſis. 13.Decem.
Othmarus abbas.16.Nouem.
Otho mart.in Africa,ſup.cum Berardo.16.Ianuarii.
Otho epiſcop.Bambergenſis 2.Iulii.

P.

Pachomius abbas in Ægypto.14.Maii.
Pachomius epiſc.Ægyptius mart. Alexandriæ ſub Maximino,ſup.cum Fauſto 26.Nouem.
Pacianus epiſc.Barcinonenſis.9.Martii.
Palæmon abbas in Thebaide. 11.Ianuarii.
Palatias virgo, & Laurentia mart. Anconæ ſub Dioclet.8. Octob.
Palatinus mart. Antiochiæ,inf.cum Syco. 30.Maii.
Palladia mart.inf.cum Suſanna. 24.Maii.
Palmatius conſul mart. Romæ ſub Alexandro, ſuprà cum Calepodio 10.Maii.
Palmatius & ſocii mart. Treuiris ſub Dioclet.5.Octob.
Pammachius Preſbyt.Romæ. 30. Auguſti.
Pamphilus epiſc. Valuenſis.28.April.
Pamphilus Preſbyt. & mart. cum aliis Cæſareæ ſub Maximino.1.Iunii.

Digitized by Google

Pamphilus epiſc. Capuanus. 7. Septemb.
Pamphilus mart. Romæ. 21. Septemb.
Pancharius mart. Nicomediæ ſub Dioclet. 19. Martii.
Pancratius epiſc. Tauromenii, & mart. 3. April.
Pancratius mart. Romæ ſub Dioclet. 12. Maii.
Pantagapes mart. ſup. cum Diomede. 2. Septemb.
Pantagathus epiſc. Viennenſis. 17. April.
Pantaleemon mart. in Apulia ſub Traiano, ſupr. cum Mauro. 27. Iulii.
Pantaleon Medicus, mart. Nicomediæ ſub Maximiano. 27. Iulii.
Pantenus Alexandriæ ſub Caracalla. 7. Iulii.
Papas mart. in Lycaonia. 16. Martii.
Paphnutius mart. Hieroſolymis. 19. April.
Paphnutius epiſcop. in Ægypto confeſſor ſub Maximino. 11. Septemb.
Paphnutius & ſocii martyres in Ægypto ſub Dioclet. 24. Septemb.
Papias & Maurus milites martyres Romæ ſub Dioclet. 29. Ianuarii.
Papias epiſc. Hierapolitanus. 22. Febr.
Papias mart. in Ægypto ſub Numeriano, infr. cum Victorino. 21. Februar.
Papias Diodorus, Conon, & Claudianus mart. Pergæ ſub Decio. 26. Febr.
Papias mart. in Africa, inf. cum Publio. 2. Nouemb.
Papinianus & Manſuetus epiſcopi & mart. in Africa ſub Geiſerico. 28. Nouemb.
Papius mart. ſub Dioclet. 28. Iunii.
Papius mart. in Macedonia ſub Traiano, inf. cum Peregrino. 7. Iulii.
Papylus Diac. mart. Pergami ſub Antonino, ſup. cum Carpo. 13. Aprilis.
Paramon, & ſocii 375. martyres ſub Decio. 29. Nou.
Paraſceres mart. inf. cum Photina. 20. Martii.
Paris epiſc. Theani. 5. Auguſt.

Pariſius

Digitized by Google

Pariſius monachus Camaldulen. Bononiæ. 11. Iunii.
Parmenas Diaconus mart. Philippis ſub Traiano. 23. Ian.
Parmenius, Helimenas, & Chryſotelus Preſbyteri, Lucas & Mucius Diaconi mart. Corduba. 2. April.
Parthenius mart. Romæ ſub Decio. ſup. cum Calocero. 19. Maii.
Paſchalis Papa Romæ. 14. Maii.
Paſchaſius epiſc. Viennenſis. 22. Febr.
Paſchaſius Diaconus Romæ. 31. Maii.
Paſchaſius mart. in Africa ſub Geiſerico, ſup. cum Arcadio. 13. Nouemb.
Paſſicrates, Valentio, & alii duo martyres Doroſtori. 25. Maii.
Paſtor, Victorinus, & ſocii mart. Nicomediæ. 29. Mart.
Paſtor epiſc. Aurelianenſis. 30. Martii.
Paſtor Preſbyter Romæ. 26. Iulii.
Paſtor mart. Compluti, ſup cum Iuſto. 6. Auguſti.
Patapius ſolitarius Conſtantinopoli. 8. Decemb.
Paterius epiſc. Brixienſis 21. Febr.
Patermuthius, Copres, & Alexander mart. Alexandriæ ſub Iuliano. 9. Iulii.
Paternianus epiſc. Bononien. 12. Iulii.
Paternus epiſc. Abricenſis. 16. April.
Paternus mart. Fundis. 21. Auguſt.
Paternus epiſcopus & mart. in territorio Conſtantienſ. 23. Septemb.
Paternus mart. Senonen. 12. Nouemb.
Patiens epiſc. Metenſis. 8. Ian.
Patiens epiſc. Lugdunen. 11. Septemb.
Patientia mart in Hiſpania, ſup. cum Orentio. 1. Maii.
Patricia mart. Nicomediæ, ſup. cum Macedonio. 13. Martii.
Patricia virgo Neapoli. 5. Auguſti.
Patricius epiſc. Aruernenſis. 16. Martii.
Patricius epiſc. in Hibernia. 17. Martii.
Patricius epiſc. Acatius, Menander, & Polienus mart. Pruſæ in Bithynia. 28. April.

Digitized by Google

Patricius Abbas Niuernis. 24. Auguſti.

Patrobas diſcipulus B. Pauli, infr. cum Philologo. 4. Nouemb.

Patroclus mart. Trecis ſub Aureliano. 21. Ian.

Paula vidua Romana, in Bethlehem. 26. Ian.

Paula virgo & mart. Conſtantinopoli. 3. Iunii.

Paula virgo & mart. in Hiſpania, ſupra cum Cyriaco. 18. Iunii.

Paula mart. Damaſci, inf. cum Sabino. 20. Iulii.

Paula virgo & mart. Carthagine, ſupra cum Baſſa. 10. Auguſti.

Paulillus puer in Afric. ſup. cum Arcadio. 13. Nouem.

Paulillus mart. Nicomediæ, ſupr. cum Cyriaco. 19. Decem.

Paulina virgo & martyr Romæ, ſupra cum Artemio. 6. Iunii.

Paulina mart. Romæ ſub Valeriano, ſupra cum Euſebio. 2. Decemb.

Paulina mart. Romæ, ſup. cum Donata. 31. Decemb.

Paulinus epiſc. Brixienſis. 29. April.

Paulinus mart. Coloniæ. 4 Maii.

Paulinus mart. Tuderti, ſup. cum Feliciſſimo. 26. Maii.

Paulinus epiſc. Nolanus. 22. Iunii.

Paulinus epiſcopus Lucenſis, & mart. cum ſociis ſub Nerone. 12. Iulii.

Paulinus epiſcopus Treuirenſis, mart. in Phrygia ſub Conſtantio. 31 Auguſti.

Paulinus epiſcopus Eboracenſis. 10. Octob.

Paulinus epiſcopus Capuanus. 10. Octobr.

Paulus primus eremita, in Thebaide. 10. Ianuar.

Paulus Gerontius. Ianuarius, Saturninus, Succeſſus, Iulius, Catus, Pia, & Germana mart. in Africa. 19. Ianuar.

Paulus epiſcop. Trecenſis. 1. Febr.

Paulus, Lucius, & Cyriacus mart. Romæ. 8. Febr.

Paulus epiſcop. Virodunenſis. 8. Febr.

Paulus, Heraclius, Secundilla, & Ianuaria mart. in Portu Romano. 2. Martii.

Paulus

Digitized by Google

Paulus epiſcop. Peluſii. 7. Martii.
Paulus cognomento Simplex. 7. Martii.
Paulus mart. Corinthi ſub Decio, ſupra cum Codrato. 10. Martii.
Paulus mart. Conſtantinopoli, ſub Copronymo. 17. Mart.
Paulus, Cyrillus, Eugenius, & alii quattuor mart. in Syria. 20. Martii.
Paulus epiſcop. Narbonenſis. 22. Martii.
Paulus monachus martyr Cordubæ, ſupra cum Elia. 17. April.
Paulus mart. in Helleſponto, inf. cum Petro. 15. Maii.
Paulus mart. Nouioduni. ſup. cum Heradio 17. Maii.
Paulus mart. ſupr. cum Conſtance. 28. Maii.
Paulus mart. Cæſareæ ſub Maximino, infra cum Valente. 1. Iunii.
Paulus Preſbyt. & mart. Auguſtoduni ſub Aureliano, infra cum Reuerino. 1. Iunii.
Paulus mart. Conſtantinop. ſup. cum Lucilliano. 3. Iunii.
Paulus epiſcopus Conſtantinop. mart. ſub Conſtantio. 7. Iunii.
Paulus & Cyriacus mart. in Ponto. 20 Iunii.
Paulus mart. Romæ ſub Iuliano, ſupra cum Ioanne. 26. Iunii.
Paulus Papa Romæ. 28. Iunii.
Paulus Apoſt. mart. Romæ ſub Nerone, infra cum Petro. 29. Iunii.
Eiuſdem conuerſio. 25. Ianuar.
Eiuſdem commemoratio. 30. Iunii.
Paulus mart. ſup. cum Marco. 3. Iulii.
Paulus Diaconus & mart Cordubæ. 20. Iulii.
Paulus mart. in Paleſtina ſub Maximino. 25 Iulii.
Paulus & Iuliana mart. Ptolemaide ſub Valeriano. 17. Auguſti.
Paulus mart. Antiochiæ, ſup. cum Nicæa. 29. Auguſti.
Paulus, Tatta, Sabinianus, Maximus, Rufus, & Eugenius mart. Damaſci. 25. Septemb.

Paulus mart. ſub Valeriano, ſupr. cum Dionyſio. 3. Octobris.
Paulus mart. Nicææ, ſup. cum Dario. 19. Decemb.
Paulus mart. Tripoli, ſup. cum Luciano. 24. Decemb.
Pauſides mart. Cæſareæ ſub Dioclet. inf. cum Timolao. 24. Martii.
Pauſilippus mart. ſub Hadriano, inf. cum Theodoro. 15. Aprilis.
Pegaſius mart. in Perſide, ſup. cum Acindino. 2. Nouemb.
Pelagia mart. ſup. cum Domitio. 23. Martii.
Pelagia virgo & mart. Tarſi ſub Dioclet. 4. Maii.
Pelagia virgo & mart. Antiochiæ. 9. Iunii.
Pelagia mart. Nicopoli, ſup. cum Ianuario. 11. Iulii.
Pelagia pœnitens, Hieroſolymis. 8. Octob.
Pelagia virgo mart. Antiochiæ, ſup. cum Beronico. 19. Octobris.
Pelagius epiſc. Laodicenus. 25. Martii.
Pelagius mart. Cordubæ ſub Abdarameno. 26. Iunii.
Pelagius mart. Conſtantiæ ſub Numeriano. 28. Auguſt.
Peleus epiſcop. mart. in Phœnicia ſub Dioclet. inf. cum Tyrannione. 20. Febr.
Peleus, Nilus, & Elias epiſcopi Ægyptii mart. cum plurimis clericis in Palæſtina ſub Dioclet. 19. Septemb.
Pelinus epiſcop. Brunduſinus mart. Corfinii ſub Iuliano. 5. Decemb.
Peluſius Preſbyt. & mart. Alexandriæ. 7. April.
Peregrinus mart. Theſſalonicæ, ſup. cum Irenæo. 5. Maii.
Peregrinus epiſc. Antiſiodorenſis & mart. 16. Maii.
Peregrinus epiſc. & mart. in Pelignis. 13. Iunii.
Peregrinus mart. Apolloniæ cum Iſauro. 17. Iunii.
Peregrinus, Lucianus, Pompeius, Heſychius, Papius, Saturninus, Germanus & Aſtius epiſcopi, mart. in Macedonia ſub Traiano. 7. Iulii.
Peregrinus Preſbyt. Lugduni. 28. Iulii.
Peregrinus mart. Romę ſub Commodo, ſup. cum Euſebio. 25 Auguſt.

Perſe-

Perfectus Preſbyt. & mart. Cordubæ. 18. April.
Pergentinus & Laurentinus mart. Aretii ſub Decio. 3. Iunii.
Perpetua & Felicitas, Reuocatus, Saturninus, & Secundolus mart. Tuburbi ſub Seuero. 7. Martii.
Perpetua B. Petri diſcipula, Romæ. 4. Auguſt.
Perpetuus epiſc. Turonenſis. 8. April.
Perſeueranda virgo. 26. Iunii.
Petronilla virgo Romæ. 31. Maii.
Petronius epiſc. Veronenſis. 6. Septemb.
Petronius epiſc. Bononienſis. 4. Octob.
Petri Apoſt. Cathedra Romæ. 18. Ian.
Antiochia. 22. Februarii.
Eiuſdem Dedicatio ad Vincula. 1. Auguſt.
Petrus & Paulus Apoſtoli mart. Romæ ſub Nerone. 29. Iunii.
Eorum Vigilia. 28. Iunii.
Eorum Octaua. 6. Iulii.
Baſilicarum eorundem Dedicatio Romæ. 18. Nou.
Petrus mart. Aulonæ. 3. Ianuar.
Petrus epiſc. Sebaſtæ. 9. Ianuar.
Petrus, Seuerus, & Leucius martyres Alexandriæ. 11. Ianuarii.
Petrus mart. in Africa, ſup. cum Berardo. 16. Ianuarii.
Petrus Mauimenus mart. Damaſci. 21. Febr.
Petrus confeſſor in Hernicis. 11. Martii.
Petrus mart. Nicomediæ ſub Dioclet. 12. Martii.
Petrus & Aphrodiſius mart. in Africa. 14. Martii.
Petrus Martianus, Iouinus, Tecla, Caſſianus, & alii mart. Romæ. 26. Martii.
Petrus Diacon. & Hermogenes mart. Antiochiæ. 17. April.
Petrus epiſc. Bracarenſis & mart. 26. April.
Petrus Ord. Præd. mart. Mediolani. 29. April.
Petrus monachus & mart. Cordubæ, ſup. cum Amatore. 30. April.
Petrus epiſc. Papienſis. 7. Maii.
Petrus epiſc. Veſontinus. 8. Maii.

Digitized by Google

Petrus, Andreas, Paulus & Dionyſia mart. in Helleſponto. 15. Maii
Petrus de Morono, dictus Cæleſtinus V. 19. Maii.
Petrus Presbyter Walabonſus Diaconus, Sabinianus, Wiſtremundus, Habentius, & Hieremias monachi mart. Cordubæ. 7 Iunii.
Petrus mart. Philadelphiæ, ſupr. cum Cyrillo. 1. Auguſti.
Petrus epiſc. Anagninus. 3. Auguſti.
Petrus, Iulianus, & alii XVIII. mart. Romę. 7. Auguſt.
Petrus mart. in Ponto, ſupr cum Marcellino. 27. Auguſt.
Petrus epiſcop. Compoſtellanus. 10. Septemb.
Petrus mart. in Africa, ſupr. cum Andrea. 2 . Sept.
Petrus mart ſub Decio & Valeriano, ſup. cum Dionyſio. 3. Octob.
Petrus epiſc. Damaſcenus, & mart. 4. Octob.
Petrus mart. Hiſpali. 8. Octob.
Petrus miles mart. Romæ, infra cum Theodoſio. 25. Octobris.
Petrus epiſcopus Alexandrinus mart. ſub Maximino. 26. Nouemb.
Petrus monachus mart. Conſtantinopoli ſub Copronymo, inf. cum Stephano. 28. Nouemb.
Petrus Chryſologus epiſc. Rauennæ. 2. Decemb.
Petrus, Succeſſus, Baſſianus, Primitiuus, & alii XX. mart. in Africa. 9. Decemb.
Phara virgo Meldenſis. 7 Decemb.
Pharnacius mart. in Armenia ſub Maximiano, ſup. cum Orentio. 24. Iunii.
Philadelphus mart. in Sicilia, ſup. cum Alphio. 10. Maii.
Philadelphus mart. ſup. cum Diomede. 2. Sept.
Philæas epiſcop. Thmueos, & Philoromus tribunus, mart. cum innumeris aliis ſub Dioclet. 4 Febr.
Philappianus mart. in Africa, ſup. cum Feliciano. 30. Ian.
Philaſtrius epiſc. Brixienſis 18. Iulii.
Phileas epiſc. Ægyptius mart. Alexandriæ ſub Maximino, ſup. cum Fauſto. 26. Nouemb.

Phile-

Digitized by Google

Philemon, & Apollonius diaconus, mart. Ætinoi. 8. Martii.
Philemon & Domninus mart. 21. Martii.
Philemon & Apphias martyres Coloſſis ſub Nerone. 22. Nouembris.
Philetus ſenator, Lydia, Macedo, Theoprepides, Amphilochius, & Gronidas mart. 27. Martii.
Philetus, & ſocii mart. ſub Hadriano. 28. Martii.
Philibertus abbas in Herio inſula. 20. Auguſti.
Philibertus mart. in Hiſpania ſupra cum Fabriciano. 22. Auguſti.
Philippa mart. Pergæ ſub Antonino, infra cum Theodoro. 20 Septembris.
Philippus Epiſcopus Gortinæ ſub M. Antonino. 11. April.
Philippus & Iacobus Apoſtoli, mart. Hierapoli, & Hieroſolymis. 1. Maii.
Philippus Argyrio in Sicilia. 12. Maii.
Philippus Diaconus de VII. Cæſareæ, & quattuor eius filiæ. 6. Iunii.
Philippus mart. Romæ ſub Antonino infra in, Septem fratres. 10. Iulii.
Philippus, Zenon, Narſeus, & decem infantes mart. Alexandriæ. 15. Iulii.
Philippus martyr Nicomediæ, infra cum Stratone. 17. Auguſti.
Philippus ord. Seru. B. Mariæ. 23. Auguſti.
Philippus mart. ſupra cum Diomede. 2. Septembris.
Philippus mart. Alexandriæ. 13. Septemb.
Philippus Epiſcopus, Seuerus preſbyt. Euſebius, & Hermes mart. Hadrianopoli ſub Iuliano. 22. Octobris.
Philippus Epiſcopus Firmii, & mart. 21. Octobris.
Philippus preſbyt. infra cum Pontiano Papa. 19. Nouembris.
Philo & Agathopodes diaconi Antiochiæ. 25. Aprilis.
Philogonius Epiſcopus Antiochenus. 20. Decembris.
Philologus & Patrobas B. Pauli diſcipuli. 4. Nouemb.

Digitized by Google

Philomenus mart. Heracleæ ſupra cum Clementino. 14. Nouembris.
Philomenus mart. Ancyræ ſub Aureliano. 29. Nouemb.
Philonilla B. Pauli diſcipula Tharſi, infra cum Zenaide. 11. Octobris.
Philoromus tribunus militum mart. in Ægypto ſub Dioclet. ſupra cum Philea. 4. Febr.
Philoterus mart. Nicomediæ ſub Dioclet. 19. Maii.
Philotheus mart. ſub Maximino, ſupra cum Domnino. 5. Nouembris.
Philumena virgo Septempedana. 5. Iulii.
Phlegon Apoſtolorum diſcipulus, ſupra cum Herodione. 8. Aprilis.
Phocas mart. Antiochiæ. 5. Martii.
Phocas Epiſcopus Synope mart. ſub Traiano. 14. Iulii.
Phœbe, Corinthi. 3. Septembris.
Photina, Ioſeph, Victor, Sebaſtianus, Anatolius, Photius, Photides, Paraſceues, & Cyriaca martyres. 20. Martii.
Photinus Epiſcopus Lugdunen. Sanctus Diaconus, Vetius Epagathus, Macurus, Ponticus, Biblides, Attalus, Alexander, Blandina, & alii multi mart. ſub Antonino. 2. Iunii.
Photinus mart. Nicomediæ ſub Dioclet. ſupra cum Aniceto. 12. Auguſti.
Photius mart ſupra cum Archelao. 4. Martii.
Photius mart. ſupra cum Photina. 20. Martii.
Pia mart. in Africa, ſupra cum Paulo. 19. Ianuarii.
Piaton preſbyter & mart. Tornaci ſub Maximiano. 1. Octobris.
Pientia virgo & mart. in pago Vilcaſſino, ſupra cum Nicaſio. 11. Octobris.
Pierius preſbyt. Alexandrinus ſub Dioclet. 4. Nouemb.
Pigmerius mart. Romæ ſub Iuliano. 24 Martii.
Pinianus, Conſtantinopoli, ſupra cum Melania. 31. Decembris.
Pinytus Epiſcopus Gnoſſi ſub Antonino. 10. Octobris.

Digitized by Google

Pionius preſbyt. & mart. Smyrnæ cum aliis xv. ſub Antonino. 1. Februarii.
Piperion mart. Alexandriæ, ſupra cum Candido. 11. Martii.
Pirminus Epiſcopus Meldenſis. 3. Nouembris.
Pius Papa & mart. Romæ ſub Antonino. 11. Iulii.
Placidia virgo Veronæ. 11. Octobris.
Placidus monachus, Eutychius, Victorinus, Flauia, Virgo, Donatus, Firmatus Diaconus, Fauſtus & alii xxx. monachi mart. Meſſanæ. 5. Octob.
Placidus mart. ſupra cum Anaſtaſio. 11. Octobris.
Plato monachus Conſtantinopoli. 4. Aprilis.
Plato martyr Ancyræ. 22. Iulii.
Platonides & alii duo mart. Aſcalone. 6. Aprilis.
Plautilla, Romæ. 20. Maii.
Plautus mart. in Thracia, ſupra cum Eutychio. 29. Septembris.
Plutarchus, Serenus, Heraclides, Heron, Serenus, Rhais, Potamiœna, & Marcella mart. Alexandriæ ſub Seuero. 28. Iunii.
Podius Epiſcopus Florentinus. 28. Maii.
Pœmon anachorita in Thebaide. 27. Auguſti.
Polius Diaconus mart. in Mauritania, infra cum Timotheo. 21. Maii.
Pollio mart. in Pannonia ſub Dioclet. 28. Aprilis.
Polyanus Epiſcopus & mart. in Africa ſub Valeriano, ſupra cum Nemeſiano. 10. Septembris.
Polyænus mart. Pruſæ, ſupra cum Patricio. 28. April.
Polyænus mart. Romæ, ſupra cum Herma. 18. Auguſti.
Polycarpus Epiſcopus Smyrnen. mart. ſub Antonino cum aliis xII. 26. Ianuarii.
Polycarpus preſbyter Romæ. 23. Februarii.
Polycarpus & Theodorus mart. Antiochiæ. 7. Decembris.

Polychronius Epiſcopus Babylonius, mart. in Perſide ſub Decio. 17. Februarii.

Polychronius preſbyter & martyr ſub Conſtantio. 6. Decembris.

Polyeuctus mart. Melitinæ ſub Decio. 13. Februarii.

Polyeuctus, Victorius, & Donatus, mart. Cæſareæ. 21. Maii.

Polyxena Apoſtolorum diſcipula, in Hiſpania, infra cum Xantippa. 23. Septembris.

Pompeius mart. in Africa ſub Decio, ſuprà cum Terentio. 10. Aprilis.

Pompeius mart. in Macedonia ſub Traiano, ſupra cum Peregrino. 7. Iulii.

Pompeius Epiſcopus Papienſis. 14. Decembris.

Pomponius Epiſcopus Neapolitan. 14. Maii.

Pompoſa virgo & mart. Cordubæ. 19. Septemb.

Pontianus mart. Spoleti ſub Antonino. 19. Ianuarii.

Pontianus mart. Romæ ſub Commodo, ſupra cum Euſebio. 25. Auguſti.

Pontianus Papa, & Philippus preſb. mart. in Sardinia ſub Alexandro. 19. Nouembris.

Pontianus, & alii quattuor mart. Romæ. 2. Decembris.

Pontianus mart. Romæ ſub Maximiano, infra cum Thraſone. 11. Decembris.

Pontianus mart. Catanæ, infra cum Stephano. 31. Decembris.

Ponticus mart. Lugduni ſub Antonino, ſupra cum Photino. 2. Iunii.

Pontius Diaconus S. Cypriani, Carthagine. 8. Martii.

Pontius mart. in Gallia ſub Valeriano. 14. Maii.

Poppon abbas Attrebati. 25. Ianuarii.

Porcarius abbas Lerinenſis, & quingenti monachi mart. 12. Auguſti.

Porphyrius & Seleucus mart. Cæſareæ ſub Maximino. 16. Februarii.

Porphyrius Epiſcopus Gazæ. 26. Februarii.

Porphy-

Digitized by Google

Porphyrius mart. in Piceno, 4. Maii.
Porphyrius Romæ. 20. Auguſti.
Porphyrius mart. in Helleſponto, ſupra cum Oneſiphoro. 6. Septembris.
Porphyrius mimus mart. ſub Iuliano. 15. Septemb.
Porphyrius mart. Epheſi ſub Aureliano. 4. Nouembr.
Portianus abbas Aruernis. 24. Nouembris.
Potamia mart. Thaguræ, ſupra cum Iulio. 5. Decembr.
Potamiœna virgo & mart. Alexandriæ ſub Seuero ſupra cum Plutarcho. 28. Iunii.
Potamion Epiſcopus in Ægypto, mart, ſub Conſtantio. 18. Maii.
Potamius & Nemeſius mart. in Cypro. 20. Februarii.
Potentianus martyr Senon. infra cum Sabiniano. 31. Decembris.
Potitus mart. in Sardinia ſub Antonino. 13. Ianuarii.
Præpedigna mart. Oſtiæ ſub Dioclet. ſupra cum Maximo. 18. Februarii.
Præſentatio B. Mariæ virginis in templo. 21. Nouembris.
Præſidius Epiſcopus & mart. in Africa ſub Hunnerico, ſupra cum Donatiano. 6. Septembris.
Prætextatus Epiſcopus Rhotomagen. & mart. 24. Februarii.
Prætextatus mart. Romæ ſub Maximiano, infra cũ Thraſone. 11. Decembris.
Pragmatius Epiſcopus Auguſtodunen. 22. Nouemb.
Praxedes virgo Romæ. 21. Iulii.
Priamus mart. in Sardinia, ſupra cum Æmilio. 28. Maii.
Prilidianus mart. Antiochiæ ſub Decio, ſupra cum Babyla. 24. Ianuarii.
Primianus martyr in Africa, ſupra cum Dominico. 29. Decembris.
Primitiua mart. Romæ. 24. Februarii.
Primitiua virgo & mart. Romæ. 23. Iulii.

Primitiuus mart. ſupra in, XVIII. Mart. Cæſaraug. 16. Aprilis.
Primitiuus mart. Romæ ſub Hadriano, ſupra cum Getulo. 10. Iunii.
Primitiuus mart. Tibure ſub Hadriano, infra cum Symphoroſa. 18. Iulii.
Primitiuus mart. in Gallæcia ſub Dioclet. ſupra cum Facundo. 27. Nouembris.
Primitiuus mart. in Africa, ſupra cum Petro. 9. Decembris.
Primus mart. in Helleſponto, ſupra cum Cyrino. 3. Ianuarii.
Primus & Donatus Diaconi & mart. in Africa. 9. Februarii.
Primus & Felicianus mart. Romæ ſub Dioclet. 9. Iunii.
Primus, Cyrillus, & Secundarius mart. Antiochiæ. 2. Octobris.
Principius Epiſcopus Sueſſionenſis. 25. Septembris.
Priſca virgo & mart. Romæ ſub Claudio. 18. Ianuarii.
Priſcianus mart. Romæ, ſupra cum Euagrio. 12. Octobris.
Priſcianus mart. Cæſareæ, ſub Dioclet. ſupra cum Carponio. 14. Octobris.
Priſcilla, Romæ. 16. Ianuarii.
Priſcilla in Aſia, ſupra cum Aquila. 8. Iulii.
Priſcillianus mart. Romæ ſub Iuliano, infra cum Priſco. 4. Ianuarii.
Priſcus preſb. Priſcillianus, & Benedicta mart. Romæ ſub Iuliano. 4. Ianuarii.
Priſcus, Malchus, & Alexander mart. Cæſareæ ſub Valeriano 28. Martii.
Priſcus mart. cum plurimis aliis in territorio Antiſiodoren. 26. Maii.
Priſcus Chriſti diſcipulus mart. Capuæ. 1. Septemb.
Priſcus Epiſc. Capuanus, Caſtrenſis, Tammarus, Roſius, Heraclius, Secundinus, Adiutor, Marcus, Auguſtus, Elpidius

Digitized by Google

pidius, Canion, & Vindonius confeſſores ſub perſecut. Wandalica in Campania. 1. Septemb.
Priſcus mart. in Phrygia. 20. Septemb.
Priſcus, Creſcens, & Euagrius mart. in Ponto. 1. Octobris.
Priuatus Epiſcopus & mart. in territorio Gaualitano ſub Valeriano. 21. Auguſti.
Priuatus mart. in Phrygia, ſupra cum Dionyſio. 20. Septembris.
Priuatus mart. Romæ ſub Alexandro. 28. Sept.
Probus Epiſcopus Veronenſis. 12. Ianuarii.
Probus Epiſcopus Reatinus. 15. Martii.
Probus mart. Tarſi ſub Dioclet. infra cum Tharaco. 11. Octobris.
Probus Epiſcopus Rauennæ. 10. Nouembris.
Probus mart. in Africa ſub Geiſerico, ſupra cum Arcadio. 13. Nouembris.
Proceſſus & Martinianus mart. Romæ ſub Nerone. 2. Iulii.
Prochorus Diaconus mart. Antiochiæ. 9. Aprilis.
Proclus & Hilarion mart. ſub Traiano. 12. Iulii.
Proclus Epiſcopus Conſtantinopolitan. 24. Octobris.
Procopius confeſſor Conſtantinopoli, ſub Leone, ſupra cum Baſilio. 27. Februarii.
Procopius mart. Cæſareæ ſub Dioclet. 8. Iulii.
Proculus, Ephebus, & Apollonius mart. Interamnæ. 14. Februarii.
Proculus Epiſcopus Interamnen. & mart. 14. Aprilis.
Proculus Epiſcopus Bononien. mart. ſub Maximiano. 1. Iunii.
Proculus mart. in Illyrico, ſupra cum Floro. 18. Auguſti.
Proculus Diaconus mart. Puteolis ſub Dioclet. ſupra cum Ianuario. 19. Septemb.
Proculus mart. Auguſtoduni. 4. Nouembris.
Proculus Epiſcopus Narnien. mart. ſub Totila. 1. Decembris.

Proculus Epiſcopus Veronen. ſub Dioclet. 9. Decemb.
Proiectus mart. infra cum Thyrſo. 24. Ianuarii.
Proiectus Epiſcopus Aruernien. & Marinus mart. 25. Ianuarii.
Proſdocimus Epiſcopus Patauinus. 7. Nouembris.
Proſper Aquitanus Epiſcopus Rhegienſis. 25. Iunii.
